BIBLIOTECA NAZIONALE
12
27/S
3

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE ROMA
55
51
13

13. 14. 4. 48

DECRETVM GRATIANI

EMENDATVM ET NOTATIONIBVS ILLVSTRATVM

Vnà cum glossis,

GREGORII XIII. PONT. MAX.

iussu editum.



ROMAE

In Aedibus Populi Romani

MDLXXXII.

DECRETVM GRATIANI

EMENDATVM ET NOTATIONIBVS ILLVSTRATVM

Vnà cum glossis.

GREGORII XIII. PONT. MAX.

iussu editum.



ROMAE

GREGORIVS PAPA XIII.

Ad futuram rei memoriam.

CVM pro munere pastorali humeris nostris iniuncto id præcipue nobis propositum habeamus, vt omni studio, diligentiaque omnes Christifideles his præsertim tam grauibus, calamitosisque temporibus in recta, & Catholica fide continere curemus, ac propterea id in primis nobis agendum, & prouidendum sit, vt omnem omnibus aberrandi ab ea occasionem subtrahamus. Dudum ob huius rei executionem, adhibitis nonnullis ex fratribus nostris sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, adiuncto etiam aliquorum doctrina, & pietate insignium virorum studio, Decretum Gratiani nuncupatum absque glossis, necnon idem Gratiani decretum cum Decretalibus Gregorij Papæ Noni prædecessoris nostri, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, non modo cum veteribus glossarum auctoribus, quibus cum viri pij, & Catholici fuerint, ignoscendum videtur, si quid vel ob errorem in illis, vel quia non dum pleraque à sacris Concilijs diffinita fuerant, liberius locuti sunt: Verum etiam cum his, quæ ab impijs scriptoribus tam extra in marginibus, quàm etiam intra aspersa fuerant Catholicæ veritati contraria reuidendi, corrigendi, & expurgandi curam demandauimus. Cum autem ipsum Decretum absque glossis à prætatis à nobis deputatis iam totum emendatum, & correctum, ac nonnullis annotationibus illustratum existat, ipsiusque maior pars à dilecto filio Paulo Constabili, tunc sacri nostri Palatij Apostolici Magistro vnà cum dictis Decretalibus felicis recordationis Gregorij Noni prædecessoris nostri iam impressis recognita, & approbata sit: Reliquum vero eiusdem decreti vnà cum annotationibus prædictis tam absque glossis, quàm ipsum totum cum glossis, Sextumque & Clementinas simul, & Extrauagantes à dilecto filio Sixto Fabri, eiusdem Palatij nostri Apostolici Magistro recognoscenda omnia, & approbanda in officina Populi Romani, quæ ad hoc potissimum vt libri sacri in ea fideliter, & incorrupte imprimantur, erecta fuit, imprimi, & impressa diuulgari iusserimus, ac vt ad maiorem Christifidelium vbique tam intra, quàm extra Italiam citra, & vltra montes commorantium commoditatem hoc iuris Canonici Corpus fideliter, & incorrupte iuxta exemplar hic Romæ impressum à Catholicis Typographis à Romano Populo, siue ab eo Deputatis, vel pro tempore deputandis electis imprimi possit. Nos opportune prouidere volentes, vt hoc Ius Canonicum sic expurgatum ad omnes vbique Christifideles sartum tectum perueniat, ac ne cuiquam liceat eidem operi quicquam addere, vel immutare, aut inuertere, nullasue interpretamenta adiungere, sed prout in hac nostra Vrbe Roma nunc impressum fuit semper, & perpetuo integrum, & incorruptum conseruetur. Motu proprio, & ex certa nostra scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine omnibus, & singulis in nostro, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Dominio, nobis, & eidem Romanæ Ecclesiæ mediate, vel immediate subiecto commorantibus, vel ad illud quouis prætextu aduenientibus, ac etiam extra dictum dominium vbilibet existentibus Typographis, & librorum impressoribus, ac Bibliopolis, & quibuscumque alijs personis vtriusque sexus cuiuscumque dignitatis, status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, in virtute sanctæ obedientiæ, ac sub excommunicationis maioris latæ sententiæ, & quo ad nunc, & pro tempore in dicto nostro, & Romanæ Ecclesiæ dominio mediate, vel immediate subiecto commorantes, etiam vltra præmissa sub amissionum librorum, ac mille ducatorum auri de Camera pro vna videlicet officio Inquisitionis hæreticæ prauitatis, & pro alia accusatori, & pro reliqua tertijs partibus Iudici Executori irremissibiliter applicandorum, alijsque arbitrij nostri pœnis eo ipso si & quoties contrafactum fuerit, & per quemlibet contrauenientem incurrendis apostolica auctoritate tenore præsentium inhibemus, & interdicimus, ne ipsius Gratiani Decretum cum annotationibus, & idem cum glossis, Decretalibus Gregorij Noni prædecessoris nostri, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, vt præfertur, de cetero per Decennium à Data præsentium sub quouis titulo alibi quàm in Vrbe nostra, & in eadem officina impressoria dicti Populi Romani, & ijs, quibus ab eodem Populo Romano, & ab eo ad hoc pro ipso Populo deputatis, tam in Italia, quàm extra Italiam vbilibet facultas, & licentia per dictum

tempus

tempus desuper concessa fuerit, prout nos eidem Populo Romano, & eisdem ab eo Deputatis, vt huiusmodi licentiam, & facultatem tam in Italia, quàm extra Italiam vbilibet quibuscumque, & quibuscumque ipsi Populo Romano, seu eius pro eo Deputatis pro tempore videbitur, & placebit, ac pro tempore eidem Populo, & eius Deputatis visum fuerit, significata prius nobis, & approbata persona, concedere, illamque sic concessam prout, & quando sibi placuerit, reuocare libere, & licite valeant, indulgemus, impressum, & imprimendum tenere, vendere, dare, donare, vel aliàs quomodolibet habere, vel transferre: neque etiam ipsi absque expressa etiam in scriptis licentia eiusdem Populi Romani, & ab eo Deputatorum dictum Gratiani decretum cum ipsis annotationibus, & idem cum glossis, Gregorij Noni prædecessoris nostri Decretalibus, Sexto, Clementinis, & Extrauagantibus, vt dictum est imprimere, nec per dictum decennium ab eis, vel alijs præterquam à dicto Populo Romano, & ab eo Deputatis, vel de eorum licentia, vt præfertur, impressum, & imprimendum aliàs habere, seu tenere, aut etiam vendere, vel donare, seu imprimi, teneri, vendi, donari, aut aliàs transferri facere per se, vel alium, seu alios publice, vel occulte, directe, seu indirecte quouis quæsito colore, vel ingenio audeant, seu præsumant: ita quòd etiam nulli omnino hominum tam in Vrbe, & tota Italia, quàm extra vbiuis Terrarum, Regnorum, Regionum, & Prouinciarum totius orbis liceat huiusmodi libris dicti Iuris Canonici sic, vt præfertur, de mandato nostro recognitis, correctis, & expurgatis quicquam addere, detrahere, vel immutare, aut inuertere, nullaue interpretamenta adiungere, sed pro ut opus huiusmodi Romæ nunc impressum fuit semper, & perpetuo integrum, & incorruptum conseruetur, statuimus, sancimus, & ordinamus, Mandantes vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus Patriarchis, Archiepiscopis, & episcopis, Ceterisque locorum ordinarijs, & eorum Vicarijs in spiritualibus, & temporalibus, & in statu temporali sanctæ Romanæ Ecclesiæ etiam Legatis, Vicelegatis, Sedis Apostolicæ, ac ipsius status Gubernatoribus, Potestatibus, & Locumtenentibus, vt quoties pro parte dicti Populi Romani, & ab eo Deputatorum, seu licentiam, & facultatem ab ipsis, vt præfertur, pro tempore habentium, fuerint requisiti, vel eorum aliquis fuerit requisitus, eisdem Populo, & Deputatis, ac ab ipsis licentiam, & facultatem haben. efficacis defensionis præsidio assistentes, præmissa ad omnem Populi Romani & ab eo Deputatorum prædictorum licentiam, seu facultatem haben. requisitionem contra inobedientes, & rebelles etiam per censuras Ecclesiasticas, etiam sæpius aggrauan. & per alia iuris remedia auctoritate Apostolica exequantur: inuocato etiam ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Et insuper quia difficile admodum esset præsentes litteras ad quælibet loca deferri, Volumus, & eadem apostolica auctoritate decernimus, illarum transumptis, & exemplis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo Curiæ, vel personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis, & etiam in ipsis operibus impressis plenariam, & eandem prorsus fidem vbique tam in iudicio, quàm extra iudicium haberi, quæ præsentibus haberetur. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quorumcumque locorum, Gymnasiorum, & Vniuersitatum, etiam studiorum generalium iuramento confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis, & litteris apostolicis etiam illis, & illorum, ac quibusuis alijs personis sub quibuscumque tenoribus, & formis, etiam Motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, ac aliàs in contrarium quomodolibet concessis, & approbatis, ac imposterum concedendis, & approbandis. Quibus omnibus etiam si de illis specialis mentio habenda esset, eorum tenores præsentibus pro expressis haben. illis aliàs in suo robore permansuris hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus, Contrarijs quibuscumque. Aut si aliquibus communiter vel diuisim ab eadem sit sede indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per litteras apostolicas non facien. plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto huiusmodi mentionem. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub Annulo Piscatoris, die prima Iulij. M. D. LXXX. Pontificatus nostri Anno Nono.

Cæ. Glorierius.

DECRETVM ABBREVIATVM SIGILLATIM CVNCTA ATTINGENS.

Liber Decreti diuisus est in tres partes: quarum Prima est de Distinctionibus, Secunda de Causis, Tertia de Consecratione. Prima pars distincta est in Distinctiones centum & vnam.

DECRETI TOTALIS MATERIA
PER METRA NOTATVR SEQVENTIA.

Decretum domini Gratiani tres habet partes principales. Prima est de Distinctionibus, quæ sunt vna supra centum. Et singulas Distinctiones singuli versus sequentes luculenter aperiunt.

DECRETI SECVNDA PARS
principalis eſt de Cauſis: quæ ſunt xxxvj.

¶ Prima cauſa.

Cauſa prior labem condemnat ſimonialem.

¶ Septem quæſtiones primæ cauſæ.

¶ Secunda cauſa.

Accuſare docet, ac appellare ſecunda.

¶ Octo quæſtiones ſecundæ cauſæ: & in ea quinta præcedit quartam.

¶ Tertia cauſa.

Tertia reſtituens tempus dabit induciarum.

¶ Vndecim quæſtiones tertiæ cauſæ.

¶ Quarta cauſa.

Quarta quis accuſet, quis poſſit teſtificari.

¶ Sex quæſtiones quartæ cauſæ.

4 Quattuor his genera Varro fert fortibus eſſe. ibidem.
5 Ceſſent ſortilegi, ne ſint anathemate ſtricti. 1919
6 Quando neceſſe iubeſt, vinctos à præſule ſolues. 1940
7 Aegris non dentur pœnæ, ſed notificentur. 1947

¶ Vigeſimaſeptima cauſa.

Edocet an ſponſas ducant ter nona vouentes.

¶ Duæ quæſtiones vigeſimæſeptimæ cauſæ.

1 ¶ Si ſit ſolenne, dirimit connubia votum. 1957
2 Sponſum ſponſa, virum non vxor deſerit vnquam. 1987

¶ Vigeſimaoctaua cauſa.

Biſdena octaua gentiles nubere noſces.

¶ Tres quæſtiones vigeſimæoctauæ cauſæ.

1 ¶ Inter gentiles connubia dicimus aſſe. 2019
2 Deſerat vxorem vir Chriſtum deſpicientem. 2039
3 Vir poſt baptiſma reliquam ducens, bigamus ſit. 2041

¶ Vigeſimanona cauſa.

Coniugium ſeruile tenet vigeſimanona.

¶ Duæ quæſtiones vigeſimænonæ cauſæ.

1 ¶ Connubij vires perſonæ diſſipat error. 2043
2 Inicia cui nupſit dimittat libera ſeruum. 2047

¶ Trigeſima cauſa.

Terdena claret cognatio ſpiritualis.

¶ Quinque quæſtiones trigeſimæ cauſæ.

1 ¶ Fonte leuans proprium puerum non vincula ſoluit. 2053
2 Infantes prohibet ius coniugium celebrare. 2059
3 Tu naturalem non iungito ſpirituali. 2061
4 Vxor compatris vxoris non mihi nubat. 2065
5 Fœdera non fiant clandeſtina coniugiorum. 2069

¶ Trigeſimaprima cauſa.

Terdena prima mœcho polluta negatur.

¶ Tres quæſtiones trigeſimæprimæ cauſæ.

1 ¶ Ni certis cauſis mœcham bene ducit adulter. 2077
2 Innitam ſponſo non det natam pater vlli. 2087
3 Tunc niſi conſenſum dederit: reliquo bene nubit. 2093

¶ Trigeſimaſecunda cauſa.

An meretrix nubat, tangit terdena ſecunda.

¶ Octo quæſtiones trigeſimæſecundæ cauſæ.

1 ¶ Turpia linquentem bene ducit vir meretricem. 2095
2 Obſtat coniugio ſacro complenda libido. 2103
3 Liber auus neptem ſponſat ſeruo patre natam. 2117
4 Illicito prolem coitu quærat ſibi nullus. ibidem.
5 Non ſine mente caro fertur violata puellæ. 2131
6 Non valet vxorem mœchus vir linquere mœcham. 2145
7 Non aliam ducas vxore ſuperſtite prima. 2147
8 Non duc gentilem ſi ſpondeat eſſe fidelem. 2161

¶ Trigeſimatertia cauſa.

Terdena terna friget, compunctio, votum.

¶ Quinque quæſtiones trigeſimætertiæ cauſæ.

1 ¶ Si vir ſit gelidus, ab eo ſeiungitur vxor. 2163
2 Nubere mœcha poteſt mœcho ſeiuncta marito. 2167
3 Quæritur an crimen purget contritio ſola. 2183

TRACTATVS DE PAENITENTIA *habens ſeptem Diſtinctiones hic inſeritur.*

1 Gratia diuina contritis crimina delet. 2183
2 Perditur hic diuinus amor: non in paradiſo. 2255
3 Fœ iam peccator bene pro vitijs iterabit. 2299
4 Iſta probat dimiſſa ſemel peccata redire. 2345
5 Vt purus fias pro crimine plurima voluas. 2363
6 Crimina presbytero proprio dic, qui ſapiens ſit. 2371
7 Tandem lætus erit, qui continue gemet illic. 2375

¶ Redeamus ad quartam quæſtionem trigeſimætertiæ cauſæ.

4 ¶ Reddito temporibus poſcenti debita ſacris. 2379
5 Mens vtrioſque niſi ſit, non bene continet alter. 2385

¶ Trigeſimaquarta cauſa.

Terdena quarta nubit viuente marito.

¶ Duæ quæſtiones trigeſimæquartæ cauſæ.

1 ¶ Morte viri dubia quæ nupſit, adultera non ſit. 2397
2 Reddatur primo coniunx hæc nupta ſecundo. ibidem.

¶ Trigeſimaquinta cauſa.

Cognatos gradibus numerat trigeſimaquinta.

¶ Decem quæſtiones trigeſimæquintæ cauſæ.

1 ¶ Cognatam ducat propriam pro coniuge nemo. 2405
2 Omnes vxoris conſanguineas reprobabis. 2409
3 Copula ſeptenis gradibus talis prohibetur. ibidem.
4 Hic graduum numerus ætates reſpicit orbis. 2419
5 Truncus ponitur hic cum ramis, vt docet arbor. 2420
6 Edocet in teſtes aſſumi ſexta parentes. 2439
7 Filius eſſe nequit, inceſtu qui genitus ſit. 2445
8 Diſpenſat ſolus cum iunctis ſanguine Papa. 2447
9 Non bene ſeiuncta connubia priſca reformes. 2449
10 Non conſanguineis prolem viduæ dato primi. 2455

¶ Trigeſimaſexta cauſa.

Vltima de raptis tractabit cauſa puellis.

¶ Duæ quæſtiones trigeſimæſextæ cauſæ.

1 ¶ Raptum committens per vim rapiendo puellam. 2459
2 Hæc obi iungetur, purgato crimine raptus. 2461

DECRETO TERTIA PARS ADIVNgitur: *quæ eſt de Conſecratione quinque diſtinctiones continent.*

1 Conſecrat eccleſias, miſſaſque canit tibi prima. 2469
2 Sacrati tractat panis ſacramenta ſecunda. 2503
3 Tertia dat ferias: & poſt ieiunia ponit. 2573
4 Tempora baptiſmi diſtinctio quarta notauit. 2585
5 Frontes confirmans dabit vltima pneuma beatum. 2665

Expliciunt verſus peculiares, quibus ſatis clare vniuerſalis materia Decreti comprehenditur.

¶ Quæſtiones cauſarum ſunt claxij.

Quæſtio centuplex, & ſeptuageſima duplex.
Eſt in cauſarum tractatu rite notata.

¶ Quot quæſtiones habeat quælibet cauſa, oſtenditur per quinque carmina ſequentia: in quibus ſunt tot dictiones quot ſunt cauſæ, ſcilicet xxxvj. Et quælibet dictio cauſam vnam repræſentat. Prima dictio primam cauſam: ſecunda ſecundam, &c. Item quot ſunt litteræ in qualibet dictione, tot ſunt quæſtiones ſub illa cauſa per illam dictionem repræſentatæ. Verbi gratia: prima dictio, ſcilicet diſcere, quæ primam cauſam repræſentat, ſeptem habet litaras: & hoc ſignificat primam cauſam ſeptem quæſtiones continere. Secunda dictio eſt cauſarum, vbi ſunt octo litteræ: ad denotandum quòd ſecunda cauſa habet octo quæſtiones: & ſic de alijs. Aduerte tamen, quòd ſuperior numerus ſignificat cauſas: & inferior quæſtiones. Verſus.

1 2 3 4 5
7 8 11 6 6
Diſcere cauſarum quarumlibet ordine membra.
6 7 8 9 10 11 12 13 14
5 2 5 3 3 3 5 2 6
Optes vt doceo: ſed non ſis deſes, et anceps.
15 16 17 18 19 20 21 22
8 7 4 2 3 4 2 5
Inſtanti dabitur quod tu vis, quod petis illud
23 24 25 26 27 28 29 30
8 3 2 7 2 3 2 5
Efficies. Res id famatum te dat ad omnes:
31 32 33 34 35 36
3 8 5 2 10 2
Vſu doctrinæ totum ſi conſtituas te

¶ Carmina ſubiecta eamdem prorſus materiam complectuntur, neque ſunt ſententiæ ſalubris expertia.

Tempora labuntur vernantibus indita formis.
Diues te lædit res tua. nam miſer es.
Sperne fluentia, reſpice cras ea non tibi ſumes.
Multa recondis, cur? vt moriens ea des.
Dà celer. eſt ſiquidem tutum. da præueniens te.

¶ Do Baptiſta da ſancto Blaſio in reperi primæ rubricæ Decreti dicit canones eſſe ter mille & nonaginta, ponens tales verſus:

Si numeres caute, ter mille capitula lector,
Atque decem nouies, Decretum continet in ſe.

¶ Cauſæ decreti ſunt trigintaſex.

Sub magni longa Decreti parte ſecunda.
Sex & triginta cauſas reperire licebit.

¶ Cauſæ (quæ xxxvj.) patent per xxxvj. vocabula, in ſeptẽ ſubiectis verſibus poſita: ex quibus non tantum numerum, ſed etiam principalem materiam cuiuslibet facile cognoſces. Quilibet quinque vocabula complectitur, dempto vltimo, qui ſex habet.

1 2 3 4 5
Simon [a] appellat [b] ſpoliatus [c] teſte [d] libello [e].
6 7 8 9 10
Infames [f] viuens [g] ſucceſſor [h] ſolue [i] regendo [k].
11 12 13 14 15
Cenſuram [l] teſtor [m] fanus [n] fœnus [o] furioſus [p].
16 17 18 19 20
Monachus [q] occidit [r] abbates [ſ] clauſtra [t] volentes [u].
21 22 23 24 25
Commendat [x] iurans [y] pugnas [z] hæreſis [a] violatas [b].
26 27 28 29 30
Sortilegus [c] ſponſis [d] infidis [e] ſeruiat [f] infans [g].
31 32 33 34 35 36
Mœcha [h] coit [i] mēte [k] dubitans [l] gradibus [m] rapiente [n].

SECVNDA PARS DECRETI, vbi tractantur Causæ: quia longe prolixior & difficilior est reliquis: ideo diligentius pro eius cognitione elaborandum est. Illius profecto obscuritatem paucis elucidatã conspiciet, quisquis hæc impressa diligenter adnotauerit.

a 1 *Simon.* Simoniacus est, & peccatum committit, qui spiritualia vendit. Damnantur episcopi per pecuniam facientes ordinationem, & tunc lepram, non officium conferre dicuntur. Simoniacorũ sacramenta effectum gratiæ non habent. Sacerdotes digniores facilius quàm reliqui à Deo exaudiuntur. Et ibi de dignitate verbi Christi, quod eius corpori æquiparatur. cap. interrogo. Et in fine de crimine concussionis tractatur.

2 Simonia committitur, si pro ingressu monasterij pecunia exigatur, vel exacta persoluatur. Ecclesiastica stipendia accipere non debet qui bonis patrimonialibus sustentari potest. c. clericos.

3 Simonia an committatur si præbendæ emantur. Inuestitura ecclesiæ à laicis fieri prohibetur. c. saluator.

4 Simonia paterna, an sit ignoranti filio nociua. & ibi tractatur an pro crimine vnius alter pœnam patiatur.

5 Simoniace acquisita ecclesia per patrẽ, an possit per filiũ licite obtineri. Itẽ an possit filius fungi ordinatione, quã paterna pecunia est assecutus.

6 Simoniacus est, qui pecuniam largitur, vt eligatur.

7 Simoniaci in ordine male accepto pænitentiam agere non possunt. & ibi principaliter tractatur, an ab hæresi redeuntes sint in suis ordinibus & dignitatibus recipiendi: & quod decreta possunt temperari: & canones quandoque relaxari.

b 1 *Appellat.* Appellare non est opus à sententia à non suo iudice lata: quia talis sententia nulla est. c. in primis. circa fi. & in prima q. huius ij. causæ principaliter tractatur, an ordo iudiciarius, sit in manifestis obseruandus. & quod excommunicatio non est ferenda anteq̃ causa fuerit examinata. c. nemo. & iudex peccatum sibi soli notũ damnare non debet. c. si peccauerit.

2 Appellare posset spoliatus si ante restitutionem sibi factam accusatori respondere cogeretur. Nullus enim debet accusari dum suis rebus fuerit spoliatus.

3 Appellandus est calumniator, qui scienter falsa crimina intendit. Præuaricator, qui vera crimina abscondit. Tergiuersator, qui in vniuersum ab accusatione desistit. §. notandũ. & in hac 3. q. principaliter tractatur qua pœna feriendi sunt, qui in accusatione deficiunt.

4 Appellatur purgatio quædam vulgaris, quædam canonica & ibi tractatur, an deficientibus accusatoribus reus sit ad purgationẽ cogẽdus.

5 Appellatur testimonium sufficiens quod ore duorum vel trium firmatur. & ibi tractatur principaliter quot testes requiruntur, non tantũ ad conuincendum ep̃m, sed etiam contra quemlibet clericum.

6 Appellatio est remedium cõtra causas vitiatas. Appellatio intra decendium debet interponi. c. anteriorum. & ibi de libellis dimissorijs, & de iudicibus à quibus appellare non licet.

7 Appellatur quis altero maior nõ ratione dignitatis, sed vitæ. c. quamquam. Dignitas enim non facit episcopum, sed vita. c. non omnes episcopi. & ibi tractatur principaliter, an laici possint episcopos accusare. Christiani per infideles accusari non possunt: nec sacerdotes per eos qui ad sacerdotium prohibentur eligi.

8 Appellatur & dicitur accusatio rite facta quando fit in scriptis. Et regulariter accusator se debet inscribere ad pœnã talionis, præterquàm in sex casibus in summa positis.

c 1 *Spoliatus.* Spoliatus & eiectus ante oĩa venit redintegrandus. c. redintegranda. Boni à malis semper molestantur.

2 Spoliatus & eiectus postq̃ fuerit restitutus, quas inducias debet habere anteq̃ cogatur in iudicio respondere. & ibi in summa videas de multiplicitate induciarum.

3 Spoliatis ep̃is, & alijs ad iudiciũ venientibus, induciæ sunt p̃standæ.

4 Spoliati cõmune ecclesiæ, & anathematizati, infames, incestuosi, sacrilegi, detractores, & multi alij sunt ab accusatione repellendi. & ibi dicitur quod anathema differt ab excommunicatione. c. Engeltrudam.

5 Spoliatis & alijs quibuscumque inimici iudices esse nõ possunt, nec accusatores, nec testes. vox enim inimicorum contra nullosq; est audienda. Dicitur etiam ibi quod testes familiares & domestici & etiam consanguinei non sunt contra extraneos producendi.

6 Spoliatus & quilibet alius si aduersarium vult conuenire, ipsius forum sequi debet. c. pulsatus. Nec episcopi damnari, nec concilia celebrari possunt sine Papa.

7 Spoliati & alij volentes litigare, non debent aduersarios suos coram infamibus trahere: quoniam tales, scilicet infames & criminosi non possunt esse iudices. Solus enim ille iudicare debet alios, qui nihil in se habet reprehensibile. c. iudices.

8 Spoliationem vel alium reatum committens episcopus, à quot episcopis est iudicandus.

9 Spoliatorum & aliorum testes, testimonium dicant de his tantum, quæ præsentialiter & veraciter nouerunt. nec contra absentes sunt producendi. Absentes enim non debent iudicari nec accusari.

10 Spoliatorum & aliorum testes in vno deficiẽtes an sint in alijs admittendi. Et accusans de pluribus criminibus, si in vno deficiat, an in alijs admitti debeat.

11 Spoliati accusantes suos spoliatores & inuasores, ab eis accusari nõ possunt: quoniam accusati nisi prius se purgauerint, alios accusare nõ possunt.

d 1 *Testes.* Testes iuris dispositione excommunicati non possunt ad accusationem admitti.

2 Testis esse non potest qui ad xiiij. annum nondum peruenit.

3 Testificantis personam assumere nõ potest qui ab accusatione prohibitus est.

4 Testis, accusator, & iudex aliquis simul esse non potest.

5 Testantur iura illum non esse à communione repellendum, qui die statuta ad causam venire non potuit.

6 Testis est iuris dispositio deficientem in episcoporum accusatione non posse de cetero agere nisi in ciuili & proprio dumtaxat negotio.

e 1 *Libello.* Libello famoso vtentes, & ipsum contra aliquem scribentes, qualiter puniendi sunt.

2 Libellum diffamatoriũ scribens, aut aliter reus tribus citationibus debet in ius euocari. Et per scripta nullius accusatio debet suscipi.

3 Libelli famosi scriptor, aut aliter criminosus, an admittatur in iudicio per prouocatorem.

4 Libellus accusatorius si in episcopum datur, idest, si episcopus accusetur: eius causa a xij. episcopis audiatur.

5 Libellum famosum scribẽtes, aut aliorum crimina sponte confitentes, non debent ad accusationem admitti. c. illi. Et ibi habetur quod nec qui parcit, est amicus; nec qui verberat, est inimicus. c. non omnis.

6 Libellum famosum in alterum scribens aut alteri crimen inferens, qua pœna feriatur, si crimen illatum non probetur.

f 1 *Infames.* Infames, excommunicatos, & criminosos à sacerdotũ accusationis iure repellit. Et ibi tractatur qui dicantur infames. c. infames.

2 Infamis est quodammodo ep̃s & reprehendendus, qui sibi soli dicit aliquem crimẽ suum fuisse confessum. & ibi dicitur quod episcopis alios accusantibus non creditur, nisi probent quod obijciunt.

3 Infamem quodãmodo dicimus & reprehendendũ q. ponit falcẽ in messem alienam. c. 1. Et ibi dicitur quod alicui alterius parochianum iudicare non licet. Et quot ciuitates vnaquæque prouincia habere debeat. c. scitote. Et quod episcopus iudicio primatis, & non aliorum se subijcere debet.

4 Infamia aut criminalis accusatio si imponatur episcopo, idest si episcopus criminaliter accusetur, & episcopi comprouinciales de causa cognoscentes sint in sententia ferenda discordes, quid iuris.

5 Infamis esset quodammodo & reprehensibilis iudex qui vellet reũ cogere ad probandum accusatore in probationibus deficiẽte: quia negatiua per rerum naturam est improbabilis. c. accusator.

g 1 *Viuens.* Viuens si adhuc sit ep̃s, alius sibi succedere non valet, nec in eius locum subrogari: quod verum est, nisi esset depositus, vel de licentia Papæ renuntiasset, aut per ambitionem se ad aliam ecclesiam transtulisset. Episcopo autem ægrotanti, aut nimia senectute grauato dandus est coadiutor. Ep̃s ecclesiam suã deserere nõ debet. c. scitote. Nec etiam est a suis subditis relinquendus. c. denique. Prælati duo in vna ecclesia esse non debent. c. in apibus. Beatus Aug. accessit & non successit Valerio Hipponensi episcopo. c. non autem.

2 Viuens episcopus aut sacerdos, qui pro ægritudine à missarum celebratione abstinuit, an possit celebrare recuperata sanitate. Et ibi habetur de morbo caduco laborantibus.

h 1 *Successor.* Successor an possit eligi ab episcopo viuente, hoc est an successorem sibi possit episcopus eligere. Et ibi habetur quod locus regiminis est fugientibus offerendus. Et episcopari potest qui prodesse desiderat. c. qui episcopatum.

2 Successor episcopi mortui non est eligendus munerum datione, aut amicorum patrocinijs.

3 Successor episcopi an post electionem teneatur iuramentum præstare pro indemnitate ecclesiæ.

4 Successus seu prosper euentus denegatur clericis, qui ante sententiã suspensionis vel depositionis à suo episcopo discedere præsumunt. in tales enim ferenda est censura.

5 Successus non contingit ep̃o à sede Apostolica vocato, si ad propria reuertatur, nisi prius fuerit purgatus, & apostolicis litteris munitus.

i 1 *Solue.* Solue & solui procura templum ò prælate excommunicate: aliàs non poteris ordinare: nec tua ordinatio erit rata.

2 Solui sunt clerici vnius prouinciæ à prælato alterius: adeo quod archiepiscopus, primas, vel patriarcha clericos alterius prouinciæ non potest ordinare.

3 Soluere vel dãnare subditos suffraganei non licet archiep̃o illo incõsulto. Soluit Papa ab alijs excõicatos: & cuiuslibet ecclesiæ clericos potest ordinare. Est enim ordinarius ordinariorum. c. cuncta per mũdũ.

k 1 *Regendo.* Regendo vnamquamq; parochiam, & res ipsius disponendo facit ep̃s quod debet. c. regenda. & c. nouerint. Regendi sunt subditi per episcopos visitantes, vt c. placuit.

2 Regendi officium episcopus transgreditur, si bona ecclesiarum vsurpare nititur: quamuis de illis precarias facere posset.

3 Regendi sunt subditi sine exactionibus. Et ibi de cathedratico quantum nomine ipsius valeat episcopus habere.

l 1 *Censuram.* Censuram formidare debet qui clericos ad iudices saeculares trahunt, c. molita. & cap. placuit. Et ibi de coniuratoribus, & eorum punitione.

2 Censura ligatus, idest, excommunicatus vel suspensus celebrans est depositione dignus.

3 Censura siue iusta siue iniusta est timenda. Censura ligati sunt vitandi plusquam pagani c. ad mensam. Censura ecclesiastica teneri debet, & ore daemonum discerpi qui suo episcopo est inobediens. c. absit. Censuram ex ira proferens grauiter delinquit. c. ira. & c. cum apud. Censura siue sententia vel iudicium quattuor modis peruertitur. c. quattuor modis. Censura feriendi sunt & Iudae proditori comparandi qui veritatem negant & occultant. c. quisquis. & c. abijt Iudas. Censura siue sententia iniuste prolata, viribus caret. Episcoporum praeceptis non semper obediendum est. Censurae seu anathematis forma habetur in c. debent.

m 1 *Testor.* Testari seu testamenta facere cum de proprio liceat, an permittatur clericis proprium habere. Clericis causas agere non licet. c. duo sunt genera Christianorum.

2 Testamenta condentes clerici an possint quibus voluerint ea relinquere quae de bonis ecclesiae acquisiuerunt. Testatur multiplex canon illos esse grauiter puniendos, qui res & praedia ecclesiastica inuadunt. De bonis ecclesiae quattuor sunt portiones faciendae. cap. quattuor. Et ipsarum rerum alienatio an sit permissa. c. sine exceptione. & c. terrulas. Liberti ecclesiae an possint ab ea discedere. Res sacrae ex quibus causis alienari valeant. c. aurum habet ecclesia. Pauperibus est prouidendum. c. gloria episcopi.

3 Testamentum an facere possint illi, qui prius nihil habentes tempore suae administrationis aliqua acquisiuerunt: & quod iuris de talibus bonis.

4 Testamenta an facere possint clerici de bonis ex suis & rebus ecclesiae quaesitos.

5 Testamenta facere de rebus ecclesiae an sit permissum sacerdotibus. Et quis succedat eis ab intestato.

n 1 *Funus.* Funera & exequias suas celebrare: & decimas soluere vbi debent illi, qui se de vna dioecesi aut parochia ad aliam transtulerunt.

2 Funerandi iura an possint praescribi. Funera, idest, corpora mortuorum vbi debent sepeliri. Et an pro sepultura aliquid possit exigi. Funerum, idest, mortuorum animae quattuor modis soluuntur. c. animae. Funera, idest corpora mortuorum deflenda non sunt. c. quàm praeposterum.

o 1 *Foenus.* Foenus siue vsuram quodammodo committit & peccat qui vltra debitum exigit. c. quod debetur. Et ibi principaliter tractatur an clerici possint sua repetere, & pro aliis litigare.

2 Foeneraria causa siue criminalis aut etiam ciuilis an possint produci testes domestici. Et an clerici possint pro sua ecclesia testificari.

3 Foenus seu vsura committitur si praeter sortem aliquid exigitur.

4 Foenera seu vsuras nec clericis nec laicis licet exercere.

5 Foenera seu vsurae an sint aptae vt inde fiant eleemosynae.

6 Foeneratores & vsurarij veram poenitentiam agere non possunt, nisi restituant quae rapuerunt.

p 1 *Furiosos.* Furiosos punire non decet ex his quae faciunt, cum sint mente alienati. & ibi habetur de Loth & aliis ebriosis.

2 Furiosis clerici quodammodo comparandi essent si pro patrocinijs impensis munera exigere vellent.

3 Furioso iudex comparari posset, qui ex mulieris confessione clericum condemnare vellet. Regulariter enim mulieres contra clericos testimonium ferre non possunt.

4 Furiosi quodammodo sunt ecclesiae ministri, qui diebus dominicis & feriatis causas tractare volunt.

5 Furioso similis dici posset iudex qui neganti purgationem indiceret, nisi infamia laboraret.

6 Furoris quodammodo plena res esset si à ministris & subditis confessio cruciatibus extorqueretur. Iuramenta quaedam sunt irritanda, quaedam relaxanda. c. auctoritate & c. alius. in quo c. habetur quòd solus Romanus Pontifex regem Franciae tamquam inutilem deposuit. Excommunicatis fidelitas seruanda non est.

7 Furiose procederetur si diaconus vel presbyter sine concilij examinatione deijceretur.

8 Furore quodam plenus censetur qui carnis fragilitate ante ordinationem lapsus & in iudicio confessus vel conuictus, postea praesumit offerre: & in ordine suscepto ministrare, quod verum est de crimine depositionem inducente.

q 1 *Monachus.* Monachus an possit licite officia populis celebrare, & poenitentiam dare, & baptizare. Decimae de consensu episcopi sacerdotibus dari debent. c. reuertimini.

2 Monachi an possint in suis capellis presbyteros instituere.

3 Monachorum & ecclesiarum iura an per praescriptionem tolli possint.

4 Monachi an possint praescribere contra ecclesias & praelatos saeculares.

5 Monachi & praelati res ecclesiae sua auctoritate repellere non valent.

6 Monachi, episcopi, & alij praelati si sua auctoritate vsurpant quae ad se pertinere putant, an cadant à causa.

7 Monachi & abbates an possint retinere ecclesias, decimas, & iura patronatus de manibus laicorum sibi concessa sine episcopi consensu. Et ibi habetur quod episcopus habet dispositionem omnium ecclesiarum, quae in sua dioecesi constitutae sunt. c. omnes basilicae. Et etiam ibi plene de iure patronatus. c. quicumque. c. filijs. c. decernimus.

r 1 *Occidit.* Occidit seipsum spiritualiter qui à voto resilit.

2 Occidit quodammodo temporaliter seipsum qui suum resignat beneficium: sed si in infirmitate resignauit, an sit ei restituendum postquam conualuerit. Et ibi habetur quòd ante probationem triennij nullus in monasterio debet suscipi.

3 Occidit animam suam monachus ad propria rediens, postquam se & sua monasterio tradidit.

4 Occidens vel percutiens clericos diabolo suadente est excommunicatus ipso iure c. si quis suadente diabolo. & ibi habetur quod ecclesiae concessa non sunt reuocanda: & qui talia aufert, sacrilegium committit: & ecclesiae immunitas non est violanda.

s 1 *Abbates.* Abbates aut monachos factos episcopos ius obligat ad relinquendum quod ante habuerunt monasterio: quod post, ecclesiae propriae. c. statutum.

2 Abbates sunt à proprijs fratribus eligendi, & non ab episcopis. Abbates expellere non est permissum monachis: neque commatres facere. Abbates & monachos possunt episcopi visitare, & conditiones exigere tempore dedicationis constitutas. Abbates & monachi cum sanctimonialibus habitare non debent: quia sexuum commixtio est periculosa. c. diffinimus.

t 1 *Claustra.* Claustra siue religionem intrare volentibus clericis non est à suo episcopo denegandus ingressus.

2 Claustrum ingredi clericis permittitur etiam episcopo inuito.

3 Claustrum vnum petere altero derelicto an sit permissum monachis regularibus canonicis, sine permissione abbatum.

v 1 *Volentes.* Volentes & spontaneos monasterium intrantes pueros an cogant iura religionis propositum tenere. Voluntariae puellae virginitatis propositum suscipientes, nuptias eligere non possunt.

2 Voluntate patris spreta, si filius religionem ingreditur, an à patre reuocari possit.

3 Voluntarie habitum religionis suscipientes, illum deserere non possunt: sed qui coactus ingreditur, nullo modo obligatur.

4 Volentes religiosi ad arctius monasterium transire non sunt impediendi.

x 1 *Commendat.* Commendatam vnam ecclesiam potest habere clericus in altera intitulatus. Commendandi sunt clerici qui in vna & non in pluribus ecclesiis volunt conscribi. Et ibi habetur quod duobus episcopatibus potest quandoque quis praefici. c. relatio.

2 Commendandi non sunt clerici qui sine litteris dimissorijs de vna ecclesia transeunt ad alteram. Matrimonium spirituale contrahitur inter curatum & ecclesiam suam, quae non debet esse scortum. c. sicut.

3 Commendatio nulla sed potius vituperium est clericis, qui saecularium negotiorum procuratores esse volunt.

4 Commendandi sunt clerici, qui vestibus sibi congruentibus vtuntur, vnguenta & fulgida vestimenta fugientes.

5 Commendare non debemus clericum, qui à suo episcopo depositus Imperatorem aut iudicem saecularem adit.

y 1 *Iurans.* Iurans verum non peccat: sed secus si peierat. & per creaturas iurare non licet.

2 Iurans falsum quod putat verum, an sit periurus. Quot comites habeat iuramentum: & quot sunt genera mendacij.

3 Periurum praelatum & criminosum ante sententiam diffinitiuam derelinquere non licet.

4 Iuramenta illicita an sint seruanda.

5 Peierare & contra iuramentum suum venire qui cogit aliquem, licet periurus non sit, tamen mortaliter peccat. In qua aetate, quis cogatur iurare. Et ibi ponitur forma iuramenti fidelitatis. c. de forma.

z 1 *Pugnas.* Pugnas committere seu militare an sit peccatum.

2 Pugna siue bellum quod dicatur iustum.

3 Pugna an debeat committi pro repellenda sociorum iniuria.

4 Pugna non semper est exercenda contra malos. Mali enim sunt quandoque à bonis tolerandi, & non abijciendi. Quaedam tamen mala sunt repellenda & punienda, quaedam toleranda. Mali sunt medicinali seueritate ad bonum cogendi. vt Nabuchod. Et haeretici etiam inuiti sunt ad salutem trahendi. Pugnis & bellis sunt coercendi ecclesiasticae religionis inimici.

5 Pugnas seu bella qui Deo auctore gesserunt, praecepta non occidendi minime transgressi sunt. Et ibi an mali sint occidendi. Habens gladij potestatem potest occidere, si hoc faciat amore iustitiae.

6 Pugna & coactio est exercenda in malos vt teneant bonum iam susceptum. Non autem sunt ipsi mali ad bonum non susceptum cogendi.

7 Pugna si iusta sit, possunt haeretici & omnes hostes licite suis rebus spoliari [illegible].

8 Pugna

8 Pugna seu bellum an possit per clericos committi: & an possint clerici arma sumere. Qui sacramenta Dei tractant, iudicium sanguinis agitare non debent.

a 1 ***Haeresis.*** Haeresis qualibet ab ecclesia Romana destruitur. Haereticus an possit alium excommunicare, priuare, vel sententia notare. Excommunicatus alium excommunicare non potest. Haereticorum consortia & eorum sacrificia sunt à catholicis fugienda.

2 Haeretici etiam post mortem sunt excommunicandi. Ecclesia viuentes & non mortuos an ligare possit vel soluere.

3 Haereticus si dominus est, aut alio crimine irretitus, an possit excommunicatio ferri in familiam suam pro delicto ipsius domini, & in filiū pro peccato patris. Excommunicandi sunt qui corrigi nolunt: & etiam alij qui duas vxores habent: testes falsi: homicidae, & multi alij. Haereticorum tandem variae species ponuntur.

b 2 ***Violatas.*** Violatas Romanorum Pōtificum censuras à nullo decet esse. Violantes sacros canones in spiritum sanctum blasphemant. Violanda non sunt, sed seruanda sanctorum statuta, & eorum regulae in synodo constitutae.

3 Violari non debent priuilegia ecclesiarum: nec archiepiscoporum. Violans ciuitates & occidens suos praesules episcopali dignitate priuatur. c. ita nos.

c 2 ***Sortilegus.*** Sortilegus quis sit: & sine qui dicantur sortilegi.

2 Sortilegum esse an sit peccatum: & sortibus an sit credendum.

3 Sortes siue diuinationes à quibus exordium sumpserunt. Et de multiplici genere diuinationis: &

4 quot modis daemones futura praenoscunt.

5 Sortilegi vel diuinatores an sint excommunicandi, si cessare noluerint. Sortilegia & magicam artem debent episcopi eliminare. Sortilegijs vel maleficijs nullo pacto debent sacerdotes operam dare, alias abijciendi sunt.

6 Sortilegus vel alius ab episcopo excommunicatus an per alium ipso inconsulto possit absolui. Et an presbyteri possint reconciliare poenitentes. Poenitentia morientibus non est deneganda etiam a simplici sacerdote.

7 Sortilegis & alijs morientibus non est poenitentia imponenda, sed bene innotescenda. In poenitentijs imponendis multa sunt consideranda. Melius est sacerdotem poenitentiam imponentem esse nimis misericordem, quam nimis seuerum. Sortilegi sunt & excommunicati qui dies, menses & annos paganorum ritu obseruant.

d 2 ***Sponsis.*** Sponsis Dei se Deo dedicantibus & virginitatem vouentibus nuptias contrahere non licet. Sponsalia de praesenti siue matrimonia per vouentes solenniter contracta non tenent.

3 Sponsa vatus an possit à suo sponso recedere, & alij nubere. Sponsa sine consensu sponsi & econtra religiosam vestem suscipere non potest post copulā carnalem: secus ante. Sponsalia vera an fuerint inter Ioseph & Mariam. Sponsam alterius nullus rapiat & ibi aliquid de raptu.

e 2 ***Infidis.*** Infidis seu infidelibus coniugium contrahere licet: & inter eos dicitur esse matrimonium licet nō sit ratum. Infidelis vxor virum cogens ad malum licite dimittitur. Infidelium vt Iudaeorum conuiuia & etiam coniugia sunt à Christicolis vitanda.

2 Infidelium vxor si conuertatur ad fidem altero remanente in infidelitate, an possit ad fidem conuersus alij se copulare.

3 Infidelis qui ante baptismum vnā vxorem habuit, & post baptismū aliam, bigamus est censendus: nec potest esse episcopus. c. acutius. ibid.

f 2 ***Seruiat.*** Seruire addictum, vt puta seruus si contrahat cum libera, quae per errorem eum putabat liberum, non est inter eos coniugium: quia error personae & conditionis impediunt & dirimunt: secus autem est de errore fortunae & qualitatis.

2 Seruum scienter acceptum in maritum non potest mulier dimittere secus si ignoranter. Serui possunt matrimonia contrahere.

g 2 ***Infans.*** Infans proprius si teneatur à patre in sacro baptismate: licet per tale factum suae vxori compater efficiatur: non propter hoc ab ipsa vxore separabitur; nisi ad seruandam continentiam possit induci.

2 Infantes sponsalia contrahere nequeunt: quia in illa aetate consentire non possunt.

3 Infantes siue filij spirituales vel adoptiui an possint naturalibus per matrimonium coniungi.

4 Infantes siue filium aliquem non debet vxor simul cum viro suo in baptismate suscipere. c. si. quia esset eius commater. Et ibi dicitur quòd non potest quis ducere in vxorem relictam compatris sui vxoris: nec etiam duas commatres.

5 Infantibus si conceditur nuptias contrahere, ipsorum & quorumcumque aliorum nuptiae seu matrimonia non debent clam fieri, sed publice: & sic non debent esse clandestina. Tandem instruuntur iudices ad cuncta rimandum.

h 2 ***Moecha.*** Moecha siue adultera & ab aliquo per adulterium polluta an possit per eum duci in vxorem. Et ibi matrimonia secunda conceduntur. c. quòd si dormierit.

2 Moecham saepe mulierem efficit coactio: & ideo nulla mulier est cogenda nubere: quia in matrimonio animus plena libertate potiri debet & gaudere. Non licet viro vxorem deserere, vt fecit Lotharius.

3 Moechiae notam an dicātur incurrere filij & filiae, qui post sponsionē parentum cum alijs cōtrahunt: hoc est an filij & filiae post promissionē & sponsionem parentum suorum possint licite cum alijs contrahere.

i 2 ***Coit.*** Coire solita (vt est meretrix) potest in vxorem duci si de eius correctione spes habetur. Coitus siue fornicationis causa potest vxor dimitti.

2 Coitus siue incontinentiae causa ducta an sit coniunx appellanda. Abortum procurantes an sint homicidae.

3 Coitui siue copulae coniugali apta puella si habet patrem seruum, & auum liberum in matrimonio contrahendo sequatur de honestate arbitrium aui, & non patris qui liberum non habet arbitrium, cū sit seruus.

4 Coitu ancillari & illicito non licet prolem quaerere: viuente enim vxore ex quacumque causa neque ex ancilla neque ex alia licet prolem procreare. Moechiae nomine omnis illicitus concubitus intelligitur. c. meretrices.

5 Coire coacta & per violentiam accepta an perdat pudicitiam & virginitatem. Carnis virginitas non seruatur si mens corrumpitur. Viro vxorem extra fornicationis causam derelinquere non licet.

6 Coiens vir cum alia; & sic adulter, vxorem adulteram dimittere non potest.

7 Coitus seu fornicationis causa dimittens vxorem: ea viuente aliam ducere non potest. Coitus contra naturam & cum personis coniunctis est grauissimum peccatum.

8 Coitum siue incontinentiam incurrere non debet aliquis vt aliqua ad fidem conuertatur. Et sic non licet ducere vxorem infidelem sub ea conditione vt conuertatur & fidelis efficiatur.

k 2 ***Mente.*** Mente seu voluntate mulier cupit vt fiat mater, & habeat liberos, sitamen eius vir est frigidus & maleficiatus: an propter hoc sit ab eo separanda.

2 Mens & voluntas est mulieri post mortem viri cum illo contrahere, cum quo prius fornicata fuit: an possit. Viro vxorem dimittere propria auctoritate & sine iudicio ecclesiae non licet: neque eam occidere. c. admonere.

3 Mentis seu cordis sola contritione absque oris confessione an possint peccata deleri: & vtrum possumus Deo satisfacere. Illam quaestionem prolixe tractat Gratianus: eius occasione interserens tractatum de poenitentia septem distinctiones continentem.

4 Mentis scrupulo cessante, an possint mariti tempore orationis & poenitentiae vxori debitum reddere. Et ibi habetur quòd tempore quadragesimali nuptias celebrare non licet.

5 Mens & voluntas est viro continentiā vouere. Non potest hoc facere sine consensu vxoris tacito vel expresso: nisi sit sponsa nondum cognita. Mulier viro debet subesse: cum vir sit caput mulieris & haec imago.

l 2 ***Dubitans.*** Dubitans vxor de morte mariti: & credens illum esse mortuum, si contrahat cum alio, an dicatur rea adulterij.

2 Dubitans mulier de morte mariti si cum alio contraxit, & postea maritus eius redijt, an sit cogenda ad eum redire, & primum dimittere.

m 2 ***Gradibus.*** Gradibus consanguinitatis nobis contingentes mulieres non possumus ducere in vxores. Quare constitutum fuit ne consanguineae ducantur.

2 Gradu consanguinitatis vxori contingentē non licet vxorē ducere.

3 Gradus consanguinitatis & affinitatis secundum decreta vsque ad septimam generationem habent prohibitionem: hoc est quòd ratione consanguinitatis & affinitatis prohibitum est matrimonium vsque ad septimum gradum.

4 Gradus vij. consanguinitatis quare prohibitus est secundū canones.

5 Gradus consanguinitatis quomodo computandi sunt.

6 Gradibus prohibitis coniuncti ad quorum accusationem vel testificationem sunt separandi. Et ibi de iuramento separationis & reconciliationis. Et de iuramento eorum qui consanguinitatem probant. cap. de parentela.

7 Gradu prohibito coniuncti si adinuicem carnaliter cōmisceātur: filij ex tali incestuoso coitu procreati non sunt filij appellandi.

8 Gradus consanguinitatis & affinitatis quis dicatur esse dispēsabilis: idest quo gradu possit dispensari cum consanguineis & affinibus.

9 Gradu prohibito coniuncti (licet forte sententia pro matrimonio fuerit lata) possunt separari. Sententia enim pro matrimonio vel contra ipsum lata potest retractari veritate comperta: quia talis sententia nullo cursu temporis transit in rem iudicatam. Et ibi dicitur sententiam etiam Romani pontificis in melius posse mutari. c. sententiam.

10 Gradus affinitatis (siue ipsa affinitas) in superstite non deletur. Item soboles ex secunda suscepta nuptijs consanguineis prioris viri copulari non debet secundum decreta: sed hoc corrigitur per c. non debet. de consangui. & affini.

n 2 ***Rapiente.*** Rapiente virginem per vim ab aliquo raptus committi dicitur.

2 Rapientes violenter puellam potest illam peracta poenitentia in vxorem ducere. Et sic rapta raptori iure canonico nubere potest. cap. denique. & melius extra de rap. c. cum causa. cum similibus.

DECRE-

DECRETI TOTIVS CANONES HIC SECVNDVM ORDINEM ALPHABETI IMPRIMVNTVR,

Quod prater ceteras vtilitates multimode correctioni est adiumento non mediocri.

De litera A.

Arianoru

Consta-

D.

De his

F.

Hhhh iii

G.

H.

I.

Illud

Per ordinem alphabeti.

Na-

N

Præce-

7 4 Quanto

Q[...]

Quod

Sa

pore

Si quis

Vbi

F I N I S.

NOTATV DIGNA IN GLOSSIS ET NOVIS NOTATIONIBVS.

Ancil-

Notatu digna in glossis,

C

Cor

Notatu digna in glossis,

Electio

F

L

Metto•

Sethiani.

T

V

Visita-

Notatu digna in glossis, & nouis notationibus Decreti.

FINIS.

Errata hæc, quæ adnotantur, in multis voluminibus magna ex parte suis locis sunt emendata. Vbi autem id factum non est, sic emendentur.

Col. 5. *In margine in fine adnot.* ★ *Vide B. Thomam, &c. habetur c. 5. corrige, art. 3.*

35. *In not.* β ¶ Idem.] *in fine post verbum*, ob glossam. *adde hæc verba*, in ver. Græci.

48. *In margine citatis* Heb. 23.) Heb. 13.

49. *In epistola Græca lin. 7.* [illegible]) [illegible]. *& lin. 8.* [illegible]) [illegible]. *& lin. 9.* [illegible]) [illegible]. *& lin. 10.* [illegible]) [illegible]. *lin. 14* [illegible]) [illegible]. *lin. 18.* [illegible]) [illegible]. *ead. lin.* [illegible]) [illegible]. *lin. ead.* [illegible]) [illegible].

81. Cap. Quoniam sanctæ.] *lin. 3.* patre suo) patre tuo.

82. *Adnot.* γ ¶ Confirmamus.] *lin. 6.* [illegible]) [illegible].

95. *Adnot.* α ¶ Idest media.] *lin. 7.* [illegible]) [illegible].

118. *In adnot. marginali* ★ Semper fuit, &c. licet olius) licet olim.

187. *Adnot.* β ¶ Isidorus.] Nonnihil, &c. *deleatur, & in noua impressione non ponatur.*

191. *In margine est varietas lectionis*, al. [illegible]) [illegible].
Ibid. *In adnotat.* β ¶ Eos qui suscipiunt habitum.] Græce, &c. *lin. 2.* [illegible]) [illegible]. *lin. ead.* [illegible]) [illegible]. *lin. 3.* [illegible]) [illegible].

259. *In adnot.* α ¶ Dictis Bonifacij.] *lin. 35.* diciplina) disciplina.

403. C. Miramur.] *lin. 6. post ver.* principatus. *deest nota* α *respondens suæ notationi.*

455. C. Presbyteris) Presbyteri.

495. *Adnotat.* α ¶ Vigesimum.] *lin. 2.* in antecedente capite) in antecedente notatione.

531. C. Quicumque ex his.] *lin. 2. in verbo*, contemptu. *deest græca nota* α *respondens suæ notationi.*

765. C. Peruenit.] *lin. 7. è regione horum verborum*; & sicut Nicæna, *ponatur in marg.* In canonibus Nicænis ex Arabico versis, cap. 49.

808. *In adnot.* α ¶ Negotiorum.] *post ver.* [illegible], *addatur*, aut fortasse illam in suo codice habuit.

853. C. Quoties frater.] *lin. 22.* vosque adesse) vos, qui adesse.

937. *In margine vbi citatur*, Item Stephanus epist. 2. & Melchiades epistola vnica, *adde hæc verba*, infra 1. q. 4. hi qui.
Ibid. *In adnotatione*, β ¶ Non humanis.] *in penul. lin.* ect) est.

947. C. Redintegranda.] *vltima verba ipsius cap.* & reliqua. *debebant imprimi vario charactere.*

963. C. Hi, qui.] *In margine è regione istorum verborum in lin. 6.* atque decreta habemus, *pone*, 2. 2. q. 7. c. placuit.

979. C. Hæc quippe.] *lin. 17.* approbauerunt nec ipsos) approbauerunt; nec ipsos.

1045. *In adnot.* α ¶ Iudex.] *lin. 3.* testis, autem. *dele comm.*

1159. *In vlt. lin. textus & in vltimo verbo*, ho) hoc.

1391. *In adnot.* ¶ α ¶ Virginitate.] *in fi. adde hæc verba*, Sic etiã. §. Quod præcipitur. restitutũ est B. Hieronymo.

1443. *Adnotatio*, α ¶ Quosque.) α ¶ Quousque.

1451. *In adnot.* ¶ Caput hoc.] *in fi. adde*, Est aliquid simile in canonibus Nicænis versis ex Arabico, can. 76.

1557. *In prima linea textus est*, vnde alijs) vnde alij.

1591. *Adnotatio*, ¶ Libro quarto registi.] *lin. 1. habet*, de quo superius) de quo in proximo superiori cap.

1667. Cap. Faciat.] *in extremo*, quod non recte faciat. *Quoniã interpretatio, quæ in casu ponitur, oculos fugerat; sic corrige hunc locum, & sequentem notationem*, quod recte β faciat.
β ¶ Recte. *In originali legitur*, non recte. *sed non est emendatum propter casum.*

1708. 23. q. 1. *Adnotatio post cap. 1.* α ¶ In prouerbijs.] *in 2. lin.* coniucte) coniuncte.
Ibid. *In marg.* Ecclesia aliàs) Ecclesia vniuersalis.

1725. *Adnotatio*, ¶ Sensus huius.] *lin. 2. hic habet* vers.) ver.

1765. *In marg. vbi ait*, Idẽ c. 14. &c.) Idẽ Prosper, c. 14. &c.

1984. *Adnotatio marg.* ★ Non proprie monachi, &c. ibi, votum committentes) votum non emittentes.

2112. *Glossa in verbo*, Sicuti. *prope finem habet*, ex qua voluntas) ex quo voluntas.

2185. *Adnotatio in marg.* ★ Idest solus, &c. *post medium habet*, quare continuo) quare contritio.
Ibid. *Adnotatio*, β ¶ Item.] *vbi ait in penul. linea*, delictum, &c. *adde hæc verba*, Nec multo aliter in sermone 46. de Petri pœnitentia.

2206. *In adnot. marg.* ★ Immo Gratianus, &c. iudicio) inducit.

2222 *In margine est varietas lectionis*, † non pro eo dico vt reget) † non pro eo dico vt roget.

2255. *Adnotatio*, ¶ Burchardus etiam.] *lin. 1. habet*, non fine magno) non sine magno.

2295. *In tex. lin. 12. vbi ait*, Angelicæ virtutes, &c. *è regione in margine pone*, B. Greg. 27. mor. c. 25. & glo. ord. in c. 1. Gen. ad ea verba [Fiat firmamentum] ex Grego.

2541. C. Si Iudas.] *lin. 1. in fi. habet*, ve) vel.

2393. *Adnotationi quæ incipit* γ ¶ Imaginem.] *adde in fi. hæc verba*, & Origenes Periarchon, lib. 3. c. 6.

2545. *Adnotatio*, α ¶ Corpus.] *Illa verba sub parenthesi* (de Paulo loquitur) *imprimenda erant vario charactere.*

2589. *Adnotatio*, β ¶ Carnem peccati.] *lin. 6.* erat peccati; non caro peccati, quomodo) erat peccati, non caro peccati; quomodo.

2619. C. Si multa.) Si nulla.

Si qua alia occurrent, æquus Lector veniam dabit.

EA DE QVIBVS LECTOREM
principio visum est admonere, hæc sunt.

IN Ecclesia Romana omnium ecclesiarum magistra solitos esse asseruari conciliorum canones, & Pontificum decreta, ac ceteris ecclesiis communicari plane compertum est. Atque in vsu præcipue videtur fuisse collectio illa, quam Nicolaus Papa in c. si Romanorum. dist. 19. Codicem canonum nominat: in quo continebantur canones, & regula illa, quæ recensentur à Leone IIII. cap. de libellis. dist. 20. Huius codicis tria manuscripta exemplaria Romæ habentur in Vaticana bibliotheca. Extat etiam impressus Moguntiæ An. Sal. M. D. XXV. Repertus est autem in vetustissimo Cardinalis Vercellensis codice Cresconij ad episcopum Liberinum quidam quasi nomocanon: in quo, cum pluribus causarum titulis propositis, exponatur deinde, quibus synodorum, ac Decretalium epistolarum locis causa illa tractentur; capita capitibus Moguntini codicis, & numeri numeris optime respondent. Quæ quidem à Cresconio adhibita diligentia satis indicat frequentissimum fuisse huius collectionis vsum: & hæc ea est, quæ in notationibus, quæ nunc eduntur, absolute codex canonum vocatur.

De codice canonum

Ceterum inter priuatos collectores, qui multo plura congerere studuerunt, perantiquus est, Isidorus: cuius collectio protenditur à canonibus Apostolorum vsque ad concilium Hispalense secundum: habeturque in duobus codicibus Vaticanæ bibliothecæ, & vno monasterij Dominicani sanctæ Mariæ supra Mineruam: extat autem impressa in editionibus conciliorum, in antiquioribus quidem purior, in recentioribus autem, multis alijs concilijs, scriptisq. admista. Isidorum hunc Igmarus archiepiscopus Remensis in libro de synodis celeberrimum illum Hispalensem fuisse affirmat, à quo testatur etiam Trittemius librum Decretorum esse conscriptum: ac certe multa verba, quæ in præfatione huius collectionis leguntur, sunt in libro quinto Etymologiarum. In codice autem Dominicanæ bibliothecæ initio præfationis ita legitur, Isidorus mercator seruus Christi lectori conseruo suo, &c. nec multo secus in Vaticanis: quo loco in impressis est, Isidorus peccator seruus Christi, &c. Secutus deinde est (vt de ijs primum, quorum opera typis excusa sunt, loquamur) Burchardus Vuormaciensis episcopus Othonis III. & Henrici II. Bauari Imperatorum ætate: qui non ordinem temporum, & prouinciarum, vt Isidorus, sed rerum, & causarum sibi sequendum putauit. Iisdem vestigijs institit non ita multo post Iuo Carnotensis episcopus: sed exorta interim Berengarij hæresi multa ad illam confutandam pertinentia addidit, ac multa etiam præterea ex Pandectis, & codice: dum de laicorum quoque officijs sibi agendum putat: quod Burchardo minus necessarium visum fuerat: Extant autem duo volumina Iuonis nomine inscripta, eamdemque habentia præfationem: quorum vnum, quod Pannormia, alterius, quod absolute Decretum inscribitur, quasi epitome quædam est. Verum in hoc eodem campo alij etiam grauissimi viri (quorum libri partim in publicis, partim in priuatis bibliothecis manuscripti habentur) Cresconius, Anselmus, Deusdedit Cardinalis, Gregorius presbyter, qui volumen suum Po-

De collectione Isidori

Burchardus

Iuo

Pannormia

Cresconius Anselmus Deusdedit cardinalis

Gregorius presbyter auctor Polycarpi. GRATIANVS

lycarpum inscripsit, alijque nonnulli praeclare se exercuerunt, suamque operam probauerunt. Nouissimus istorum omnium praeter auctorem Pannormiae (nam is recentior fortasse est) Gratianus Monachus Benedictinus non tantum decretis colligendis, quod superiores fecerant, operam dedit: sed Iuonis fortasse praefatione excitatus eò potissimum incubuit, vt certis quaestionibus propositis, quid in vtramque partem ex canonibus, qui inter se nonnumquam pugnare videbantur, dici posset, ipse & afferret, & explicaret; omninoq. eorum varietatem, quae speciem dissensionis habebat, ad concordiam reuocaret. Ceterum in longo, ac perdifficili opere multa à parum aequis hominibus exagitabantur: nonnulla pij etiam & verecundi interdum desiderabant.

Quamobrem ne huiusce vtilissimi & grauissimi codicis vacillaret auctoritas, placuit primum Pio iiij. ac subinde Pio v. & Gregorio xiij. (apud quem etiam huius perfecti operis, quemadmodum & aliarum maximarum rerum, laus fuit,) vt illi corrigendo summa opera daretur, menda librariorum tollerentur, si qua etiam in re Gratianus vt homo minus vidisset, modeste notaretur, ipsaque omnino capita suis auctoribus quamdiligentissime restituerentur. Itaque & Romae Vaticana bibliotheca, & monasterij Dominicani supra Mineruam, aliaeque non paucae excussae sunt; & ex alijs vrbibus, atque regionibus inuitati doctissimi homines, qui idem facerent, & si quid inuenissent, quod ad hanc rem pertineret, pro sua pietate libenter communicarent, atque ad Pontificem mitterent. Qua diligentia illud factum est, vt cum iam magnam partem suum vnicuique tributum sit, ac propterea intelligi plerumque possit, quae synodorum generalium, quae summorum Pontificum, quae prouincialium conciliorum, quae Patrum decreta, ac sententiae, atque inter haec, quae sanctae Romanae sedi probata sint, quae minime; vix quisquam errare, atque incerta pro certis sequi, certa vero pro incertis suspecta habere posthac queat. Quod ad citationes auctorum pertinet, vbi error euidens erat, aut nonnulla Gratiani exemplaria cum veriore, atque ab alijs collectoribus allata citatione consentiebant, sublatis falsis inscriptionibus vera sunt restituta. Vbi vero, quamuis caput apud alium auctorem esset inuentum, fieri tamen poterat, vt illius quoque esset, quem Gratianus citaret; (sunt enim haud raro decreta tralatitia, & sententiae similes in bonis auctoribus) retenta Gratiani citatione satis visum est locum, vbi hodie habeatur, indicare. Et quoniam interdum aut capitis aliqua quidem pars illius auctoris est, qui citatur, aliqua vero minime, aut verba valde sunt mutata; id quoque est indicatum, adscriptumque praeterea in margine, quo loco idem caput in glossa Bibliorum ordinaria, in libris sententiarum, & apud ceteros collectores habeatur, eos praesertim, qui in huius operis emendatione magno vsui fuerunt. Animaduersum vero est multa olim fuisse (quorum nonnulla hodie etiam habentur) homiliarum ex varijs auctoribus collectarum volumina: quibus homilijs nomen auctoris aut non esset praepositum, aut etiam mutatum: quod decretorum collectoribus, qui fontes adire in illa librorum penuria plerumque non poterant, errandi interdum dederit occasionem. Sepe etiam Gratianus multas Patrum sententias simul colligit, atque in vnum caput concludit, (quamuis in uulgatis codicibus plerumque in diuersa capita sint distracta, sed fere sine rubrica:) idque cum facit, non ipsa prorsus auctorum uerba affert: sed arbitratu suo mutat, addit, imminuit, summatim complectitur: quod

De citationibus.

tur: quod etiam Burchardus, & Iuo faciunt, cum citant hoc modo, ex dictis Augustini, ex dictis Hieronymi.

De emendatiõe textus.

In emendando textu, primum initia capitum ob vsitatas doctorum citationes non sunt mutata: sed vbi ab originali discrepabant: in margine, aut in notatione est indicata germana lectio. Deinde hac glossa ipsius habita ratio est, vt nihil in textu sit mutatum; vbi mutatio ipsa impeditura erat, quominus quid sibi auctor glossa voluisset, animaduerti posset: sed eodem modo aut in margine, aut in notatione mendum est indicatum. Vbi vero hac non obstabant, hac fere seruata corrigendi ratio est: vt si videretur voluisse Gratianus auctorum, quos citaret, ipsa prorsus verba referre, ea ex ipso originali emendarentur, & interdum etiam non leui proposita vtilitate, aliqua adderentur: nisi sicubi vulgata lectio visa est melior: nam tunc illa retenta notatum est, quomodo originale ipsum habeat. Sinautem Gratianus non eadem prorsus verba afferre voluerat, sed aut in summam quamdam ipse redigere, aut ab alijs redacta, vt ab auctore glossa ordinaria, ab Iuone, & alijs collectoribus referre; tunc nihil fere emendatum, vel additum est: nisi forte Patris illius, vnde collector acceperat, restituta lectio magnam afferre visa esset vtilitatem: multisque locis id notatum est, & verba ipsius originalis allata: vt lector identidem in memoriam huius adhibita cautionis reuocaretur, & labore ad originalia adeundi leuaretur. Quod si idem caput ex pluribus vicinis alicuius Patris locis confectum est; (nam qua multum distabant, satis plerumque fuit in margine indicare) adiecta sunt in textu particula illa, & supra, & infra: *Scilicet, vbi seriem & nexum collectionis impeditura non erant. Vbi vero Gratianus ipse loquitur, ex manuscriptis huius libri exemplaribus pura, germanaque lectio est restituta.*

De versionibus.

In codice canonum capita, qua ex gracis synodis recitantur, sunt à Dionysio Exiguo in linguam latinam conuersa: cuius prafatio manuscriptis ipsius codicis exemplaribus praposita legitur. Isidorus autem partim hac ipsa Dionysij versione, quamquam raro, partim fortasse prisca illa, cuius mentionem in prafatione sua Dionysius facit, vsus est aut integris, aut aliquantulum immutatis, partim etiam alijs, qua tunc, vt ipsemet Isidorus testatur, extabant, hodie, praterquam apud istos decretorum collectores non extant. Quocirca mirandum magnopere non est; si ceteri collectores, & omnium fere postremus Gratianus, qui & codicem illum canonum, & Isidori collectionem, & alias etiam habebant, eumdem canonem non semper ex eadem versione recitent. Qua de re sape in notationibus lector est admonitus, & vbi necessarium visum est, graca canonis verba cum versione noua sunt allata: idemque in ceteris Patrum gracorum sententijs factum est.

De paleis.

De nomine Palea sunt varia doctorum hominum sententia. Multi ea capita, in quibus res inanes ac leues continerentur, hoc nomine appellari censuerunt: alij quasi τὰ παλαιὰ, *idest antiqua: alij quasi additiones quasdam, deriuata, aut potius deprauata voce ab aduerbio* πάλιν, *idest, rursum, quo scriptores etiam latini tempore Gratiani vterentur. Verum Ioannes Andrea in additon. ad Specul. tit. de di-*

ς 2 *sput.*

sputation. & allegation. prope finem (quem Imola in rubri. de verborum obligation. Alexandrinus in proœmio Decretal. Iason in rubr. tit. de action. & alij sunt secuti) putat quemdam Protopaleam, quem Iason addit Cardinalem fuisse, collectioni Gratiani capita hæc adiunxisse. Atque vt in re tam incertæ aliquid elici coniectura possit, exponetur, quid in collatis exemplaribus obseruatum fuerit. In tribus, quæ sunt antiquissima, & videntur scripta paulo post Gratiani ætatem, paucissima ex huiusmodi capitibus habentur. In vno valde emendato sunt apposita in margine sine vlla nota, sed non omnia, quæ in impressis: quamuis vicissim in illo additiones aliquæ sint, quæ in his non habentur. In alio litteris perantiquis descripto, Paleæ ipsæ recentiori scriptura toti volumini præponuntur. In ceteris habentur aut omnes, aut pleraque, & partim quidem cum paleæ nomine, partim vero sine vllo à ceteris capitibus discrimine. Ex qua obseruatione illud videtur posse colligi, has paleas esse additiones non eodem tempore factas ad primam collectionem Gratiani, in margine primum adscriptas, ac nonnullas fortasse ab ipsomet Gratiano, vt fit, inter componendum, aut relegendum: quas deinde librariorum quidam omiserint, quidam in contextu posuerint, interdum coniunctè cum prioribus capitibus, interdum cum aliquo discrimine. Falsam vero esse illorum opinionem, qui eas contemnendas putant, ex eo constat, quòd multa & in Decretalibus, & apud vetustiores Gratiano collectores habentur: quod suis locis indicabitur.

De titulo. *In plerisque vetustis huius collectionis exemplaribus hæc tamquam inscriptio rubris litteris posita est,* Concordia discordantium canonum, *addita in quibusdam dictione,* Incipit, *sine vlla Gratiani mentione. Verum in Vaticano illo vetustissimo, cui voluminis ipsius initio recentiori scriptura paleas esse præpositas dictum est, ante ipsas paleas est hic titulus,* Decretum Gratiani monachi sancti Felicis Bononiensis, ordinis sancti Benedicti, compilatum in dicto monasterio Anno Domini Millesimo centesimo quinquagesimoprimo, tempore Eugenij Papæ tertij. *In alijs vero duobus codicibus, in extremo est.* Explicit Decretum compilatum à Gratiano monacho monasterij sancti Felicis de Bononia. *In chronico, quod inscribitur* Pomærium Ecclesiæ Rhauennatis, *qui liber in Bibliotheca Vaticana seruatur, hæc de Gratiano leguntur,* Anno Christi millesimo centesimo quinquagesimo primo, Gratianus monachus de Classa † ciuitate Thusciæ natus Decretum composuit apud Bononiam in monasterio sancti Felicis. *Idem testatur Hugutio vetustissimus huius codicis interpres secunda, quæstione sexta, cap. post appellationem. & Vincentius in libro Historiarum bis, semel libro vigesimotertio, capit. trigesimoprimo, loquens de Isidoro, & iterum libro vigesimoquinto capit. octuagesimo quarto, agens de Iuone, & alijs Decretorum collectoribus: & sanctus Antoninus par. tertia histor. titulo decimooctauo, capit. sexto. Trittemius vero in libro de scriptoribus ecclesiasticis Gratianum agnoscit huius collectionis auctorem: itemque in libro secundo de viris illustribus ordinis sancti Benedicti: quo tamen loco addit (ipsam fortasse operis inceptionem spectans) fuisse ab eo compositum Anno Domini Millesimo centesimo*

† Alij, Clusio, alij Ciusa.

simo

simo vigesimoseptimo. Hanc collectionem Innocentius tertius in epistola ad Archiepiscopum Compostellanum vocat corpus Decretorum. Ob has igitur auctoritates, & receptam apud omnes opinionem in prima huius voluminis pagina praepositus est titulus nomine Gratiani.

Quod ad glossas pertinet, quae pios & catholicos auctores habuerunt; quae in illis errata paulo maioris ponderis pro humani ingenii infirmitate obrepserunt, ea in margine sunt notata, & quid catholice sentiendum sit, ostensum est. Hae autem notae, quibus asteriscus affixus est, necessario posthac in omnibus impressionibus apponendae erunt.

De notationibus in glossis.

INDEX LIBRORVM QVI VARIIS EX LOCIS SVNT HABITI.

A

Ambrosii sermones aliquot, qui adhuc non extant impressi, ex bibliothecis Vaticana, & monasterij Mediolanensis sancti Ambrosii.

Anselmi collectio canonum ex Vaticana, & Hieronymi Parisetti.

Alexandri ij. epistola aliquot, partim missa ab Antonio Augustino archiepiscopo Tarraconensi, partim ex bibliothecis, Vaticana, Nicolai Ormanetti episcopi Pataüini, Michaelis Thomasii episcopi Ilerdensis.

Anastasii bibliothecarij chronicon, & versio septima synodi, & octaua sub Hadriano ex Vaticana, & Cardinalis Sirleti.

B

Bonifacij Papa concilium ex Hispania ex vetusto codice monasterij Populeti.

Bonifacij martyris epistola ex bibliotheca monasterij B. Mariæ supra Mineruam.

C

Cresconij Nomocanon ex bibliotheca Cardinalis Vercellensis.

Capitula aliquot Pontificum ex eodem codice monasterij Populeti.

Capitularium liber septimus, & capitularia adiecta, missa à Iacobo Amioto episcopo Antisiodorensi ex bibliotheca ecclesiæ Belluacensis.

Collectio decretorum Romanorum pontificum ab Augustino archiepiscopo Tarraconensi.

Codex canonũ, qui apud veteres pontifices in vsu fuit, ex Vaticana, Dominicano, & Cardinalis Sirleti.

Collectio canonum incerti auctoris ex Vaticano.

Collectio canonum ex bibliotheca ecclesiæ Mutinensis.

Collectio canonum pœnitentialium incerti auctoris ex bibliotheca Michaelis Thomasii episcopi Ilerdensis.

Conciliorum Hispaniensium, & Carthaginensium varietates lectionis ex bibliothecis regis catholici Lucensi, & Soriensi à Cardinali Quiroga.

Centij Camerarij liber de formis iuramentorum ex bibliotheca Achillis Stathij.

Concilij alicuius fragmento quadam post Anselmi collectionem in codice Hieronymi Parisetti.

Cypriani operum exemplaria ex Vaticana, & monasterio sancti Saluatoris Bononiensi.

D

Decreti huius vndeuiginti exemplaria manuscripta, partim sine glossis, partim cum glossis, duodecim quidem ex Vaticana, reliqua vero ex bibliotheca Marcelli Papæ ij. Cardinalium Vercellensis, & Sirleti, Michaelis Thomasii episcopi Ilerdensis, Achillis Stathij.

Decretorum excerpta ex bibliotheca sancti Trudonis ab Alberto Leonino nomine vniuersitatis Louaniensis.

Deusdedit Cardinalis collectio canonum, & libri quatuor de rebus ecclesiasticis ex Vaticana.

E

Eugenij ij. concilium ex Vaticana, & tertij ex Vaticana, & ex Gallia.

Emeritense concilium à Cardinali Quiroga.

Ephesini concilij prima antiqua versio ex Vaticana.

F

Fulberti episcopi epistola descripta ex vetusto codice ecclesiæ Belluacensis à Iacobo Amioto episcopo Antisiodorensi.

G

Gregorij iij. epistola ex bibliotheca monasterij supra Mineruam.

Gelasii scripta quædam, & aliorum Pontificum epistolæ ex Vaticano.

Gelasii epistola ab Antonio Augustino archiepiscopo Tarraconensi.

Gregorij primi epistola manuscripta ex Vaticana, & episcopi Ilerdensis.

Gregorij vij. regestum ex Vaticana, & multis priuatis.

Gregorij iiij. epistola ad vniuersos episcopos per Galliam, & c. ex bibliotheca monasterij supra Mineruam.

Gregorij x. epistola ad regem Armeniorum ex bibliotheca Cardinalis Sirleti.

Græcorum patrum commentarij in sacram scripturam, aliaque eorumdem scripta, & cõcilia ex Vaticana.

H

Humberti legati Leonis ix. ad libellum Nicetæ contra Latinos responsio ex monasterio S. Mariæ noua.

I

Isidori Hispalensis operum codex ex monasterio Neapolitana sancti Augustini in Carbonaria.

Isidori collectio canonum ex Vaticana, & Dominicana supra Mineruam.

Ioannis viij. epistola ex Vaticana.

Isidori collectionis canonum præfatio alia à vulgata, missa ab archiepiscopo Tarraconensi, & Aluaro Gomez ex bibliotheca ecclesiæ Toletanæ.

Isidori epistola ad Lanfredum ex bibliotheca supra Mineruam.

Innocentij ij. concilium ex Vaticana.

Isidori Hispalensis regula monachorum ex Hispania.

L

Leonis iiij. epistola duæ, vna ex bibliotheca M. Antonij Mureti, altera ex bibliotheca Francisci Turriani.

Leonis ij. epistola à Cardinali Quiroga ex vetusto codice regia bibliotheca.

Leonis iiij. concilium ex Vaticana.

Nicolas

N

Nicolai primi plures epistola ex bibliotheca supra Mineruam.

Nicolai concilium aduersus Ioannem Rhauennæ archiepiscopum ex bibliotheca ecclesiæ Mutinensis.

Nicolaus ad consulta Bulgarorum ex Vaticana.

P

Pontificalia manuscripta ex Vaticana, & Cardinalis Sirleti.

Polycarpus, idest collectio canonum Gregorij presbyteri ex Vaticana.

Petri Damiani oratio de priuilegio sedis Apostolicæ, & disceptatio inter regium aduocatum, & Romanæ ecclesiæ defensorem ex bibliotheca Cardinalis Sirleti.

Paschalis primi epistola & decreta ex bibliotheca Ormanetti episcopi Patauini, & fragmentum concilij apud Guardastallum ex Vaticana.

R

Rhemense concilium in pago Trosleiano habitum, missum ab episcopo Antisiodorensi.

S

Scriptum de moribus, vita, & morte Agapiti ex Vaticana.

Stephani v. epistola in collectione canonum incerti auctoris ex Vaticana.

Sanctorum vitæ ex bibliotheca S. Mariæ maioris.

Stephani iiij. concilium in collectione Deusdedit Cardinalis ex Vaticana.

Synodus octaua ex bibliotheca Cardinalis Sirleti, & Vaticana.

T

Ticinense concilium à Iacobo Amioto episcopo Antisiodorensi.

Theodulphi capitula ex bibliotheca M. Antonij Mureti.

Theophanis cronicon ex Vaticana.

Toletanæ ecclesiæ priuilegiorum liber ex Hispania.

Toletana concilia xiij. xv. xvi. xvij. à Cardinali Quiroga, & xvi. etiam à Petro Pontio episcopo Placentino.

V

Vrbani ij. concilium Placentinum, & fragmentum alterius concilij, & epistola L. præposito sancti Iuentij ex Vaticana, Synodus apud Melphiam ex Vaticana, & à Iacobo Pammelio canonico Brugensi, & concilij Claramontensis apud Aluerniam summa capitum à Francisco Riccardotto episcopo Atrebatensi ex vetusto codice Lamberti episcopi Atrebatensis, eiusdemque concilij fragmentum à Iacobo Pammelio.

Z

Zozimi, & episcoporum Africanorum ad ipsum epistola ex Vaticana.

Zachariæ decreta ex bibliotheca Ormanetti episcopi Patauini, Synodus Romana ex Vaticana, Francisca ex Dominicana supra Mineruam.

Hæc sunt, quorum nunc memoria suppetit. Ceterum & alia aliunde habita: & omnium fere librorum, quorum in hoc opere mentio fit, editiones cum manuscriptis codicibus Vaticanæ, & aliarum bibliothecarum diligenter collatæ sunt.

GREGORIVS
PAPA XIII.

Vniuersis Christifidelibus præsentes litteras inspecturis salutem, & Apostolicam benedictionem.

EMENDATIONEM Decretorum, locorumque à Gratiano collectorum, (erat enim is liber mendis, & testimoniorum deprauationibus plenissimus,) à nonnullis Romanis Pontificibus prædecessoribus nostris optimo consilio susceptam, selectisque ad id negotium sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalibus, & alijs eruditissimis viris adhibitis commissam, multis autem, varijsque impedimentis hactenus retardatam, nunc tandem vetustissimis Codicibus vndique conquisitis, auctoribusque ipsis, quorum testimonijs vsus erat Gratianus, perlectis, quæque perperam posita erant suis locis restitutis, magna cum diligentia absolutam, atque perfectam, edi mandauimus. In quo magna ratio habita est operis ipsius dignitatis, & publicæ eorum præsertim, qui in hoc studio versantur, vtilitatis. Iubemus igitur, vt quæ emendata, & reposita sunt, omnia quamdiligentissime retineantur, ita vt nihil addatur, mutetur, aut imminuatur. Datum Romæ apud sanctum Petrum sub annulo Piscatoris die secunda Iunij. M. D. LXXXII. Pontificatus nostri Anno Vndecimo.

Ant. Buccapadulius.

CONCORDIA DISCORDANTIVM CANONVM,

AC PRIMVM[a] DE IVRE DIVINAE & humanæ constitutionis.

DISTINCTIO PRIMA.

De hoc titulo dictum est in præfatione.

Humanum genus[a] duobus[b] regitur, naturali[c] videlicet iure, & moribus[d]. Ius naturale est, quod in lege & Euangelio continetur: quo quisq; iubetur alij facere, quod sibi vult[e] fieri; & prohibetur[f] alij inferre[g], quod sibi nolit fieri. Vnde Christus in Euangelio[h]: [Omnia quæcumque vultis vt faciant vobis homines, & vos eadem facite illis. Hæc est enim[k] lex & prophetæ.] (Matth. 7.)

Hinc[l] Isidorus in quinto lib. etymologiarum. c. 2. ait.

Not. a ¶ Ac primum.] *Hoc loco in manuscriptis codicibus magna est varietas. Nam partim nulla est hoc loco inscriptio: partim vero legitur,* De iure scripto, & non scripto, & quod cui præponatur, & legum auctoribus, & duorum malorum electione, siue dispensatione. *Aut,* Ac primum de iure constitutionis naturæ diuinæ, & humanæ. *Aut,* De iure naturæ, & humanæ constitutionis, *quam Dominicus de Geminiano agnoscit. & extat in nonnullis antiquioribus editionibus. Aut,* De iure naturæ, & constitutionis: *quæ inscriptio maxime videtur conuenire tractationi Gratiani, qui sæpe ad hæc capita reuertitur, vt infra distin. 5. 7. 8. 15. & 51. q. 1. c. si qua causa hunc totum locum indicans scribit:* Require in principio, vbi differentia signatur inter ius naturale, & ius constitutionis. *Verumtamen in hac tanta varietate, quæ, vt alia coniectura mittantur, argumento esse potest, nullam hic à Gratiano ipso positam esse rubricam, satis visum est retenta vulgata lectione ceteras indicare.*

¶ Diuinæ leges natura, humanæ moribus constant. C. I.

OMnes leges[m] aut diuinæ sunt, aut humanæ. Diuinæ natura, humanæ moribus constant: ideoque hæ discrepant[n]; quoniam aliæ alijs[o] gentibus placent. ¶ Fas lex diuina est: ius lex humana. ¶ Transire per† agrum alienum[p] fas est[q]; ius non est.

† *per alienum.*] in Isid. manusc.

QVONIAM nouis superuenientibus causis, nouis est remedijs succurrendum: idcirco ego Bartholomæus Brixiensis confidens de magnificentia Creatoris, apparatum Decretorum duxi in melius reformandum, non detrahendo alicui, nec attribuendo mihi glossas, quas non feci: sed supplendo defectum solummodo, vbi correctio necessaria videbatur, vel propter subtractionem decretalium, & diminutionem earumdem, vel propter iura, quæ superuenerunt de nouo. Interdum etiam solutiones interposui, quæ prætermissæ fuerant à Ioanne. Hoc feci ad honorem omnipotentis Dei, & Ecclesiæ Romanæ, & ad communem vtilitatem omnium studentium in iure canonico. Bar.

Glossas Ioannis suppleuit multas. Bart. Brix.

Humanum genus.] Hæc distinctio diuiditur in duas partes. In prima probat per quattuor canones, quod humanum genus regitur duobus, scilicet iuribus, & consuetudinibus. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Est & alia.* ponit septem differentias iurium. Ioan. de Fant. & Pet.

CASVS. Ille sic ponitur. Dicitur hic quod duo sunt instrumenta per quæ genus humanum regitur & gubernatur, scilicet ius naturale, & consuetudo siue mos. Ius naturale est quod in lege & in Euangelio continetur: quo iure quisque iubetur alij facere, quod sibi vult fieri: & hoc prohibetur alij inferre, quod sibi nolit fieri: & hoc probatur auctoritate Christi dicentis: Omnia quæcumque, &c.

a ¶ *Humanum genus.*] Tractaturus dominus Gratianus de iure canonico, primo incipit à simplicioribus secundum naturam, scilicet a iure naturali, quod antiquius & dignius est[1]: Cœpit enim ab ipsa rationali creatura, vt Instit. de re. diui. §. commodius. Assignat ergo multas differentias iuris naturalis ad alia iura, vsque ad 15. distin. in qua aggreditur principale propositum de iure canonico, originem eius assignans.

Ius naturale reliquis antiquius est.

1 *Vt 5. distin. c. 1. in prin.*

b ¶ *Duobus.*] Signatur prius j. 96. dist. duo. sed illis duobus regitur tamquam auctoribus, istis tamquam instrumentis. 11. q. 1. c. sicut enim. §. ex his.

c ¶ *Naturali.*] idest, diuino[2].

2 *Idem Abbas de Imo. in l. mi li 11. C. de test. milit.*

d ¶ *Moribus.*] idest, consuetudinario iure, vel etiam iure humano, siue scripto, siue non scripto. 25. q. 2. institutionis.

e ¶ *Vult.*] Sed nonne ego volo quod alter det mihi rem suam, non tamen ego volo ei dare rem meam? Expone ergo, vult, idest debet velle. & sic exponitur ibi, Habe charitatem, & fac quod vis. & sic exponitur lex. ff. de solu. l. 1. vel expone, iubetur, idest consulitur[3], sic e conuerso verbum rogandi pro verbo præcipiendi ponitur 11. q. 3. rogo.

Volo, idest, velle debeo.

3 *Consulitur, & quasi quoddammodo præcipitur.*

f ¶ *Prohibetur.*] Numquam inuenimus expresse prohibitum in lege, vel in Euangelio, nisi per quandam consequentiam. Nam vbi vnum contrariorum præcipitur, per consequens aliud prohibetur: sic vbi aliquid iudicatur meum esse, per consequens iudicatur tuum non esse. ff. de pecu. Pomponius. §. 2.

est: sed expone, vult et ex lege naturali dictamine, non autem ex perturbatione concupiscentiæ.

g ¶ *Inferre.*] Sed nonne iudex vult inferre mortem reo, sed tamen non vult vt sibi mors inferatur? Sed dic, quod iudex non infligit mortem, sed lex, vt 23. q. 5. homicidas. & c. cum homo. Vel intelligas hæc omnia de operibus misericordiæ, ad quæ quilibet tenetur, vt 86. dist. non satis. Ioan.

Iudex non condemnat, sed lex.

h ¶ *In Euangelio.*] Matthæi. 7.

i ¶ *Vultis.*] idest, debetis velle.

k ¶ *Hæc est enim.*] idest, in his consistit. sic ponitur ibi, Deum time, & mandata eius obserua: hoc est omnis homo, Ecclesiastici 12. de pœ. dist. 2. charitas.

l ¶ *Hinc.*] Ad probandam diuisionem supradictam.

m ¶ *Omnes leges.*] CASVS. Capitulum istud diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quod legum aliæ sunt diuinæ, aliæ humanæ: diuinæ natura, humanæ autem moribus constant: & quia mores hominum sunt diuersi, per quos humanæ leges statuuntur, ideo humanæ leges discrepant, quoniam aliæ alijs placent, & aliæ alijs. In secunda parte dicitur quod hoc nomine, fas, lex diuina: hoc nomine, ius, lex humana continetur. In tertia parte dicitur, quod transire per agrum alienum fas est, idest iure diuino permittitur: ius autem non est, idest, non permittitur iure humano. Secunda pars incipit ibi, *Fas.* Tertia ibi, *Transire.* m ¶ *Omnes leges.*] idest, omnis lex. & ponitur plurale pro singulari. si enim demonstrares duas leges, vnam diuinam, & aliam humanam, non posset vere dici istæ leges aut sunt diuinæ, aut humanæ. Et valet talis interpretatio in rescriptis quandoque cum ita scribitur: si illa vera sunt, idest, si hoc verum est, & si illud verum est: sic extra de appel. significauit. in fin. & extra de præben. cum iam dudum. & extra de rescrip. ex parte. sic. j. 2. q. 1. in primis[4]. & ff. de cond. & demon. falsa. & ff. de statu homi. summa.

Plurale in singulare resoluitur.

4 *Ibi si alij accusatores, &c.*

n ¶ *Discrepant.*] Non tamen sunt contrariæ. nam transire per agrum alienum diuina lex permittit, humana prohibet: sed prohibitio & permissio non sunt contraria. nam Dominus permittit vxorem infidelem dimitti, Apostolus prohibet, vt 28. q. 2. iam nunc.

Prohibitio & permissio contraria non sunt.

o ¶ *Alijs.*] vt j. 12. distin. illa. & j. 32. dist. placuit.

p ¶ *Alienum.*] Sed nonne iure naturali omnia sunt communia, vt j. cap. ius naturale. & j. dist. 8. quo iure. non ergo aliquis ager alienus est, ideo expone, alienum, idest, qui est alienus modo.

Omnia sunt communia iure naturali.

q ¶ *Fas est.*] idest, æquum est[5], cum subest causa, & innoxius est transitus, vt 23. q. 2. c. vlt. Item iure diuino licitum est comedere vuas in agro alterius, sed non exportare, conterere spicas & comedere licitum est. 6. q. 3. c. 1. sed non mittere falcem, vt j. de conse. dist. 5. discipulos. sed licet sit æquum iure diuino, tamen non est ius, idest, ius non dat ciuilem actionem. Vbi enim aliquid mihi prodest, & tibi non nocet: æquum est vt mihi non prohibeas, licet ius tibi deficiat, vt ff. de aqua plu. arcen. in summa. §. item Varus. Transire tamen per agrum alienum licet in casibus, scilicet, si seruitutem debeat, vt C. de seruit. per agrum. Item si thesaurum suum quis vult effodere. ff. ad exhib. thesaurus. in fi. Item si glans mea decidit in agrum tuum. ff. de glan. legen. l. vnica. & dum quæro hominem fugitiuum. ff. de ser. fugi. diuus. & in alio casu. 23. q. 2. c. vlt. Item dum via publica destructa est, vt ff. quemadmo. ser. amit. si locus. §. vlt. Io.

5 *Vel dic, licitum est, si dominus non prohibeat. Prohibitio enim domini tollit hanc permissionem: & sic dicas licitum esse ei in sua natura, & a iure naturali permissum ... fasca ... possessor ex eo ... licitum est, non semper ... quum est, secundum Laur.*

EX VERBIS. CASVS. Cōcludit Gratian⁹ ex supradicto cap. differentiā esse inter legē diuinā & legē humanā: cū omne q fas est, noīe diuinæ vel naturalis legis intelligatur: noīe vero legis humanæ mores cōscripti & traditi intelligant. Io fioe dicit, q ius est generale nomen multas continens species. & hoc probat per sequentia.

Ex verbis huius auctoritatis euidenter datur intelligi, in quo differant inter se lex diuina & humana; cum omne quod fas est, nomine diuinæ vel naturalis legis accipiatur; nomine vero legis humanæ, mores iure cōscripti, & traditi intelligantur. Est autem ius generale nomen, multas sub se continens species. Vnde in eod. lib. Etymolog. c. 3. Isidorus ait.

¶ Ius genus, lex autem species est. C. II.

IVs generale[a] nomen est; lex autem iuris est species. Ius autem est dictum: quia iustum est. Omne autem ius legibus, & moribus cōstat.

¶ Quid sit lex. C. III.

LEx est [b] constitutio scripta.

Isid. eod. c. 3.

¶ Quid sit mos. C. IIII.

MOs est longa [c] consuetudo de moribus [d] tantummodo † tracta.

Isid. ibidem
Iuo p. 4. c. 200.
† *tantumdem.*] in orig. manusc. & aliquot Gratianis.

Apud Isidorum hæc antecedunt. Mos est vetustate probata cōsuetudo, siue lex non scripta. Nam lex à legendo vocata est, quia scripta est. Mos autem longa consuetudo est, &c.

¶ Quid sit consuetudo. C. V.

COnsuetudo autem est ius quoddam moribus institutum [e], quod pro lege suscipitur, cum deficit lex [f]. ¶ Nec differt, an scriptura, an ratione consistat, quando & legem ratio commendat. ¶ Porro si ratione [g] lex constat: lex erit omne iam quod ratione constiterit; dumtaxat, quod religioni conueniat [h], quod disciplinæ congruat [i], quod saluti proficiat [k]. Vocatur autem consuetudo, quia in cōmuni est vsu.

Isid. ibidem
Iuo ibidem.
Pann. l. 2. c. 161.
Tertullianus in l. de corona militis.

a ¶ *Ius generale.*] Casus trium capitulorum sequētium planus est: & per te videbis.

a ¶ *Ius generale.*] quia iustum est: nec iudex di oisi iustus sit, vt 23. q. 5. c. 1. Qnq; est aliquod ius qd non est æquū nec iustum, vt si alicu⁹ vxor adulteratur, q ille non possit promoueri, vt 34. dist. si cuius. qđ intelligo si ille postea cognouerit eam [1]: qa sine culpa sua puniri nō debet, vt 16. q. 7. inuentū. Item æquū & iustum est, vt nemo cum alterius iactura locupletetur, vt extra de pœnis, suam. & ff. de condi. inde. oā hoc. & tñ ꝯ illam æquitatem inducta est vsucapio siue præscriptio. Itē iniquū est vt vnus puniat pro alio: qa nō debet vltra ꝑgredi pœna q̄ reperiat delictū, vt extra de his q̄ fiūt a ma. par. cap. q̄siuit. tñ ꝯ hāc æquitatē multa iura loquūtur, vt 1. q. 4. ecclesia. §. item ex peccato Achor. & 6. q. 1. sunt plurimi §. verū. & extra de ipō. nō est vobis. Sed dic q in oībus casib⁹ ex causa & ꝓ bono pacis vel publico inducit q̄nq; rigor ꝯ naturalem æquitatem, q̄nq; tñ sine ratione inducitur rigor ꝯ æquitatem: & hoc solum pro ratione sufficit, q ita scriptum est, vt ff. qui & a qui. manu. libe. non fi. l. prospexit.

b ¶ *Lex est. &c.*] iustum præcipiens, & ꝯrium prohibens. 13. q. 4. si ecclesia. in fi. & dr̄ lex eo q legitime ligat. 2. dist. oīs. Archi.

c ¶ *Mos est longa.*] Quam consuetudinem dicis esse longam, vel quot vices dicis inducere consuetudinem: nunquid illud qđ bis factum est, vt 25. q. 2. ita nos. Vel illam quæ ter facta est, vt extra de elect. venerabilem. in fi. Vel illam quæ sæpius q̄ ter est facta, vt extra de causa pos. & proprie. cum ecclesia Sutrina. Vel illā quæ decies facta est: sicut lōga ꝑscriptio dr̄ quæ est 10. annorum, vt C. de præscrip. lon. temp. per totū. Vel illam cuius nō extat memoria, vt 3. q. 6. hæc quippe. ff. de aqua quoti. hoc iure §. ductus aquæ. Dici consueuit q in criminalibus duæ vices inducunt cōsuetudinem: sed in alijs tres non sufficiunt. C. de epi. aud. l. 4. in fi. Io. Hoc teneas pro certo, q ſm ius canonicum non valet consuetudo, nisi ꝑscripta sit & rationabilis, vt extra de consue. cap. vlt. Vr̄ tñ hic q quaternarius actus inducat consuetudinē. C. de ser. l. vlt. Bar. Brix.

d ¶ *De moribus.*] Hæc descriptio dupliciter vr̄ inconueniens, & quia idem ponitur in descriptione quod in descripto: & quia idem ponitur pro specie & genere. Sed dic q aliter sumitur hic hoc nomen, mos, & aliter hoc nomen, moribus; & aliter hoc nomen, cōsuetudo. Nā mos sumitur pro iure non scripto, consuetudo sumit generaliter pro iure scripto & non scripto, vt ī. cap. proxi. sed hoc nomen moribus, sumit hic pro frequentibus actibus hoīum. Ioā.

Consuetudo.] C. V. Capitulū istud diuiditur in tres partes. In prima parte ponitur diffinitio consuetudinis, quæ talis est. *Consuetudo est ius quoddam*, &c. In secunda parte quæ incipit ibi, *Nec differt.* dr̄ q non refert vtrum consuetudo sit scripta, an sola ratione, idest sine scriptura consitet: qm & legem ratio commēdat. In tertia parte quæ incipit ibi, *Porro.* dicitur q lex est ratio: quia rōnem habet: & cōsuetudo erit lex, idest, seruabitur pro lege, quæ rōnem habet, dummodo religioni congruat, disciplinæ cōueniat, saluti proficiat. & dicitur consuetudo, quia in vsu cōis est.

e ¶ *Institutum.*] Videtur hic manifeste, q plures vices non sufficiunt ad hoc vt aliquid dicatur consuetudo: nisi institutum sit, q illud pro consuetudine amodo seruetur. nam potest esse q ex gratia vel tolerantia hoc sæpius ꝑmissum sit, vt extra de verb. sig. abbate. & 10. q. 3. quia cognouimus. vnde licet aliquid sæpius factū sit: nisi eo animo factum sit vt in posterum fieret; etiam si suo iure id faceret, talis vsus non dicitur vsus, vt ff. de itine. actuq; priua. l. 1. §. Iulianus recte ait. & l. vlt. Item alia ratione patet, q solæ vices non inducunt consuetudinem: quia licet pluribus vicibus aliquid iudicatum sit, non ideo in posterum ita iudicandum est: quia non exemplis, sed legibus est iudicandum, vt C. de sen. & inter. nemo. sed secundum consuetudinem bene iudicatur [2], vt extra de eo qui mit. in pos. cum venissent. 12. dist. illa. & 32. dist. placuit. Item multa alia requiruntur ad hoc, vt aliquid dicatur consuetudo, vt dicemus ī. dist. 8. frustra.

f ¶ *Cum deficit lex.*] Hic vr̄ q tunc demum recurrendum est ad consuetudinem, cum lex deficit. Et sic est arg. q nunq̄ ſm consuetudinem est iudicandum, si ius ꝯrium præcipiat, & arg. ī. 11. dist. consuetudinis. & cap. consequens. & ī. dist. 8. si consuetudinem. & cap. consuetudo. & extra de sent. & re iudi. cum causa. & extra de foro compe. quod clericis. Rñdetur, q non ſm cōsuetudinem, sed ſm iura est iudicandū, vt ff. de sepul. vio. l. 3. §. diuus. ſm hoc multa occurrunt ꝯria, vt ī. dist. 32. placuit. & extra de eo qui mit. in pos. cum venissent. & extra de cog. spi. super eo. & extra de arbi. dilecti. & extra de consue. cap. 2. & extra de testa. cap. ad hæc. Ex istis omnibus habetur, q consuetudini statur ꝯ ius scriptum. Solutionem aūt istius q̄ñ consuetudo ꝑiudicet iuri, dicemus ī. 8. dist. cap. frustra. Ioan. Hoc tene, q consuetudo rationabilis & ꝑscripta iuri scripto præiudicat. ita mihi vr̄, vt extra de consue. cap. vlt. etiā si alia non interueniant, de quibus facit mentionem Ioan. in illo cap. frustra. B. Sed ad quam consuetudinem dicis recurrendum? an ad consuetudinem terræ; an ad Romanam consuetudinem: an ad consuetudinem loci vbi ꝺ̄ctum fuit: an ad consuetudinem vicinarum prouinciarum? Videtur q ad consuetudinem Romanam, vt ī. 11. dist. cap. vlt. Insti. de satisd. §. vlt. Econtra vr̄, q ad consuetudinem loci, vt 12. dist. illa. & C. de ædi. priua. an in totum. & iura præalleg. ad hoc inducas. Ad hoc dico, q iudex maxime delegatus primo ſm canones iudicabit: deficientibus canonibus iudicet ſm leges [3], vt extra de no. oper. nunt. intelleximus. & ī. distin. 10. si in adiutorium. deficiente omni iure procedat ad generalem consuetudinem [4], vel etiam particularem, cum defuerit generalis: licet quidam tunc dicant recurrendum ad consuetudinem Romanam: deficiente iure & consuetudine procedat de similibus ad similia, vt 20. dist. de quibus. ff. de legib. l. non possunt. oībus deficiētibus, ad Romanam consuetudinem procedat, vt ff. de legi. & const. de quibus, in princ. licet sit arg. q ad consuetudinem vicinarum prouinciarum sit recurrendum, vt extra de cen. super eo.

g ¶ *Ratione.*] Arg. q deficiente lege vel canone potest allegari ratio, vt 19. dist. si Romanorum. & dist. 8. frustra.

h ¶ *Quod religioni conueniat.*] multa enim sunt cōtra rationem [*], tamen congruunt religioni, vt virginem peperisse.

i ¶ *Quod disciplinæ congruat.*] quia licet prælatus de rōne possit coercere subditum delinquentem: tñ disciplinate tenetur ipsum coercere, vt proficiat ei ad salutem, vt 45. dist. cum beatus.

k ¶ *Quod saluti proficiat.*] licet ratio [*] sit q homo debeat ꝑsequi inimicum; tamen non proficit hoc ad salutem.

[1] Siue sciente siue ignorante.

Rigor quādoq; præfertur æquitati.

Consuetudo quot vicibus inducatur.

Mos & mores differunt.

Consuetudo an egeat, institutione.

[1] Arg. extra de testib. Raynon⁹. §. dictus. vel. per eudit. de hoc not. 12. dist. illud. in glo. arg. cōtra ibi videas.

Cōsuetudo vel præiudicat iuri scripto.

Iudex per quæ iura debet iudicare.

De hoc 15. q. 5. cum mi vert. sed licet.

Adde Baldum l. aduersus. C. si aduers. rem iud. & Alexan. de Imo. in l. solet. ff. de iurisd. om. iud. circa princ.

* Proprie non sunt cōtra rationem, sed supra rationē.

* Est ratio vel deprauata, vel infirma, cum nō proficit ad salutem.

CVM

CVM ITAQVE. Casus. Infert ex supradicto cap. consuetudo. dicens, cum non refert, an scripta sit consuetudo, vel non sit scripta: apparet quòd quædam cõsuetudo est tradita in scriptis: quædam moribus vtentium reseruatur. quæ autẽ scripta est, constitutio siue ius vocatur; quæ scripta non est, consuetudo vocatur. Et di-

[1] Quãdo ita simpliciter, vt ex hîc statuitur: sed si cõsuetudo publica auctoritate in scriptis redigiẽ, & authoratur, ne dubitetur, et alia probatione opus sit, nihilominus consuetudo est.

Cum itaque dicitur; non differt vtrum consuetudo scriptura, vel ratione consistat; apparet, quòd consuetudo est partim redacta in scriptis, partim moribus tantum vtentium est reseruata. Quæ in scriptu redacta est; constitutio, siue ius vocatur † quæ verò in scriptis redacta non est, generali nomine, consuetudo videlicet appellatur. Est autem & alia diuisio iuris; vt in eodem libro 5. c. 4. testatur Isidorus ita dicens.

¶ Quæ sint species iuris. C. VI.

IVs † autem aut naturale est, aut ciuile, aut gentium †.

† Ius aut naturale.] orig. & aliquot Gratiani codices.

¶ Quid sit ius naturale. C. VII.

Isid. eod. c. 4.

IVs naturale [a] est commune omnium nationum, eo quòd vbique instinctu naturæ, non constitutione aliqua habetur; vt viri & feminæ coniunctio [b], liberorum successio [c] & educatio [d], cõmunis omnium [e] possessio, & omnium vna libertas, acquisitio eorum, quæ cælo, terra, mariq; capiuntur [f]; item depositæ [g] rei, vel commendatæ † [h] pecuniæ restitutio, violentiæ per vim [i] repulsio. Nam hoc, aut si quid huic simile est, numquam iniustum, sed naturale, æquumq; habetur.

† al. commodata restitutio

a ¶ Successio.] *In tribus codicibus manuscriptis Isidori, & aliquot Gratiani legitur,* liberorum susceptio, & educatio: *quæ lectio conuenit cum l. 1. ff. de iust. & iur. vers. hinc descendit.*

¶ Quid sit ius ciuile. C. VIII.

Isid. eo. l. c. 5.

IVs ciuile est, quod quisque populus, vel quæque ciuitas [k] sibi proprium diuina [l], humanaque causa constituit †.

¶ Quid sit ius gentium. C. IX.

Isid. eod. l. c. 6.

IVs gentium est sedium [m] occupatio, ædificatio, munitio, bella, captiuitates, seruitutes [n], postliminia [o], fœdera, paces, induciæ †, legatorum [p] non violandorum religio, connubia inter alienigenas [q] prohibita. Hoc † inde ius gentium appellatur; quia eo iure omnes fere gentes vtuntur.

† Et inde ius gentium, quia eo.] orig.

¶ Quid sit ius militare. C. X.

Isid. eod. l. c. 7.

IVs militare est belli inferendi solennitas, fœderis [r] faciendi nexus, signo dato egressio in hostem, vel pugnæ cõmissio; item signo dato

dicit etiam quod est alia diuisio iuris, & ad hoc inducit sequens capitulum. exempla ponendo de quolibet membro diuisionis.

IVs autem.] Casus. Capitulum istud diuiditur in tres partes. In prima diuidit Isidorus ius trifariam, in ius naturale, in ius ciuile, & in ius gentiũ. In secunda parte, quæ incipit, *Ius naturale*, dicitur quod ius naturale est cõe oium nationum, eo quod instinctu naturæ procedit, & non ex constitutione aliqua. In tertia quæ incipit ibi, *Vt viri*. ponit viij. quæ ex naturali iure procedunt, vt viri & feminæ coniunctio, &c. nam ista aut his similia de iure naturali procedunt.

a IVs naturale.] Ad intelligẽtiam istorum nota quod natura multis modis dicitur: quandoq; dicitur natura vis insita rebus similia de similibus procreans. Secundo modo dicitur natura quidã stimulus, seu instinctus naturæ ex sensualitate proueniens ad appetẽdum, vel ad procreandum, vel ad educandum. 32. q. 5. horrendus. ff. de ven. inspi. l. 1. §. ius naturale. Insti. de iure nat. gen. & ciui. in prin. Tertio modo dicitur instinctus naturæ ex rõne proueniẽs, & ius ex tali natura proueniẽs dicitur naturalis æquitas, & secundum hoc ius naturæ dicuntur oia cõia, idest, cõicãda tpe necessitatis, vt 47. dist. sicut. Quarto modo dicitur ius naturale pcepta naturalia, hoc est: Non furtum facies: Nõ mœchaberis. 32. q. 7. quod adulterio. Insti. de obli. quæ ex delic. nas. circa prin. & etiam ius diuinum [1] dicitur naturale ius. & secundum istud ius similiter oia dicuntur cõia, idest, cõicanda, bene enim fuit aliquid propriũ [2] de iure diuino. nam ipsi Adæ fuit dictũ: In sudore vultus tui vesceris pane tuo. & alibi: Nõ concupisces rem proximi tui. 47. dist. virum. Similiter ius ciuile dicitur varijs modis. Quandoq; dicitur ius ciuile illud ius, quod non est naturale, vel ius gentium. secundum hoc ius canonicum dicitur ius ciuile, sin quod hic sumitur. Secundo modo dicitur ius ciuile oẽ illud quod non est canonicũ ius. Tertio modo ius ciuile dicitur lex xij. tab. ff. de orig. iur. l. 2. §. exactis. Quarto modo dicitur ius ciuile ad differentiam iuris prætorij. Io.

b ¶ Coniunctio.] si intelligas de cõiunctione corporum, secundum hoc est ius naturale proueniens ex sensualitate. Si intelligas de cõiunctione aiorũ [3], est ius naturale ex rõne proueniens. extra de big. debitũ.

c ¶ Successio.] Nõ intelligas de successione quæ fit per hereditatẽ, cum illa non sit naturalis: sed de successione per carnis propaginẽ. Vel etiam intelligi potest de illa qua liberi iure naturæ succedunt parentibus. ff. vnde lib. l. 1. & l. scripto. §. non sic.

d ¶ Educatio.] Patres enim thesaurizant filijs, non filij parẽtibus, vt 16. q. 1. prædicator. similiter filius patrem egentẽ cogit alere. 12. q. 4. inter. & C. de alend. lib. l. 1. & 2. & in casu mater filium, & libertus patronũ, vt ff. de lib. agno. si quis. §. idẽ in liberis. & §. solẽt.

e ¶ Cõis omnium.] idest, nihil erat propriũ alicui iure diuino [4]. Vel dic cõia, idest, cõicanda tpe necessitatis, vt 47. dist. sicut. nam etiã secundum legẽ Rhod. tpe periculi cibaria maxime erãt cõia, vt ff. ad leg. Rhod. l. 2. §. cum in eadẽ naue. in fin. 12. q. 1. dilectissimis.

f ¶ Capiuntur.] Hæc enim & alia, quæ in nullius bonis sunt, cedunt occupanti, vt Insti. de re. diui. §. feræ.

g ¶ Item depositæ.] Fallit in duobus casibus, vt infra 22. q. 2. c. ne quis. & si dñs & deponens simul petũt rem, potius restituitur dño, vt ff. depo. bona fides.

h ¶ Commendata.] cõmendare idem est quod deponere, vt ff. depo. Lucius Titius.

i ¶ Per vim.] quod cuilibet licet, vt ff. de iust. & iur. vt vim. in fi. extra de sent. excom. c. 3. §. si vero. in fin. De illa materia habes not. 23. q. 1. in summa. Ioan.

IVs ciuile.] Casus. Dicitur hic ius ciuile quod populus vel ciuitas sibi proprium cõstituit in causa Dei vel hominum.

k ¶ Vel quæq; ciuitas.] sic aliqua ecclesia ius sibi statuit, vt infra dist. 11. catholica. & de conse. dist. 3. pronuntiandum.

l ¶ Diuina humanaque.] idest, contemplatione Dei. de conse. dist. 3. c. 3. & hominum, vt ff. de fer. l. 1.

IVs gentium.] Casus. Hic enumerantur xj. quæ procedunt à iure gentium, scilicet sedium occupatio, &c. & dicitur ius gentium: quia fere omnes gentes indifferenter vtuntur eo.

m ¶ Sedium.] i. hostium, vt 23. q. 7. si de rebus. & q. 5. dicat aliqs. Insti. de re. di. § item quæ ex hostibus. ff. de acq. re. do. naturalem. §. fin. Vel dic sedium vacantium, quæ occupanti cõceduntur, vt Insti. de rer. diui. §. feræ. Alioquin si propria auctoritate raperet etiam rem suã, cadit a dñio [5], vt infra 16. q. 6. placuit. ff. quod met. cau. extat. C. vnde vi. si quis in tantam. nisi forte alio modo non posset eã consequi per iudicem, vt 23. q. 2. c. 1. & 2. & ff. quæ in frau. cre. ait prætor. §. si debitorem. Ioan.

n ¶ Seruitutes.] alibi dicitur quod seruitus sit inducta per ebrietatem. 35. dist. sexto die. alibi vr inducta ex præscriptione septennij, vt dicã infra dist. 7. §. ius autem. in summa. in glo. quæ incipit, à iudicijs. supplio vel iustificationibus. sed dicitur inducta de iure gentium: quia ius gentium eam approbat: non quod eam primo inuenerit. Si ergo bellũ iustum est, qui capitur, fit seruus capientis, vt 23. q. 5. dicat. & secundum hoc peccat taliter captus, si recedat a domino suo, vt 17. q. 4. si qs seruum. sed si bellum nõ est iustum, licitum est ei fugere dum potest, vt ff. de cap. vtil. interest. Ioan.

o ¶ Postliminia.] Postliminium est ius quo restituitur alicui res quam per captiuitatem amiserat, vt 16. q. 3. prima actione. & 34. q. 1. cum per bellicam. nisi sint arma, quæ non restituuntur: quia illa turpiter amisit, vt ff. de capt. l. 2.

p ¶ Legatorum.] si quis legatum vel amicorum vel hostium impedit, secundum canones excommunicatur, vt 94. dist. si quis. 24. q. 3. si quis. secundum leges traditur hostibus, vt fit seruus illorum. ff. de lega. l. vlt. Ioannes Theutonicus.

q ¶ Alienigenas.] vt 28. q. 1. caue. & cap. seq.

IVs militare.] Casus. Hic ostendit Isidorus quæ spectant ad ius militare: videlicet belli inferendi solennitates, fœderis faciendi nexus, &c.

r ¶ Fœderis.] idest, pacis componendæ.

[Marginal notes, partly legible:] Filius egentem patrem cogit alere. — [d] Concor. Tempore necessitatis omnia sunt communia. — [1] Ad huius dictionis declarationem vide … — [2] Declaratur infra dist. 6. … — [5] Captus in bello ab hoste potest aufugere.

 a ¶ Diso-

Pœnæ fugientis in bello.

a ¶ *Deseratur.*] secundum canones qui fugit in bello publico, infamis est, vt 6.q.1 infames. secũdum leges capite punitur, vt ff. de re mili. omne. §. qui in acie. Ioannes Theutonicus.
b ¶ *Modus.*] 3.2.q.2. Vulteranę. & 3.16.q.vlt. c.1. & cap. contra.
c ¶ *Dignitatum.*] quis sit dignior vel superior alio.
d ¶ *Cum corona.*] idest, maius munus.
e ¶ *Vel torques.*] idest, minus munus.
PALEA. C. I.

IMperatores, quando pro falsitate contra veritatem constituunt malas leges, probantur bene credentes, & coronantur perseuerantes: quando autem pro veritate contra falsitatem constituunt bonas leges, terrentur sæuientes, & corriguntur intelligentes.

Quicumq; β ergo legibus[g] Imperatorum, quæ pro Dei veritate feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande supplicium. Quicumque vero legibus Imperatorum, quæ contra veritatem Dei feruntur, obtemperare non vult, acquirit grande præmium.

Ino p. 4. c. 184.
Pano. l. 2. c. 154.

Nam & temporibus prophetarum omnes reges, qui in populo Dei non prohibuerunt, nec euerterunt, quæ contra Dei præcepta fuerant instituta, culpantur: & qui prohibuerunt, & euerterunt, super aliorum merita laudantur. Et rex Nabuchodonosor, cum seruus esset idolorum; constituit sacrilegam legem, vt simulacrum adoraretur: sed eius impiæ constitutioni qui obedire noluerunt, pie, fideliterque fecerunt. Idem tamen rex diuino correctus miraculo piam, & laudabilem legē pro veritate cōstituit, vt quicumque diceret blasphemiam in Deum † Sidrac, Misac, & Abdenago, cum domo sua penitus interiret.

Dan. 3.

Ibid.

† *Deum verum*] *orig.*

β ¶ Palea.] *In exemplaribus antiquis Gratiani, in quibus aut nullæ, aut paucæ sunt paleæ, hoc loco habetur tantum à vers.* Quicumq; *vsque ad vers.* Nam & temporibus. *In alijs autem in quibus sunt, habetur integrum hoc caput, & sine nota Palea. Est autem totum in eodem B. Augustini loco.*

γ ¶ Quicumque.] *Commutatus etiam apud Iuonem, & in Pannormia est ordo verborum. B. Augustini, apud quem qui meretur præmium, priore; qui supplicium, posteriore loco ponitur.*

Item ex verbis Isidori, lib. 3. sententiarum de summo bono, c. 52.

[Hæc] distinctio diuiditur in duas partes. In prima probatur quòd non valet consuetudo cōtra Deum. In secunda ibi, *Nos.* probatur per ix. cap. quòd commenta Sanctorum non præiudicant nouo & veteri testa. Ioan. de Fan.

CASVS. In superiori distin. ostensum est quòd ius naturale præponitur consuetudini, in hac 9. distin. ostendit quòd ius naturale præponitur cōstitutioni: & hoc probatur per sequentia cap. & intellige hoc de iure naturali quod consistit in præceptis & prohibitionibus.

e ¶ *Quòd autem.*] ȷ. in proxi. distin. 8. ostendit qualiter ius naturale præualet consuetudini. In hac 9. dist. ostendit qualiter ius naturale præiudicat & præualet constitutioni hominum. & sumitur per totam hanc distin. ius naturale pro iure diuino, quod continetur in lege & in Euangelio. Item per totam hanc distin. vocat canonicam scripturam nouum & vetus testamentum.

IMperatores.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd qui bonis legibus, & quæ pro veritate latæ sunt, non obtemperat, puniri debet: qui vero malis legibus, & quæ contra Dei voluntatem latæ sunt, non obtemperat, remunerari debet.

f ¶ *Quicumque.*] Hic incipit cap. aliud est palea. & habes idem 23. q. 4. non inuenitur.

mulieris, alius regis, alius viri, alius vini, alius veritatis. hanc approbauit Esdras.

b ¶ *Quia ignorans.*] Arg. quòd ignorantia iuris excusat, vt hic, & 30. q. 1. de his. & 2. q. 3. si quem. §. notandum. & 24. q. 1. si quis dederit. & 28. dist. presbyterum.

* *Nota. eod. 14. dist. in prin. confer. distin. 4. cap. 1.*

c ¶ *Si solus.*] CASVS. Dicit Cyprianus in hoc cap. quòd non oīs con-

g ¶ *Ergo legibus.*] Not. arg. a contrarijs, vt 15. quæst. 3. de criminc. & 24. quæstione prima. quodcumque ligaueris. & ead. causa quæst. 2. sane. 35. distin. qualis. & fortissimum est arg. à contrarijs ff. de offic. eius cui man. est iurisd. l. 1. & 11. quæst. 3. Imperatores.

Argumentum à contrario, est in iure fortissimum.

De hoc legi. & not. 8. q. 1. secundum. vnica hanc.

NOli meis.] CASVS. Querebat quidam ab Aug. verum scriptis eius esset fides adhibenda tamquam scripturis canonicis noui & vete. testa. & respondet quod non. In scripturis enim canonicis quod inuenis, incunctanter credendum est. in scripturis autem Augustini quod reperitur, non est habendum pro firmo nisi certum appareat.

a ¶ Canonicis.] quia de canonicis scripturis nō possumus disputare an iustæ sint, vel nō, vt j. eo. qs nesciat. b ¶ In istis.] Loquitur hic secundum illa tempora, cū adhuc scripta Aug. & aliorū sctōrū Patrū nō erant authentica: sed hodie iubētur oia teneri vsque ad vltimū iota, vt j. 15. dist. c. vlt. Vel hoc ideo dicit; vt ostēdat quod maior sit auctoritas veteris testamenti, quam sanctorum Patrum, vt 19. dist. in canonicis.

NEgare.] CASVS. Vinc. reprehēdebat opuscula Aug. dicens ibi esse multa mēdacia. Et certe non est mirū, dicit Aug. si sua opuscula culpāda sūt, cum maiorū opuscula reprehendantur.

c ¶ Negare.] iusto iudicio. Vnde Aug. multa opera postea retractauit, vt 29. q. 6. vides. 12. q. 1. certe. & 26. q. 4. quodam loco.

EGo solis.] CASVS. Quæsiuit Hiero. ab Aug. an credat scriptores vete. & noui testa. errasse in scribēdo. Et rñdet Aug. quod non: sed si aliqd in illis scriptis mēdacij inuenit, dicendum est codicē esse mēdosum, vel interpretē non bene de græco in latinū transtulisse, aut dicam me nō intelligere qd scriptum est. alijs aūt scriptoribus nō est credendum, & si sancti sint: nisi quod scripserint probauerint per canonicas auctoritates.

d ¶ Scriptorum.] idest, scriptoribus.

* Hoc in c. illo. vlt. iubetur de epistola B. Leonis ad Flauianum.

§ Ad idem 26. q. 4. c. illumm.

bræa. Sed Aug. ad primitiuam ecclesiam respicit, quando exemplaria græca & hebræa non erant corrupta: sed procedente tpe cum populus Christianus multum esset auctus, & hæreses multæ essent factæ inter Græcos, in inuidiam Christianorū Iudæi & Græci sua exemplaria corruperunt: & sic factum est, quod exemplaria eorū magis

¶ Principes tenentur & ipsi viuere legibus suis. C. II.

IVstum est principem legibus obtemperare suis. Tunc enim iura sua ab omnibus custodienda existimet, quando & ipse illis reuerentiam præbet. Principes legibus teneri suis, nec in se couenit† posse damnare iura, quæ in subiectis constituunt. Iusta est enim vocis eorum auctoritas, si quod populis prohibent, sibi licere non patiantur.

Burc. l. 15. c. 42. Iuo p. 16. c. 43.

† conuenit frustrare iura] orig.

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus caput hoc non habetur: in alijs vero coniunctum est superiori, & non habet rubricam.*

Item Augustinus in prologo libri tertij de Trinitate.

¶ Scripturis canonicis tractatorum literæ deseruiunt. C. III.

a NOli meis litteris, quasi canonicis[a] scripturis inseruire. Sed in illis, & quod non credebas, cum inueneris, incunctanter crede: in istis[b] autem quod certum† non habebas, nisi certum intellexeris, noli firmum† tenere.

Iuo par. 4. c. 71. Pann. l. 2. c. 120.

† al. certum habebas] exempp.

† al. firmiter retinere.] orig.

Idem ad Vincentium Victorem lib. 4. de anima, & eius origine, cap. 1.

¶ In tractatorum opusculis multa corrigenda inueniuntur. C. IIII.

NEgare[c] nō possum, nec debeo, sicut in ipsis maioribus†, ita multa esse in tam multis opusculis meis, quæ possint iusto iudicio, & nulla temeritate damnari.

Iuo par. 4. c. 73.

† moribus.] orig. & Iuo.

Idem ad Hieronymum, epist. 19.

¶ In scriptis canonicis mendacia non admittuntur. C. V.

EGo solis eis scriptorum†[d], qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem, honoremque deferre, vt nullum eorum† scribendo errasse[e] audeam credere: ac si aliquid in eis offendero, quod videatur cōtrarium veritati; nihil aliud quàm vel mendosum esse codicem, vel interpretem non assecutum esse quod dictum est, vel me minime intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego, vt quantalibet[f] sanctitate, doctrinaq; polleant†, non ideo verum putem, quia ipsi ita senserūt, sed quia mihi * per alios auctores, vel canonicas, vel probabiles[g] rationes, quod à vero non abhorreat, persuadere potuerunt.

Iuo par. 4. c. 74. Pann. l. 2. c. 119.

† scripturarū libris] ori. & Pān.

† eorum auctorē in scribendo aliquid errasse firmissime credam] orig. Iuo, & Pann.

† præpolleant] orig.

* ¶ Mihi per alios.] *Sic etiam in manuscriptis, & in glossa. Apud B. Augustinum est*, mihi vel per illos auctores canonicos, vel probabili ratione. *nec multo secus apud Iuonem. Aliud vero nonnullas varietates satis visum est in margine indicare.*

Idem[β].

β ¶ Idem.] *Verba huius capitis sunt B. Hieronymi ad Lucinium Bæticum epist. 28. sed mutata non est inscriptio ob glossam.*

¶ Libris veterum hebræa volumina, nouis græca auctoritatem impendunt. C. VI.

VT veterum[h] librorū† fides de hebræis voluminibus examinanda est, ita nouorum, græci[i] sermonis[k] normam desiderat.

Item Augustinus ad Hieronymum, epist. 9.

Scriptura non mentitur.

e ¶ Errasse.] Nefas enim est dicere, quod scriptura mentiatur, vt 23. q. 5. quid ergo. immo quod in eis dicitur, defendere debemus vsque ad sanguinis effusionem, vt 25. q. 1. sunt quidam.

Veritas à quocumque dicatur, honorabili est præferenda.

f ¶ Quantalibet.] Arg. quod non est considerandum quis dicatur, vt 19. dist. sm. & est arg. pro dictis quorumdā testium, quod non est credendum magis honorabiliori personæ quam alij: quia veritas à quocumq; prolata semp præferenda est, vt 2. q. 7. quæritur. & j. eod. neque. ff. de sup. leg. l. Labeo. Eis enim magis creditur qui rei aperta dicunt, vt 4. q. 3. §. item in criminali. versi. si testes. Nec sanctitas personæ prodest, vt citius credatur. 50. dist. si quis præpostera. & arg. ad idem 1. q. 1. teneamus. 6. q. 2. placuit. & 3. q. 9. cap. vlt. Arg. contra 2. 11. q. 1. quicumq; 97. distin. nobilissimus. & 2. q. 3. c. 1. & 41. dist. cap. 1. & 11. q. 3. absit.

Ista commenta omnia quæ loquitur, aut nul... contrariæ ... vel dictorum ... aut vilia sunt contraria. Vel dic quod hoc sunt contraria quia vni soli quandoq; credatur ... si la... probant ... dignitatem personæ secundum Ioan. de Fan.

g ¶ Probabiles.] Arg. quod ratio æquiualet canoni, vt j. dist. 1. consuetudo. & j. cap. sane. Ioan.

VT veterum.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quod sicut recurrendum est ad volumina Hebræorum, si dubitatio aliqua oriatur de veteri testamento: sic si dubitatur super libris noui testa. recurrendum est ad Græcorum scripta.

h ¶ Veterum.] idest, veteris testamenti.

i ¶ Græci.] Hierony. in secundo prologo Bibliæ contra ait dicens, quod emendatiora sunt exemplaria latina quam græca, & græca quam hebræa [continued:] gis corrupta sunt quam latinorum, ad quod tempus respicit Hieron. Vel respicit ad latina exemplaria à fidelibus interpretibus translata. Aug. respicit ad exēplaria latina à non fidelibus & falsatoribus translata: in quibus si quid falsitatis videatur, dicit eundum esse ad originalia. Vel dic quod in hoc magis credendum est Hieronymo, quam Aug. quia inter istos tres Aug. Hiero. & Greg. Augustino magis credendū est in disputationibus, Hieronymo in historijs, & translationibus: Gregorius in moralibus præponitur, quia non oēs in oībus: sed certi per certā, &c. C. de vete. iure enu. l. 1. ibi, quia nō oēs. Et est hic arg. quod quantumcumq; authenticum sit aliquod instrumentum: si tñ de ipso aliquid in dubium reuocetur, semper exhibendum sit illud à quo originem ducit, vt 76. distin. cap. ieiunium. in prin. & j. 25. q. 2. sancimus. & optime extra de senten. & re iud. cum inter. Et hoc est dīm Alberic. qui dicit, quod si vna publica charta originem ducit ab alia publica charta, non est necesse exhibere originale. arg. in Authen. vt fratrū filij. § quia vero. coll. vlt. secus in priuata. Authen. vt spon. larg. §. & hoc insuper. coll. & arg. pro ipso 19. dist. si Romanorum. Quid iuris sit de hoc, dixi j. 100. dist. contra morem.

k ¶ Sermonis.] totum enim nouum testamentum scriptū est græce præter euangelium Matthæi, & epistolam Pauli ad Roma. quæ est scripta latine. Ioan.

S *I ad.*] CASVS. Dicit Aug. quod si in sacris scripturis inueniatur mendacium etiam officiosum, nihil auctoritatis remanebit in eis: nec ex illis potest sententia ferri.
a *Officiosa.*] Officiosa dicuntur quæ continent pietatem, quæ nulli obsunt, & alicui prosunt; sicut inofficiosum dicitur testamentum, quod est contra officium pietatis, vt ff. de inoffi. testa l. 3.
b *Quid in eis.*] Arg. quod si instrumenta, vel attestationes pro parte inueniuntur falsæ, quod in totum reprobantur, vt j. 16. dist. canones. & 3. q. 9 pura. & j. de consec. dist. 3. non liceat. & ff. de ædil. edic. eiusdem. Arg. j. 37. dist. qui de mensa. 12. q. 2. si quis. & de consec. dist. 4. si non sanctificatur. & 17. q. 4. quæ sunt. & extra de arbit. cum tpe. & de præb. dilectus. & C. de transac. si ex falsis. Sol. si plura cap. sibi connexa sunt, vel vnum est accessorium alteri, vno cassato connexa & accessoria cassant; secus si diuersa & separata sunt. ff. de mi. eu. §. si. & ff. de neg. gest. cum actum. & 2. q. 6. diffinitiua. ver. est aut quasi circa fi. Vel distingue, vt distinguit extra de fide instr. ex litteris. Ioan. ego dico quod si aliquid falsitatis reperiatur in instrumento, quod totum redditur suspectum; nec ei creditur, vt ff. de fide instr. l. 2. in fi. & hoc notaui in quæstionibus. Bart. Brixien.
c *Pondere.*] idest, auctoritate.

Officiosa quæ dicuntur. Inofficiosa quæ dicuntur.

¶ Nihil auctoritatis canonicis remanebit scripturis, si ad eas mendacia fuerint admissa. C. VII.

Iuo p. 4. c. 215.

SI ad scripturas sanctas admissa fuerint vel † officiosa [a] mendacia; quid in eis [b] remanebit auctoritatis? Quæ tandem de scripturis illis sententia proferetur; cuius pondere [c] contentiosæ falsitatis obteratur † improbitas?

† al. velut officiosa.] orig. al fuerint officiosa
† al. subruatur

Idem de baptismo contra Donatistas lib. 2. c. 3.

¶ Litteris omnium episcoporum sacra præponitur scriptura. C. VIII.

Iuo p. 4. c. 217. Polyc. l. 3. tit. 25

QVis nesciat sanctam scripturam canonicam tam veteris, quàm noui testamenti certis suis terminis [d] contineri; eamque omnibus posterioribus episcoporum litteris ita præponi, vt de illa omnino dubitari, & disceptari [e] non possit, vtrum verum, vel vtrum rectum sit quidquid in ea scriptum esse constiterit? Episcoporum autem litteras, quæ post confirmatum canonem vel scriptæ sunt, vel scribuntur, & per sermonem forte sapientiorem cuiuslibet in ea re peritioris, & per aliorum episcoporum grauiorem auctoritatem, doctioremque † prudentiam, & per concilia licere reprehendi, si quid in eis forte à veritate deuiatum est?

† al. doctiorumque

QVis nesciat sacrã.] CASVS. Dicit in hoc cap. quod quilibet debet scire scripturã veteris & noui testa. præponi scripturis episcoporum: & nemo debet dubitare de ea vtrum verum sit vel rectum quod in ea continetur. scripta vero aliorũ possunt reprehẽdi per homines peritiores & diligẽtiores, & qui sunt maioris auctoritatis.
d *Terminis.*] i. libris.
e *Disceptari.*] ita vt in dubium reuocẽtur quæ ibi statuta sunt. Sed disputare licet de eis ad maiorem intelligẽtiam, nõ reprobando. 96. dist. satis.

Idem ad Vincentium epist. 48. contra Donatistas.

¶ Ex dictis quorumlibet episcoporum contra diuina mandata calumniæ non colligantur. C. IX.

Deusdedit p. 2. Ansel. l. 4. c. 58. Iuo p. 4. c. 236.

NOli frater contra diuina tam multa, tam clara, tam indubitata testimonia colligere velle calumnias [f] ex episcoporum scriptis, siue nostrorum, sicut Hilarij, siue [a] (antequam pars Donati [g] separaretur,) ipsius vnitatis, sicut Cypriani, & Agrippini: primo, quia hoc genus litterarum ab auctoritate canonis distinguendum est: non enim sic leguntur, tamquam ita ex eis testimonium proferatur, vt contra sentire non liceat, sicubi forte aliter sapuerint, quàm veritas postulat. In eo quippe numero sumus, vt non dedignemur etiam nobis dictũ ab Apostolo accipere. [Et si quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis reuelauit [β].]

Phil. 3.

a ¶ Siue antequam.] *Antea legebatur*, siue Cypriani, & Agrippini, antequam pars Donati separetur. *Restituta est vera lectio ex B. Augustino, & aliquot exemplaribus Gratiani, & Iuone. Cyprianus enim, & Agrippinus multo ante Donati schisma in ecclesia vnitate decesserant: qua in re errauit auctor glossæ.*
β ¶ Reuelauit.] *Ita etiam originale, & Iuo, & aliquot editiones noui testamenti. Sed idem B. Augustinus in Ioannem tract. 5. 45. 53. & 98. & alibi fere semper legit*, reuelabit, *& explanat. Græce est* ἀποκαλύψει.

NOli.] CASVS. Vincẽt. Donat. ista reprehendebat scripta noui & vete. testa. quia in scriptis quorũdam episcoporum quædã reprehendẽda inueniebant. Sed eum reprehendit Aug. quia illa reprehẽdenda non sunt: hæc vero sic: quia ab auctoritate canonum distinguunt. vnde reprehendi possunt, si sunt contra veritatẽ scripta sunt. Et hoc probatur auctoritate Pauli: Et si quid aliter sapitis, &c.
f *Calumnias.*] verba enim iuris non sunt calumnianda. j. 37. dist. relatũ & ff. ad exhib. l. penult.
g *Donati.*] Donatus primo fuit catholicus: sed postea est in hæresim lapsus: cuius hæresi adhæserũt Cyprianus & Agrippinus.

Item ad Fortunatianum, epist. 111.

¶ Non debetur par auctoritas canonicis scripturis, & expositionibus earum. C. X.

Iuo p. 4. c. 237.

NEque quorumlibet disputationes [h], quamuis catholicorum, & laudatorum hominum, velut scripturas canonicas habere debemus; vt nobis non liceat salua honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis [i] improbare, atque respuere; si forte inuenerimus, quòd aliter senserint, quàm veritas habet, diuino adiutorio vel ab alijs intellecta, vel à nobis. Talis † ego sum in scriptis aliorũ, quales † volo esse intellectores meorum.

† al. Qualis] orig. Antu.
† al. tales]

NEque.] CASVS. Aug. reprehẽdebat dicta quorũdã peritorũ, de quo Fortunatus eũ reprehendebat. Nũc aũt ei rescribit & dicit quod non vult adhibere tãtã fidẽ illis scripturis quantam adhibet canonicis. & licet eis honor debeatur, tñ vult eas corrigere si quid inuenerit in eis corrigendum. Idem vult fieri de suis scripturis.
h *Disputationes.*] idest, expositiões. nõ enim ex ipso læditur fama alicuius propter id quod reprobat testimoniũ suũ, vt extra de excep. denique.
i *Eorum scriptis.*] Arg. quod quisque iuris in alterum statuit, &c. sic 2. q. 6. qui se scit. 22. q. 5. de forma. ff. quod quisque iur. l. 1. extra de consti. cum omnes.

Idem ad Marcellinum de ciuitate Dei lib. 1. c. 23.

¶ Exemplis ratio sana præfertur. C. XI.

Polyc. l. 1. tit. 26

SAna [k] quippe ratio etiam exemplis anteponenda est: cui [l] quidem

SAna.] CASVS. Quæsitum fuit ab Aug. vtrum ratio iuris naturalis sit exemplis anteponenda? Et respondet quod sic, sed non illis quæ cum ratione concordant.
k *Sana.*] aliàs sane.
l *Cui.*] rationi.

a ¶ *Concordant.*] quandoque.
b *Sed illa exempla.*] Hoc ideo dicit, quia non semper imitanda sunt exempla. C. de sen. nemo. sed exemplum Papæ est sequendũ, vt 16. q. 1. licet. extra de sen. & re iud. in causis.
c ¶ *Excellentiora.*] Non est tale exẽplum Lucretiæ 32. q. 5. ppo sito. versi. Lucretiam.
d ¶ *Pietate.*] Arg. pro misericordia à iudice impetrãda, vt 45. dist. licet plerũq; 26. q. vlt. alligant. 50 dist. pòderent. 1. q. 7. dispẽsationes. & c. exigunt. 86. dist. non satis. 35. q. 9. veniã. de poen. dist. 1. q̃a diuinitatis. Arg. ɔ̃ 50. dist. absit. 23. q. 4. est iniusta. 35. q. 9. loci. contra 45. dist. sed illud. extra de sortileg. ex tenore.
e ¶ *Cum ergo.*] Infert ex supradictis vel continuat ad inferiora hoc modo. cum in iure naturali nihil præcipiat, vel vetetur q̃ qđ Deus vult fieri vel non fieri, & i canonica * scriptura nihil aliud q̃ quod in diuinis legibus inueniatur: diuinæ vero leges natura consistunt; patet q̃ quæ ɔ̃ria diuinæ seu canonicæ legi inueniuntur, iuri naturali ɔ̃tra sunt, & iuri naturali postponunt. Et facit hic correlationem iuris naturalis ad canonicam scripturã & diuinas leges.

Sed in ratione q. d. vbi exemplum non concordat rationi, non est sequendum. ... Archid.

Et extra de forni. c. a. in par te diuis.

* Vide supra dist. 6. c. non est peccatum. §. his itaque.

eps ecclesias, vt extra de excess. prælat. sicut vnire. Quid aũt iuris sit dum vniuntur vel diuidunt, not. 16. q. 1. postq̃. &c. & epis. Licet ergo Imperator diuidat vnam prouinciam in duas, non ideo erũt duæ metropoles, vt hic. & 101. dist. puenit. Et est hic arg. q̃ si princeps legitimat aliquem in tpalibus, non ideo est legitimatus in spi-

Legitimatus quo ad temporalia non censetur quo ad spiritualia.

& exempla concordant a; sed illa b, quæ tanto digniora sunt imitatione, quanto excellentiora c pietate d.

Cum ergo e in naturali iure nihil aliud præcipiatur, quàm quod Deus vult fieri; nihilque vetetur, quàm quod Deus prohibet fieri; denique cum in canonica scriptura nihil aliud, quàm in diuinis legibus inueniatur; diuinæ vero leges natura consistant; patet, quòd quæcumque diuinæ voluntati, seu canonicæ scripturæ contraria probantur, eadem & naturali iuri inueniuntur aduersa. Vnde quæcumque diuinæ voluntati, seu canonicæ scripturæ, seu diuinis legibus postponenda censentur, eisdem naturale ius præferri oportet. Constitutiones ergo vel ecclesiasticæ, vel sæculares, si naturali iuri contrariæ probantur, penitus sunt excludendæ.

DISTINCTIO X.

Constitutiones f vero principum ecclesiasticis constitutionibus non præeminent, sed obsequuntur.

Vnde Nicolaus Papa scribit episcopis in concilio apud Conuicinum congregatis.

¶ Lex Imperatorum ecclesiastica iura dissoluere non potest. C. I.

Lege g Imperatorum non in omnibus ecclesiasticis controuersiis vtendum est, præsertim cum inueniantur euangelicæ, ac canonicæ sanctioni aliquotiens obuiare. *Item* †. ¶ Lex Imperatorum non est supra legem Dei, sed subtus. Imperiali iudicio non possunt ecclesiastica iura dissolui. Ad quod ostendendum duorum horum †, scilicet Innocentii, & Gregorii satis sufficiunt testimonia. Sanctus quidem Innocentius in decretali epistola sua ad Alexandrum Antiochenum episcopum ait: [Nam quod sciscitaris, vtrũ diuisis g imperiali iudicio prouinciis, vt duæ metropoles fiant, sic duo metropolitani episcopi debeant nominari; non visum † est ad mobilitatem necessitatum mundanarum Dei ecclesiam h commutari, honoresq; aut diuisiones perpeti; quas pro suis causis faciendas duxerit Imperator.] Beatus autem Gregorius scribens ad Theoctistam patritiam, inter cetera: [Si, inquit, religionis causa coniugia debere dissolui dicantur, sciendum est, quia etsi hoc lex humana k concessit; lex tamen diuina prohibuit.] Ecce quemadmodum imperiali iudicio non possunt ecclesiastica iura dissolui. Ecce qualiter, quod lex humana concessit, diuina lex prohibuit. ¶ Non quòd Imperatorum leges (quibus sæpe ecclesia vtitur contra hæreticos l, sæpe contra tyrannos, atq; contra prauos quosq; defen-

Iuo par. 4. c. 87. Pann. l. 2. c. 138. Ansel. l. 1. c. 97. Polyc. l. 1. ti. 27.
† al. Idem. In cap. adiectis. c. 17.
Burch. l. 15. c. 10. Iuo p. 16. c. 11. Pann. l. 2. c. 139.
† horum] orig.
Innoc. 1. epist. 18. c. 2.
† vero visum] orig.
Lib. 9. reg. epist. 19.
Iuo p. 4. c. 187. Pann. l. 2. c. 14?. ex capit. adiectis. c. 17.

Constitutiones.] Hęc dist. diuiditur i duas p̃tes, in quarũ prima p̃bat per quinq; capitula, q̃ leges principum non præiudicãt canonibus. Secũda ibi, *Ecce.* Ioan. de Fan.

Casvs. Ostensum est supra, q̃ ius naturale p̃fertur consuetudini & cõstitutioni tã ecclesiasticæ, q̃ sæculari. In hac vero 10. dist. ostenditur, q̃ constitutio ecclesiastica præfertur sæculari constitutioni. & ad hoc inducuntur sequentia cap.

f ¶ *Constitutiones.*] in hac 10. dist. ostendit magister, q̃ sæcularis constitutio cedit ecclesiasticæ: quia sacræ leges non dedignantur sequi sacros canones, vt 2. q. 3. §. hinc colligitur. extra de iudic. clerici 3.

Canones præferuntur legibus.

Conuer. ext. in l. 1. legis sacratissimæ. cum conuer. vulga. C. de episcopis & cle.

Lege.] Casvs. Hoc cap. diuidiť in tres partes. In prima parte quærebatur à Nicolao, an legibus imperatorum sit in omnibus controuersiis ecclesiasticis vtendum. Et rñdet q̃ non, vbi leges videntur canonibus obuiare. In secunda parte quæ incipit ibi, *Item*, &c. quærebatur an lex Imperatoris præsit diuinæ, vt per eam iura ecclesiastica dissoluantur. Et rñdet q̃ non: & hoc probatur duorũ auctoritate, scilicet Innocentii & Gregorii. Dicit enim Innocentius, q̃ in vna prouincia non debet esse nisi vnus metropolitanus: cum ecclesia hoc statuat. Vnde si Imperator diuidat vnam prouinciam in duas, non p p hoc erunt ibi duo metropolitani. Item statutum est ab ecclesia, vt dicit Gregorius, vt post carnalem commixtionem alter coniugum non possit ad religionẽ transire sine consensu alterius: sed lex sęcularis statuit ɔ̃rium. sed statutum ecclesię præualet: quia etsi lex humana concessit, lex tñ diuina prohibuit. In tertia parte quæ incipit ibi, *Non quòd.* circa fi. dicit q̃ bene vti possumus legibus vbi canonibus non contradicunt.

g ¶ *Diuisis imperiali iudicio prouinciis.*] Imperator diuidit prouincias, vt ff. de offic. assel. si eadem. & Papa epatus diuidit; & vnit spiritualibus, extra qui filii sint legi. per venerabilem. nisi vbi princeps restituat aliquem, qui fuit infamis ratione paterni criminis, vt 6. q. 1. §. verum.

h ¶ *Ecclesiam.*] Ecclesia non adstringitur mundanis legibus. 13. q. 2. inter. nec etiam de rebus ecclesiasticis potest Imperator legem cõdere, vt 96. dist. bene 4. nisi hoc ecclesia petat, vt 17. dist. §. hinc etiam. & nisi in ecclesia priuilegium statuat aliquid, vt 16. q. 1. generaliter. & q. 3. nemo. Ioan.

i ¶ *Diuisiones.*] Arg. q̃ eps inuito plebano non potest diuidere parochiam eius: nec Papa inuito epo diuidere epatũ, vt 16. q. 1. multis. quod enim est vnum, diuidi non potest, vt 24. q. 1. loquitur. & cap. schisma. Ioan. Sed credo q̃ Papa hoc possit facere ex causa, & etiam episcopus 5, vt in ea. decre. sicut vnire. Bart.

k ¶ *Lex humana.*] vt habes 27. q. 2. sunt qui dicũt. Sed mirum est cum Iustinianus fuerit valde catholicus Imperator; qualiter illud statuerit ɔ̃ legem Dñi; cum Dñs dixerit q̃ ob solam causam fornicationis mulier possit separari a viro, vt 33. q. 2. quos Deus. Sed dic (vt quidam dicunt) q̃ ignoranter fecit: & ideo veniam meruit, vt §. 8. dist. consuetudo. Vel errauit sicut Hiero. vt 26. dist. c. 1. Vel ideo permisit 6 hoc, vt grauia vitarẽtur: sicut vsuras permisit vt vitarent rapinæ: & coniugia permisit dissolui, vt vitaretur vxoricidium, vt 33. q. 2. si quod verius.

l ¶ *Contra hæreticos.*] Et sic vtor pro me quo non vtor contra me. ɔ̃. 37. dist. si quod verius. & 2. q. 7. si hæreticus. & sic est ɔ̃ 19. distin. si Romanorum. in fi. 4. q. 3. c. si testes. §. item si quis testibus.

Leges sæculares ecclesiam non adstringunt.

Vide qđ not. 5. q. 6. presbyteri ... glo. ecclesia ...

Sed & hoc ... Iudeos ... de Fan.

De comparatione ... dist. cap. vlt.

N On licet.] Casum præsentis capituli pone per teipsum.

a ¶ Non licet.] Arg. ꝯ illas leges quæ pmittunt vsuras exigere. arg. 11. q. 1. c. quicũq; Item. & 9. dist. c. 1. ver. qcunq;. & 96. dist. bene. 11. q. 3. qui oipotentem. 15. q. 1. oẽ quod. & c. nulli. & c. generali. 23. q. 8. conuenior. arg. contra dist. 63. cap. Hadrianus &c.

c ¶ Et sacrosancta.] idest, præcepta.

d ¶ Cuius.] scilicet ecclesiæ.

e ¶ Submittere.] Imperator enim filius est ecclesiæ, non præsul, vt 96. dist. si Imperator. & inclinabit caput suũ epis, vt 63. dist. Valentinianus. & excõicari potest ab epo, vt 18. dist. quoniam quidem. & 96. dist. duo.

Imperator filius est ecclesiæ.

f ¶ Mensura.] idest, Imperator excedit mẽsuram suam.

ditur) dicamus penitus renuendas; sed quod eas euangelicis, apostolicis, atque canonicis decretis (quibus postponenda sunt) nullum posse inferre præiudicium asseramus.

e ¶ Lege.] *Caput hoc sumptum est ex epistola Nicolai, quæ extat in codice bibliotheca Dominicana; de quo dictum est supra dist. 8. c. mala. Titulus autem epistolæ, hic est,* Nicolaus seruus seruorum Dei, Reuerendissimis, ac sanctissimis confratribus nostris metropolitanis episcopis, & ceteris diuersarum prouinciarum, ac vrbium præsulibus, qui in Conuicinum villam publicam, secus ciuitatem Siluanectis conuenistis. *Eadem epistola nuper impressa est in appendice bibliotheca sanctorum Patrum.*

A ¶ Obuiare.] *Apud Nicolaum sequitur continuenter,* ad quod ostendendum, &c. *Quæ autem apud Gratianum sunt intexta, non sunt hoc loco in epistola, neq; in Polycarpo, neque apud Anselmum: sed verba illa,* Lex Imperatorum non est supra legem Dei, sed subtus. *à Burchardo, & Iuone citantur in decretis Pij Papa c. 3. habentur autem in capitularibus addit. c. 17. reliqua autem habentur infra in hoc eodem capite. §. ecce quemadmodum.*

& Calixti epist. 1. & Marcellini extrema epist. 2. & in capitulis Hadriani. c. 76. ex quo citant Burchar. & Iuo par. 16. c. 9.

Item Symmachus Papa in sexta synodo Romana tempore Theodorici Regis.

Deusd. p. 1. & 3. Burch. l. 15. c. 8. Iuo p. 4. c. 131. & par. 16. c. 9. Pann. l. 2. c. 141. Polyc. l. 6. tit. 1.

¶ Nihil quod euangelicis regulis obuiet, Imperatori agere licet. C. I I.

NOn licet Imperatori, vel cuiquam pietatem custodienti aliquid contra diuina mandata præsumere, nec quidquam quod euangelicis, propheticis, aut apostolicis regulis obuiet, agere.

In exemplari Vrba (?) est] Felix 19.

Item Felix Papa.

¶ In ecclesiasticis causis regia voluntas sacerdotibus est postponenda. C. I I I.

Anselm. l. 4. c. 12. Polyc. l. 1. c. 18.

CErtum est hoc rebus vestris esse salutare, vt cum de causis Dei agitur, iuxta ipsius constitutionem, regiam voluntatem sacerdotibus Christi studeatis subdere, non præferre, & sacrosancta per eorũ præsules potius discere, quàm docere, ecclesiasticam formam sequi, non huic humanitus sequenda iura præfigere; neque eius sanctionibus velle dominari, cuius clementiæ Deus voluit tuæ piæ deuotionis colla submittere: ne, dum mensuram cælestis dispositionis excedit, eatur in contumeliam disponentis.

† al. ecclesiæ

† al. dispensationis

† antea legebatur] Idem

Item †.

Habetur in cap. Hadriani n. 39.

¶ Bonis moribus, & decretis Romanorum Pontificum, constitutiones contraire non possunt. C. I I I I.

Deusdedit par. 1. & 3. Ansel. l. 3. c. 88. Burch. l. 15. c. 9. Iuo par. 5. c. 38. & par. 16. c. 10. Polyc. l. 1. c. fin.

COnstitutiones contra canones, & decreta præsulum Romanorum, vel bonos mores nullius sunt † momenti.

† sunt] orig.

Item Nicolaus Papa I. in epistola ad Michaelem Imperatorem, cuius initium est, [Proposueramus.]

g C Onstitutiones.] Nunquid ergo legibus semp derogat per canones? Absit, nisi quo ad causas spirituales. & hoc est qđ dr de consec. dist. 3. celebritatem. ibi alia est ratio causarũ sæcularium, alia diuinarum. arg. ĩ. eod. c. 1. vtrumq; enim suo modo rationabiliter cõstitutum est, sed diuerso modo. arg. ĩ. ead. certum. Nec Papa potest leges tollere, nisi quo ad suũ forũ. Imperium enim & sacerdotium ex eodem principio pdierunt, vt in Authẽtica qũo oporteat epos. in prin. coll. 1. arg. ĩ. ead. dist. qm. Sed hoc non credo, vt extra de præscriptio. quoniam omne.

Casus decretorum illorum capitulorum planus est.

Imperium & sacerdotium ex eodem procedunt.

h ¶ Mores.] nec iuramentum obligat ꝯ bonos mores, vt extra de iureiu. quemadmodũ. & ff. de leg. 1. si qs inquilinos. §. vlt.

Iuramentum contra bonos mores, nõ obligat.

¶ Quæ sacerdotum sunt, regibus vsurpare non licet. C. V.

IMperium vestrũ suis publicæ rei quotidianis administrationibus debet esse contentum, non vsurpare quæ sacerdotibus Domini solum conueniunt.

i I Mperium.] ¶ Administrationibus.] Distincta est enim potestas sua à potestate Põtificali, vt ĩ. ea. qm. & 96. dist. cũ ad verũ. Alioqn si vsurpat eorum officia, lepra pcutitur, vt Ozias. 2. q. 7. §. item Dauid. Tñ inuenitur, q reges cõferũt decanatus, vt extra de consue. cum inter. in parte decisa. Ioan.

Imperator lepra percutitur, si officium sacerdotale vsurpat.

Item Gregorius Nazianzenus in oratione ad ciues Nazianzenos angoris plenos, & Magistratum iratum.

¶ Tribunalia Regum sacerdotali sunt potestati subiecta. C. V I.

SVscipitis ne libertatem verbi libenter accipitis, quòd lex Christi sacerdotali vos subijcit potestati, atque istis tribunalibus subdit? Dedit enim & nobis potestatem: dedit & principatum multo perfectiorem principatibus vestris. Aut numquid iustum vobis videtur, si cedat spiritus carni; si à terrenis cælestia superẽtur; si diuinis præferantur humana?

S Vscipitis.] Casus. Imperatores Constantinopolitani volebãt suas cõstitutiones pferri ecclesiasticis: ꝯ quos inuehit Gregorius Nazianzenus, & dicit q maiorem principatum dedit Christus pSulibus ecclesiarũ & pfectiorẽ, q̃ ipsis Imperatoribus. vnde si legẽ suscipiũt Iesu Christi, potestati ecclesiæ subijci debẽt: cũ spũs carni pferat, & lex diuina pferat humanæ.

k ¶ Libertatem.] idest, verbum prædicationis.

l ¶ Accipitis.] idest, accipere deberis.

m ¶ Perfectiorem.] vt 95. dist. duo sunt.

n ¶ Spiritus.] idest, ecclesiastica constitutio.

o ¶ Carni.] idest, sæculari constitutioni.

Ecce quòd constitutiones Principum ecclesiasticis legibus postpo-

C Ertum.] Casus. Imperator volebat præesse rebus ecclesiasticis; & prælatis ecclesiarum obedire nolebat; immo quod plus est, eis dñari volebat, & iura præfigere, quem Felix Papa docet ecclesiæ debere colla submittere, & nõ velle eius sacerdotibus dominari: ne si contra fiat, eatur in contumeliam creatoris.

b ¶ Certum est.] Hoc cap. & c. suscipitis. & c. quoniam. loquuntur quasi de eadem materia.

ECCE. Hæc est ij. pars distin. in qua probatur per vij. cap. quod quando leges non contradicunt canonibus, amplectendæ sunt. Archid.

CASVS. §. per se patet, & ad probandum illud quod dicitur in §. inducit Grat. seq. cap.

Si in adiutorium.] CASVS. Petilianus defendebat se legibus contra Augustinum, & alios catholicos. Aug. de hoc ipsum nō reprehendit, quia & Paulus hoc fecit, cum testatur se esse ciuē Romanū. distinctas, licet Papa qñq; vtrãq; potestatem sibi assumat: scilicet cum legitimat aliquē in spūalibus & tpalibus, ut extra qui fil. sint legi. per uenerabilem. sed illud fuit ad petitionē regis, qui hoc ipsum fecisse potuit, ut ibi dr. Nec ob hoc q à sæculari iudice appellat ad Papam: quia hoc fit pp defectum iudicis sæcularis, ut exprimitur ex-

nenda sunt. Vbi autem euangelicis, atque canonicis decretis non obuiauerint; omni reuerentia digna habeantur. Vnde Augustinus ait in dialogo, idest lib. 2. contra litteras Petiliani. c. 58.

¶ Leges Imperatorum in adiutorium ecclesiæ[a] licet assumere †. C. VII.

† al. assum i

Iuo p. 4. c. 183. Pann. l. 2. c. 153. Act. 22.

SI in adiutorium [a] vestrum etiam terreni imperij leges assumendas putatis, non reprehendimus. ¶ Fecit hoc Paulus, cum aduersus iniuriosos ciuem [b] Romanum se esse testatus est.

a ¶ Ecclesiæ.] *Auctor huius rubricæ caput hoc ita accepit, quasi hic agatur de legibus Imperatorum in fauorem ecclesiæ latis, cum ibi B. Augustinus Petiliano, & Donatistis hæreticis concedat, legibus Imperatorum ipsos in adiutorium suum uti posse; modo id fallaciter non facerent; quod eos fecisse conuincit.*

Item Nicolaus Papa I. in epistola 7. ad Michaelem Imperatorem.

a ¶ *Huic capiti in codicibus impressis erat propositus hic titulus,* Cyprianus Iuliano Imperatori: *quod est contra omnem temporum rationem. In manuscriptis omnibus, excepto vndecimo Vaticano, abest dictio,* Imperatori, *quemadmodum & apud Iuonē. Nonum alis habet,* Iuliano episcopo. *aliud permutatū,* Iubiano. *Cæterum integrum hoc caput est in epistola Nicolai ad Michaelem Imperatorem, quæ incipit,* Proposueramus; *ex quo refertur infra dist. 96. c. cum ad verum. vnà cum alijs verbis eiusdem epistolæ, ex quibus hæc pendent. Et sumptum est ex Gelasio in tomo de Anathematis vinculo.*

¶ Reges Pontificibus pro æternis, & Pontifices Regibus pro temporalibus indigent. C. VIII.

Iuo p. 4. c. 188. J. dist. 96. c. cū ad verum. 1. Tim. 2.

QVoniam [c] idem mediator Dei [d], & hominum homo Christus Iesus sic actibus [e] proprijs & dignitatibus distinctis officia potestatis vtriusq; discreuit [f] propria [γ], volens medicinali humilitate hominum corda sursum efferri, non humana superbia rursus in inferna demergi: vt & Christiani Imperatores pro æterna vita pontificibus indigerent, & pontifices pro cursu [g] temporalium tantummodo rerum imperialibus legibus vterentur, quatenus spiritalis actio à carnalibus distaret incursibus; & † ideo militans Deo minime se negotijs sæcularibus implicaret; ac vicissim non † ille rebus diuinis præsidere videretur; qui esset negotijs sæcularibus implicatus.

† al. & militans

† al. ne

γ ¶ Propria.] *In originali est,* propriam volens medicinali humilitate sursom efferri. *Iuo habet vt Gratianus hic in plerisq; codicibus. In nonnullis tamen est,* propria volens medicinali humilitate sursum efferri; *quemadmodum etiam infra dist. 96. c. cum ad verum. Apud Gelasium loco indicato legitur,* sic actionibus proprijs, dignitatibusque distinctis officia potestatis vtriusque discreuit, suos volens medicinali humilitate saluari, non humana superbia rursus intercipi, vt & Christiani, &c.

Item Leo iiij. Lothario Augusto.

¶ Leges Imperatorum custodiri oportet. C. IX.

Iuo p. 4. c. 176. Pann. l. 2. c. 149.

DE capitulis, vel præceptis imperialibus vestris, vestrorumq; [A] pontificum [h] prædecessorum irrefragabiliter custodiendis, & conseruandis; quantum valuimus, & valemus Christo propitio, & nunc & in æuum † nos conseruaturos modis omnibus profitemur. Et si fortasse quilibet aliter vobis dixerit, vel dicturus fuerit, sciatis eum pro certo mendacem [i].

† al. æternum

A ¶ Vestrorumq;.] *Epistola hæc non est inuenta: & in istis verbis videtur subesse mendum; ex quo auctor glossæ errandi occasionem sumpserit, qui Christianis Imperatoribus, cuiusmodi fuerant prædecessores Lotharij, attribuat illud, quod Isidorus de ethnicis dicit, nimirum Imperatores solitos*

a ¶ Si in adiutorium.] Hoc ideo dicit, quia non sunt allegandæ leges nisi in defectum canonum, vt extra de noui ope. nūt. intelleximus.

b ¶ Ciuem.] ciuē Romanum appellat se: quia pater eius societatem pacerat cum Romanis: & in signum fuit data ei penula.

QVoniam.] CASVS. Iulianus Imperator vēdicabat sibi imperium & pontificatum: quod locū habuit in veteri testamento. Sed dicit Cyprianus, quod postquam Christus venit, sic officia vtriusq; potestatis discreuit, vt Imperator terrenis, Pontifex cælestibus præsideret: ne pp duplicem potestatē homo superbiēs rursum ad inferna demergatur; sed cū opus est, altera potestas vicissim alterā subleuaret. Idem casus est 96. dist. cum ad verum.

c ¶ Quoniā.] Hoc cap. est pars illius 96. dist. cum ad verum.

d ¶ Dei & hominum.] idest, diuinæ & humanæ naturæ. de consec. dist. 2. i Christo pater.

e ¶ Sic actibus.] scilicet ipsorum officiorū. Quādā enim fecit tāquam Imperator, cū vendentes & ementes flagellando de templo eiecit. 1. q. 3. ex multis. & c. vendentes. Quędā vt sacerdos, cū seipsum obtulit hostiā discipulis suis dicens: Hoc est corpus meū, &c. de cōsec. dist. 2. sacerdos. Sed contrarium probatur p auctoritatem istam: scilicet quod Deus noluit ea esse distincta, cum per seipsum vtriusq; potestatis actū exercuit. Rñ. hoc ideo fecit, vt ostenderet, quod vtraq; potestas ab eo processit, nō quod vna persona illa duo officia exerceat, vel gerere debeat. hæc enim duo dona, imperiū & sacerdotiū, ab eodē principio sunt, vt io Authen. quō oporteat episcopos in prior. coll. 1.

f ¶ Discreuit.] Cum ergo potestates istæ sint distinctæ, est hic arg. quod imperium non hr à Papa, & quod Papa non habet vtrunq; gladiū. nam exercitus facit Imperatorem, vt 93. dist. legimus. & imperiū à solo Deo habetur, vt 23. q. 4. quæsitum. alioquin si ab ipso haberetur, licite appellaretur in tpalibus ad ipsum: qđ prohibet Alex. & dicit quod illa nō coniunguntur suam iurisdictionem. extra de app. si duobus. & extra qui filij sint legi. causam. & c. lator. Item ecclesiæ soluunt tributum Imperatori, vt 11. q. 1. magnum. Sed contra, & cælestis & terreni imperij iura sunt ei concessa, vt 22. dist. c. 1. Item Imperator iurat Papæ, vt 63. dist. tibi dño. & Papa deponit Imperatorem, vt 15. q. 6. alius. Item ipse transtulit imperium de Oriēte in Occidentē. extra de elect. venerabilē. Ego credo potestates esse extra de foro cōpe. licet. sed facit ad petitionē regis. Nam etiā vacante imperio supplet defectū imperij, ut extra de fo. cōpe. licet.

g ¶ Pro cursu.] Arg. quod in matrimonio & ceteris causis spūalibus non sit utēdum legibus imperialibus. Sed contra 35. q. 5. ad sedem. Dic ergo quod illud tantummodo determinat illud uerbum, tpalium: sed non illud verbum, uterentur, ut sicut spirituales causæ ad iudicem sæcularem non pertinent, sic nec causa sanguinis ad ecclesiasticū, vt J. 23. q. 8 sæpe principes. & cap. his à quibus.

DE capitulis.] CASVS. Lotharius audierat, quod Leo Papa nolebat leges seruare imperiales. vnde interrogauit de hoc Papam, an esset verum. quare Leo scribit ei, & dicit, quod ipse vult leges obseruare irrefragabiliter, & qui aliter dicit, mendax est.

h ¶ Pontificū.] Impatores. n. oli pōtifices appellabāt, vt 21. dist. cleros.

i ¶ Mendacem.] ex magna humilitate hic loquitur, sicut alibi. J. 2. q. 7. nos si incompetenter.

Christus fuit Imperator & sacerdos.

Papa an habeat vtrunq; gladiū.

Causæ matrimoniales, an sint legibus decidendæ.

V idus.

V Ides.] CASVS duorum sequentium. cap. planus est.

a ¶ Dissolui.] ĵ. 25. q. 2. imperiali. hęc regula suppletur per aliam regulã, q principali destructo destruitur accessorium, & oẽ quod sequitur ex eo. vt extra de fi. instr. inter dilectos. in fi. sed hæc regula multas recipit instantias. ꝙ legem enim sit si ʒhiẽ post simplex voti, tñ ʒctos tenet, vt 27. q. 1. nuptiarum. Itẽ prohibetur ne snīa feratur sub cõditione; tamẽ si lata fuerit tenet, vt 2. q. 6 §. biduum, circa princ. Itẽ prohibetur ne eps cõsecret alterius ecclesiam tamen si cõsecrauerit, tenet consecratio, vt 7. q. 1. eps in dioecesi. Sed dic, q hæc regula intelligitur de talibus vbi est perpetua causa prohibitionis, vt si hoc filius contrahat cum matre. Vel dic, q meretur dissolui, nisi vbi per constitutionem aliã toleraretur. ar. contra 45. dist. de Iudæis. sed hoc in fauorem fidei. ff. de relig. & sump. fu. sunt personæ.

b Q Vis autem] ¶ Contemni.] qui contemnit leges, peccat; non tamen ois peccat qui non paret legibus vbi de consilio loquuntur, vt 14. q. 1. quisquis. & sic aliud est contemnere, aliud est non parere. Ioan.

C Ertum est] CASVS Quidam nolebant seruare leges in negotiis clericorum; sed in negotiis laicorum bene seruabant; de hoc scribit Papa regi Theodorico, q si leges seruantur in negotiis laicorum, multo fortius debent seruari in negotiis clericorũ.

c ¶ Quas.] id est, quis eas.

d ¶ In negotiis.] hoc vult dicere, q ex quo leges seruãt i negotiis laicorũ, multofortius sunt seruandæ in negotiis clericorum, nisi obuient canonicis institutis.

V Estram.] CASVS. Quidam nolebant leges seruare, vt possent alios licentius offendere. Quare Papa scribit Lothario, & rogat eum, vt faciat leges obseruari sicut sunt hactenus obseruatę.

e ¶ Et pro nullius.] quia in nullius persona omittendum est, quod statutis generalibus continetur, vt 61. dist. miramur.

f ¶ Reminiscitur.] passiue.

Q Vòd vero] Hæc dist. diuiditur i duas partes. In prima probat Gratia. q consuetudo cedit legi. secunda ibi, *Cum vero*. Io. de Fan. CASVS. Supra in 8. dist. dictum est, q consuetudo cedit iuri naturali; nunc autem dicit, q consuetudo cedit diuinæ, & humanæ constitutioni, & ad hoc inducit cap. seq. quorum primum planum est, & intelligitur. c. vsque ad §. *Cum vero*. de praua consuetudine, reliqua vsque ad finem de bona.

g ¶ Quod vero.] Hic intitulatur. 11. distin. in qua dr, q consuetudo praua cedit legi tã ecclesiasticæ, q̃ sæculari. Sed not. q consuetudo quædã est gñalis: quædam est specialis. Specialis, vt ĵ. ea. catholica, & 12. dist. illa. Generalis est, quæ vniuersaliter consensu omnium est approbata, & omnes adstringit, & hæc tã quam canon, vel tanquam lex est obseruanda, vt ĵ. ea. ecclesiasticarum: & cap. quis nesciat. Specialis siue particularis est illa, quæ homines alicuius loci adstringit, & in eodem loco habet legis vigorem, vt ĵ. ea. distin. catholica. nisi sit onerosa, vt 12. distin. omnia. 68. dist. corepiscopi. vel nisi pariat occasionem malignandi; tunc enim reiicitur. arg. 2. dist. nos consuetudinem. Olim enim Donatistæ de facili recipiebãtur, & de consuetudine ad primariam promouebantur, qd absurdum est: quia hæretica prauitas inde minus cauebatur, vel nisi sit contraria constitutioni 4, vt ĵ. eo. c. 2. & 3. Et nisi consuetudo sit prodita ex illis causis, vt ĵ. 29. dist. sciendum. vel nisi princeps consentiat. vel nisi sit super tali articulo, qui indifferens est, vt ĵ. proxi. dist. illa. Hu. Sed melius distingue, vt dixi ã 8. dist. frustra. Io.

* Ad hoc l. nõ dubium. & ibi no. C. de leg. & l. nu. C. de vir. & Inil. de pupil. facilẽ. Alb. latentius.

fuisse appellari Pontifices. de qua re optime Gelasius in tomo de Anathematis vinculo, & infra distin. 21. c. cleros. Apud Iuonem legitur, vestris, nostrorumque etiam Pontificum prædecessorum, in Panormia, nostris, nostrorumq; Pontificum, & prædecessorum. Sed fortasse cætera quidem recte apud Gratianum habent: tantummodo ante dictionem, prædecessorum, est addenda coniunctio, &, quemadmodum est in Pannormia. Nam hoc significabitur, Imperatores illos solitos fuisse edere capitula adhibitis in consilium Põtificibus regni, quod verissimum est. Omnino hæc, quæ à Leone scribuntur, spectare videntur ad capitula Caroli, & Lodouici, quæ Lotharius in vniuersa Italia seruari mandauerat. Nam in legibus Longobardicis, lib. 3. tit 33. Lotharius ita cõstitutũ se traditur. Placuit nobis, vt capitula, quæ excerpsimus de capitulari bon. mem. gloriosissimi Domini nostri Caroli, & genitoris nostri Lodouici Imper. inuictissimi, his omnibus, & fidelibus nostris, & sanctæ ecclesiæ in regno Italiæ consistentibus per legem teneantur, & seruentur: & quicumque horum capitulorum cõtemptor extiterit, sexaginta solidis cõponatur. Id populo Romano, qui iure antiquo Romanorum vti prohibebãtur, valde displicuit. sicut ex c. si. infra ead. dist. colligi potest: disseminatusque etiam rumor fuit eamdem esse Pontificis ac populi sententiam. De qua re Leo hac se epistola videtur purgare voluisse: & tamen postea pro conseruando iure ciuili Romanorum, cum eodem Lothario iterum diligentius egit: quod apparet ex dicto cap. finali.

Item Ioannes. viij. Ludouico Imperatori.

¶ Legis auctoritate dissoluitur, quod contra eam fit. C. X.

Iuo p. 4.

V Ides fili charissime; quia quod contra leges accipitur, per leges dissolui[a] meretur.

Item Gelasius Rufino, & Aprili episcopis.

ĵ. distin. 54. c. quis aut. Iuo p. 4. c. 179. Pann. l. 2. c. 150. † al. aut † al. modernas

¶ Leges principum, aut regulas patrum contemni non licet. C. XI.

Q Vis autem † leges principum, aut regulas patrum, aut admonitiones paternas † dicat debere contemni[b], nisi qui impunitũ sibi tantum æstimet transire commissum?

Item Theodorico regi.

¶ Leges Romanorum principum seruandæ sunt ab omnibus. C. XII.

Iuo p. 4. c. 180 Pano. l. 2. c. 151. † al. propter

C Ertum est magnificẽtiam vestram leges Romanorũ principum, quas[c] in negotiis[d] hominum custodiendas esse præcepit, multo magis circa † reuerentiam beati Petri apostoli pro suæ felicitatis augmento velle seruari.

Item Leo. iiij. Lothario Augusto.

¶ Romana lex nullius temeritate debet corrumpi. C. XIII.

Iuo p. 4. c. 181. Pano. l. 2. c. 152.

V Estram[a] flagitamus clementiam, vt sicut hactenus Romana lex viguit absque vniuersis procellis, & pro nullius[e] persona hominis reminiscitur[f] esse corrupta; ita nunc suum robur, propriumque vigorem obtineat.

a ¶ Vestram.] *Videtur Lotharius populo Romano, quod hic Leo petiit, concessisse. Nam in legibus Longobardicis lib. 2. tit. 57. sic habetur*, vt interrogetur populus Romanus, qua lege vult viuere, *& sequitur constitutio*.

Lotharius Imperator.

¶ Volumus, vt cunctus populus Romanus interrogetur, qua lege vult viuere; vt tali lege, quali lege viuere professi sunt, viuant: illisque denuntietur, vt hoc vnusquisque tam iudices, quam duces, vel reliquus populus sciat, q si offensionem contra eamdem legem fecerint; eidem legi, qua profitentur viuere per dispensationem Pontificis, & nostram, subiacebunt.

DISTINCTIO XI.

In Synonymis c. 16. quòd malis iussionibus non sit obtemperandum.

Q Vòd vero[g] *legibus consuetudo cedat, Isidorus testatur dicens in synonymis, lib. 2.*

Facta contra mul... pro-hibentur.

a De hoc satis no. extra de ipso... solutio approbatur p Vin. Tan. Gof. & Hos. hoc latius vide per Archid.

Legum contemptor... pecc...

Consuetudo du... plex est.

* Ad hoc else... Placen... fuerit... contrarii... locet... in... d. ... pot... ... um.

¶ Prauus vsus ratione superatur, & lege. C. I.

Vsus [a] auctoritati [b] cedat; prauum vsum lex, & ratio vincat [c].

Item Nicolaus Papa I. Michaeli Imperatori.

¶ Non potest statutis Pontificum consuetudo cuiusquam refragari. C. II.

Consequens est [d], vt quod ab huius sedis rectoribus plena [e] auctoritate sancitur, nullius consuetudinis [f] præpediente occasione, proprias tantum sequendo voluntates, remoueatur: sed firmiter, atque inconcusse teneatur.

Iuo p. 4. c. 207. Pann. l. 2. c. 165.

Sententia elicitur ex epist. cuius initium, *Proposueramus.* Iuo p. 4. c. 231.

Item Iulius Papa ad episcopos Orientales, epist. 1.

¶ A consuetudine Romanæ ecclesiæ membris dissentire non licet. C. III.

Nolite errare fratres mei charissimi: Doctrinis varijs, & extraneis nolite abduci. En, instituta Apostolorum, & Apostolicorum virorum, canonesque habetis: his fruimini, his circumdamini [a], his delectamini, his armamini; vt his freti, circumdati, delectati, armati, contra cuncta inimicorum iacula persistere valeatis. Satis enim indignum est, quemquam vel Pontificum, vel ordinum subsequentium, hanc regulam refutare, quam beati Petri sedem & sequi videat, & docere [g]. Multum enim conuenit, vt totum corpus ecclesiæ in hac sibimet obseruatione concordet, quæ inde auctoritatem habet, vbi Dominus ecclesiæ totius posuit principatum.

Ansl. 5. c. 8. Polyc. l. 1. c. 17. *Heb.* 13. Ansl. 5. c. 4. Polyc. l. 3. tit. 3.

a ¶ His circumdamini.] *Locupletatus est hic locus ex originali, & Anselmo.*

Item Imperator Constantin. Aug. ad Proculum, lib. 8. Cod. tit. Quæ sit longa consuetudo.

tit. 53. leg. 2.

¶ Non potest vsus, & consuetudo legem, & rationem vincere. C. IIII.

Consuetudinis, vsusque longæui non vilis auctoritas est, verum non vsque adeo sui valitura momento, vt aut rationem vincat [h], aut legem.

Iuo p. 4. c. 202. Pann. l. 2. c. 163.

2 *Cum vero [i] nec sacris canonibus, nec humanis legibus [k] cōsuetudo obuiare monstratur, inconcussa seruanda est.*

Vnde ex dictis [a] Basilij.

Basilius in l. de spiritu sancto. c. 27.

¶ Inuiolabilis est consuetudo, quæ nec humanis legibus, nec sacris canonibus obuiare monstratur. C. V.

Ecclesiasticarum institutionū quasdam scripturis, quasdam vero Apostolica traditione [l] per successiones in ministerio [m] cōfirmatas accepimus; quasdā vero cōsuetudine [n] roboratas approbauit vsus; quibus par ritus, & idē vtrisq; pietatis debetur affectus: vnde [o] quis vel [p] aliquantulū sacrarū expertus scripturarū hæsitauerit [q]? Si enim attentauerimus consuetudines ecclesiæ nō per scripturas [r] à Patribus tradi-

Burc. l. 3. c. 127. Iuo p. 4. c. 69. Pann. l. 2. c. 159.

a ¶ Vsus.] malus.
b ¶ Auctoritati.] scriptæ.
c ¶ Et ratio vincat.] vt s. dist. 8. veritate. Io.

Consequens.] Casvs. Ignatius Patriarcha Cōstantinop. iniuste fuit a suis suffraganeis depositus fauore Michaelis Imperatoris, & auctoritate: sed Nicolaus Papa eū reprehēdit se pp cōsuetudinē excusanē. Dicit ergo Nicolaus i hoc c. ꝙ nulla cōsuetudo pōt impedire, qn illud, qđ statuitur à Papa, inconcusse seruetur.

d ¶ Consequens est.] id est, conuenicos.

e ¶ Plena.] Papæ auctoritas plena est, aliorū eporū semiplena ē: qa ipsi sunt i partē sollicitudinis vocati nō in plenitudinē ptātis, vt 2. q. 6. decre. & c. q se scit.

Pontifex Papæ, & episcoporum dissencia est.

f ¶ Consuetudinis.] nisi talis sit cōsuetudo, q possit pǳudicare iuri, vt no. s. 8. di. frustra. Io.

Nolite.] Casvs. Quidā epi deserētes regulā Rom. ec. varijs doctrinis, & cōsuetudinibus multū extraneis abducebant: quos Iulianus Papa reprehendit dicens eos seruare dēre regulā, quā Sedē beati Petri sequi videāt & docere, vt i de auctoritē habeāt vbi Dñs posuit principatū.

g ¶ Et docere.] patet hic, ꝙ nō semper cōsuetudinē Rom. eccl. tenemur sequi nisi ipsa pcipiat eā esse seruādā, vt j. co. c. vl. multa. n. seruat Ro. ec. quæ aliæ nō seruāt, vt 31. dist. aliter. & de consec. dist. 4. de trina. & distinct. 1. de hymnis.

Consuetudo Romana non semper est seruanda.

Consuetudinis.] Casvs. Dicitur hac lege. ꝙ magna est auctoritas cōsuetudinis: & nō vilis. verūtā non est tantæ auctoritatis, vt generaliter vincat sōnē, aut legem, sed tñ in eo loco in quo obseruatur vincit. Quidā tñ intelligunt primā partē de bona cōsuetudine, & secūdā d mala, qđ nō credo.

h ¶ Vincat.] arg. ꝙ cōsuetudo nunq̄ tollit legem. vt s. 1. dist. consuetudo. Sed obijcitur hæc lex, aut loquitur de bona cōsuetudine, aut de mala: si de bona, illā nulla rō vincet: si de mala, de illa non pōt dici, ꝙ non sit vilis eius auctoritas. Ad hoc dicunt quidā, ꝙ principiū loquitur de bona: finis aūt de mala cōsuetudine; sed ille intellectus ineptus est qui separat caudam à capite, qđ nō licet, extra de bap. maiores. Alij fere oēs ita exponunt, ꝙ hic dicitur, non vincit legē, supple gñalem, sed in eo municipio bene vincit vbi seruatur. Sed certe de hoc nunq̄ aliquis dubitauit, ꝙ cōsuetudo particularis nō debet vincere legē in oībus alijs locis: ideo expo- nas de cōsuetudine particulari, quæ licet bona sit, tñ nō vincit legē etiam in illo loco, nisi adsint illa quæ dixi s. 8. dist. 8. frustra.

Cōsuetudo verū vincat legem.

Sub. immo æquiparatur ei. & oo. in his.

i ¶ Cum vero.] Hæc est secunda pars, in qua probat per 7. c. ꝙ cōsuetudo bona est amplectenda. Io. de Fan.

Idem sentit Io. de Fan. hic.

Casvs. Ab hoc loco tractat de bona cōsuetudine vsq; in finem.

k ¶ Legibus.] 25. q. 1. ideo. Archid.

Ecclesiasticarum.] Casvs. Quidam nolebant vti consuetudine, nisi quæ in scriptis esset redacta a Patribus, quos reprehendit Aug. in hoc c. ostendens tria genera institutionum esse in ecclesia, quasdam scilicet in scripturis, quasdā ab Apostolis traditas, & per successores in ministerio confirmatas: quasdam vero solа consuetudine roboratas: quibus omnibus par ritus, & affectus debetur. Alioquin nisi consuetudines in ecclesia seruarentur, Christiana religio multum detrimenti pateretur; & hoc in prima parte. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Quæ enim* probat ꝙ hic supra dicta in ecclesia seruari debent. & hoc probatur, vers. *Exemplis.* Primum est de crucis signaculo. Secundum est de verbis trifariam digestis, id est, ter repetitis super panem, & calicē. Tertiū de oratione, quæ fit versus orientem. Quartum de benedictione baptismatis cum oleo. Quintum de olei vnctione, quæ fit in baptizato. Sextum de abrenuntiatione satanæ, & angelorum eius.

¶ Casus seq. c. per se patet.

l ¶ Traditione.] sine scriptis. Io.

m ¶ In ministerio] diuino.

n ¶ Consuetudine.] non ab Apostolis, sed nescitur à quo, Additio. scilicet ritu, id est, obseruantia Hug.

o ¶ Vnde] id est, de quo ritu, vel obseruantia.

p ¶ Vel] id est, etiam.

q ¶ Hæsitauerit.] quasi dicat, nemo etiam inscius hic dubitat.

r ¶ Non per scripturas.] sed per consuetudinem.

s ¶ Ibi-

a ¶ *Aestimare.*] id est, valere.
b ¶ *Latura.*] id est, passura.
c ¶ *Intente.*] id est, mente.
d ¶ *Scriptura.*] veteris vel no. te. nō enim scriptura vete. vel no. te.

hoc docuit, sed docet canonica in frōte, & in aliis membris signaculum crucis debere fieri. de cōse. dist. 4. postea signatur. & dist. 5. numquid. Verumtā videtur signū crucis traxisse originem ex ve. te. quia cum Angelus deberet occidere primogenita Aegypti, præceptum est filiis Israel vtrumque postē linire de sanguine agni ad modū thau literæ, quæ est ad modum crucis, & dicitur, quòd Iacob cancellatis manibus suis benedixit filiis Ioseph, scilicet Effraim, & Manasse. Item in Ezechiele legitur, quòd cū apparuissent ei sex viri vasa habentes i manibus, & quidam vir apparuisset in medio eorū habēs atramentariū ad renes, Dñs dixit ad eū: signa thau in frontibus dolentium, & gementium: sed illud fuit tantum in figura præceptum. 12. quæst. 2. gloria.

Crucis signaculum in quibus membris debet fieri.

Hæc concor. non enim scriptura tempore Apost. & ideo ipse ne loquitur quam hodie sec. secundum tal. de sau.

tas nihil æstimare [a], quantū religio detrimenti sit latura [b], intente [c] inspicientibus liquido constabit. ¶ Quæ enim (vt inde ordiamur) scriptura [d] salutiferæ crucis signaculo fideles docuit insigniri? vel quæ trifariam [e] digesta super panem & calicem prolixæ orationis, vel consecrationis verba commendauit? Nam non modo, quod in Euangelio continetur, vel ab Apostolo insertum est, in secretis dicimus; sed & alia [f] plura adiicimus magnam quasi vim commēdātia † mysteriis. Quæ orientem [g] versus nos orare litterarum forma docuit? Benedicimus fontem baptismatis oleo vnctionis. Huc accedit, quòd ter oleo [h] inungimus, quos baptizamus: verbis abrenuntiare Satanæ, & Angelis eius informamus. Vnde hæc, & alia in hunc modum non pauca, nisi quia tacita, & mystica traditione à Patribus ecclesiastico more, reuerentiori diligentia sunt in mysteriis obseruata silentio, quam publicata scripto?

† al. consummandis accommodantia] Burch.

Vel vt no. in praedicto ca. numquid. Iacob. bo.

¶ Ex dictis.] *Hoc caput antea citabatur* ex Augustino in lib. ex dictis Basilij. *In codice Vercellensi est:* vnde Augustinus ait, vel ex dictis Basilij. *Et retenta est posterior pars huius dissumpti, quoniam ita citāt Burchar. & auctor Panormiae. Iuo autem citat, ex lib. Basilij de spiritu sancto, c. 27. quemadmodum in margine est indicatum. Ceterum, quoniam multis locis glossa obstitit, ne emendaretur, necessarium visum est integrum B. Basilij locum & græce, & latine afferre.*

Τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πεφυλαγμένων δογμάτων καὶ κηρυγμάτων, τὰ μὲν ἐκ τῆς ἐγγράφου διδασκαλίας ἔχομεν, τὰ δὲ ἐκ τῆς τῶν ἀποστόλων παραδόσεως διαδοθέντα ἡμῖν ἐν μυστηρίῳ παρεδεξάμεθα, ἅπερ ἀμφότερα τὴν αὐτὴν ἰσχὺν ἔχει πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ τούτοις οὐδεὶς ἀντερεῖ, ὅστις γε κἂν κατὰ μικρὸν γοῦν θεσμῶν ἐκκλησιαστικῶν πεπείραται. εἰ γὰρ ἐπιχειρήσαιμεν τὰ ἄγραφα τῶν ἐθῶν, ὡς οὐ μεγάλην ἔχοντα τὴν δύναμιν παραιτεῖσθαι, λάθοιμεν ἂν εἰς αὐτὰ τὰ καίρια ζημιοῦντες τὸ εὐαγγέλιον, μᾶλλον δὲ εἰς ὄνομα ψιλὸν περιϊστῶντες τὸ κήρυγμα. οἷον, ἵνα τοῦ πρώτου καὶ κοινοτάτου πρῶτον μνησθῶ, τῷ τύπῳ τοῦ σταυροῦ τοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἠλπικότας κατασημαίνεσθαι, τίς ὁ διὰ γράμματος διδάξας; τὸ πρὸς ἀνατολὰς τετράφθαι κατὰ τὴν προσευχήν, ποῖον ἐδίδαξεν ἡμᾶς γράμμα; τὰ τῆς ἐπικλήσεως ῥήματα ἐπὶ τῇ ἀναδείξει τοῦ ἄρτου τῆς εὐχαριστίας καὶ τοῦ ποτηρίου τῆς εὐλογίας τίς τῶν ἁγίων ἐγγράφως ἡμῖν καταλέλοιπεν; οὐ γὰρ δὴ τούτοις ἀρκούμεθα, ὧν ὁ ἀπόστολος, ἢ τὸ εὐαγγέλιον ἐπεμνήσθη, ἀλλὰ καὶ προλέγομεν καὶ ἐπιλέγομεν ἕτερα, ὡς μεγάλην ἔχοντα πρὸς τὸ μυστήριον τὴν ἰσχύν, ἐκ τῆς ἀγράφου διδασκαλίας παραλαβόντες: εὐλογοῦμεν δὲ τό ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος, καὶ τὸ ἔλαιον τῆς χρίσεως καὶ προσέτι αὐτὸν τὸν βαπτιζόμενον, ἀπὸ ποίων ἐγγράφων; οὐκ ἀπὸ τῆς σιωπωμένης καὶ μυστικῆς παραδόσεως; τί δὲ αὐτὴν τοῦ ἐλαίου τὴν χρίσιν τίς λόγος γεγραμμένος ἐδίδαξε; τὸ δὲ τρὶς βαπτίζεσθαι τὸν ἄνθρωπον, πόθεν; ἄλλα δὲ ὅσα περὶ τὸ βάπτισμα, ἀποτάσσεσθαι τῷ Σατανᾷ καὶ τοῖς ἀγγέλοις αὐτοῦ, ἐκ ποίας ἐστὶ γραφῆς; οὐκ ἐκ τῆς ἀδημοσιεύτου ταύτης καὶ ἀπορρήτου διδασκαλίας, ἣν ἐν ἀπολυπραγμονήτῳ καὶ ἀπεριεργάστῳ σιγῇ οἱ πατέρες ἡμῶν ἐφύλαξαν; καλῶς ἐκεῖνοι δεδιδαγμένοι τῶν μυστηρίων τὸ σεμνὸν σιωπῇ διασώζεσθαι.

i. Dogmatum, & institutorū, quæ in ecclesia seruata sunt, alia quidem habemus ex doctrina, quæ literis consignata est; alia vero ex Apostolorum traditione ad nos transmissa in mysterio recepimus. Quæ vtraque eamdem vim ad pietatem habent: atque his nemo sane contradixerit, qui vel exigua legum ecclesiasticarum peritia sit præditus. Nam si aggrediamur ea, quæ non scripto, sed tantum consuetudine cōstant, repudiare, imprudentes Euangelio, & quidem in præcipuis ipsius partibus officiemus: vel potius ipsamet instituta ad inane quoddam nomen redigemus. Exempli causa (vt quod primum, maximeque commune est, primo loco commemorē) eos, qui in Domini nostri Iesu Christi nomine spem posuerunt, figura crucis signari, ecquis scripto docuit? dum oramus, ad orientem solem conuerti, ecquæ nos literæ docuerunt? Verba inuocationis, cum panis Eucharistiæ, & calix benedictionis offertur, quis ex sanctis Patribus scripta nobis reliquit? Non enim iis contenti sumus, quorum Apostolus, & Euangelium mentionem fecerunt; sed alia quoque cum antea, tum post, dicimus, vt poté quæ magnum momentum ad ipsum mysteriū habeant, doctrina non scripta, sed tradita erudita. Benedicimus aquam baptismatis, & oleū vnctionis, atque illum ipsum præterea, qui baptizatur, ex qua scriptura? nonne ex occulta, & mystica traditione? Quid? ipsam olei vnctionem quis sermo scriptus docuit? Quòd homo ter mergendus sit, vnde accepimus? Abrenūtiare Satanæ, atq; Angelis eius, & reliqua omnia, quæcumque in baptismo obseruamus, quæ scriptura iussit? An non hæc ipsa minime vulgata, sed secreta doctrina, quam quieto, minimeque curioso silentio Patres nostri custodierunt? probe quidem illi intelligentes, mysteriorum maiestatem taciturnitate seruari.

Item Pius Papa I. in decretis, decreto septimo.

e ¶ *Trifariam.*] trifaria dicuntur verba: quia eadem tertio repetuntur in secretis. s. hostiam sanctam, hostiam puram, hostiam immaculatā. Hic ordo, nec in veteri test. nec in nouo est præscriptus: sed à sanctis Patribus visualiter traditus: vel ideo dicūtur trifaria quasi sub triplici silentio fiāt. primum est vsque ad sanctus. secundum vsque ad dominicam orationem. tertium vsque ad agnus Dei.

f ¶ *Alia plura.*] hæc habes extra de celeb. miss. cum Marthe.

g ¶ *Quæ orientem versus.*] scilicet noui & uet. te. Sed tamen legit, quòd Daniel in Babylonica captiuitate orabat versus templum, & Iudæi similiter. templum autem erat versus oriētem, & in Salomone legitur: mane ad solem orabis. sed dic, quòd illa faciebāt in veneratione templi.

Orandū est versus orientem.

ADDITIO. Potest tamen dici secūdum Io. Damas. quòd octo sunt causæ quare ecclesiæ sic sunt ordinatæ, quòd fideles orent versus orientem, quæ habentur in Archidiac. hoc loco.

h ¶ *Oleo.*] oleo in scapulis, & pectore. vt de consecra. distin. 4. deinde. tertio in vertice fit vnctio: sed hoc fit crismate, vt de consec. dist. 4. postquam ascendit. sed larga acceptione hic appellatur oleum crisma. sicut ecōuerso. 95. dist. Illud superfluum. Ioan.

Oleo quæ membra sunt vngenda.

¶ Laudabilis est consuetudo, quæ nihil fidei contrarium vsurpat. C. VI.

CONsuetudinem[a] laudamus, quæ tamen contra fidem[b] catholicam nihil vsurpare dinoscitur.

Burc. l. 3. c. 134. Ansl. 4. c. 42. Iuo p. 4. c. 66. Pan. l. 2. c. 157. Poly. l. 3. tit. 23.

¶ *Verba huius capitis, quod antea tribuebatur B. Augustino, leguntur in editione conciliorum Coloniensi tribus tomis inter decreta Pij 1. decreto septimo, & in epistola eiusdem Pij ex codice fere eorum librorum, lib. 3. c. 19. quam etiam citant Burchardus, Iuo, & auctor Panormiæ: cuius tamen epistolæ omnia fere verba habentur 1. lib. registri B. Gregorij (qui citatur in Polycarpo) epist. 75. & ea, quæ ad hoc caput pertinent, referuntur infra dist. 12. c. nos consuetudinem.*

Item B. Augustinus ad Casulanum, epist. 86.

¶ Vbi auctoritas deficit, mos populi, & maiorum instituta pro lege seruantur. C. VII.

IN his rebus, de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi Dei & instituta maiorũ pro lege[c] tenenda sunt. Et sicut prævaricatores diuinarum legum, ita contemptores ecclesiasticarum cõsuetudinum[d] coercendi sunt.

Ansel. l. 4. c. 43. Burc. l. 3. c. 126. Iuo p. 4. c. 68. Pann. l. 2. c. 158. Poly. l. 3. tit. 23. c. fin.

¶ Et sicut.] *Hinc vsque ad finem non sunt in epistola indicata: sed à Burchardo etiam, & Iuone, & in Pannormia referuntur.*

Idem in libro de fide Christiana.

¶ *Hodie inter opera B. Aug. nullum extat hoc titulo. In epistola vero ad Ianuarium, quæ est 118. c. 1. & 2. hæc eadem sententia copiose exponitur.*

¶ Auctoritate, & traditione generali, vel speciali, ecclesia regitur. C. VIII.

CAtholica ecclesia per orbem terrarum diffusa tribus modis probatur existere. Quidquid enim in ea tenetur, aut auctoritas est scripturarũ, aut traditio vniuersalis, aut certe propria, & particularis[e] institutio. Sed auctoritate[f] tota[g] constringitur, vniuersali traditione maiorum, nihilominus tota: priuatis vero constitutionibus, & propriis informationibus vnaquæque pro locorum varietate, prout cuique visum est, subsistit, & regitur[h].

Idem in libro contra Manichæos.

¶ Valet ad fidem catholicæ auctoritas ecclesiæ. C. IX.

PAlam est[i], quòd in re dubia, ad fidem[k] valeat auctoritas ecclesiæ catholicæ[l], quæ ab ipsis fundatissimis sedibus Apostolorum vsque ad hodiernum diem succedentium sibimet episcoporum serie, & tot[m] populorum consensione firmatur.

¶ *Apud B. Augustinum lib. 11. contra Faustum Manichæum c. 2. legitur.* Et vides in hac re (de fide exemplarium loquitur) quid ecclesiæ catholicæ valeat auctoritas, quæ ab ipsis, & c. *Hanc vero episcoporum successionem potissimum in sede Petri, & in libro contra epistolam Fundamenti, & in epist. 165. de schismate Donatistarum merito certissimum putauit ecclesiæ catholicæ indicium.*

Item Leo Papa ad episcopos per Siciliam constitutos, epist. 4. c. 6.

Ab Apostolicis institutis non licet recedere. C. X.

HOc vestræ indicimus charitati, vt ab Apostolicis institutis nullo vlterius recedatur excessu; quia inultum post hoc[n] esse nõ poterit: si quisquam Apostolicas regulas in aliquo crediderit negligendas.

Ansl. 1. c. 49. Poly. l. 1. tit. 17.

Item Innocentius I. ad Decentium[o] episcopum Eugubinum, epist. 1.

¶ Ab omnibus seruari debet, quod Romana seruat ecclesia. C. XI.

QVis nesciat, aut non aduertat, id quod à principe Apostolorum Petro Romanæ Ecclesiæ traditum est, ac nunc

Borc. l. 3. c. 121. Ansl. l. 1. c. 41. Iuo p. 4. c. 67. Poly. l. 1. tit. 17. & l. 3. tit. 24.

COnsuetudinem.] CASVS. huius cap. per se patet.

a ¶ Consuetudinem.] j. dist. 12. c. nos consuetudinẽ & j. dist. prox. o[mn]i. c. con. 12. ibi enim dicitur, quod quamuis consuetudo non sit contra fidem, tamen est repellẽda. Sol. hic de tolerabili, ibi de superstitiosa, & intolerabili consuetudine: & sic omnes auctoritates intelligendæ sunt, quæ contra illud c. reclamare videntur.

b ¶ Contra fidem.] i. cõtra bonos mores, & quod ita[*] sit exponẽdũ, hoc de cõse. dist. 4. si nõ sanctificatur. vbi ex necessitate oportet facere eãdem expositionem.

[*] *Longe rectius exponitur ibi in glo. c. si nõ sanctificatur. de cõs. dist. 4. Vide Turrecre. super hoc cap.*

IN his.] CASVS. Quærebat Casulanus ab Aug. vtrũ cõsuetudines essent seruandæ vbi nihil statuit diuina scriptura certum. Et respõdet, quod sic: & tunc pro lege seruandæ sunt: & sicut transgressores legũ puniuntur, ita & cõtemptores ecclesiasticarũ cõsuetudinũ puniri debent.

c ¶ Pro lege.] semper diuturni mores pro lege seruãtur, vt j. dist. pro. 2. ... diuturni. sic. j. e. dist. consuetudinis.

d ¶ Consuetudinum.] no. quod æque punitur trãsgressor legis, vt 1. q. 7. si qs cõtẽ. & 8. c. ecclesiasticarũ. vnde sicut canonice non licet obuiare legi sine licẽtia Papæ, sic nec consuetudini, vt dicitur in hoc c. c. & 10. de cõs. cõtentiõ pñt venire cõ consuetudinẽ et iuramẽto firmatã, si cã subest. vt extra de his quæ fiũ à ma. par. ca. cum in cunctis: sed contrarium est in statutis 25. q. 6. auctoritate. lo. 2

Consuetudinis transgressor punitur, vt transgressor legis.

Antiquæ consuetudines, cum fuerint decreto firmatæ, observantur, vt 1. q. ... in prin.

CAtholica ecclesia.] CASVS. Tria sũt quibus ecclesia per orbem diffusa regitur, & subsistit. s. scriptura ve. & no. te. & traditio patrum, & vniuersalis: & particularis institutio, vel cõsuetudo. Primis duobus modis vniuersaliter tota regitur ecclesia: particulari vero institutione, vel cõsuetudine nõ tota, sed pro locorum varietate regitur, & gubernatur, prout vnicuique visum est.

Ad idem ex. de ... Arch.

e ¶ Particularis.] sed cõ. j. e. dist. 1. vo. cõ. morẽ. vbi dicitur, quod particularis consuetudo nõ excusat, sed tñ generalis. Sed hoc verũ est in illis, quæ tñ ex priuilegio pñt haberi, vbi non valet cõsuetudo, nisi vsa sit.

Consuetudo particularis an excuset.

f ¶ Sed auctoritate.] sc. diuinæ scripturæ.

g ¶ Tota.] ecclesia

h ¶ Regitur.] quia quælibet prouincia abundat in suo sensu, vt 76. dist. vtinam. & ex. ea de sepul. c. certificari.

PAlam.] CASVS. Manichæi dicebãt, quod auctoritas Ro. ec. in re dubia nõ debebat introduci ad fidẽ faciendã. Cõtra quos intendit Aug. dicens, quod auctoritas Ro. ecc. ad fidẽ faciẽdã valet, cũ sit ab ipsis Apostolis, & eorum successoribus confirmata.

i ¶ Palam est.] In his tribus c. loquitur de generali consuetudine Ro. ecc. quam etiam in aliis ecclesiis statuit obseruandam.

k ¶ Ad fidem.] scilicet astruendam.

l ¶ Catholicæ.] i. Romanæ ad quam recurritur in dubiis, vt 20. dist. de libellis. & sic seruandæ sunt leges Apostolicæ, sicut leges Petri. 19. dist. sic omnes.

m ¶ Et tot.] arg. quod priuilegium, quod à pluribus epis datur, præualet illi, quod à paucioribus datur & arg. 19 dist. in canonicis 3.

HOc vestra.] CASVS. Quidã epi volebant recedere ab institutis, & consuetudine Ro. ec. sed Leo Papa præcipit ne hoc faciant, quia decetero non poterit inultum remanere.

n ¶ Post hoc.] arg. quod grauius punitur delictũ iteratũ, vt 25. q. 8. hi q.

o ¶ Ad Decentiũ.] iste fuit electus in episcopũ, & licet sciret cõsuetudines Ro. ecc. tamen petiit à Papa, vt ei scriberet eas propter maiorem auctoritatem. 13. dist. quamquam.

QVis nesciat.] CASVS. Quidam cui nota erat institutio, & consuetudo Rom. ecc. electus est in epm in ciuitate quadã vbi erant hoĩes, qui sẽper inducebant alias institutiones, & con-

& consuetudines, q̃ beatus Petrus docuit, & successores ipsius, qd̃ patefaciens episcopus domino Papæ supplicauit, vt sibi institutiones Ro. Ec. scriberet, quibus suum populum erudire volebat. Cui Papa respondet dicens: Licet noueris consuetudinem nostram in qua toties interfuisti, vt sufficiat ad informationem ecclesiæ tuæ: quia sid. instru. inter dilectos. in quo est ergo maioris auctoritatis? Dicunt quidam, q̃ solet plus timeri, &c. vt 33. distin. quamquam. immo dico, quod auctoritas Papæ, vel eius confirmatio id quod minus fuit validum facit validum, vt extra de transac. c. 5. Item quia nulli præter auctoritatem Rom. Pon. licet illud reuocare, vt extra de confir. vti. vel inuti. c. 2.

i ¶ *Nouitates.*] j. 33. di. & hęc aut scripsim⁹. & ff. de consti. princ. in rebus. §. 4. distin. eris autem lex.

k ¶ *Alterius.*] scilicet contrariæ bonis moribus, sic soluitur contra. j. dist. proxi. noue. contra sic. Insti. de satisda. §. vlt.

1 De hoc sit legitur, & not. 17. q. 4. frater. & extra. de transla. ve nomine. ibi videas & de elect. c. pe. & per inno. extra. de don. decem.

al. auctoritatem debeat aliunde accipere, vel exemplum?

vsque custoditur, ab omnibus debere seruari? nec superinduci, aut introduci aliquid, quod aut † auctoritatem non habeat; aut aliunde accipere videatur exemplum? præsertim cum sit manifestum in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atque Siciliam, insulasque interiacentes, nullum instituisse ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus a, aut eius successores constituerunt sacerdotes: aut legant, si in istis prouincijs alius b Apostolorum inuenitur, aut legitur docuisse. Quòd si non legunt, quia nusquam inuenitur, oportet eos hoc sequi, quod ecclesia Romana custodit; à qua eos principium accepisse non dubium est: ne dum peregrinis sermonibus † student; caput institutionum videâtur omittere †. Sæpe dilectionem tuam ad vrbem venisse, ac nobiscum in ecclesia conuenisse; & quem morem c vel in consecrandis mysterijs, vel in ceteris agendis arcanis teneat d, cognouisse a. Quod sufficere arbitraremur ad informationẽ ecclesiæ tuæ, vel reformationem; si prædecessores tui minus aliquid, aut aliter tenuerint, & satis certum haberemus e; nisi de aliquibus consulendos nos esse duxisset f: quibus idcirco respondemus; non quod te aliqua ignorare g credamus; sed vt maiori auctoritate h tuos instruas: vel si qui à Romanæ ecclesiæ Institutionibus errant, aut commoneas, aut nobis indicare non differas; vt scire valeamus, qui sint, qui aut nouitates i inducunt, aut alterius k ecclesiæ, quàm Romanæ, existimant consuetudinem esse seruandam.

† *al. assertionibus*
† *al. amittere*

a ¶ Cognouisse.] *Locus hic in originali concilij quatuor tomorum inserto sic habet,* cognouisse non dubium est. Quod sufficere ad informationem ecclesię tuæ, vel reformationem, (si prædecessores tui minus aliquid, aut aliter tenuerunt) satis certum haberem; nisi de aliquibus cõsulẽdos nos esse duxisses; *Sed ob glossam præcipue in ver. morem. non est mutatũ.*

DISTINCTIO XII.

QVod [1] *absque discretione iustitiæ nulli agere licet.*

Vnde Calixtus Papa primus omnibus Episcopis ait in epistola prima ad Benedictum episcopum.

¶ Nulli agere licet sine discretione iustitiæ contra disciplinam Romanæ ecclesiæ. C. I.

Ansel. l. 1. c. 11. Polyc. l. 1. c. 17.

NOn decet à capite membra m discedere; sed iuxta sacræ scripturæ testimonium omnia membra caput sequãtur. Nulli vero dubium est, quòd Apostolica ecclesia mater est omnium n ecclesiarum, à cuius vos regulis nullatenus conuenit deuiare. Et sicut Dei filius venit facere voluntatem patris; sic & vos voluntatem vestræ impleatis matris, quæ est ecclesia; cuius caput, vt prædictum est, Romana existit ecclesia. Quidquid ergo sine discretione o iustitiæ contra huius disciplinam actum fuerit, ratum haberi ratio nulla permittit.

Item Gregorius a *Papa quartus.*

a ¶ Gregorius.] *Integrum hoc caput inuenitur in epistola Gregorij quarti vniuersis episcopis per Galliam, Germaniam, Europam, & vniuersas prouincias constitutis: quæ est in codice supra citato Bibliotheca monasterij Dominicanorum. Initium vero est etiam in epistola Anastasij. II. ad Anastasium Augustum. c. 6.*

QVod absque.] hæc distinctio diuiditur in tres partes. In quarum prima probat, quod bona consuetudo seruanda est. secunda ibi, *Hoc autem.* tertia ibi, *De his.* CASVS. In superiori di. ostendit, quod cõsuetudo Ro. Ec. est seruanda. Nunc vero ostẽdit, quòd à consuetudine Ro. Ec. non est recedendũ sine causa, & sine discretiõe. Et ad hoc probandum inducit prima duo cap. à cõtrario sensu. Addit etiam, quòd bona consuetudo est seruanda: mala vero reiiciẽda: & quòd cõsuetudo metropolit. ecclesiæ est seruãda in prouincia, exceptis monasterijs.

1 ¶ *Quòd.*] id est, vt noua cõsuetudo teneatur. In hac 12. distin. magister prosequitur materiã præcedentis. dist. scilicet, quod consuetudo sit seruanda, quæ non est contraria iuri naturali, vel constitutioni. In fi. dicit, quòd omnes ecclesiæ debeant seruare consuetudinem Metropolitanæ ecclesiæ, vt j. e. dist. de his. nisi sint monasteria, vt ibi dicitur. Ponit autem in principio duo c. per quæ vult interpretari vlt. c. præcedentis di. vbi dicitur, quod à consuetudine Rom. Ecc. deuiare non debemus: & sic intelligit, quòd sine discretione deuiare non debemus: sed cum ratione possumus, quod probat per duo. cap. proxi. a contrario sensu. Io.

quia tamen auctoritate nostra tuum vis populum informare: faciemus quod petisti, vt populum tuum instruas, & errantes commoneas, aut nobis indices, vt qui sint scire valeamus.

a ¶ *Petrus Apostolus.*] vel aliquis ex eius mandato, vt Paulus: nã Petrus Paulo dedit licentiam prædicãdi auctoritate Domini dum dicit: Segregate mihi Paulum, & Barnabam, vt 75. dist. quod die.

b ¶ *Alius.*] id est contrarius; sic ponitur. 11. q. 3. c. 2.

c ¶ *Morem.*] sic cõstrue, satis certum haberemus dilectionẽ tuam agnouisse quem morem in celebrandis. &c.

d ¶ *Teneat.*] scilicet Rom. Ecc. vel teneat, id est tenere debeat dilectio tua.

e ¶ *Haberemus.*] scilicet tuam dilectionem.

f ¶ *Duxisset.*] dilectio tua.

g ¶ *Ignorare.*] hic indicat eum scire, & nescire: sed vulgariter loquitur quasi dicat, satis crederem te scire, nisi à me quæsiuisses.

h ¶ *Auctoritate.*] cum iste episcopus hoc sua auctoritate poterat facere, & per confirmationem Papæ nihil noui iuris datur, , vt j. dist. proxi. præceptis qui enim confirmat nihil donat, vt extra de

c Non videtur hæc bona expositio: quia nullus Apostolus fuit Petro contrarius, & ideo alij subaudiunt primo ex vtr. nullus ni si Petrus, vel ab eo missus. Arch.

a Ad hoc 25. q. 1. nõ tam nouũ. & no. I. 24. q. in summa. ibi videas. Arch.

Confirmatio quid Papalis efficiat.

ADDITIO. Et male: Nam non est in eo argumentandũ à contrario sensu, secundum Laur. sed contra hoc dictũ Lau. est 16. dis. c. 2. in fi. Hu. tenet contra.

NOn decet.] CASVS. Quidam epi deuiabant à regulis Rom. Ecc. quare Calixtus Papa scribit omnibus episcopis, vt ipsi tãquã membra Ro. Ec. quæ est caput, non discedant sine discretione: sed voluntatem eius faciant velut suæ matris: sicut Christus venit facere voluntatem patris.

c Laurent.

m ¶ *Membra.*] sic j. de conse. dist. 3. celebritatẽ. & in Auth. de ecclesi. tit. in prin. [1] Et est hic ar. idẽ iuris esse in toto, quod in parte, vt 1. q. 3. si quis episcopus. vbi de hoc.

1 Nã quod ius est in toto quoad totum est in parte quo ad partem. ff. de admin. tu. in dom. & de vsu. qui fruc. in prin. secundum Io. de I ana.

n ¶ *Omnium.*] ergo & Græcorum, vt 24. q. 1. rogamus.

o ¶ *Discretione.*] nũquid ergo cũ discretione licitum est contra illã agere? certe nõ, vt 17. q. 4. § q aũt. vnde hic vacat ar. a cõtrario sensu.

a ¶ Pre-

PRæceptis.] CASVS. Quidam Patriarchæ, vel archiepiscopi contra statuta Rom. ecclesiæ faciebant episcopos sine licentia sedis Apostol. deponendo: quos Greg. reprehendit dicens, quòd accusatio episcoporum, & depositio sicut quæstio fidei tñ ad sedē Apostolicam spectant: sicut antiqua statuta declarant, quæ Greg. in hoc c. confirmat nihil nouū circa hoc statuendo: quare præcipit eis Grego. ne caput suū omittant, vnde normam assumere debent. & qui contra hoc fecerit, deponetur.

a ¶ *Non dura.*] quamuis graue, & intolerabile sit, tñ adimplendū est, vt 19. dist. in memoriā. & 100. dis. contra morē. vel assignet ratio quare adimpleri non possit, vt extra de rescrip. si quando.

b ¶ *Non nouum.*] arg. quòd nō dicitur nouū, quod quandoque statutum fuit: licet modo renouetur t, vt 24. q. 1. Achatius. & 34. q. 1. non satis. vnde si episcop⁹ iurauit, q nō alienabit nouum feudum, tamē feudum de nouo vacans potest licite alienare. vt extra de feu. ex parte. Item habes hic, quòd per confirmationem Papæ nō datur ius nouū, vt extra de confir. vti. vel inuti. cū dilecta. Quid iuris sit, dixi de hoc 8. dist. prox. c. vlt.

c ¶ *Causatio.*] id est accusatio episcoporum. solus enim Papa potest condemnare episcopū, licet ab alio possit absolui, vt 3. q. 6. quāuis. & c. dudum. & 5. q. 4. duodecim. Item solus Papa restituit eum, vt 2. q. 6. ideo 1. Item solus agit de eorum renūtiatione, vt 6. q. 3. denique. & de eorū mutatione, vt 7. q. 1. mutatiōes. & de eorum exemptione, vt 16. q. 1. frater.

Papa solus condemnat epos.

SCit sancta.] CASVS. Reuertitur modo Gratianus ad propositum suum ostendens, quòd cōsuetudo, quæ nō obuiat iuri naturali, vel cōstitutioni est seruanda. Dr ergo in hoc c. q bene possunt diuersæ cōsuetudines pro locis & temporibus obseruari, dūmodo illis canonica auctoritas nō obstaret, nec obest hoc saluti credentium.

d ¶ *Consuetudines.*] vt 31. dist. aliter. & de conse. dist. 4. de trina. & de conse. dist. 2. quotidie.

ADDITIO Ad idem j. ea. dist. illa.

ILlud.] CASVS. Lucinius inueniebat varias cōsuetudines, & diuersas vnde dubitabat vtrū altera deberet alteri præiudicare: & de hoc Hierony. consulebat: qui rñdit dicēs, q cōsuetudines à sanctis patribus traditæ obseruari debent, quæ fidei non obstant: nec vnius loci cōsuetudo alterius loci consuetudine debet subuerti. Tria autem sequentia capitula plana sunt.

e ¶ *Traditiones.*] i. consuetudines. 8. dist. quæ contra mores.

f ¶ *Præsertim.*] i. tm. sic ponit 11. q. 3. si qs eps dānatus. & 16. q. 3. p singulas. 7. q. 1 si quis psbyter. & 27. q. 2. multorū. Et dic non officiant. i. q fidei nō aduersentur, vel moribus bonis, vt j. ea. omnia.

g ¶ *Contrario more.*] arg. est hic contra epos qui sic argumētantur contra ecclesiam aliquam: ex quo aliæ ecclesiæ hoc, vel illud faciūt: ergo & ista idē faciet. Rñdeatur ergo eis, q consuetudo vnius ecclesiæ nō subuertit pp cōtrariās cōsuetudines aliarū. arg. tñ est pro eis. 100. dist. contra morem. extra de censi. ex parte, arg. contra extra de ca. mo. dilectus. circa. fi. Io. Sol. quælibet ecclesia faciat id qđ aliæ faciunt de iure cōi. 61. dist. miramur. nisi præscripserit, vt extra de præscri. auditis. vel nisi habeat priuilegium. 16. q. 1. hinc ēt. B. Ex his duobus. c. vf q iudex delegatus iudicabit s̄m cōsuetudinē loci, ut j. ea. dis. illa. & s̄. dist. 8. c. quæ contra mores. vbi dicit: nulla ciuis, vel peregrini. & extra de consue. cū olim. in fi. & de cog. spiri. super eo. & optime extra de eo, qui mit. in poss. cū venisset. & C. de ædi. pri. an 10 totum. vbi dr̄, q iudex seruabit ea q̄ i oppido frequēter seruata sunt. Et legatus seruabit cōsuetudinē prouinciæ. nā magnum existimāt prouinciales sibi seruari cōsuetudines suas. ff. de offi. procon. obseruare. Itē lex præcipit, q iudex seruet cōsuetudinē prouinciæ. ff. de testa. l. 3. in fi. Ecōtra probatur, q iudicabit s̄m ius Romanū. vt s̄. dist. proxi. c. vlt. & c. consuetudinis. & in satisdatione dicit lex seruandā cōsuetudinē vrbis Romanæ, vt Insti. de satisda. §. vl. & extra de feo. & re iudi. i causis. & c. cū cā. & 15. q. 1. seruatis. in fi. Itē qa delegatus non sua, sed delegantis vice fungitur, vt 93. dist. c. vl. extra de offi. deleg. sane 2. ff. de off. eius cui māda. est iurisdictio. l. 1. & 3. Item magnum sequeretur inconueniēs, si secundum consuetudinē loci iudicaret: qa si illa loca haberēt diuersas cōsuetudines i qbus iudicat: iā sequeret, q eadē causa regeretur s̄m cōsuetudines contrarias. 12. q. 2. monem⁹. Itē vr̄, q s̄m cōsuetudinē rei sit iudicādū: tū qa actor semper sequit forū rei, vt 11. q. 1. experientiæ. tū qa fauorabiliores rei sunt, quam actores. ff. de reg. iur. fauorabiliores. Ad

Et c. sopite. vbi de hoc. & c. super eo. vbi de hoc extra de off. archi. c. fi. vbi plene de hoc p Inn. & facit ad hoc quod no. extra de deci. mis. quoniam.

¶ Apostolicis præceptis nullus superbe resistat. C. II.

PRæceptis Apostolicis non dura ᵃ superbia resistatur; sed per obedientiam, quæ à sancta Romana ecclesia †, & Apostolica auctoritate iussa sunt, salutifere impleantur; si eiusdem sanctæ Dei ecclesiæ, quæ est caput vestum, communionem habere desideratis. *& post multa.* ¶ Non nouum ᵇ aliquid præsenti iussione præcipimus; sed illa, quæ olim videntur indulta, firmamus: cum nulli dubium sit, quòd nō solum Pontificalis causatio† ᶜ, sed omnis sanctæ ᵃ religionis relatio ad sedem Apostolicam, quasi ad caput ecclesiarum debeat referri, & inde normam sumere, vnde sumpsit exordium; ne caput institutionis videatur omittere. Cuius auctoritatis sanctionem omnes teneant sacerdotes, qui nolunt ab Apostolicæ petræ, super quam Christus vniuersalem fundauit ecclesiam, soliditate diuelli. Si quis hæc† Apostolicæ sedis præcepta non obseruauerit, percepti honoris esse hostis non dubitetur.

Ansel. l. 1. c. 20. Polyc. l. 1. tit. 17

† abest ab orig. & aliquot vetustis Gratiani exemplaribus.

† *al. accusatio*

† *al. hoc præcepto sedis Apostolicæ præcepta.*] orig.

ᵃ ¶ Sanctæ religionis.] *Sic emendatum est ex ipsa epistola, & aliquot manuscriptis Gratiani codicibus; inductis his vocibus,* spei Romanæ ecclesiæ.

Item Leo ix. Michaeli episcopo Constantinopolitano epist. 1. c. 29. & Nicolaus 1. epist. 2. ad Photium.

¶ Non est resistendum consuetudini, cui canonica non obstat auctoritas. C. III.

SCit sancta Romana ecclesia; quòd nihil obsunt saluti credentium diuersæ pro loco, & tempore consuetudines ᵈ; si illis canonica non obsistat auctoritas, pro qua eis obuiare debeamus: vnde nil iudicamus eis debere, vel posse resistere†.

Ino p. 4. c. 153. & par. 5. c. 44. Pann. l. 2. c. 155.

† *al. resisti.*

¶ *Caput hoc confectum est ex duobus longe diuersis locis. Nam vsque ad ver.* si illis, *sumptum est ex prima epistola, seu libello Leonis ix. aduersus inauditas præsumptiones Michaelis Constantinopolitani, & Leonis Acridani episcoporum, c. 29. vbi loquens de Romana ecclesia ait:* Scit namque, quia nihil obsint saluti credentium diuersæ pro loco & tempore consuetudines; quando vna fides per dilectionem operans bona, quæ potest, vni Deo commendat omnes: *& hæc fere ab Inone, & in Pannormia referuntur. Altera vero pars accepta est ex epistola secunda Nicolai ad Photium, quæ incipit,* Postquam Beato Petro. *Ibi enim habentur hæc:* De cōsuetudinibus, quas nobis opponere visi estis, scribentes per diuersas ecclesias diuersas esse consuetudines: si illis canonica non obsistat auctoritas, pro qua obuiare debeamus; nihil iudicamus, vel eis resistimus.

Item Hieronymus ad Lucinium epist. 28.

¶ Consuetudines, quæ fidei non officiunt, vt à maioribus traditæ sunt, obseruentur. C. IIII.

ILlud breuiter te admonendum puto, traditiones ᵉ ecclesiasticas, præsertim ᶠ quæ fidei non officiunt, ita obseruandas, vt à maioribus traditæ sunt, nec aliorum consuetudinem, aliorum contrario more ᵍ subuerti.

Item Nicolaus Hincmaro archiepiscopo.

Iudex iudicādo an loci cōsuetudinem seruare debeat.

In iudicādo.

Salicet in fi. indi. genere contrariarum. Archid.

Idem Bal. in l. aduersus. C. si aduer. rem iu. & Alex. de imo. in l. fo[illegible]

Ad hoc dicunt quidam, quod si aliqui se sponte subijciant iudicio alicuius, vel sponte petant iudices delegatos, quod semper secundũ consuetudinem delegantis iudicandum sit. Si aũt inuitis datus sit iudex : tũc iudicabit ſm cõsuetudinẽ litigantiũ, & potius ſm consuetudinẽ rei, q̃ actoris, vt i d.l. fauorabiliores. Melius põt distingui

c Consuetudo.] vbi non est contraria iuri scripto.
d ¶ Contra longam.] sed longum est illud quod est x. vel xx. annorum, vt C. de præscript. long. temp. per totum. Non ergo requiritur, quòd consuetudo excedat hominum memoriam, vt dicunt quidam: vel etiam, quod sit præscripta. Sed illud verum est, vbi consuetudo non est cõtra ius, vel quando est vetusta : ita vt excedat memoriã hominum. ff. de aqua plu. arcen. in summa. §. item varus. quia tunc habetur loco cõstitutionis, vt l. hoc iure. §. duct⁹ aquæ. ff. de aqua quot. & æsti. vbi autem est iuri ꝯ̃ria, requirũtur ea, quæ not. 8. dist. frustra.

¶ Traditiones à Patribus institutæ non sunt infringendæ. C. V.

Iuo p. 4. c. 212. Pan. l. 2. c. 156.

RIdiculum est a, & satis abominabile dedecus, vt temporibus nostris vel falso insimulari sanctam Dei ecclesiam permittamus, vel eas traditiones, quas antiquitus à Patribus suscepimus, pro libitu semper errantium infringi patiamur.

¶ Habetur in epistola scripta Hincmaro, & ceteris archiepiscopis, & episcopis in regno Caroli ecclesias regentibus; quæ extat in codice iam memorato Bibliotheca Dominicanorum, & ex ea caput hoc locupletatum est. Nam antea breuius erat, vt etiam apud Iuonem, & in Pannormia.

Item Iustinianus Institutionum lib. 1. tit. 2.

¶ Diuturni mores pro lege sunt habendi. C. VI.

Iuo p. 4. c. 194. Pann. l. 2. c. 160.

DIuturni b mores consensu vtentium approbati legem imitantur.

Item Cod. lib. 8. tit. quæ sit longa consuetudo. l. 1.

¶ Quidquid contra longam consuetudinem fit, reuocari oportet. C. VII.

Iuo p. 4. c. 202. Pann. l. 2. c. 162.

COnsuetudo c præcedens, & ratio, quæ consuetudinem suasit, tenenda est. Et quidquid a contra longam d consuetudinem fiet; ad solicitudinem suam reuocabit præses prouinciæ.

a ¶ Quidquid.] *In originali est,* & ne quid cõtra longã consuetudinem fiat, *sed quoniam rubrica videtur magis conuenire lectioni Gratiani, quæ est etiam apud Iuonem, & in Pannormia; non est mutatum.*

Item Gregorius vniuersis episcopis Numidiæ lib. 1. epist. 75.

¶ Immota permaneat consuetudo, quæ contra fidem catholicam nihil vsurpare dignoscitur. C. VIII.

8. dist. 11. c. consuetudinem. Iuo p. 4. c. 204.

NOs consuetudinem, quæ tamen contra fidem catholicam nihil vsurpare dinoscitur, immotam e permanere concedimus; siue de primatibus f constituendis, siue de ceteris capitulis; exceptis ijs, qui ex Donatistis ad episcopatum perueniunt: quos prouehi ad primatus dignitatem (etiam cum g ordo clericorum β eos ad locum eumdem deferat) modis omnibus prohibemus i. Sufficiat autem illis commissæ sibi plebis † curam gerere; non autem etiam illos antistites, quos catholica fides in ecclesiæ sinu & edocuit, & genuit, ad obtinendum culmen primatus anteire.

† tantummodo.] orig.

β ¶ Ordo clericorum.] *Sic etiam legitur in aliquot vetustis Gratiani, & in aliquibus B. Gregorij codicibus; sed auctor glossæ non videtur habuisse verbum* clericorum: *quemadmodum neque Iuo neque pleraque Gratiani manuscripta exemplaria, neque aliqua etiam B. Gregorij operum editiones.*

Idem Gregorius ad Maximum Salonitanũ episcopũ lib. 7. reg. epist. 81.

¶ Non negantur, quæ consuetudinis sunt. C. IX.

QVemadmodum illicita perpetrari non patimur; sic k quæ sunt consuetudinis non negamus.

NOs cõsuetudinem.] Casus. In Numidia erant multi Donatistæ, quos cum ad ecclesiam redibant archiepiscopi, & primates de consuetudine in episcopos promouebant: cum hæc consuetudo esset contra ecclesiasticas constitutiones. Dicit ergo Papa in ceteris articulis consuetudinẽ esse seruandã. In ꝓmotione vero Donatistarũ seruari non debet; licet in dignitatibus ex dispẽsatione tolerentur, cũ in quibusdam antea cõsistebant.

1 Sub. & esse seruari vel quando est vetusta, ita quod excedit memoriam hominum. ff. de aqua plu. ar. l. in summa. §. Cassius. Tunc enim loco constitutionis habet : vt d. l. hoc iure. §. ductus aquæ. Lau.

e ¶ Immotam.] contra extra de consue. cũ venerabilis, sed ibi de consuetudine circa statuta canonum, vt 22. q. 2. & iurabunt.

f ¶ De primatibus.] ar. est hic, quod consuetudo attẽditur in electione, vt 24. q. 1. pudenda. in fi. & extra de elec. cum inter vniuersas, & c. cum ecclesia. de causa possessionis & proprie. Item est hic argu. quòd persona, quæ alias est ineligibilis, ratione consuetudinis fit eligibilis. & sic extra de clericis coniuga. cũ olim 2. & ff. de decu. non tantum. in fin. arg. cõtra extra de cõsuetu. cum venerabilis. Item habes hic, quòd dispensantur in vno ordine cum aliquo, qui tamen non potest promoueri ad superiorem ordinem, vt 34. dist. in. lector. & 1. quæst. 5. ca. primo. & quæstio. 7. saluberrimom. potest enim aliquis habere minorem honorem, qui nõ potest habere maiorem, vt ff. de interdi. & rele. relegatorum. §. vlt. & 15. quæst. vlti. c. 1.

Consuetudo in electione attenditur.

2 Potest dici id quod dicitur in hac decr. plus, fieri propter scandalum vitandũ, quam propter consuetudinem : vt in hoc c. non consuetudinem.

g ¶ Etiam cum.] id est quamuis.

h ¶ Ordo.] licet tunc talis ordinis, quod possint esse primates.

i ¶ Prohibemus.] 23. q. 4. ipsa pietas 3. ver. itẽ si ꝯ 1. q. 1. si qs hæreticæ. 1. q. 7. c. 1. & c. cõuenientibus. contra. Sol. de iure communi est quod nullus rediẽs ab hæresi potest ordinari. 1. q. 7. c. 1. sed dispensatur cum eis multipliciter. Dispensatur enim cum eis quandoque semiplene, quando ad minores ordines promouentur, vt 1. q. 1. si quis hæreticæ. plena est, quando potest fieri sacerdos, & non vltra 1. q. 7. conuenientibus. plenior quando potest fieri episcopus : sed nõ primas, vt hic. plenissima quãdo ad omnes ordines, & dignitates promouetur. 23. q. 4. ipsa pietas. Io.

Rediens ab hæresi an possit ordinari.

3 Hoc cap. potius est [illegible] secundum Hu.

gui, aut appellaſ ad Papã, aut nõ: si ꝑ appellationẽ obtineſ iudex, dico tũc delegatũ debere sequi consuetudines illius loci à quo est appellatũ; quia iudex appellationis teneſ sequi legẽ prioris sñiæ, vt i Aut. coll. 8. vt cũ. de ap. cog. in prin. ar. ad hoc extra de test. Rainutius. vbi iudex ap. sequitur cõsuetudinẽ loci à quo fuit appellatum. Sed si sine ap. impetretur iudex: tunc tenetur sequi consuetudinẽ delegantis. ar. ad hoc ff. de condi. & dem. quæ conditio. in fi. Io. Ego credo, quod iudex iudicabit, secundum consuetudinẽ rei, cũ actor forum rei sequatur: vt extra de fo. cõpe. cũ sit generale. nisi ratione contractus 2, vel maleficij factus sit de foro alterius : quia tunc seruabitur consuetudo loci vbi ꝯ̃xit, vel vbi deliquit, vt 8. di. quæ contra mores. & extra de for. compe. c. vlt. Bar.

Consuetudo rei debet à iudice seruari.

¶ Contrarie more.] C. de temp. in integ. rest. l. vl. cõtra vbi dicitur, quod absurdum est ex locorum differẽtia aliquod induci discrimen. Sol. verum est, quod propter loca diuersa non debet induci ius diuersum nisi alia ratio subsit, 19. dist. sciendum.

a RIdiculum est.] ff. de interdictis, & relegatis. l. relegatorum. §. vltimo.

b DIuturni.] Hoc dr Insti. de iure naturali. §. ex nõ scripto.

k QVemadmodum.] Casus huius cap. per se patet.

¶ Sic.] similis comparatio est 2. quæst. prima. sicut sine. Ioan.

Nouit.

NOuit.] Gregorius misit Augustinum monachum suum ad prædicandum in Anglicis, qui iuit, & conuertit eos: & factus est ibi episcopus. Vnde quæsiuit à Gregorio, an secundũ cõsuetudinem Romanæ ecclesiæ, quam Aug. bene nouit deberet Angliam informare? Et respondet Greg. quòd vbicumque inuenerit bonas consuetudines, illas assumat, quibus in vnũ collectis Anglicorũ mores informet: nec debet pp loci dignitatem cõsuetudinẽ approbari: quia nõ res pp loca, sed loca propter res, & consuetudines sunt amanda.

a ¶ *Siue in Gallicorum.*] s. proxi. dist. c. vlt. cõtra. Sed ibi de generali consuetudine. Vel ibi de illa, quæ consistit in ordine. 54. dist. ex antiquis. hic de illa, quæ cõsistit in obsequijs.

b ¶ *Res.*] id est consuetudines. quasi dicat nõ ideo est comprobanda consuetudo mala: quia bonus locus est. 40. distin. non loca.

ADDITIO. Nec bona cõsuetudo repellẽda est, ideo quia locus sit vilis ac ignobilis, ẽm Hu.

ILla autem.] CASVS. Hoc c. diuiditur in duas partes. In prima parte quærebat Ianuarius ab Augustino, quare gñaliter p totum orbem seruentur passio domini, resurrectio, & ascensio: & his similia: cũ nõ inueniatur in auctoritate, quòd illa seruari præcipiat? Et respondet Aug. quòd ideo seruantur: quia intelligere debemus, & credere hoc esse traditum ab Apostolis, vel à concilijs statutum. vnde debet ab vniuersis seruari. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Alia vero.* dicit, quòd particulares consuetudines liberam habent obseruãtiã: nec ad alios q ibi nõ habitant, pertinẽt: sicut est de ieiunio sabbati, & de quotidiana sumptione corporis Chri, & de his similib'. & hoc probatur exemplo Ambrosij. Nam cũ mater Augustini ijsset Mediolanum, & dubitabat vtrum deberet ieiunare die sabbati: cum ibi ecclesia nõ ieiunaret, Aug. cõsuluit Ambrosium super hoc, qui respondit. Cũ sum Romæ, sabbatum ieiuno: Cũ sũ Mediolani, nõ ieiuno: & tu Augustine ad quãcumq; ecclesiam veneris, eius morẽ serua: ne scandalũ generetur alicui pp te. Hoc cum Aug. renunciasset matri, libenter amplexa est.

f ¶ *Liberas.*] Hic dicit Aug. quòd liberũ est sabbato ieiunare quantũ ad extraneos, nõ quãtũ ad illos vbi talis cõsuetudo seruata est. Sed cõtrã dicit Inn. j. de cõse dist. 3. sabbato. Sed ibi loqr de cõsilio. Vel specialiter illud præcipitur Romanis. 76. dist. vtinam.

g ¶ *Societate.*] ar. quòd qlibet tenetur viuere ẽm cõsuetudinẽ illorũ inter quos versatur, vt s. 8. dist. quæ contra & 41. dist. quisquis B. Vnde versus. *Si fueris Romæ, Romano viuito more.*
Et si sis alibi, viuito sicut ibi.

Idem Gregorius ad Augustinum Anglorum episcopum, resp. 3.

¶ Non locus consuetudinem, sed consuetudo locum commendat. C. X.

Ivo, par. 2. c. 80.

NOuit fraternitas tua Romanæ ecclesiæ consuetudinem, in qua se meminit enutritam. Sed mihi placet, vt siue in Romana, siue in Gallicorũ † a, siue in qualibet ecclesia aliquid inuenisti, quod plus omnipotenti Deo possit placere, solicite eligas; & in Anglorum ecclesia, quæ adhuc in fide noua est, institutione præcipua, quæ de multis ecclesijs colligere poteris †, infundas. Non enim pro locis res b, sed pro rebus † loca amãda sunt. Ex singulis ergo quibusque ecclesijs, quæ pia, quæ religiosa, quæ recta sunt, elige: & hæc quasi in fasciculum collecta apud Anglorum mentes in consuetudinem depone.

† *Gallicanorũ*] orig. *Gallicana.*] Iuo.
† *potuisti*] orig.
† *bonis rebus*] orig.

Item Augustinus ad Ianuarium, epist. 118. c. 1.

¶ Quod neque contra fidem, neque contra bonos mores esse conuincitur, indifferenter est habendum. C. XI.

ILla autem, quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur, datur intelligi c vel ab ipsis Apostolis, vel plenarijs concilijs, quorum est in ecclesia saluberrima auctoritas, commendata d, atque statuta retineri e: sicuti quòd Domini passio, & resurrectio, & ascensio in cælum, & aduentus de cælo spiritus sancti, anniuersaria solennitate celebrantur: & si quid aliud tale occurrerit, quod seruetur ab vniuersa, quacumque se diffundit, ecclesia. ¶ Alia vero, quæ per loca terrarum, regionesque variantur, sicuti est, quòd alij ieiunant sabbato, alij vero non; alij quotidie communicant corpori, & sanguini dominico, alij certis diebus accipiunt; alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur; alibi sabbato tantum, & dominico, alibi tantum dominico; & si quid aliud huiusmodi animaduerti potest; totum hoc genus rerum liberas f habet obseruationes. Nec disciplina vlla est in his melior graui, prudentique Christiano, quàm vt eo modo agat, quo agere viderit ecclesiam, ad quamcumque forte deuenerit. Quod enim neque contra fidem, neque contra bonos mores iniungitur †, indifferenter est habendum; & pro eorum inter quos viuitur, societate g seruandum est. Mater mea a Mediolanum me consecuta inuenit ecclesiam sabbato non ieiunantem: cœperat fluctuare quid ageret. Tunc ego consului de hac re beatissimæ memoriæ virum Ambrosium. At ille ait; cum Romam venio, ieiuno sabbato: cum Mediolani sum, non ieiuno. Sic etiam tu, ad quam forte ecclesiam veneris h, eius morem serua; si cuiquam non vis esse scandalo, nec quemquam tibi. Hoc, cum matri renunciassem, libenter amplexa est i.

Ibidem. c. 2.

fere idem epist. 119. c. 18.
† *al. esse conuincitur*

a ¶ Mater mea.] *In hoc capite, quemadmodum & in sequenti, multa sunt emendata ex B. Aug. ac nonnulla etiam addita. Ab hoc tamen loco vsque in finem, quoniam verba B. Augustini aptè erant in epitomen redacta, nihil additum est.*

2 *Hoc autem* k *de consuetudine illa intelligendum est, quæ vel vniuersalis ecclesiæ vsu, vel temporis prolixitate roboratur. Ceterum si pro varietate temporum, vel animorum, vel locorum variæ consuetudines introducantur; inuenta opportunitate resecandæ sunt potius, quàm obseruandæ.*

c ¶ *Intelligi.*] arg. quòd præsumendum est consuetudinem esse iustam, & ex iusta causa processisse, nisi probetur contrarium. argu. contra. infra eadem distinctio. omnia, & 68. dist. corepiscopi. & extra de censi. peruenit. vbi habes, quòd licet ordo corepiscoporum diu seruatus ab omnibus fuerit: tñ aboletur; quia causa institutionis ignoratur 1. Sed illa consuetudo mala fuit & onerosa, & ideo fuit extirpata. Hic autem loquitur de bona consuetudine, & non onerosa, vt in Auth. de referen. §. fi. Itẽ est hic arg. quòd ex tpe præsumitur aliquid esse debitum, vt 18. q. 2. seruitium.

Consuetudo præsumitur iusta.

1 Posset dici forma in Lau. quòd ibi nõ negat Lauinatus eam in ea eius institutione fuisse: sed eius institutionis dicit se negare.

d ¶ *Commendata.*] esse.

e ¶ *Retineri.*] id est, vt retineantur.

h ¶ *Veneris.*] ar. quòd viatores tenẽtur seq cõsuetudinẽ loci ad quẽ veniunt, vt hic, & s. dist. 8. q. p. arg. cõ ff. de iudi. hẽs absens. Sol. vt in dist. q. cõ. qa refert an sint moraturi, vel cito recessuri, vel an sit consuetudo apparens, vel latens.

i ¶ *Amplexa est.*] sed forte non libenter ieiunauit.

HOC AVTEM. Hæc est secunda pars in qua dr, quòd licet cõsuetudo non sit contra fidẽ, si tñ grauat, remouenda est si potest fieri sine scandalo. Io. de Fant.

CASVS. Hic assignat Gratianus, quòd supradicta c. loquunt de generali cõsuetudine, vel particulari rõnabili, q oino seruari debẽt, & si malę, vel onerosę cõsuetudines sint, resecari debẽt opportunitate inuenta. & ad hoc probandum inducit capitulum sequens.

k ¶ *Hoc autem.*] quod supra dictum est de cõsuetudine seruãda.

Omnia.]

OMnia.] Casvs. Quedam consuetudines onerosæ inueniebantur, quæ nec auctoritatibus scripturarum, nec in concilijs episcoporum, nec consuetudine vniuersali roborate erant: & via ratio poterat inueniri quare essent inuentę. Vnde Ianuarius ab Augustino quæsiuit, an tolerandæ essent? Et respondet, quod non: immo

d ¶ *Religionem.*] Christianam.
e ¶ *Quam paucissimis.*] argum. contra illos, qui nimias fundunt orationes. ff. quod me. causa. l. 2. quia gaudent breuitate Moderni, vt no. ff. eod. tit. l. 1.
f ¶ *Manifestissimis.*] s. dist. 4. erit.

Vnde Augustinus scribit ad inquisitiones Ianuarij, epist. 119. c. 19.

¶ Resecanda sunt quæ neque auctoritate, neque moribus vniuersitatis comprobantur. C. XII.

Iuo p. 4. c. 106. Pann. l. 2. c. 168.

† *vniuersæ*] Iuo, Pann.

OMnia[a] talia, quæ neque sanctarum scripturarum auctoritatibus continentur, nec in concilijs episcoporum statuta inueniuntur, nec consuetudine vniuersalis† ecclesiæ roborata sunt, sed diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter variantur, ita vt vix, aut omnino numquam inueniri possint causæ[b], quas in eis instituendis homines secuti sunt, vbi facultas[c] tribuitur, sine vlla dubitatione resecanda existimo. Quamuis enim neque hoc inueniri possit, quomodo contra fidem sint; ipsam tamen religionem[d], quam paucissimis[e], & manifestissimis[f] celebrationum sacramentis misericordia Dei esse liberam voluit, seruilibus oneribus† premunt, vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui etiam si tempus libertatis non agnouerint; legalibus tamen sacramentis†, non humanis præsumptionibus subijciuntur.

† *al. adeo seruilibus oneribus.*

† *sacramentis*] orig.

Item ex concilio Toletano 11. c. 3.

† *al. prouinciales*
† *al. ecclesiam.*

¶ Omnes prouinciæ† eumdem in psallendo modum teneant, quem metropolitanam sedem† habere cognouerint. C. XIII.

Ephes. 4.

DE ijs, qui contra Apostoli voluntatem[g] circumferuntur omni vento doctrinæ, placuit huic sancto concilio, vt metropolitanæ sedis auctoritate coacti vniuscuiusque prouinciæ ciues[h], rectoresq; ecclesiarum vnum, eumdemque in psallendo teneant modum, quem in† metropolitana sede cognouerint institutum; nec aliqua diuersitate cuiusque ordinis, vel officij à metropolitana se patiantur sede disiungi. Sic enim iustum est, vt inde vnusquisque sumat regulas magisterij, vnde honoris consecrationem accipit, vt iuxta maiorum decreta, sedes, quæ vnicuique sacerdotalis dignitatis est mater, sit ecclesiasticæ magistra rationis. Abbatibus sane, indultis officijs, quæ iuxta voluntatem sui episcopi[i] regulariter illis implenda sunt, cetera officia publica[k], id est vesperas, matutinum, siue missam aliter quàm in principali ecclesia, celebrare non liceat. ¶ Quisquis autem horum decretorum violator extiterit, sex mensibus communione priuatus apud metropolitanum sub pænitentiæ censura permaneat corrigendus; quatenus apud illum & præteritæ transgressionis culpam lacrymis diluat, & necessariam officiorum doctrinam studiose addiscat. ¶ Sub ista ergo regula disciplinæ, non solum metropolitanus totius suæ prouinciæ pontifices, vel sacerdotes adstringat[l]; sed etiam ceteri episcopi subiectos sibi ecclesiarum rectores obtemperare his institutionibus cogant.

* ¶ Prouinciæ ciues.] *in codice Lucensi peruetusto bibliotheca Regis catholici, & in concilijs impressis, in margine legitur,* prouinciæ pontifices: *quæ dictio in fine huius capitis repetita ostendit hanc esse veram lectionem. Verum in omnibus conciliorum editionibus in textu, & duobus codicibus Vaticanis legitur,* ciues.

Item ex concilio Bracarensi 1. c. 19.

Sententia habetur etiam in Toletano 4. c. 2.

¶ Ordo seruetur in matutinis, & vespertinis officijs vnus & idem. C. XIIII.

PLacuit[m] omnibus communi consensu, vt vnus atque idem psallendi ordo in matutinis, vel vespertinis officijs teneatur, & non diuersæ, ac priuatæ, neque monasteriorum consuetudines cum ec-

DE ijs.] Hæc est tertia pars in qua dicitur, quod consuetudo in celebrandis officijs, quam obtinet metropolitana ecclesia debet obseruari in omnibus ecclesijs, exceptis monasterijs, in quibus celebrantur officia secundum regulam beati Benedicti. Hug.

Casvs. Quidam erant episcopi, qui non seruabant ordinem in diuinis officijs, quem seruabat metropolitana ecclesia: quare statutum fuit in concilio Tolet. vt omnes episcopi eundem modum in officijs seruent, qui in ecclesia metropolitana seruatur. Abbates vero officia publica i. vesperas, matutinas, & missas celebrent sicut in ecclesia principali celebrantur: alia vero officia dicant sicut in eorum regula continetur. Et hęc in prima parte. In secunda parte quę incipit ibi, *Quisquis* dicitur, quod si quis contra hoc fecerit, vj. mensibus excommunicationi subdatur. In tertia parte quæ incipit ibi, *Sub ista*, dicitur quod metropolitani debent episcopos prouinciæ cogere supradictum modum seruare, & episcopi suos subiectos rectores supradictam regulam seruare compellant.

g ¶ *Voluntatem.*] scilicet doctrinis varijs nolite abduci, vt s. dist. proxi. nolite.

h ¶ *Ciues.*] ciues ergo cantant cum clericis, & dicunt amen. 38. distin. sedulo.

† Idest, respondeat.

i ¶ *Sui episcopi.*] ar. quod regimen omnium monasteriorum spectat ad episcopum 3, vt 9. q. 3. per singulas, & 16. q. 1. quod vere. & 61. dist. obitum. Sed nonne monasteria monachorum potius sunt secundum Abbatem regenda, ad quem tota potestas monasterij spectat. 18. q. 2. c. nullà. Sed illud verum est de regulis viuendi, non de regulis cantandi. 12. q.

Monasteriorum regimen ad quem spectat.

§ Dicit Hug. quod hoc non colligitur hic & est sensus, secundum voluntatem sui episcopi, quia episcopus . . . debent . . . dare debeat. Ar. s. 16. q. 1. Agapitum.

mo resecandæ cum se facultas obtulerit: quia Deus voluit religionem Christianam liberam esse in paucissimis sacramentis: nec eam voluit seruilibus oneribus premi, quæ hodie in tota ecclesia premunt, vt tolerabilior sit conditio Iudæorum, quam nostra: qui licet legem Christi non susceperint: legalibus tamen sacramentis, non præsumptionibus subijciunt humanis.

a ¶ *Omnia talia.*] Loquitur de consuetudine irrationabili, ne sit contra. s. eo. illud.

b ¶ *Causæ.*] ar. quod non sufficit dicere ita statutum est, nisi causa statuti assignet, vt extra de cens. peruenit. s. 2. q. 5. consuluisti. s. de conse. dist. 2. placuit. s. 68. dist. corepiscopi. arg. contra. ff. de leg. non omnium 2.

c ¶ *Facultas.*] i. vbi potest fieri sine scandalo, vt 50. dist. vt constitueret.

Statuti causa est assignanda.
Ut hoc extra de . . . . q. 4. Na . . . in prin.

1. non dicatis.

k ¶ *Publica.*] s. clericorum secularium, quorum officia publica sunt, cum ipsi populum habeant: sed monachi non semper habent populum, vnde ipsi non faciunt publica officia, vt 16. q. 1. interdicimus.

l ¶ *Adstringat.*] ar. metropolitanum posse suspendere, & excommunicare suum suffraganeum, vt s. 18. dist. placuit, & c. si episcopus s. 10. q. 3. quia cognouimus. 11. q. 3. si quis episcopus.

Metropolitanus suffraganeos excommunicat.

PLacuit.] Casvs huius capituli planus est, qui de eadem materia loquitur cum superiori.

m ¶ *Placuit.*] s. de conse. dist. 5. conuenit. istis tamen capitulis derogatur per contrariam consuetudinem . . .

† Idest dicitur hoc Hug. Lau. & Ioh. de Fan.

Item

Item aduersus.] Hæc dist. diuiditur in duas partes. secunda ibi, *Est tamen.*

CASVS. Supra in 5. dist. ostendit Gratianus ius naturale præferri alijs in origine & dignitate, & in 8. dist. ostendit, quòd præfertur amplitudine. In hac vero 13. distin. ostēdit, quòd præfertur in sententiæ rigore: quia nulla dispēsatio admittitur cōtra ius naturale in pceptis, & prohibitionibus, nisi duo forte mala ita vrgeant, vt necesse sit alterum eligi, & ad hoc probandum inducit sequentia cap.

a ¶ *Item aduersus.*] Assignauit magister differentiam iuris naturalis ad alia iura in origine, & dignitate, & amplitudine: nunc assignat differentiam eiusdem iuris ad alia iura in sūæ rigore: nam contra alia iura admittitur dispensatio. 15. quæst. 1. c. fi.[1] sed contra ius naturale, quod consistit in præceptis & prohibitionibus, numquā: magister tamen excipit vnum casum de perplexitate, & male. Videamus ergo quid iuris sit de perplexitate. Dicunt quidam, quòd aliquis potest esse perplexus inter duo mortalia, vt Iudæi qui crucifixerunt Christum, peccauerunt mortaliter. de pæni. dist. 1. periculose. & si nō occidissent, similiter peccassent mortaliter: quia fecissent ꝯ cōsciētiā, quæ dictabat eis ꝯtrariū; quia dictum erat eis. Quicūq; fecerit se filiū Dei, morte moriatur. & omne qđ fit ꝯ conscientiā, ædificat ad gehennā 28. q. 1. c. 1. §. ex his. extra de præscrip. qm. Itē vt dicūt, potest aliquis esse perplexus[a] inter mortale, & veniale, vt cū aliquis q̄rit aliquē inimicū suum, quē scio esse in loco aliquo, si dico quærenti illū esse in loco illo, pecco mortaliter:[2] quia prodo eū: si nego eū esse ibi, pecco saltē venialiter, vel ēt mortaliter si sum perfectus, vt 22. q. 2. ne quis. si taceo, ea taciturnitate mea præsumitur eum esse in loco illo. Itē in alio exemplo: si vxor petit debitum à viro, & vir negat, peccat mortaliter. si reddit, vr̄ peccare venialiter: quia delectatio carnis non potest esse sine veniali peccato, vt vr̄ 33. q. 4. vir cū propria. & sic est perplexus. Similiter vr̄, q̄ aliquis potest esse perplexus inter duo venialia, vt si aliquis simplici verbo promisit se bibere plusquā possit: si plus bibat peccat venialiter. 25. dist. vnū orariū. §. criminis. si ꝯ verbū suū facit peccat venialiter, vt 22. q. 2. primū Sed dicendū est, q̄ nullus pōt esse pplexus inter duo mala: q̄a sm hoc sequeretur, q̄ aliqs ex necessitate teneretur facere malū: sed dicit cano, q̄ Deus numq̄ redderet interitū, nisi spōtaneū reperiret homo habere delictū, vt 23. q. 4. Nabuchodonosor. ver. vasis iræ. Præterea si ea necessitate teneremur aliqd mali facere, lex q̄ illud phibet esset impossibilis: cū tn̄ ois lex debeat esse possibilis[b], vt s̄ di. 4. erit. Perplexio ergo quantū ad rē nihil est: sed quantū ad aiūm, & ad stultā opi. alicuius pplexio aliqua est: vnde Iudæi nō erant pplexi nisi quāntū ad animū, & ideo debuissent cōsulere piores, vt Apostolos, vel sacras scripturas. In alio exēplo dr̄, q̄ ille, q̄ interrogat, debet tacere: nec hoc ei nocet, si alter ex taciturnitate sua aliquid psumat. Absit. n. q̄ ea quæ, &c. vt 23. q. 5. de occidendis. præterea nō semper sequitur, q̄ qui tacet cōsentit, vt 86. dist. tanta. Qđ aūt obijcit de vxore, nō credo q̄ talis delectatio sit aliqđ pctm̄, vt 32. q. 2. quidquid. Si tn̄ vis tenere, q̄ sit ibi veniale peccatū, dicas cum H. q̄ vir debet mulierem petentem debitū prudenter eludere, pmittēdo se postea factur ū donec ipsa efferueat: & si nec sic illa desisteret, tunc vir det ei copiā corporis sui, vt q̄ cito mulier expleuerit libidinem suam, statim vir secedat, nec procedat ad actum.

[1] Vt j. di. pænit. 4. consuendinis. & c. seq.

Perplexitas varia.

[a] Vide D. Th. 3. sen. dis. 38. q. 1. 4. quæstiū.

Mendacium saluatio aliquem à morte, an sit mortale.

[2] 27. q. 2. si tu. 33. q. 5. si dicat.

[b] Id est necessitate adstrictus ad aliquod malum perpetrandum secundum Lau.

[c] Item q. ex necessitate peccat, peccatum non est... 15. q. 1. illa.

Coitus coniugalis, an careat peccato.

Vo mala.] CASVS. Statutū fuit in ꝯcilio Toleta. q̄ quoties duo mala instant, ita q̄ alterū eligi sit necesse: illud debet eligi, qđ minus grauat: & illud vitari, qđ magis. & hoc i prima parte. In scđa q̄ icipit ibi, *Quid aūt.* ostēditur qđ grauius, & qđ leuius. Nā si iuraui hominē interficere, magis pecco interficiendo, quàm deierando; quia occidendo tripliciter pecco, deierando tantum dupliciter, & ideo eligendum.

b ¶ *Duo mala.*] intellige quantum ad fatuam illius. op. qui se credit pplexū: & sic itelligas omnia verba hic posita: nō enim vtrūq; illorum malum est: licet ille opinetur vtrumque esse malum.

c ¶ *Necessitas.*] id est casus, vel refertur ad opi. stultam.

Re-

clesiastica regula sint permistæ.

a ¶ Neque monasteriorum.] *In concilio ipso postremo Coloniæ excuso, abest vox, neque. In ceteris autem editionibus sic legitur,* priuatæ monasteriorum consuetudines contra ecclesiasticas regulas sint permistæ.

DISTINCTIO XIII.

Item aduersus[a] naturale ius nulla dispensatio admittitur; nisi forte duo mala ita vrgeant, vt alterum eorum necesse sit eligi.

Vnde in concilio Toletano 8. c. 2. legitur.

¶ Minus malum de duobus eligendum est. C. I.

Ivo p. 15. c. 16. Pann. l. 8. c. 159.

Dvo mala[b], licet sint omnino cautissime præcauenda, tamen si periculi necessitas[c] ex his vnum perpetrare† compulerit; id debemus resoluere[d], quod minori[e] nexu noscitur obligare†. ¶ Quid autem ex his leuius, quid ve sit grauius, puræ† rationis acumine inuestigemus. Etenim dum peierare[f] compellimur, creatorem quidem offendimus; sed nos tantummodo maculamus. Cum vero noxia promissa complemus, & Dei iussa superbe contemnimus, & proximis impia crudelitate nocemus, & nos ipsos crudeliori gladio trucidamus. Illic†[g] enim duplici[h] culparum telo perimimur†, hic†[i] tripliciter iugulamur.

† al. tentare] al. temperare] al. temerare

† obligari.] ori. Ivo Pan. & Gr.

† al. piæ] al. pio] al. pietatis acumine.

† al. Illinc] Gra.

† percutimur.] orig.

† al. hinc] Gra.

¶ *In ipso concilij capite multa antecedunt, & sequuntur, quæ perlegenda sunt.*

Item Gregorius in moralibus in c. 40. Iob, lib. 32. c. 18. & 19. & 20.

¶ De eodem. C. II.

Nervi[k] testiculorum[l] Leuiathan[m] perplexi sunt[n]; quia sug-

Iob 40.

d ¶ *Resoluere.*] id est facere.

e ¶ *Quod minori.*] secundum q̄ ipse opinatur, cum alterum illorum non obligat ipsum.

f ¶ *Peierare.*] secundum q̄ talis opinatur: non enim peierat, licet non seruet tale iuramentum, vt 22. q. 4. si aliquid.

g ¶ *Illic.*] id est in iuramento.

h ¶ *Duplici.*] Non intelligas, q̄ in homicidio tria peccata cōmittantur[1], & in periurio duo: sed ibi dicit, q̄ in homicidio tres offenduntur, in periurio duo. Et est hic arg. q̄ qui plures offendit, plus peccat. 94. dist. si qs aūt legationē. & 11. q. 3. præcipue. Item est hic arg. q̄ pro illo potius est iudicandum pro quo plures rationes faciunt, vt extra de proba. licet, in fi. & qui potiora iura ostēderit obtinebit. 22. dist. 1. & C. de edi. diui adri. tol. l. vlti. Sic & deterior est causa illius contra quem plura faciunt, vt 18. dist. de Syracusanæ. Item contrarium hic signatur. 22. q. 5. ille qui. vbi dicitur, q̄ periurium sit maius homicidio. Sed ibi soluitur.

Homicidij in periurium duo offendi.

[1] Sub. Sed vel tantum: sed hoc dicitur ad exaggerationem arg. 22. q. 5. ... secundum Lau.

i ¶ *Hic*] scilicet in homicidio.

Nervi testiculorum.] CASVS. Hoc cap. diuidit in tres partes. In prima parte ostenditur, q̄ perplexitas prouenit ex suggestione diaboli. In secūda parte, quæ incipit ibi; *Quid melius.* ponuntur tria exempla perplexitatis. Vnū est de illo, qui iurat se celare oia secreta socij sui quē scit velle interficere maritum adulteræ suæ; sed timet eum propter iuramentū, quod fecit, manifestare. Secundum de eo, qui malo prælato obedientiam fecit, timens si non obediat ei etiam in malo, propter obedientiam quam ei fecit. Tertiū exemplum est de eo, qui per simoniam prælaturā acquisiuit, qui timet peccare si gregē sibi cōmissum derelinquat. In tertia parte, quæ incipit ibi, *Est tamen.* datur cōsiliū quid in huiusmodi perplexitatibus sit faciēdum. Nam dicitur, q̄ de duobus malis: minus malum est eligendum, & hoc probatur exemplo Pauli, qui concessit minima, id est matrimonia, & coitum coniugalē causa incontinentiæ, vt maiora, & grauiora vitentur, scilicet fornicationes.

k ¶ *Neruis.*] id est suggestiones diaboli neruosæ, id est callidæ, & illaqueantes.

l ¶ *Testiculorum.*] testiculi dicuntur suggestiones eius: quia sicut testiculi sunt ministri, & instrumenta humanæ generationis, & in se continent omne incentiuum libidinis[6], ita suggestiones diaboli generant in hominibus vitia, & ad omnia illicita accedunt. s. 6. dist. sed pensandum.

[6] Ad hoc 6. dist. 3.

m ¶ *Leuiathan.*] id est diaboli.

n ¶ *Perplexi sunt.*] id est perplectentes, & sic omnia verba intelligas actiue.

ARCHIDIACONVS. Perplectentes dicit, quòd reddant hominem perplexum

plerum, in veritate tamen perplexio nihil est. Archid.
a ¶ Implicatis.] idest, implicantibus.
b ¶ Innentis.] idest, inuentionibus.
c ¶ Particeps.] Secundum opinionem eorum stultam semper intelligas.
d ¶ A transgressionis contagione.] Ille admonebit illum ne faciat, vt Dei securè non obediat: quia licet generaliter iurauerit ei obedire in omnibus, non tamen est intelligendum nisi de licitis & iustis & honestis [1], vt 11.q.3. nō semper. & c. si dñs. & c. Iulianus. & extra de iureiuran. ad nostrā 2. & c. venientes. ff. de pigno. obligatione, generali. Sed si dubitet an sit contra Deum, obedire debet, vt 23 q. 1. quid culpatur. in fin.

Subditus an semper teneatur obedire prelato.

Ad hoc extra lib. 6. de renunc. c. nisi cum pridem (?).

al. per suggestionum
al. inuentionibus] orig.
Ibid. c. 19.
conferamus] orig.

gestionū † illius argumēta implicatis [a] innentis † [b] illigātur, vt plerosq; ita peccare faciant, quatenus si fortasse fugere peccatum appetant, hoc sine aliquo peccati laqueo nō euadant, & culpam faciant, dum vitant, ac nequaquam se ab vna valeant soluere, nisi in alia consentiant se ligari. ¶ Quod melius ostendimus, si qua ex connersatione hominum illigationis huius exēpla proferamus † *& nonnullis interiectis.* ¶ Ecce quidam dum mundi huius amicitias appetit, cuilibet alteri similem sibi vitam ducenti, quòd secreta illius omni silentio contegat, se iureiurando constringit. Sed is, cui iuratū est, adulterium perpetrare cognoscitur, ita vt etiam maritum adulteræ occidere conetur. Is autem, qui iusiurandum præbuit, ad mētem reuertitur, & diuersis hinc inde cogitationibus impugnatur, atq; hoc silere formidat, ne silentio † adulterij simul & homicidij particeps [c] fiat, & prodere trepidat, ne reatu se periurij obstringat. Perplexis ergo testiculorum neruis ligatus est, quia in quamlibet partem declinet, metuit, ne à transgressionis contagione [d] liber non sit. ¶ Alius cuncta, quæ mūdi sunt, deserens, atq; per omnia frangere proprias volūtates quærens, alieno se subdere regimini appetit, sed eum, qui sibi apud Deum præesse debeat, minus cauta inquisitione discernit: cui fortasse is, qui sine iudicio eligitur, cū præesse iam cœperit, agere † quę Dei sunt, prohibet; quæ mūdi sunt, iubet. Pensans itaq; subditus, vel quæ sit culpa inobedientiæ, vel quod contagiū sæcularis vitæ, & obedire trepidat, & non obedire formidat [e], ne aut obediens, Deum in suis præceptis deserat; aut rursus nō obediens, Deum in electo priore contemnat. *& infra.* ¶ Alius pensare pondus honoris ecclesiastici negligens, ad locū regiminis præmijs ascendit. Sed quia omne quod hic eminet, plus mœroribus afficitur, quàm honoribus gaudet, dum cor tribulationibus premitur, ad memoriā culpa reuocatur, doletq; se ad laborem cum culpa peruenisse, & quàm sit iniquū quod admiserit, ex ipsa fractus † difficultate cognoscit. Reum igitur se cū impensis præmijs agnoscens, vult adeptæ sublimitatis locum deserere, sed timet, ne grauius delictum sit suscepti gregis custodiam reliquisse: vult suscepti [f] gregis curam gerere, sed formidat, ne deterior culpa sit, regimina pastoralis gratiæ † empta possidere. Per honoris ergo ambitū, ligatū culpa hinc inde se conspicit. Esse quippe sine reatu criminis neutrum videt, si aut susceptus semel grex relinquatur, aut rursum sacra actio sæculariter empta teneatur. Vndiq; metuit, & suspectus latus omne pertimescit, ne aut stans in empto regimine nō digne, lugeat, quod non etiam deserens [a] emendat; aut certe regimen deserens, dum aliud flere nititur, rursus aliud de ipsa gregis destitutione cōmittat. *& infra.*

al. silendo
agi] orig.
fructus] orig.
al. gregis

Ibid. c. 20.
vtiliter] orig. vt infra.
1. Cor. 7.
Ibidem. 6.

2 ¶ Est tamē quod ad destruendas Beemoth versutias subtiliter † fiat, vt dum mens inter minora, & maxima peccata cōstringitur, si omnino nullus sine peccato euadendi aditus patet, minora semper eligantur: quia, & qui murorum vndiq; ambitu, ne fugiat, clauditur, ibi se in fugā præcipitat [g], vbi breuior murus inuenitur. Hinc Paulus, cum quosdā in ecclesia incontinentes aspiceret, cōcessit [h] minima [i], vt maiora [k] declinarent, dicens [Propter fornicationē autem vnusquisq; vxorem suā habeat.] Et quia [l] tūc solum cōiuges in admistione sine culpa sunt, cū nō pro explenda libidine, sed pro suscipienda [m] prole miscētur, vt hoc etiā, quod concesserat, sine culpa (quamuis minima) non esse monstraret, illico adiunxit [Hoc autem dico secundū indulgentiam, non secūdum imperium.] Non enim est sine vitio: quod ignoscitur, non præcipitur. Peccatum profectò vidit, quod posse indulgeri præuidit. Sed cū in dubijs constringimur, vtiliter minimis [n] subdimur, ne in magnis sine venia [o] peccemus. ¶ Itaq; plerūq; neruorū Beemoth illius perplexitas soluitur, dū ad virtutes maximas per commissa minora transitur.

a ¶ Emendat.] *Hoc loco in originali vē constructio verborū perturbata, & restituenda ex Gratiano.*

(Gloss, right column:) paf. in fin. Verū autē teneatur recipere ordines ab eo quem scit simoniacū esse, not. 1. q. 1. si quis a simoniacis.
f ¶ Suscepti.] iste si vult saluari, dimittat locū, & sit in perpetua pœnitentia, vt 1. q. 1. si qs neq. & q. 7. tegritis. & extra de simo. Matthæus. non tū dimittat sine auctoritate Papæ [b], vt 7. q. 1. mutationes. & c. suggestū. Sed credo, vt Ioan. de Fan. dicit q bene pōt dimittere sine licentia Papæ: quia rem habet furtiuam: vnde ipsam tenet statim restituere: aliter nō pœnitet. 14. q. 6. si res aliena. & fur semp est in mora, vt ff. de cond. fur. si pro fure. §. vlt. Sed arg. contra extra de renun. c. nisi. & c. post translationē. Sed illa intelliguntur in his, qui non per ostiū intrauerunt, vt 1. q. 1. ordinationes.

[b] Ista erat fuit sententia Hug. quam sequitur Laur. Ad hoc 6. q. 1. denique. Arch.

EST TAMEN. Hæc est secūda pars dist. in qua consulit quid in prædictis perplexitatibus faciendum sit. Archid.
g ¶ Præcipitat.] quid si percipitet se in fugam, & moritur, vtrū peccet mortaliter, quæritur? Et distinguendū est [c], q si non ita esset altus murus, q bene presumebat se euadere, no peccat mortaliter: aliter sic. Arg. pro primo. 23. q. 5. de occidendis. pro secundo arg. 23. q. 5. si non licet. & c. non est nostrum. & maxime si ex honesta causa se præcipitasset, vt extra de sepult. ex parte 2.

Præcipitans se, an mortaliter peccat.

[c] Hæc fuit dist. Hug.

h ¶ Concessit.] i. cōcessum ostēdit: sicut alibi exponit da. i. datū pnūtia, vt 23. q. 5. c. remittimē. §. hinc notandū.
i ¶ Minima.] idest, matrimonia [d].
k ¶ Maiora.] idest, fornicatione. Vel minima appellat imoderatam exactionem debiti coniugalis. & illud potius pœnituit Apostolus, q fornicationē, vt 32. q. 2. quidquid. & secundum hoc propterea ponit cōcessit. Secundum priorē intellectū ponitur cōcessit, idest cōcessum ostendit.

[d] Sub. quæ dicuntur minima respectu continentiæ 27. q. 1. nuptiarum.

(Gloss, bottom:) 2. q. 1. si peccauerit. Si nolit cessare, faciat q̃d dr̃ 22. q. 5. hoc vē. & sic liberabit se. quia sacramentū nō fuit inuentum, vt esset vinculū iniquitatis. 22. q. 4. inter cetera. vnde si qs iurauit aliū nō accusare, tū pōt denuntiare crimē eius: vt extra de iureiu. quēadmodū. in fi. cū aūt non potest probare, debet tacere, vt 2. q. 7. plerique. si autem potest probare, faciat q̃d dr̃ 2. q. 1. si peccauerit. Vel dicat alij sicut frater scias, q quidam te vult occidere; nō tū nominando aliquē. extra de offic. iudi ordina. si sacerdos. Contra tū est extra de fur. quando cum fure. sed non est contra, quia fur non manifestauerat furtū indicanti.
e ¶ Formidat.] Quid si subditus credit, q præceptum prælati sit contra

Iuramentum non est iniquitatis vinculum.

l ¶ Et quia.] Arg. contra H. qui dicit, q vir nunquam potest cognoscere vxorem sine peccato, vt not. 33. q. 4. vir cum propria.
m ¶ Sed pro suscipienda.] Et causa reddendi debitum, vt not. 32. q. 2 quidquid.
n ¶ Minimis.] quoties enim sine captiōe nihil fieri potest, id faciēdū est quod minus captiosum est, vt ff. de reg. iur. quotiēs. & l. temp.
o ¶ Sine venia.] simile dicitur alibi. Quod permittimus, nolentes præcipimus, vt 31. q. 1. hac ratione.

DISTINCTIO XIIII.

Verum[a] hoc in vna eademque persona intelligitur. Ceterum an in diuersis eadem dispensatio locum habeat, videlicet, vt committamus minora, ne alij grauioribus implicentur, merito quæritur.

De his ita scribit Augustinus lib. Quæst. super Gen. cap. 42.

¶ Non sunt à nobis aliqua committenda delicta, ne alij grauiora committant. C. I.

Quod ait[b] Sodomitis Loth [Sunt mihi duæ filiæ, quæ nondum nouerunt viros: producã illas ad vos, vtimini illis quomodo placuerit vobis, tantum in viros istos ne faciatis iniquum:] quoniam prostituere volebat filias suas hac compensatione, vt viri hospites eius nihil à Sodomitis tale paterentur; vtrum admittenda sit compensatio flagitiorum, vel quorumcumque peccatorum, vt nos faciamus mali aliquid, ne alius grauius malum faciat; an potius perturbationi Loth, non consilio tribuendum sit, quia hoc dixerit, merito quæritur. Et nimirum periculosissime[c] admittitur hæc compẽsatio[d]. Si autem perturbationi humanæ tribuitur, & menti tanto malo permotæ, nullo modo imitanda est.

Iuo p. 9. c. 117. Gen. 19.

2 Consuetudinis autem, vel constitutionis rigor nonnumquã relaxatur. Vnde Leo Papa ait ad Rusticũ Narbonẽsem episcopũ, epist. 90 ante caput 1.

¶ Quæ constitutiones valeant temperari, vel quæ non. C. II.

Sicut quædam sunt[e], quæ nulla possunt ratione conuelli; ita multa sunt, quæ aut pro necessitate temporum[f], aut pro consideratione ætatum[g] oporteat temperari: illa consideratione[h] semper seruata, vt in ijs, quæ vel dubia[i] fuerint, aut obscura, id nouerimus sequẽdum, quod nec præceptis Euangelicis contrarium, nec decretis sanctorum Patrum inueniatur aduersum.

Pann. in prologo. c. 12.

Ordo verborũ nõ restitutus ob glossam.

[condítione] orig.

DISTINCTIO XV.

Quoniam de iure naturali[k], & constitutione, vel consuetudine hactenus disseruimus, differẽtiam, qua inuicem discernuntur, assignantes, nunc ad ecclesiasticas constitutiones stylum vertamus, earum originem, & auctoritatem, prout ex libris sanctorum Patrum colligere possumus, breuiter assignantes.

Minus malum de duobus est sumendum.

Verum.] Hæc dist. diuidit in duas partes, in quarũ prima probat, q nullus debet peccare minus, vt maius siue grauius alius nõ peccet. Secũda ibi, Cõsuetudinis. CASVS. Hic dic. Grat. q illud qđ dictum est in superiori dist. de minori malo eligẽdo, intelligendũ est cu duo mala circa eãdem psonam cõtingunt. sed si circa diuersas contingant, vtrum minus malũ sit eligendũ & faciẽdũ, vt alius vitet maius, q̃ritur in hac dist. & probat q nõ, p capitulũ sequẽs. dr etiam q ius consuetudinis vel cõstitutionis relaxatur quãq.

a Verũ.] In hac dist. 14 q̃ritur, an aliquis debeat minus malum cõmittere vt alter euitet grauius malum? Et dicendũ est q non, vt j. c. pa. & cõtinuatur iste §. ad id qđ dixerat i superiori dist. s. q cũ duo mala nobis istãt, minus est eligẽdũ: sed hoc non est verum circa diuersas personas.

Quod ait Sodomitis. CASVS. Legit i Genesi, q misit Dñs duos Angelos i specie iuuenũ ad Sodomam subuertendã, & cũ hospitarẽt i domo Loth, venerũt Sodomitæ ad domũ eius volẽtes eis abuti. Loth aũt ne illi violarent, obtulit eis duas suas filias, vt illi Sodomitæ potius cum illis fornicarent, q̃ hospites aliqd paterent, scilicet opus Sodomiticũ. Modo q̃rit Aug. an talis cõpensatio sit admittenda, s. an Loth potius debuit consentire fornicationi filiarum, q̃ vt illi cum hospitibus opus Sodomiticum facerent. Et respondet q talis compensatio periculosa est, & hoc est attribuendum perturbationi Loth.

b Quod ait.] verba sunt Aug. & incipit ibi, merito quæritur.

c Periculosissime.] Hic dicit Aug. q nemo debet minus malum cõmittere, vt alter euitet maius malum: & intelligunt hoc quidã, q nemo debet minus mortale committere, vt alius euitet maius mortale, sed veniale debet cõmittere vt alter euitet mortale. nam etiam aĩam quis debet ponere pro proximo[1], & sic mortẽ tpalẽ potest aliquis subire, ne alter incurrat pœnã æternã. de pœn. dist. 2. charitas. & §. proxi. sed pro veniali debetur tñ pœna tpalis[2], pro mortali æterna. 11. q. 3. nemo. ergo aliquis potest peccare venialiter, ne alter peccet mortaliter. Item q Apostolus dicit: Optabam esse anathema p fratribus meis. sed nemo anathematizat nisi pro mortali, vt 11. q. 3. nemo. Item cum virtus & vitiũ sint ɔ̃ria, nec se compatiantur, vt 32. q. 1. cum renũtiatur. sed venialia simul cum virtutibus insunt homini. non ergo proprie dñr vitia, vt de pœn. dist. 3. septies. Alij dicunt, q nullum peccatum debet homo facere, vel pro suo bono vel alterius, vt 23. q. 5. cum homo. ver. q d si alius. non enim Deus vult tale damnum cũ tali lucro cõpẽsari, vt 33. q. 5. si dicat. non enim debet quis crimen suum alterius commodis impendere, vt 46. dist. sicut non suo. Preterea neq; pro salute alterius tpali vel æternali debet quis peccare venialiter: q nullus perducendus est ad salutem[3] opitulante mendacio, vt 22. q. 2. c. faciat. & c. primum. Io. Sed quare redarguitur hic Loth, ab Aug. cum alibi cõmendetur ab Ambrosio, vt 32. q. 7. offerebat? Sed Ambrosius considerauit pietatem quam habuit ad hospites. Aug. vero delictum filiarum. 26. dist. c. 1. & 2.

d Hæc compensatio.] Arg. q non est admittenda compensatio in malis, vt 24. q. 5. forte. & 23. q. 5. c. 1. & 32. q. 8. non solũ. & 1. q. 1. non est putanda, admittitur tñ compensatio in criminibus vel excipiendo vel replicando, vt 35. q. 6. nihil. & ff. sol. mat. viro. verum est in iudicijs admittitur compensatio, non in foro pœnitentiali. 34. q. 5. quod Deo.

Veniale potest quis committere vt alter euitet mortale.

[1] De pœn. dist. 2. qui vult. & c. sequen.

[2] 34. dist. §. penult.

Ad Rom. 9.

[3] De hac materia not. extra ne cleri. vel mo. c. 1. in glo. arg. q̃ & c. Arch.

CONSVETVDINIS. Hæc est secũda pars hui⁹ distinctionis: in qua dicitur qñ rigor est relaxandus, & qñ non. Io. de Fan.

Compensatio in pœnitentiali foro non admittitur.

CASVS. Iste §. continuatur ad illud qđ dictum fuit supra in principio 13. dist. vbi dictum fuit, q aduersus ius naturale non admittitur dispensatio. sed hic dr, q cõsuetudinis vel constitutionis rigor relaxatur. quandoque etiam hoc probatur in seq. cap.

Sicut.] CASVS. Quæsitum fuit à Leone Papa, verũ ɔ̃ consuetudinem & constitutiones posset dispensari. qui rñdit, dicens q sicut sunt quædam ɔ̃ quæ dispensari non potest, vt ius naturale: sic quædam sunt, vt consuetudines & constitutiones ɔ̃ quas ratione tporum & ætatum potest dispensari: hac habita discretione, vt in dubijs nihil contra Euangelium vel decreta fiat patrum.

e Sicut quædã sunt.] vt pcepta decalogi. & forma[4] baptismi: & forma cõficiẽdi[5] corp⁹ Chri. de cõse. dist. 4. pprie. & dis. 2. accipite.

f Temporum.] vt 1. q. 7. quod pro remedio. & 81. dist. presbyter. & 34. dist. fraternitatis.

g Ætatum.] vt j. 33. q. 2. in adolescentia[6]. & 86. dist. tanta.

h Consideratione.] j. 19. dist. sciendum.

i Vel dubia.] extra de sponsa. iuuenis.

Quoniam de iure.] Hæc dist. diuiditur in duas partes. In prima quæritur, & probat ex quo tempore habuerunt concilia ortum. Secunda ibi, Quantum vero. CASVS. Supra de naturali iure, consuetudine & constitutione dixit Gratianus, inter ista differentiam assignando. in hac vero dist. reuertitur ad constitutiones ecclesiasticas: & earum originem & auctoritatem breuiter ostendit.

k Quoniam de iure naturali.] Hactenus tractauit magister de naturali[7] iure: hic incipit tractare de iure cannonico. assignat itaque rationem & originem ipsius. & ostendit quæ opuscula recipiatur ab ecclesia, & quæ non.

[4] Extra de bap. cap. 1.

[5] De conse. dist. 2. c. 2.

[6] Hoc cap. loquitur de iuuenili ætate, sed sequens concor. loquitur de senili. ad hoc 16. q. 7. tẽpora. & cap. hoc fit.

[7] Sub. eius distinctione & distinctiõe ad cetera iura multiplicem assignans, vt est pretium ad tractandũ de iure canonico descẽderet. nunc ad. &c. Hug.

Canones.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte ostenditur, q à tpe Constantini canones generaliū conciliorū incœperūt. Ipse enim primo dedit auctoritatē Christianis libere congregandi cū ecclesia antea fuisset passa persecutionē. In secūda parte, quæ incipit ibi, *inter cetera* dī q sub quattuor imperatoribus sunt quattuor concilia vniuersalia celebrata, s. sub Constātino, Theodosio seniore, Theodosio iuniore, & Martiano: & ostē dit qd in eis fuerit reprobatū: & q ista quattuor concilia & his similia debēt inuiolata seruare. In tertia parte q incipit ibi, *Synodus*, ponit etymologias istorū nominū, s. synodi, concilij, & cœtus.

a [Cœperunt.] J. 16. dist. Isidorus. §. ibi dī à tpe Clementis fuerunt celebrata concilia. Rū. q ante fuerunt celebrata: sed non sic generaliter: & ita hoc verbum, generaliter, soluit ɔtrarium.

b [Apostolos.] Apostoli enim fecerunt primū symbolū, s. Credo in Deū patrē: sed Nicena synodus fecit, Credo in vnum Deum: & dī à syn, qd est cū: & bolos, qd est morsellus: quia quilibet Apostolorum de suo morsello aliquid apposuit.

¶ Quo tempore cœperint canones generalium conciliorum. C. I.

Pann. l. 2. c. 104.

CAnones generalium conciliorū (vt Isidorus ait lib. 6. etymol. c. 16.) à temporibus Constantini [a] cœperunt. In præcedentibus namq; annis persecutione feruente, docendatum plebiū minime dabatur facultas Inde Christianitas in diuersas hæreses scissa est: quia non erat licentia episcopis in vnū conueniendi, nisi tempore supradicti Imperatoris. Ipse enim dedit facultatem Christianis libere cōgregari. Sub hoc etiā sancti patres in concilio Nicæno de omni orbe terrarū conuenientes iuxta fidem Euangelicam & Apostolicā, secundū post Apostolos [b] symbolum tradiderunt. ¶ Inter cetera autem concilia, quattuor esse scimus venerabiles synodos, quæ totā principaliter fidem complectūtur, quasi quattuor Euangelia, vel totidem paradisi flumina. ¶ Harum prima Nicæna synodus cccxviij. [c] episcoporum Constantino Augusto imperante peracta est: in qua Arianæ perfidiæ condēnata blasphemia, quam de inæqualitate [d] sanctæ Trinitatis idem Arius asserebat, cōsubstantialem Deo patri Deum filiū eadem sancta synodus per symbolū definiuit. ¶ Secunda synodus cl. Patrum sub Theodosio seniore Constantinopoli [e] congregata est, quæ Macedonium [f] spiritum sanctum Deum esse negantem condemnans, cōsubstantialem patri & filio spiritum sanctū demōstrauit, dans symboli formā, quam tota [g] Græcorū, & Latinorum confessio in ecclesiis prædicat. ¶ Tertia synodus Ephesina [h] prima cc. episcoporum sub iuniore Theodosio Augusto edita est, quæ Nestoriū duas personas [i] in Christo asserentem, iusto anathemate condemnauit, ostendens manere [a] in duabus naturis vnam [k] Domini nostri Iesu Christi personam. ¶ Quarta synodus Chalcedonēsis dcxxx. sacerdotū sub Martiano principe habita est; in qua Eutychem [l] Constantinopolitanum abbatem verbi Dei & carnis vnam naturam pronuntiantem, & eius defensorem [m] Dioscorum, quondam Alexandrinum episcopum, & ipsum rursus Nestorium cum reliquis hæreticis vna Patrum sententia damnauit, prædicans eadem synodus Christum Dominū de Virgine sic natum, vt in eo substantiam diuinæ, & humanæ cōfiteamur naturæ. ¶ Hæ sunt quattuor synodi principales, fidei [n] doctrinam plenissime prædicantes. Sed, & si qua sunt concilia, quæ sancti patres spiritu Dei pleni sanxerūt, post istorū quattuor auctoritatē, omni manent stabilita vigore: quorum gesta in hoc opere [o] cōdita continentur. ¶ Synodus autem ex græco interpretatur comitatus, vel cœtus. Concilij [b] vero nomen tractum est ex more Romano. Tempore enim quo causæ agebantur, conueniebant omnes in vnum, cōmuniq; intentione tractabant. Vnde concilium à communi intentione dictum quasi consilium, consilium, quasi considium. d. in l. litterā transeunte: vel conciliū dictum est à cōmuni intentione, eo quòd in vnum dirigāt omnem mentis obtutum. Cilia enim oculorū sunt: vnde qui sibimet dissentiunt, non agunt concilium, quia non consentiunt in vnum. Cœtus vero conuentus est, vel congregatio, à coeundo, idest à conueniendo in vnum. Hinc etiam conuentus est nuncupatus, eo quòd ibi homines conueniunt in vnum: sicut à conuentu cœtus dicitur, sic & concilium à societate multorum in vnum.

¶ *Caput hoc habetur etiam in conciliorum collectione Isidori ante ipsius præfationem, non autem in codice bibliothecæ Dominicanæ: in quo tamen vsque ad versiculum. Inter cetera, ponitur etiam (quemadmodum & in alijs) ante initium concilij Nicæni.*

a ¶ Manere.] *In plerisque antiquis Gratiani exemplaribus, & Isidori codice impresso legitur vt est emendatum. Sed in alijs eorundem manuscriptis, & impressis Gratiani legitur,* manere in Christo duas naturas, & vnam Domini nostri Iesu Christi personam.

b ¶ Concilij vero] *Apud Isidorum in lib. Etymol. locus hic mendose legitur. Verum in præfatione eiusdem Isidori, editioni Parisiensi conciliorum præposita, quæ cum aliquot vetustis codicibus collata est, sic legitur:* Concilij vero nomen tractum ex communi intentione, eo q in vnum dirigant omnes mentis obtutum. Cilia enim oculorum sunt. vnde & qui sibimet dissentiūt, non agunt concilium, quia non sentiunt vnum. Cœtus vero conuentus est, vel cōgregatio à coeundo, idest conueniendo in vnum: vnde & conuentus est nuncupatus, q ibi homines conueniant. Sicut conuentus, cœtus, vel concilium à societate dicitur multorum in vnū. *In Gratiani codicibus sunt multæ varietates, ex quibus ea lectio retenta est, quæ visa est melior, quamuis adhuc aliquid fortasse desideretur.*

c [Trecenti.] Alibi dicit de ccc. epis, vt 10. q. 1. hāc. Sed dic q minor numerus non excludit maiorem. ff. de in lit. iuran. cum furti.

d [Quam de inæqualitate.] Dicebat. n. prem maiorem filio, & filium maiorem spiritu sancto. 24. q. 3. quidam. ver. Ariani. Hug.

e [Constantinopoli.] j. ea. sicut.

f [Macedonium] q dixit spm sanctum seruū patris & filij. vt 1. q. 1. cos qui. 24. q. vlt. quidā. ver. Macedoniani.

g [Quam tota.] Hoc non habemus: quia non habemus nisi Apostolorū, & Nicænū, & Athanasij, Quicumque vult.

h [Ephesina.] hoc dicit ad differentiā sedæ, quæ fuit reprobata, vt J. 16. dist. quoniam sancta.

i [Personas.] verbi, & hominis.

k [Vna] Vna est persona: sed hēt duas naturas, s. diuinam & humanā. j. e. sicut. ver. quartus.

l [Eutychem.] qui post resurrectionē Christum habere vnam naturam dixit, s. diuinam. 16. dist. c. sexta. ver. quarta.

OBIECTIO. Habet enim vtrāque, extra de hæreticis, cū Chris. vlt. notat Ala. q ante illam definitionem, de qua loquitur ipsa decr. ɔtrarium dicere licebat, cū prohibitū non esset: sed post, nequāq̄. ergo qd prius non fuit fidei articulus, post ɔsecratione factus est fidei articulus. Arch.

m [Defensorem] Peccabat ergo in fide, ex quo erat defensor hæreticorum, vt 24. q. 1. c. 1. & q. 3. qui aliorum. & extra de hære. vergentis 3. sicut dicit lex de latrone. C de his qui la. oc. l. 1. Sed cō ra 21. dist. in tantum. & 24. q. 2. sane profertur. vers. item Romanorum. ibi enim dicitur, q Dioscorus non peccauit in fide: sed expone, non peccauit in fide, idest, non peccauit in fide tantum: quia in hoc peccauit, q ausus fuit Papam Leonem excommunicare. 21. dist. in tantum.

n [Fidei.] articulos.

o [In hoc opere.] Isidori hie sit contra 19. dist. si Romanorum. versi. præterea.

Quod dicit li tera generaliter: innuit solutionem. Hug. Lau. & Archid.

Notandum q Damasus Papa ɔstituit vt symbolū cantaretur in Missa ex decreto sanctæ synodi vniuersalis apud Constantinopolim celebratæ. Archid.

Patrum aut nihil tacui, sed iure ... c. excommunicamus ... credentes. ver.

De quattuor vero conciliis scribit B. Gregorius ita dicens, lib. 1. Registri, epist. 24.

¶ De auctoritate quattuor conciliorum. C. II.

Sicut sancti Euangelij quattuor libros, sic quattuor concilia suscipere, & venerari me fateor: Nicænum scilicet, in quo peruersum Arij dogma destruitur, Constantinopolitanum quoq;, in quo Eunomii & Macedonij error conuincitur, Ephesinum etiam primum, in quo Nestorii impietas iudicatur, Chalcedonēse vero, in quo Eutychis, Dioscorique prauitas reprobatur, tota deuotione complector, integerrima approbatione custodio: quia in his uelut in quadrato lapide, sanctæ fidei structura consurgit, & cuiuslibet vitæ, atque actionis norma consistit. ¶ Quintum quoque conciliū pariter veneror, in quo epistola, quæ Ibæ dicitur a, erroris plena reprobatur, in quo Theodorus personam mediatoris b Dei & hominum in duabus substantiis c separans, ad impietatis perfidiā cecidisse conuincitur; & in quo scripta quoque Theodoriti, per quæ beati Cyrilli fides reprehenditur, ausu dementiæ prolata refutantur. Cunctas vero, quas præfata veneranda concilia personas respuunt, respuo; quas venerantur, amplector: quia, dum vniuersali sunt consensu cōstituta; se, & non illa destruit quisquis præsumit d aut soluere, quos religant †; aut ligare †, quos soluunt.

a ¶ Cuiuslibet.] *Apud B. Gregorium legitur:* Et cuiuslibet vitæ, atque actionis existat, quisquis eorum soliditatem non tenet, etiam si lapis esse cernitur, tñ extra ædificiū iacet. Quintū, &c. *& in sequentib. significantur tria illa capitula, quorū occasione nō nulli quīntā synodū nō recipiebāt.*

De ijsdem etiam Gelasius in concilio habito Romæ cum 70. episcopis scribit dicens.

Quæ † concilia sancta Romana ecclesia suscipiat. C. III.

Sancta Romana Ecclesia post illas veteris testamenti & noui scripturas, quas regulariter suscipimus, etiam has suscipi non prohibet: Sanctam synodum Nicænam cccxviii. patrum, mediante Constantino Maximo Augusto, in qua Arius hæreticus condemnatus est: Sanctam synodum Constantinopolitanam, mediante Theodosio seniore Augusto, in qua Macedonius hæreticus debitam damnationem excepit: Sanctam synodum Ephesinam, in qua Nestorius damnatus est consensu beatissimi Papæ Cælestini, mediante Cyrillo Alexandrinæ sedis antistite, & Arcadio episcopo ab Italia destinato: Sanctam synodum Chalcedonensem, mediante Martiano Augusto; & Anatolio Constantinopolitano episcopo, in qua Nestoriana, & Eutychiana hæreses simul cum Dioscoro, eiusque complicibus damnatæ sunt: sed & si qua sunt concilia à sanctis patribus hactenus instituta, post † istorum quattuor auctoritatem & custodienda, & recipienda decernimus, & mandamus. ¶ Iam nunc subiiciendum est de opusculis sanctorum patrum, quæ in ecclesia catholica recipiuntur. ¶ Opuscula beati Cypriani martyris, & Carthaginensis episcopi. ¶ Item opuscula beati Athanasii Alexandrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Gregorii Nazianzeni episcopi. ¶ Item opuscula beati Basilii Cappadociæ episcopi. ¶ Item opuscula beati Ioannis Constantinopolitani episcopi. ¶ Item opuscula Theophili Alexandrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Cyrilli Alexandrini episcopi. ¶ Item opuscula beati Hilarii Pictauiensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Ambrosii Mediolanensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Augustini Hipponensis episcopi. ¶ Item opuscula B. Hieronymi presbyteri. ¶ Item opuscula beati Prosperi viri religiosissimi. ¶ Item epistolam beati Leonis Papæ ad Flauianum Constantinopolitanum episcopum destinatam: cuius textum quispiam si vsque ad vnum iota disputauerit, & non eam in omnibus venerabiliter receperit; anathema sit. ¶ Item opuscula, atque tractatus omnium patrum orthodoxorū, qui in nullo à sanctæ Romanæ ecclesiæ consortio deuiauerunt, nec ab eius fideli † prædicatione seiuncti sunt, sed communionis ipsius, gratia Dei, vsque ad vltimum diē vitæ suæ participes fuerunt, legenda decernimus. ¶ Item decretales epistolæ, quas beatissimi Papæ diuersis temporibus ab vrbe Romana pro diuersorum Patrum consultatione dederūt, venerabiliter suscipiendæ sunt. ¶ Item gesta sanctorum martyrum, qui multiplicibus tormentorum cruciatibus, & mirabilibus confessionum triumphis irradiant, Quis ita † esse catholicorum dubitet, & maiora eos in agonibus fuisse perpessos, nec suis viribus, sed gratia Dei, & adiutorio vniuersa tolerasse? Sed ideo secundum antiquam consuetudinem singulari cautela in sancta Romana ecclesia non leguntur: quia & eorū, qui conscripsere, nomina penitus ignorantur, & ab infidelibus, aut idiotis † superflua, aut minus apta, quàm rei ordo fuerit, scripta esse putantur: sicut cuiusdā Quirici †, & Iulitæ: sicut Gregorii, aliorumque huiusmodi passiones, quæ ab hæreticis perhibentur conscriptæ. Propter quod, vt dictū est, ne vel leuis subsannādi oriretur occasio, in sancta Romana ecclesia nō legūtur. Nos tamē cū prædicta eccle-

---

Sicut sancti Euangelij.] Casus. In prima parte huius cap. dicit Greg. quod ita vult seruare quattuor concilia sicut quattuor Euangelij libros: & ostendit in vtroque illorū quid fuit reprobatū. In secūda parte, quæ incipit ibi, Quintum, dicit Greg. quod quintum concilium vult venerari, in quo tria sunt reprobata, s. epistola erroris plena, quā Ibæ dicebat, & opinio Theodori, qui personā Christi mediatoris Dei & hominum in duabus substantijs separabat, id est, personis, dicēs Christū duas habere personas: & scripta Theodori, qui vitam B. Cyrilli, & fidem reprehendebat: & quod supradicta cōcilia nō obseruat, seipsū destruit.

a ¶ Ibæ dicitur.] ab inuentore.

b ¶ Mediatoris.] id est, Christi, Ioan.

c ¶ Substantiis.] scilicet personis.

d ¶ Præsumit.] Vñ ergo, quod Papa non possit destruere statuta concilij: quia orbis maior est vrbe. 93. dist. legimus. circa medium. vnde requirit Papa consensum cōcilij. 19. dist. Anastasius. Arg. contra 17. dist. §. hinc etiam. & extra de elect. significasti. vbi dī quod conciliū non potest Papæ legē imponere. & 35. q. 9. veniam. Sed intelligo, quod hic dicitur, circa articulos fidei. 25. q. 1. sunt quidam.

Sancta Romana Ecclesia.] Casus. In hoc cap. ponuntur fere eadē, quæ dicta sunt in illo cap. canōes. & in c. sicut. Dicit enim Gelasius, quod supradicta quattuor concilia vult venerari: & si qua alia fuerūt a sanctis Patribus instituta: & ostēdit quæ opuscula sanctorū Patrum in ecclesia recipiantur.

a ¶ Cy-

---

† al. quoque

† al. ligant

† al. religare

† al. Quas scripturas

Burc. l. 3. c. 220. Iuo par. 4. c. 64. Pann. l. 2. c. 91. Poly. l. 3. tit. 20.

† al. præter

Ansl. l. 6. c. 193.

† fide, vel prædicatione] orig. & Burch.

Nicolaus in epistola impressa ad epos Galliæ, cuius initium, [Quamuis]

† al. liber

† al. doctis]

† al. Cyrici

cta ecclesia omnes martyres, & eorū gloriosos agones, qui Deo magis quàm hominibus noti sunt, omni deuotione ueneramur. ¶ Item vitas Patrum, Pauli, Antonij, Hilarionis, & omnium eremitarum, quas tamen vir beatissimus scripsit Hieronymus, cum omni honore suscipimus. ¶ Item Actus beati Siluestri Apostolicæ sedis præsulis, licet eius, qui conscripsit, nomen ignoremus, à multis tamen in vrbe Roma catholicis legi cognouimus, & pro antiquo vsu multæ hoc imitantur ecclesiæ. ¶ Item scripta de inuentione sanctæ Crucis Dominicæ, & alia scripta de inuentione capitis beati Ioannis Baptistæ, nouellæ quidem † reuelationes sunt, & nonnulli eas catholici legunt: Sed cum hæc ad catholicorum manus peruenerint, beati Pauli Apostoli sententia præcedat, [Omnia probate, quod bonum est, tenete] ¶ Item Ruffinus vir religiosus plurimos ecclesiastici operis edidit libros: nonnullas etiam scripturas interpretatus est: sed quoniam beatus Hieronymus in aliquibus eum de arbitrij libertate notauit, illa sentimus, quæ prædictum beatum Hieronymum sentire cognoscimus: & non solum de Ruffino, sed etiam de vniuersis †, quos vir sæpius memoratus zelo Dei, & fidei religione † reprehendit. ¶ Item Origenis nonnulla opuscula, quę vir beatissimus Hieronymus non repudiat, legenda suscipimus: reliqua autem omnia cum auctore suo dicimus esse renuenda. ¶ Item Chronicon † Eusebij Cæsariensis, atque eiusdem historiæ ecclesiasticæ libros, quamuis in primo narrationis suæ libro tepuerit, & postea in laudibus, atque excusatione Origenis schismatici vnum conscripserit librum: propter rerum tamen notitiam singularem, quæ ad instructionem pertinent, vsquequaque non dicimus renuendos. ¶ Item Orosium virum eruditissimum collaudamus, quia valde nobis necessariam aduersus Paganorum calumnias ordinauit historiam, miraque breuitate contexuit. ¶ Item venerabilis viri Sedulij paschale opus, quod heroicis descripsit versibus, insigni laude proferimus †. ¶ Item Iuuenci nihilominus laboriosum opus non spernimus, sed miramur. Ceterum, quæ ab hæreticis, siue schismaticis conscripta, vel prædicata sunt, nullatenus recipit Catholica, & Apostolica ecclesia Romana. ¶ E quibus pauca, quæ ad memoriam venerunt, & à catholicis vitanda sunt, credimus esse subdenda. In primis Ariminensem synodum à Constantio Cæsare Constantini filio congregatam mediante Tauro præfecto, ex tunc, & nunc, & vsque in æternum confitemur esse damnatam.
Item itinerarium nomine Petri Apostoli, quod appellatur sancti Clementis lib. viij. † apocryphū.
Actus nomine Andreæ apostoli, apocryphi.
Actus nomine Philippi apostoli, apocryphi.
Actus nomine Petri apostoli, apocryphi.
Actus nomine Thomæ apostoli, apocryphi.
Euangelium nomine Thaddæi, apocryphum.
Euangelium nomine Thomæ apostoli, quo vtuntur Manichæi, apocryphum. Euangelium nomine Barnabæ, apocryphum. Euangelium nomine Bartholomæi apostoli, apocryphum.
Euangelium nomine Andreæ apostoli, apocryphum. Euangelia, quæ falsauit Lucianus, apocrypha. Euāgelia quæ falsauit Hyrcius †, apocrypha. Liber de infantia Saluatoris apocryphus.
Liber de natiuitate Saluatoris, & de sancta Maria, & de obstetrice Saluatoris, apocryphus. Liber, qui appellatur Pastoris, apocryphus. Libri omnes, quos fecit Lenticius † discipulus diaboli, apocryphi. Liber, qui appellatur, fundamentum, apocryphus. Liber, qui appellatur thesaurus, apocryphus. Liber, qui appellatur de filiabus Adæ, vel † Geneseos, apocryphus. Centimetrum de Christo virgilianis compaginatum versibus, apocryphum. Liber, qui appellatur, Actus Teclæ, & Pauli apostoli, apocryphus. Liber, qui appellatur Nepotis, apocryphus. Liber prouerbiorum, qui ab hæreticis conscriptus, & sancti Xysti † nomine signatus est, apocryphus. Reuelatio, quæ appellatur Pauli apostoli, apocrypha.
Reuelatio, quæ appellatur Thomæ apostoli, apocrypha. Reuelatio, quæ appellatur Stephani, apocrypha. Liber, qui appellatur transitus † sanctæ Mariæ, apocryphus. Liber, qui appellatur pænitentia Adæ, apocryphus. Liber Ogiæ nomine gigantis, qui ab hæreticis cum dracone post diluuiū pugnasse perhibetur, apocryphus. Liber, qui appellatur testamentum Iacob †, apocryphus. Liber, qui appellatur pænitentia Origenis, apocryphus. Liber, qui appellatur pænitentia sancti Cypriani, apocryphus. Liber, qui appellatur pænitentia Iamnis, & Mambræ, apocryphus. Liber, qui appellatur, sortes Apostolorum, apocryphus. Liber Lusanæ †, apocryphus. Liber canonum Apostolorū, apocryphus. Liber Physiologus, qui ab hæreticis conscriptus est, & B. Ambrosij nomine præsignatus, apocryphus. Historia Eusebij Pāphili, apocrypha. Opuscula Tertulliani †, siue Africani, apocrypha. Opuscula Posthumiani, & Galli, apocrypha. Opuscula Montani, Priscillæ, & Maximillæ, apocrypha. Opuscula omnia Fausti Manichæi, apocrypha †. Opuscula alterius Clementis Alexandrini, apocrypha †. Opuscula Cassiani presbyteri Galliarum, apocrypha. Opuscula Victorini Pictauiēsis †, apocrypha. Opuscula Fausti Rhegiensis Galliarum, apocrypha. Opuscula Frumentij †, apocrypha. Epistola Iesu ad Agbarū regem, apocrypha. Passio Georgij, apocrypha. Passio Cyrici a, & Iulitæ, apocrypha. Scriptura quæ appellatur, contradictio Salomonis, apocrypha. Philacteria omnia, quæ non Angelorum, vt illi confingunt, sed dæmonum magis arte conscripta sunt, apocrypha. ¶ Hæc, & omnia his similia, quæ Simon Magus, Nicolaus, Cerinthus, Marcion, Basilides, Ebion, Paulus etiā Samosatenus, Photinus & Bonosus, & qui simili errore defecerunt, Mōtanus quoq; cū suis obscœnissimis sequacibus, Apollinaris, Valētinus, siue Manichæus, Faustus †, Sabellius, Arius, Macedonius, Eunomius, Nouatus, Sabbatius, Cælestius †, Donatus, Eustathius, Iouinianus, Pelagius, Iulianus, & † Latiensis, Cęlestinus, Maximinus, Priscianus † ab Hispania, Lampedius, Dioscorus, Eutyches, Petrus, & alius Petrus; e quibus vnus Alexandriam, alius Antiochiā maculauit, Acacius Constantinopolitanus cum cōsortibus suis, nec nō & omnes hęreses †, quas ipsi, eorumque discipuli, siue schismatici docuerūt, vel cōscripserūt: quorū nomina minime retu-

a [Cyrici] al. Quirici.
ADDITIO. Apocryphum dr occultum & secretū, ab apo, quod est de: & cryfis, quod est secretū. inde liber dr apocryphus, id est, occultus & secretus: scilicet cuius auctor ignoratur: non tñ ab ecclesia recipitur, sed reprobaē. quasi dicat, non in ecclesia, sed remote & secrete ab ecclesia est legendus, sēm Hug. Vnde dic apocrypha græce, latine secreta. Et quia in cameris solent virgines abscondi, & secrete morari, secūdum Ioan. de Fan. inde est, q virgo in Hebræo alma, in Græco apocrypha, Latine dicitur secreta.

Marginal notes:
† quod à relatione] orig.
1. Thes. 5.
† al. diuersis] orig.
† al. religiose
† al. Chronica] orig.
† al. proferimus] orig.
Burch. l. 3 c. 221. Iuo par. 4 c. 61. Pann. l. 2 c. 123.
† decē] orig.
† al. Essius, al. Hessychius
† al. Lentius] al. Leutius
† abest ab orig.
† al. Sixti
† transitum, idest, assumptus] orig.
† al. Iob] orig.
† qui appellatur, sortes Apostolorū] orig.
† Tertulliani apocrypha. Opuscula Lactantij apocrypha. Opuscula Africani apocrypha] orig.
† Opuscula Commodiani apocrypha] orig.
† Opuscula Tatij, Cypriani, apocrypha. Opuscula Arnobij apocrypha. Opuscula Tychonij apocrypha] orig.
† al. Petabionensis
† al. Frumēti caci] orig.
† Africanus] orig.
† ab Calistus
† Iulianus Celanensis, Calestinus, &c.] orig.
† orig.] Priscillianus ab Hispania, Nestorius Cōstantinopolitanus. Maximus, Vocatus, Lāpetius
† hæretici, eorumque discipuli siue schismatici] orig.

retinentur, non solum repudiata, verumetiam ab omni Romana, & Apostolica ecclesia eliminata, atque cum suis auctoribus, auctorumque sequacibus sub anathematis indissolubili vinculo in æternum confitemur esse damnata. ¶ Ceterum *, qui libri in ecclesiasticis officijs per anni circulum à nonnullis legantur (quòd ritum illum Apostolica non reprobat, sed sequitur ecclesia) pro fidelium ędificatione adnotandum censuimus. Quidam, quòd in Septuagesima ponūt Pentateuchum ζ vsque in xv. diem ante Pascha, xv. die ponunt Hieremiam vsque in cœnam Domini. In cœna Domini legunt tres lectiones de lamentatione Hieremiæ [Quomodo sedet sola ciuitas, &c.] & tres de tractatu sancti Augustini in psalmū 54. [Exaudi Deus orationem meam, & ne despexeris.] & tres de Apostolo, vbi ait in epistola ad Corinthios [Conuenientibus vobis in vnum.] Secunda lectio sic incipit,[Similiter & calicem postquam cœnauit,] Tertia, [De spiritalibus autem nolumus vos ignorare fratres. ¶ In Parasceue tres lectiones de lamentatione Hieremiæ, & tres de tractatu sancti Augustini in psalmū 63. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.] & tres de Apostolo; vbi ait in epistola ad Hebræos, [Festinemus ingredi in illam requiem, &c.] Secunda lectio, [Omnis namque pontifex.] Tertia, [De quo grandis nobis sermo.] In sabbato Sancto tres lectiones de lamentatione Hieremiæ prophetæ, & tres de tractatu sancti Augustini in eundem psalmum 63. [Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor.] & tres de Apostolo, vbi ait in epistola ad Hebræos, [Christus assistens pontifex futurorum bonorum.] Secunda lectio, [Vbi enim testamentum est.] Tertia, [Vmbram enim habens lex futurorum bonorum.] In Pascha Domini homilias ad ipsum diem pertinentes, infra hebdomadam homilias. In octauis θ † Paschæ ponunt actus Apostolorum, & epistolas canonicas, & Apocalypsim vsque in octauas † Pentecostes. In octauis Pentecostes ponunt libros Regum, & Paralipomenon vsque in kalendas Augusti. In Dominica prima mensis Augusti ponunt Salomonem vsque in kalendas Septembris. In Dominica prima Septembris ponunt Iob, Tobiam †, Hester, Esdram vsque in kalendas Octobris. In Dominica prima mensis Octobris ponunt librum † Machabæorum vsque in kalendas Nouembris. In Dominica prima mensis Nouembris ponunt Ezechielem, & Danielem, & minores prophetas vsque in kalendas Decembris. In Dominica prima mensis Decembris ponunt Esaiam prophetam vsque ad † Natiuitatem Domini. In Natali ι† Domini legunt primum de Esaia tres lectiones. Prima lectio, [Primo tempore alleuiata est terra Zabulon, &c.] Secunda, [Consolamini, consolamini.] Tertia, [Consurge, consurge.] Deinde leguntur sermones, vel homiliæ ad ipsum diem pertinentes. In natali sancti Stephani homilia de ipso die. In natali sancti Ioannis similiter. In natali Innocentium similiter. In natali sancti Siluestri similiter. In octaua natalis Domini homilia de ipso die. In Dominica prima post Natiuitatem Domini ponunt epistolas Pauli vsque in Septuagesimam. In Epiphania lectiones tres de Esaia. Prima lectio incipit, [Omnes sitientes.] Secunda, [Surge, illuminare Hierusalem.] Tertia, [Gaudens gaudebo in Domino.] Deinde leguntur sermones, vel homiliæ ad ipsum diem pertinentes.

Burch. l. 3. c. 222. Iuo par. 4. c. 63. Pann. l. 2. c. 90. — Tren. 1. — 1. Cor. 11. — 1. Cor. 10. — Heb. 4. — Heb. 5. — Heb. 9. — Heb. 10. — † al. octauas — † al. octauam — † Iudith. Hester.] Iuo — † libros] Iuo — al. in natali — al. in vigilia natalis Dñi] Burc. & Iuo. & ordo Romanus — Esa. 9. — Esa. 40. — Esa. 52. — Esa. 55. — Esa. 60. — Esa. 61.

α ¶ Mandamus.] *Post hoc verbum in Decreto Gelasii sequitur continentes* Item opuscula beati Cypriani, &c. *Sed Burchardus, & Iuo, & Pannormia habent vt Gratianus. Ac certe in toto hoc capite tot modis discrepant collectiones ab originali, vt satis certo statui non possit, quæ vera, & pura sit Gelasii lectio; nec magnopere sit mirandum, si nonnulla sint, quæ difficultatem faciunt. Quamobrem, quæ auxilio codicum tuto emendari poterant, ea sunt emendata: ceteris locis partim indicata varietates; partim, quoniam omnes indicare infinitum fuisset, labor hic ad libros adeundi accuratio lectori est relictus.*

β ¶ Item gesta.] *Hinc vsque ad finem capitis omnia absunt à plerisque vetustis Gratiani codicibus: quod etiam Archidiaconus adnotauit. Sunt tamen eiusdem Gelasii vsque ad vers.* Ceterum qui libri, *& apud Burchardum, & Iuonem referuntur proxime post superiora.*

γ ¶ Iuuenci.] *Antea legebatur,* Item Vincentij. *restituta est vera lectio ex Gelasio, Burchardo, & Iuone. De quo Iuuenco meminit B. Hieronymus in Catalogo.*

δ ¶ De sancta Maria.] *In collectione Isidori legitur,* & de Maria & obstetrice. *Apud Burchardum,* & de Maria vel obstetrice. *Apud Iuonem vero,* & de sancta Maria, vel de obstetrice Saluatoris.

ε ¶ Ceterum.] *Hinc vsque ad finem neque in collectione Isidori, neque in vllo veteri codice Gratiani eorum, quæ collata sunt, inuenuntur. A verbo tamen,* in Septuagesima ponunt, *referuntur à Burchardo, & Iuone sine auctoris nomine, in Pannormia ex Gelasio ipso cum lxx. episcopis. Fere autem omnia habentur sparsim in libro, qui ordo Romanus nuncupatur.*

ζ ¶ Pentateuchum.] *Apud Iuonem legitur,* Heptateuchum, *vt vltra quinque libros comprehendas librum Iosue, & Iudicum, quo nomine, ac librorum coniunctione Beatus Hieronymus ad Lucinium scribens vtitur. Alij vero Heptaticum appellant, vt sanctus Gregorius lib. 7. ind. 2. epist. 48. & lib. 10. epist. 22. & alibi, & Rabanus in præfatione in Hieremiam, & ordo Romanus, cap. de Septuagesima.*

η ¶ In Psalmum 54.] *sic etiam apud Iuonem. In ordine Romano, cap. de officijs diuinis à cœna Domini vsque in octauas Pentecostes, & apud Burchardum legitur,* in Psalmum 63. *id est,* Exaudi Deus orationem meam, cum deprecor. *Itemque in cap. de ordine in nocte Parasceues,* Tres de tractatu sancti Augustini de Psalmo 63.

θ ¶ In octauis.] *Ipsam diem octauam solitam fuisse proferri nomine multitudinis, idest octauas, notabitur, infra de consecratione dist. 3. c.* pronuntiandum.

ι ¶ In natali Domini.] *Burchardus, & Iuo habent* in Vigilia natalis Domini. *& ita in ordine Romano. cap. quod inscribitur,* In Christi nomine, incipit ordo catholicorum librorum, qui in ecclesia Romana ponuntur. *Pannormia autem habet vt Gratianus.*

DISTINCTIO XVI.

1 A*Postolorum* * *vero canones, qui per Clementem Pontificem Romanum, sicut quidam asserunt, dicuntur esse translati* α, *sunt quinquaginta.*

α ¶ Translati.] *In titulo qui præponitur canonibus Apostolorum in collectione Isidori, & in concilio Stephani Papæ IIII. (cuius magnam partem Deusdedit Cardinalis in sua canonum collectione refert) pro voce,* translati, *habetur,* prolati. *Dionysius certe Exiguus nullam huius versionis mentionem facit, & aliqui scriptores solent epistolas Clementis hoc modo citare,* ex dictis Petri Apostoli per Clementem prolatis; *vt auctor Polycarpi, & alij.*

A*Postolorum.* Hæc distinctio diuiditur in duas partes. Secunda ibi, *Et solum.*

CASVS. In hac 6. distin. ostēdit Gratianus canones apostolorum esse recipiendos, primo tamen ponit quādam 3rietatem de canonibus apostolorum, primo de non recipiēdis, & postea de recipiendis: & eam soluit. a ¶ *Apostolorum*] hic intitulatur 16. dist. in qua probat, quod canones apostolorum sunt recipiendi: postea ostēdit quo tempore & quo residente in Papam vel Imperio qd. libe[r]

libet concilium est celebratum. Et nota quod Gratianus ponit quandam contrarietatem de canonibus Apostolorum, & eam non soluit. probat enim auctoritate Isidori, quod canones apostolorum nõ sunt recipiendi, quia sunt apocryphi: postea probat auctoritate Zepherini & Leonis, quod sunt recipiendi, & nõ sunt apocryphi. Sol. breuis est, quia

Hos non recipiendos, sed inter apocrypha deputatos Isidorus scribit dicens.

¶ Apostolorum canones Apostolica reijciuntur auctoritate C. I.

CAnones [a] [b] qui dicuntur Apostolorum, seu quia eosdem nec sedes Apostolica recepit, nec sancti Patres illis assensum præbuerunt, pro eo quòd ab hereticis sub nomine Apostolorum compositi dinoscuntur, quamuis in eis vtilia [b] inueniantur; tamen ab auctoritate canonica, atque Apostolica eorum gesta constat esse remota, atque inter apocrypha [c] deputata.

¶ *Caput hoc est in præfatione Isidori ad collectionem conciliorum, quæ ex bibliotheca ecclesiæ Toletanæ descripta Romam missa est. Nam in illa, quæ vulgatæ Isidori collectioni, de qua initio dictum est, præponitur, contrarium potius videtur dici, & refertur infra* c. Placuit. *hac ead. dist. si modo idem est Isidorus.*

Zepherinus autem econtra scribit episcopis per Siciliam constitutis, epist. 1.

Iuo p. 4. c. 107. Pann. l. 2. c. 105. Polyc. l. 3. tit. 20 † al. præfixerũt] orig.

¶ Apostolorum canones sunt recipiendi. C. II.

SExaginta [a] sententias Apostoli præscripserunt † cum alijs plurimis episcopis, & seruandas censuerunt.

a ¶ Sexaginta] *Iuo etiam, & auctor Pannormiæ habent,* Sexaginta. *Itemque originale in margine. Sed in textu,* Septuaginta. *Polycarpus,* Quinquaginta.

Item Leo [A] Papa nonus contra epistolam Nicetæ abbatis.

¶ Exceptis quinquaginta capitulis, canones Apostolorum inter apocrypha deputantur. C. III.

Iuo p. 4. c. 105. Pann. l. 2. c. 124 † al. regulis orthodoxis] al. regulis orthodoxiæ]

CLementis [d] librum, idest Petri Apostoli itinerarium [e] & Apostolorum canones numerant Patres inter apocrypha, exceptis [f] quinquaginta capitulis, quæ decreuerunt orthodoxæ † [g] fidei adiungenda.

A ¶ Item Leo.] *Hoc caput sumptum est ex responsione Humberti legati Leonis noni ad libellum Nicetæ presbyteri, & Monachi contra Latinos editum: quæ Romæ in monasterio sanctæ Mariæ nouæ, & in multis primarum bibliothecis extat manuscripta. Merito autem potuit citari Leo, ex quòd eius auctoritate, & iussione Humbertus legatus sedis Apostolicæ ea scripserit.*

Item vi. synodus, cap. 2.

C. IIII.

Iuo p. 4. c. 106. Pann. l. 2. c. 125.

PLacuit [h] huic sanctæ synodo, vt amodo confirmata & rata sint canonum Apostolorum lxxxv. capitula.

Epistola [a] Isidori in capite canonum.

Iuo p. 4. c. 107. Pann. l. 2. c. 125.

Isidorus [A] seruus Christi lectori suo cõseruo. ¶ Propter eorũ auctoritatẽ ceteris cõciliis præponimus [i] canones, qui dicuntur Apostolorũ, licet à quibusdã apocryphi dicantur, quoniã plures eos recipiunt, & sancti Patres eorũ sentẽtias synodali auctoritate roborauerũt, & inter canonicas

quia illi canones sunt recipiẽdi, qui à veris Apostolis sunt editi: sed illi non, qui à pseudoapostolis sunt editi. s. prox. dist. ver. itẽ gesta.

Ad idem 1. q. 9. pata. Archi.

CAnones.] CASVS. Quærebatur ab Isidoro an canones qui dicuntur Apostolorum, sint approbandi: & respondet quoniã ab hæreticis sub nomine Apostolorum sunt compositi, nec Rom. eccle. nec sancti Patres eos approbauerunt, quamuis in eis multa vtilia inueniantur, tamen apocryphi reputantur.

a ¶ Canones.] Sic cõstrue: quamuis in eis canonibus qui canones dicuntur Apostolorum.

b ¶ Vtilia.] Arg. quod vtile vitiatur per inutile 1, vt not. s. dist. 9. si ad scripturas.

c ¶ Atque inter apocrypha] idest, sine certo auctore [*], vt sapiẽtia Salomonis: liber Iesu filij Sirach, qui dicitur Ecclesiasticus. & liber Iudicum, & Thobiæ: & liber Machabæorum: hi apocryphi dicuntur, & tamen leguntur: sed forte non generaliter.

Quinimmo libri isti non apocryphi, sed canonici sũt, quamuis olim quidam etiã catholici de illis dubitauerint. Cõc. Trident. sess. 4. de can. scrip.

SExaginta.] CASVS tria sequentia capitula plana sunt.

cebat quinquaginta fuisse capitula: Zepherinus non dicit de capitulis, sed de sententiis: & potest esse, quòd in von capitulo sunt sententiæ plures.

ISIDORVS. CASVS. Probat Isidorus in hoc cap. canones Apostolorum esse recipiendos tribus rationibus. Primo, quia plures eos receperunt. Secundo, quia sancti Patres eorum sententias confirmauerunt, & eas inter canonicas constitutiones posuerunt. Tertio, quia positi sunt & inserti in breuiario, in quo decreta diuersorum conciliorũ posita sunt: quod factum fuit à Clemẽte vsque ad Siluestrum. Quæ autem sequuntur, plana sunt.

i ¶ Præponimus.] Argumen. quod illi qui sunt maioris auctoritatis, debent habere priorem vocem in electione. 19. distin. in canonicis 4. vnde licet Ancyrana synodus fuerit prior Nicæna, tamen propter maiorem auctoritatem Nicæna præponitur, vt j. ead. distin. c. sexta. ibi, *Prima adnotatio, &c.* arg. extra de rescrip. ab excommunicato.

4 Ad idem de pat. l. maiorem. Archi.

d CLementis.] idest, qui sub nomine Clementis compositus est ab hæreticis.

e ¶ Itinerarium.] qui actus Petri continet, quos per orbem itinerando peregit 2.

2 Vel dic quod ideo itinerarium appellatur, quia ibi agitur de itinere, idest actione huius mundi, idest de nobis in hoc mundo remanentibus, quid s. facere debeamus. Ioh. de Fan. & Hug.

f ¶ Exceptis.] impropria videtur hæc exceptio: quia aut excipitur à veris canonibus, aut à falsis. Non de falsis: quia nullus ex illis obseruatur. Item non de veris: quia nullus eorum est apocryphus. Vel dic quod hoc nomen, canones, sumitur large, tam pro veris, quam pro falsis canonibus, vt ponitur j. 32. distin. §. verum.

g ¶ Orthodoxæ.] idest, rectæ. orthos, rectum: doxa, gloria. Inde dicitur fides orthodoxa, idest, catholica recta, scilicet in qua recte gloriamur. Ioan. de Fan.

h PLacuit.] Ex his tribus cap. surgit contrarietas, quam Gratianus non soluit nec ponit. sexta synodus dicit lxxxv. capitula canonum Apostolorum esse seruanda: Zepherinus lx. & Leo quinquaginta. quidam 3 ita soluunt, quòd sexta synodus fuit ante Zepherinum, & Zepherinus ante Leonem, & obseruabantur lxxxv. canones, vt dicit sexta synodus. sed postea in desuetudinem abierunt xxv. & remanserũt lx. vt dicit Zepherinus. procedente vero tempore x. ex illis perierunt, & sic remanserũt tantum l. vt dicit Leo. Sed hæc solutio stare non potest: nam Zepherinus præcessit vj. synodum. nam vj. synodus fuit celebrata tempore Agathonis, vt j. ead. distin. c. sexta. qui lõgo tempore fuit post Zepherinum, vt ex chronicis apparet. Omissis alijs solutionibus, dic quòd non contradicunt sibi: quia dicebat synodus lxxxv. fuisse capitula: Leo di-

3 Vt Goffredus.

S*Extam.*] sed dubitatur.

CASVS Probat Gratianus, quòd sexta synodus canones fecit: & hoc probat per seq. cap.

a ¶ *Sexta synodi*] Falsa est litera, & debet ibi esse septimæ synodi. qualiter enim dubitaret sexta synod' de eo qđ ipsa fecerat.

H*Abeo.*] CASVS. Dicitur in hoc cap. ꝙ sexta synodus canones fecit, quæ cõgregata fuit sub Constantino Imperatore, reprobans perfidiam hæreticorum quorũdam dicentium, Christum fuisse tãtũ operatum secundum opera humanitatis, vt comedere & ambulare: alia vero virtutis opera, vt resuscitare mortuos, & ambulare super aquas, phantastica fuerunt, & non vera. & hoc in prima parte. In secunda parte quæ incipit ibi, *Et soluta di* citi, ꝙ hæc sexta synodus fuit postea congregata sub Iustiniano filio Constantini: in qua ijdem plures patres eosdem canones condiderunt, qui primo fuerant conditi in eadem sexta synodo. In tertia parte quæ incipit ibi, *Eadem sancta.* repetit fere ea, quæ dicta erant in secunda parte.

¶ Casus §. planus est.

b ¶ *Voluntatem.*] quidam dicebant tantum vnam fuisse voluntatem in Christo. Sed dicendum est, quòd duæ fuerunt voluntates in eo quòd homo fuit, vna sensualitatis, secundum quam ipse dixit: Pater si fieri potest, transeat a me, &c. alia rationis, secũdum quam ipse dixit: verumtñ non sicut ego volo: sed sicut tu vis.

c ¶ *Constantini.*] non illius magni Constãtini, qui fuit tpe Siluestri: sub eo enim fuit Nicænum concilium tempore Siluestri.

e ¶ *Constantino.*] ꝟ Insti. de do. §. est & aliud. Insti. qui non est. per. sa. te. §. secun. vbi Iustinianus vocat patrem suum Iustinum. Sed loquit hic de alio Iustiniano, sub quo sexta synodus celebrata fuit tpe Agathonis Papæ, vt ī. ea. c. sexta. Sub Iustiniano autem, cuius leges leguntur, celebrata est quinta synodus, vt ī. eo. c. sexta.

d ¶ *Sub Iustiniano*] Sed certe nec hic cessat contrarietas: quia tam Leo quam synodus loquitur de cap. Tu di-

stingue tempora, & concordabis scripturas. 2. q. 1. multi.

e ¶ *Eadem.*] Not. ꝙ eadem dicitur synodus, quia ijdẽ patres illic conuenerunt. simile 7. q. 1. denique. & ff. de iud. proponebatur. Et est hic arg. ꝙ eadem sit causa appellationis, cum causa principali. 2. q. 6. si quis in quacumque.

1 Tu dic, ꝙ in a sexta synodo facit mentionẽ de sexta synodo congregato, quæ debet septima dici: sed propter eos patres, qui in vtraque fuerunt, non mutat nomen, & per hoc patet, ꝙ illa littera septimæ, &c. est falsa, & illa sexta est vera. secundũ Io. de Fant. Ar. diad.

Idem Sym. & Io. An. in ns. de iura. calum. §. sequitur. vel quia de causa & plene per Cy. & Sa. lic. in l. ... C. de procu. & g. Alex. de imo in l. ... col. ...

b Quæ-

posuerunt constitutiones. *Item infra.* ¶ Primo quidẽ ordo, vt prædictũ est, de celebrando concilio insertus habetur: & postmodum canonum Apostolorum, ac primorum apostolicorum (idest à sancto Clemente vsque ad sanctum Siluestrum) decretorum, atque diuersorum conciliorum breuiarium interpolatur sequens ordinem suum.

a ¶ Epistola] *Hæc epistola ab Iuone vocatur præfatio in opus canonum, & est ea, quæ Isidori nomine est præposita tomis conciliorum, licet in vetustiore editione, in qua prior est Isidori collectio, nonnulla verba desiderentur. Est autem confectum hoc caput ex duobus locis illius præfationis. Nam verba illa,* Propter eorum auctoritatem, & c. *vsque ad ver.* constitutiones. *non longe absunt ab initio. Reliqua vero sunt in extremo.*

β ¶ Isidorus seruus.] *In Pannormia est eodem modo atque apud Gratianum. Apud Iuonem, & in manuscriptis collectionis illius codicibus est,* Isidorus Mercator seruus Christi conseruo suo, & parenti † fidei in Domino salutem. *In vulgatis autem conciliorum editionibus,* Isidorus peccator, seruus, &c.

† *al. fideli.*

Item cum Hadrianus Papa sextam synodum recipiat cum omnibus canonibus suis, cum etiam sancta acta vniuersalia concilia professione Romani Pontificis sint roborata; in sexta † autem synoda, siue in septima concilio, Apostolorum canones sint recepti & approbati: patet, quod non sunt inter apocrypha deputandi: Vnde scribit Hadrianus Papa Tharasio Patriarchæ.

† *al. septima synodo, siue concilio.] al. sexta synodo. siue in sexto concilio.*

¶ Sexta synodus auctoritate Hadriani corroboratur. C. V.

SExtam a synodum sanctam recipio cum omnibus canonibus suis.

Iuo p. 4. c. 122.

a ¶ Sextam.] *Hoc habetur in secunda actione septimæ synodi in epistola Hadriani ad Tharasium. Sed eo in loco Hadrianus refert verba synodicæ epistolæ à Tharasio ad se missæ. Et hic Gratianus non refert propria eius epistolæ verba. In versione enim Anastasii bibliothecarij sic legitur,* Inuenimus autem in prædicta synodica epistola sanctitatis vestræ, post plenitudinem fidei, & confessionem sacri symboli, & omnium sanctarum sex synodorum, & de sacris & venerabilibus characteribus miraculum laude ac veneratione dignissimum contineri. Quare & easdem sanctas sex synodos suscipio cum omnibus regulis, quæ iure, ac diuinitus ab ipsis promulgatæ sunt. *Et hæc quidem postrema verba sunt etiam in illa ipsa Tharasii epistola: quod ex concilio Græco, & noua interpretatione clare apparet.*

Sed dubitatur de ea, an canones conscripserit: quod ex quarta actione sextæ β synodi a facile absoluitur.

β ¶ Sextæ] *In secundo & xv. Vaticanis est,* sextæ, aliàs septimæ, *& vere septima est, sed ob glossam nihil est mutatum.*

Ait enim Petrus episcopus Nicomediæ.

¶ Sexta synodus canones conscripsit. C. VI.

HAbeo γ librum continentem canones sanctæ sextæ synodi. Patriarcha dixit: ¶ Quidam scandalizantur per ignorantiam pro canonibus istis, dicentes; numquid sexta synodus canones fecit? Sciant ergo, quoniam sancta synodus sexta sub Constantino congregata est contra eos, qui dicebant vnam operationem, & vnam voluntatem b esse in Christo: in qua sancti Patres illos, vt hæreticos anathematizauerunt, & orthodoxam fidem explanauerunt. 2 ¶ Et soluta synodus est Constãtini c xiiij. anno. Post quattuor vero, aut quinq; annos ijdem sancti Patres congregati sunt sub Iustiniano d filio Constantini, & prædictos canones promulgauerunt: de quibus nullus dubitet. Qui enim sub Constantino in synodo fuerunt, ijdem ipsi episcopi sub Iustiniano istis canonibus subscripserunt. Oportebat enim vt synodus vniuersalis canones ecclesiasticos promulgaret. *Item.* ¶ Sancta sexta synodus post promulgatam ab ea diffinitionem contra Monothelitas, Constantino Imperatore, qui eam congregauerat, non multo post defuncto, & Iustiniano eius filio regnante pro eo. ¶ Eadem e sancta synodus diuinitus inspirata, iterum Constantinopoli quarto, aut quinto anno congregata est, & canones numero cij. ad correctionem ecclesiæ promulgauit.

Ex actiõe quarta septimæ synodi.
Iuo p. 4. c. 121.

Ex sexta actione septimæ synodi.

Voluntates duæ fuerunt in Christo.

γ ¶ Habeo librum.] *Verba sunt Petri episcopi Nicomediæ, ac Tharasii patriarchæ Constantinopolitani actione quarta septimæ synodi: quod quidem ipsi de centum, ac duobus canonibus dixerunt, qui in Trullo tempore Iustiniani Rhinotmeti secundo anno sua reuocationis ad imperium, editi sunt. Verum ex his ipsis verbis Tharasii apparet, eos canones non*

nones non esse proprios sextæ synodi; quia fatetur post annos quattuor, aut quinque, quàm ea synodus fuerat absoluta, canones illos fuisse editos; quo tempore certissimum est neque eumdem Romanum Pontificem, neque eosdem episcopos fuisse. Quamquidem in hac ratione temporis potius credendum est diligentissimis chronologis, Theophani, (cuius etiam verba quæ ad hunc locum pertinent ex originali Græco, quod in bibliotheca Vaticana extat, satis fideliter tralata leguntur apud Franciscum Turrianum libro de vi. vij. & octaua synodo) & Anastasio, & Georgio Cedreno, quàm Tharasio. Illi enim non quattuor, aut quinque, vt Tharasius, sed viginti septem annos à fine sextæ synodi tempore Agathonis habitæ, vsque ad hanc huiusmodi Decretorum editionem asserüt intercessisse. Episcopos vero, qui hos ediderunt, noluisse ipsos edere tamquam canones sextæ synodi, sed voluisse supplere, quod videbatur in quinta, ac sexta synodo deesse, ipsamet illorum ad Imperatorem allocutio testatur. Itaque noua dicenda est hæc episcoporum coitio, eòque Græci illam, vt scribit Balsamon πενθέκτην*, idest quintam sextam synodum appellant. Ceterum non fuisse omnes illos canones a Romana ecclesia receptos, duo viri rerum ecclesiasticarum peritissimi, Anastasius Bibliothecarius, & Humbertus Leonis ix. Legatus aperte testatur. Humbertus quidem his verbis:* Non autem miror, si Agathoni Papæ, & sanctis Patribus sextæ synodi vestra imputetis deliramenta, & quæ aut corrupistis, aut finxistis capitula: cum & ipsi Domino Iesu, & Apostolis eius imputetis figmenta. Vnde nos scientes sextã synodum ad destruendam hæresim Græcorum Monothelitarum, non autem ad tradendum Romanis nouas cõstitutiones congregatam, capitula, quæ nobis sub eius auctoritate apponitis, omnino refutamus; quia prima & Apostolica sedes nec aliquando ea accepit, nec obseruat hactenus. *Anastasius vero in præfatione in septimam synodum ad Ioannem viij. Romanum Pontificem ita scripsit:* Ergo regulas, quas Græci in sexta synodo perhibent editas, ita in hac septima synodo principalis sedes admittit, vt nullatenus ex his illæ recipiantur, quæ prioribus canonibus, vel decretis sanctorum sedis huius Pontificum, aut certe bonis moribus inueniuntur aduersæ: quamuis omnes hactenus ex toto maneant apud Latinos incognitæ, quia nec interpretatæ. Sed nec in ceterarum Patriarchalium sedium, licet græca vtantur lingua, reperiuntur archiuis: nimirum, quia nulla earum, cum ederẽtur, aut promulgans, aut consentiens, aut saltem præsens inuenta est. Quamquam eosdem Patres illas Græci promulgasse perhibeant, qui in sexta synodo sunt inuenti: sed nullis certe probare possunt indicijs.

Ex his ergo colligitur, quòd sexta synodus bis congregata est, primo sub Constantino, & nullos canones constituit: secundo sub Iustiniano filio eius, & præfatos canones promulgauit.

Iuo septimã vocat

Vnde sancti Patres in eadem synodo secundo congregati dixerunt.

Iuo par. 4. c. 113.
Io oratione allocutoria Patrum, qui in Trullo cõuenerant, ad Iustinianum Imperatorẽ.

¶ Constitutiones synodi sextæ. C. VII.

QVoniam [a] sanctæ, & vniuersales synodi, quinta sub Iustiniano Augusto, sexta sub Constantino patre suo Augusto [b], de mysterio fidei plenissime disputantes, canones non fecerunt, sicut ceteræ quattuor vniuersales synodi; propterea nos conuenientes in hanc Imperialem vrbem sacros canones conscripsimus. *Item.* ¶ Placuit huic sanctæ synodo, vt amodo confirmata, & rata sint canonum Apostolorum lxxxv. capitula. *Item.* ¶ Confirmamus [γ] & ceteros sanctorum canones, & synodos, id est Nicænam, Ancyranam, Neocæsariensem, Gangrensem, Antiochenam, Laodicensem, Constantinopolitanam, Ephesinam primam, Chalcedonensem, Sardicensem, & Carthaginensem [δ], & opuscula Theophili Alexandrini episcopi, & Dionysii [ε] Alexandrini episcopi, & Petri Alexandrini episcopi & martyris, Gregorij Thaumaturgi Neocæsariensis episcopi, Athanasij episcopi Alexandrini, Basilij Cæsareæ Cappadociæ episcopi, Gregorij Nysseni episcopi, Gregorij Theologi, Amphilochij Iconiensis episcopi, Timothei Alexandrini episcopi, Gennadij † Constantinopolitani episcopi, Cyrilli Alexandrini episcopi, Cypriani Carthaginensis episcopi, & synodum [ζ] suam.

c. 2. eius synodi.
3. ead. c. placuit
Iuo. 4. 106.
Iuo par. 4. c. 134.
Pann. l. 2. c. 117.
† al. Germani.

a ¶ Qvoniam.] *Emendata sunt multa in hoc capite ex canone secundo eorum, qui sextæ synodo tribuuntur, in quo indicantur concilia, & auctores canonum, quibus Græci vtebantur. Sunt autem verba illius canonis apud Gratianum, & Iuonem in summam redacta.*

β ¶ De mysterio,] *Græce est,* τὸ περὶ τῆς πίστεως πατρικῶς διατρανώσασαι μυστήριον, *idest* fidei mysterium paterne declarantes.

γ ¶ Confirmamus.] *Iuo habet,* confirmamus sanctorum Patrum canones, & synodos, &c. *Græce est,* ἐπισφραγίζομεν δὲ καὶ τοὺς λοιποὺς πάντας ἱεροὺς κανόνας τοὺς ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων ἡμῶν ἐκτεθέντας, τουτέστι τῶν ἐν Νικαίᾳ συναθροισθέντων, &c. id est, obsignando autem confirmamus & ceteros omnes sacros canones, qui à sanctis, & beatis Patribus nostris sunt editi, idest ab ijs, qui Nicææ conuenerunt, &c.

δ ¶ Carthaginensem.] *Apud Iuonem sequitur,* Constantinopolitanam sub Nectario, & opuscula Theodosij, al. Theophili, &c. *Græce autem est* καὶ τῶν αὖθις ἐν ταύτῃ τῇ θεοφυλάκτῳ καὶ βασιλίδι πόλει συνελθόντων ἐπὶ Νεκταρίου τοῦ τῆς βασιλίδος ταύτης πόλεως προέδρου, καὶ Θεοφίλου τοῦ γενομένου Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπου, *id est* & eorũ, qui rursus in hac à Deo custodita, & imperiali vrbe conuenerunt sub Nectario imperialis huius ciuitatis præside, & Theophilo, qui Alexandriæ fuit archiepiscopus.

ε ¶ Et Dionysij.] *In canone græco vulgato fere est, quemadmodum antea apud Gratianum,* Dionysij Alexandrini episcopi, & martyris. *Sed apud Balsamonem, & Iuonem legitur, quemadmodum restitutum est,* Dionysij archiepiscopi Alexãdrinorum megalopolis, & Petri Alexandriæ archiepiscopi, & martyris. *Reliquas varietates per se accuratus lector notabit.*

ζ ¶ Et synodum.] *In isto canonis loco est error; quia illa synodus Cypriani probatur, in qua ipse cum multis alijs Africæ episcopis putauit baptizatos ab hæreticis verum baptisma non recepisse: cum tamen B. Augustinus asserat aliam extitisse traditionem Apostolorum, & ipsam Cypriani sententiam plenario totius orbis concilio exclusam fuisse testetur.*

a QVoniam sancta.] CASVS. Dicitur in hoc c. q. quinta, & sexta synodus non ita plene canones fecerunt, sicut ceteræ synodi, & ideo sancti patres eiusdem sextæ synodi cõuenerunt apud Constantinopolim, vt canones conderent in eadem sexta synodo sub Iustiniano cõgregata super quo iam primo fuerant congregati, & dicitur quinta primo congregata sub Iustiniano propter maiorem auctoritatẽ, quia in ea confirmati fuerũt canones facti sub Constantino, quæ etiam sexta fuit. Sequentia capitula plana sunt vsque ad cap. quod dicitis.

b SAncta.] viij. hæc concilia dicuntur octo; quia octies sunt celebrata, vt hic dicuntur, & quattuor, quia in quattuor locis celebrata, ut s. dist. proxi. sicut.

c SExta synodus, &c.]

Item ex diurno [a] libro professio Romani Pontificis.

¶ Auctoritate Romani Pontificis sancta octo concilia roborantur. C. VIII.

Iuo par. 4. c. 135.
Pann. l. 2. c. 103.

SAncta [b] octo vniuersalia cõcilia, id est, primum Nicænum, secundum Constantinopolitanum, tertium Ephesinum, quartum Chalcedonense, item V. Constantinopolitanum, & VI. Item Nicænum VII. Octauum quoque Constantinopolitanum vsque ad vnum apicem immutilata seruare, & pari honore, & veneratione digna habere, & quæ prædicauerunt & statuerunt modis † omnibus sequi, & prædicare; quæque condemnauerunt, ore & corde condemnare profiteor.

† al. omnimodis.] Iuo

a ¶ Item ex diurno.] *Integram professionem fidei, quando quis in Romanum Pontificem promouebatur, refert Deusdedit Cardinalis in collectione canonum, quæ seruatur in bibliotheca Vaticana.*

Quo autem tempore sexta synodus, & prima, secunda, tertia, quarta, & quinta congregata sint, Beda in libro de temporibus, c. 65. scripsit dicens.

¶ De temporibus conciliorum. C. IX.

Iuo par. 4. c. 125.
Pann. l. 2. c. 113.

SExta synodus [c] vniuersalis Constantinopoli celebrata est, & græco sermone conscripta temporibus Papæ Agathonis, exequente, ac residente pijssimo principe Constantino intra palatium suum, simulque legatis Apostolicæ sedis, & episcopis cl. residentibus. ¶ Prima enim vniuersalis synodus in Nicæa congregata est contra Arium cccxviij. Patrum, temporibus Iulii [a] Papæ sub Constantino principe. ¶ Secunda in Constantinopoli cl. Patrũ contra Macedonium, & Eudoxium temporibus

Dima-

Damasi Papæ, & Gratiani principis; quando Nectarius eidē vrbi est ordinatus episcopus. ¶ Tertia in Epheso ducentorum Patrum contra Nestorium Augustæ vrbis episcopum sub Theodosio magno principe, & Papa Cælestino. ¶ Quarta in Chalcedone. Dcxxx. Patrū sub Leone Papa, temporibus Martiani principis contra Eutychem nefandissimorum præsulem monachorum. ¶ Quinta item Constantinopoli temporibus Vigilij Papæ sub Iustiniano principe contra Theodorum & omnes hæreticos.

Pann. l. 2. c. 111.

a ¶ Iulij.] *Certum est synodum Nicænam primam celebratam esse tempore Siluestri. Sed in illa temporum obscuritate mirandum non est Bedam & alios errasse.*

C. X.

Ans. in prolegom. In principio collectionis conciliorum

PRima a autem synodus in Nicæa cccxviii. Patrum contra Arium Alexandrinum presbyterum, qui tres gradus in Trinitate asserebat, patrem scilicet maiorem, filium minorem, spiritum sanctum creaturam temporibus Constantini principis, & Siluestri Papæ Romani, Macharii Hierosolymitani, Alexandri b Alexandrini; qui condemnata eadem hæresi statuerunt canones viginti: quorum auctor maxime præfatus † Alexander episcopus fuit. ¶ Secūda in Cōstantinopoli contra Macedonium, Constantinopolitanum episcopum, qui negabat spiritum sanctum Deum esse, temporibus Gratiani, & Theodosij principum, Damasi Papę Romani, Cyrilli Hierosolymitani, Nectarij c † Constantinopolitani; qui condemnata præfata hæresi statuerunt canones tres: quorum maxime auctor Nectarius Constantinopolitanus fuit.

† *Sanctus Alexander*] orig.

† *deest in*] orig.

¶ Tertia in Epheso ducentorum Patrum contra Nestorium Constantinopolitanum episcopum, qui dicebat beatam Virginem Mariam non Dei, sed hominis tantummodo genitricem, vt aliam personam carnis, aliam faceret deitatis, temporibus Theodosii principis † iunioris, Cælestini Papæ Romani, Iuuenalis Constantinopolitani episcopi, Cyrilli episcopi Alexandrini: qui duodecim capitula contra Nestorij blasphemiatum totidem capitula auctore eodem sancto Cyrillo anathematizando cōscripserunt. ¶ Quarta in Chalcedone sexcentorum triginta Patrum, contra Eutychem Constantinopolitanum abbatem, qui asserebat Christum post humanam assumptionem non ex duabus naturis existere, sed solam in eo diuinam naturam permanere, temporibus Martiani principis, Leonis Papæ Romani, Iuuenalis Hierosolymitani, Anatolii Constantinopolitani, qui condemnata præscripta hæresi statuerunt canones vigintiseptem: quorum auctor maxime idem sanctus Anatolius Constantinopolitanus episcopus fuit.

† *magni principis*] orig.

¶ Quinta in Constantinopoli contra Theodorum Mopsuestenum, & omnes hæreticos; qui Theodorus dicebat aliud † esse Dei verbum, & aliud Christum, & sacram virginem Mariam negabat Dei genitricem fuisse, temporibus Iustiniani principis, Vigilii Papę Romani, Domnini † Antiocheni, Eutychii Constantinopolitani; qui quatuordecim capitula anathematizando scripserunt contra Theodori, & sociorum eius blasphemias.

† *al. alium Deum esse verbum, & aliū Christum*

† *al. Domni*

¶ Sexta in Constantinopoli cl. Patrum contra Macharium Antiochenum episcopum, & socios eius qui vnam voluntatem, & operationem in Christo falsa suspicione asserebant, temporibus Constantini principis, Agathonis Papæ Romani, Georgii Constantinopolitani: qui condemnata hæresi præfata, anathematizando scripserunt nouem c capitula inferius annexa.

a ¶ Prima.] *Caput hoc inuenitur & in recentioribus editionibus conciliorum, & in vetustiore Coloniensi An.* M D X X X. *& in manuscripta collectione, quam dictum est asseruari in bibliotheca Vaticana: sed non in collectione, quæ est in bibliotheca monasterij Dominicanorum. Ponitur autem ante præfationē, quæ nomen Isidori, mercatoris quidem in manuscriptis, peccatoris autē in impressis præfert. Et sane in illa præfatione tantum quatuor generalium synodorum mentio fit; sexta vero post Isidori Hispalensis ætatem est habita.*

b ¶ Alexandri.] *Apud Anselmum est vt apud Gratianū. In originali,* Alexandri Constantinopolitani. *Sed integra videtur lectio, si vtraque coniungatur. Nam & episcopus Constantinopolis, & episcopus Alexandriæ, tempore illius synodi, Alexandri nomine vocabantur.*

c ¶ Nectarij] *Antea legebatur quemadmodum etiam apud Anselmum,* Nectarij Alexandrini. *Emendatum est ex originali. Sed fortasse & hoc loco integra lectio hæc est,* Nectarij Constantinopolitani, & Timothei Alexandrini.

c ¶ Nouem.] *In loco citato ex collectione Isidori legitur,* scripserunt octo capitula, *& verba illa,* inferius annexa, *ibi non habētur. In conciliis deinde Coloniæ impressis post actionem sextæ synodi ex vetusto codice monasterij S. Bauonis referuntur nouem capitula, & ante primum capitulum sunt hæc verba,* scripserunt nouem capitula inferius annexa, *quæ apud Anselmum quoque habentur.*

C. XI.

Deusdedit Cardinalis Anselmus in proleg. Ante eadem Isidori collectionem.

PRima a adnotatio Ancyranæ synodi, quæ ante Nicænam fertur fuisse, sed propter auctoritatem maiorem a postponitur; in qua Patres xviii. statuerūt canones xxiiij. † quorum auctor maxime Vitalis Antiochenus episcopus extitit. ¶ Secunda Neocæsariensis, quæ post Ancyranam, & ante Nicænam legitur fuisse, in qua Patres sexdecim statuerunt canones xiiii. † quorum auctor maxime Vitalis episcopus Salaminius † extitit. ¶ Tertia Gangrensis, quæ post Nicænam legitur fuisse, in qua Patres xvi. statuerunt canones xx. propter quasdā necessitates ecclesiasticas; maxime contra Eustathium: qui dicebat, quod nullus in coniugali ordine positus, nec vllus fidelis, qui non omnibus renuntiaret, quæ possideret, spem apud Dominum haberet; & multa alia venenosa, quæ enumerare longum est. ¶ Quarta Sardicensis, in qua Patres sexaginta b statuerunt canones xxi. quorum auctor maxime Osius Cordubensis episcopus, & Vincentius Capuanus episcopus, & Ianuarius c Beneuentanus, & Calepodius Neapolitanus sanctæ Romanæ ecclesiæ legati extiterunt. ¶ Quinta Antiochena, in qua Patres xxix. † statuerunt canones xxv. quorum maxime auctor Eusebius Palæstinensis episcopus extitit. ¶ Sexta Laodicensis, in qua Patres xxxii. statuerunt canones lix. quorum auctor maxime Theodosius episcopus extitit. ¶ Septima d Carthaginēsis, in qua Patres ccxvij. † statuerunt canones xxxiii. quorum auctor maxime Aurelius Carthaginensis episcopus extitit. Etiam sanctus Augustinus Hyponēsis episcopus in eadē synodo legitur fuisse, tēporibus Honorii Augusti. ¶ Octaua Africana sub Theodosio minore Augusto: in qua Patres ccxvii. recitauerunt, & firmauerunt canones cv. qui per diuersa concilia Africanæ prouinciæ temporibus Aurelii Carthaginensis episcopi leguntur esse conscripti. ¶ Nona Arelatensis, in qua Patres cc. † statuerūt canōes quattuor: quorū auctores maxime Siluester vrbis Romę episcopus

† *in græco vulgato, & apud Balsamonem sunt xxv. ibidem sunt xv.*

† *al. Salamitanus*

† *al. xxiii.*

† *al. ccxxiij.*

abest nume rus à collectione etiam Vaticana

a PRima adnotatio] a Maiorē.] arg. 9. non qui prior est tempore potior est iure, sed melior præferēdus est: quia non gradus elegantior, sed vitæ melioris actio comprobatur, vt 23. q. 4. sicut. & 40. dist. non loca. & c. multi. in fin. in Auth. de monachis. §. ordinatione. honestioribus enim honores debentur. arg. j. 25. distin. c. 1. in fin. & ff. de mune. & hono. honores. Argu. contra. C. de offic. magi. officiorum nemo agentiū, & 41. dist. miramur. & arg. contra. 65. distin. c. penul. & vlt. vbi de hoc in fin. & no. de hoc 67. dist. episcopus. Archid.

b eptua

De hoc & 10 ... 74. dist. episcopi. & facit ad hoc quod dixi l. ca. quoniā in vers. secun. vbi videas. Archid.

pus, & S. Marinus Arelatēsis episcopus extiterunt, temporibus Constantini Augusti, sicut quidā asserunt. ¶ Decima itē Arelatensis, in qua Patres xix. statuerunt canones: quorum auctor maxime S. Cæsarius Arelatensis episcopus extitit. ¶ Vndecima item Arelatensis, in qua Patres xvi. statuerunt canones. ¶ Duodecima item Arelatensis in Vico Hortensi †, in qua Patres xi. statuerunt canones: quorum maxime auctor sanctus Cæsarius Arelatensis episcopus extitit. ¶ Tertiadecima item Arelatensis, in qua Patres xix. statuerunt canones: quorum auctor maxime Satpidius † Arelatensis episcopus extitit. ¶ Quartadecima Arausicensis, in qua Patres xvi. † statuerunt canones: quorum auctor maxime Hilarius episcopus extitit. ¶ Quintadecima Epaunensis ζ, in qua Patres xxvi. statuerunt canones xxxix. quorum auctor maxime Cæsarius episcopus extitit. ¶ Sextadecima Agathensis, in qua Patres xxix. † statuerunt canones: quorum auctor maxime Cæsarius episcopus extitit. ¶ Septimadecima η Aurelianēsis, in qua Patres lxxij. statuerunt canones: quorum auctor maxime Aurelius Arelatensis episcopus extitit, temporibus Clodouei Regis. ¶ Octauadecima item Aurelianensis, in qua Patres xxxi. statuerunt canones: quorum auctor maxime Melanius Rhedonensis episcopus extitit. ¶ Nonadecima item Aurelianensis, in qua Patres xxx. statuerunt canones, quorum auctor maxime S. Albinus Andegauensis episcopus extitit. ¶ Vigesima Aruernensis, in qua Patres xv. statuerunt canones: quorum auctor maxime Honoratus Breutensis † episcopus extitit. ¶ Vigesimaprima Maticensis †, in qua Patres xxi. statuerunt canones: quorum auctor maxime Priscus Lugdunensis episcopus extitit. ¶ Vigesimasecunda item Maticensis, in qua Patres lxxxvi. statuerunt canones: quorum auctor maxime idem Priscus Lugdunensis episcopus extitit. ¶ Vigesima tertia Lugdunensis, in qua Patres xviij. statuerunt canones: quorum auctor maxime Philippus Viennēsis episcopus extitit. ¶ Vigesimaquarta item Lugdunensis, in qua Patres xx. constituerunt canones: quorum auctor maxime idem Priscus Lugdunensis episcopus extitit.

† al. Hortensio

† al. Sapard. † al. Sapidius

† al. xvi.

† al. xxxiij.

Hactenus in collectione Isidori impressa.

† al. Primasensis † al. Bituricensis

† al. Matisconensis

Hactenus in collectione Isidori Vaticana.

α ¶ Prima.] *Maior pars huius capitis, id est vsque ad finem versiculi,* Nonadecima, *habetur in collectione Isidori impressa, ante præfationē ipsius Isidori: In Vaticana autem vsque ad finem vers.* Vigesima prima. *Deusdedit, & Anselmus integrum ante suas collectiones habent. Neque vero summula hæc eiusdem Isidori esse potest: nam neque præfationi ipsius, neque collectioni respondet; in qua, vt cætera omittantur varietates, multa referuntur concilia Hispaniæ, quorum hic nulla mentio.*

β ¶ Ante Nicænam.] *Sic est emendatum ex Anselmo, & Deusdedit, & Vaticana collectione. Nam ante legebatur,* Antiochenam. *In collectione autem Isidori impressa legitur quidem,* Nicænam, *sed deest vox,* ante. *Sic autem legendum esse, quemadmodum est emendatum, ostendunt verba, quæ ipsum Neocæsariense concilium antecedunt.* [Greek text, illegible] *id est* q canones posteriores quidem Ancyranis, anteriores autem Nicænis sunt. *Quo loco in collectione Isidori impressa mendosa est,* Et hi quidem canones secundi sunt eorum, qui in Ancyra, & Cæsarea expositi sunt, *redundat enim illud,* & Cæsarea, *quare in recentioribus editionibus conciliorum omissum est. Similis error est in codice canonum Moguntino.*

γ ¶ Sexaginta.] *In codice canonum lx episcopi reperiuntur subscripsisse: sed postea additur,* & cæteri, & subscripserunt omnes episcopi diuersarum prouinciarum, vel ciuitatum, nu. cxxi. *Socrates lib. 2. c. 16. in eo concilio ex occidentis partibus episcopos circiter ccc. conuenisse dicit, ex orientis vero lxxvi qui etiam secessionem fecerunt. Idem Nicephorus lib. 9. c. 12. & Tripertita. Theodoritus autem lib. 2. c. 7. docet ex antiquis narrationibus, episcopos ccl. conuenisse. Omnino & in his, & Patrum, & canonum numeris multa sunt emendata. Sed in multis etiam satis visum est indicare varietates: nonnulla autem lectoris diligentiæ sunt reseruata.*

δ ¶ Et Ianuarius.] *Anselmus habet vt Gratianus. In collectione in*dicata est, & Vincētius capuanus episcopus, & S. R. E. Legatus extiterunt. *In concilio ipso c. 18. nominatur Ianuarius Episcopus. In subscriptione vero in codice canonum, non nominatur, sed tantum Vincentius Capuanus S. R. E. Legatus, & Calepodius Depolitanus legatus S. R. E.*

ε ¶ Septima.] *hic numeratur tantummodo vnica synodus Carthaginensis, quæ habetur in codice canonum, de qua inferius xx. dist. c. de libellis. dicetur.*

ζ ¶ Epaunensis.] *Ita emendatum est ex aliquot manuscriptis, & collectione Isidori Vaticana. Nam antea legebatur,* Empanensis. *Verumtamen in concilio Epaunensi impresso nullus Cæsarius nominatur: sed Auitus primum est mentio.*

η ¶ Septimadecima.] *Hic numerantur tria concilia Aurelianensia, quorum hæc in conciliis impressis indicia inueniuntur. In Quinto Aurelianensi, subscribit primo loco Aurelius Arelatensis. In primo inter alios legitur nomen Melanij Rhedonensis. In tertio subscribit quarto loco Albinus episcopus Andegauensis.*

a ¶ Septuaginta.] Sed contra. 21. dist. in nouo 68. dist. corepiscopi. ibi enim dicitur, q discipuli fuerunt lxxij. secundum Hug. Dic, q minor numerus non excludit maiorem. arg. 10. q. 1. hâc. sic no. 5. 15. dist. c. 1. ver. harum.

Sed quòd Nicæna synodus xx. canones supra statuisse dicitur, contrarium videtur ei, quod in epistola Athanasii inuenitur. Scribit enim Athanasius Alexandrinus episcopus Marco Papæ ita dicens.

In epistola Athanasij, & vniuersorū Aegypti episcoporū ad Marcum Papā sed copiosius, quàm hic.

¶ Epistola Athanasii postulantis capitula Niceni concilij. C. XII.

Septuaginta Nicæni concilij capitula, quæ de præfata synodo, iubente domino meo Alexandro, decreto omnium episcoporum attuli, quæ sunt igne combusta, optamus, vt à vestræ sanctæ sedis auctoritate percipere per præsentes legatos mereamur. *Item.* ¶ Præsentibus nobis octoginta capitula in memorata synodo tractata sunt; quadraginta à Græcis, græca edita lingua, & quadraginta à Latinis similiter latina edita lingua. Sed visum est cccxviij. episcopis † spiritu sancto repletis, & maxime iam dicto Alexandro, & Apostolicæ sedis Apocrysarijs, vt decem capitula adunarentur aliis, atque congruis locis insererentur, & ad formam lxx. discipulorum, vel totius orbis terræ linguarum, septuaginta tanti & tam excellentis concilii fierent capitula; quæ omnem Christianorum informarent orbem.

In eo par. 4. c. 108. Pann. l. 2. c. 106. Ans. l. 1. c. 59 Polycar. l. 3. tit. 20. Ibidem paulo superius

† Patrib. vs] orig.

a ¶ Septuaginta.] *Ex his Athanasii verbis constat, non omnes Nicænæ synodi canones diu græce, aut latine nunc haberi. Et Iulius Papa ad orientales, & Innocentius Victricio, & alij multos ex illa canones citant, qui non sunt in his viginti, qui in manibus omnium versantur. De quo re scribit Isidorus in præfatione conciliorum tomis inserta. Et ex epistola quadam Gregorij decimi ad Regem Armenorum, cum concilium Lugdunense indixisset (quam manuscriptam habet Cardinalis Sirletus) intelligitur integrum Nicænum concilium in lingua Armenorum eo tempore extitisse. Sic enim scribit:* Quia vero multipliciter expedit, vt in eiusdem celebratione concilij, antiquorum conciliorum copiam habeamus, celsitudinem regiam rogamus, & hortamur attente, quatenus integrum Nicænum concilium, & alia concilia, quæ habere diceris in Armenica littera, cum aliquibus peritis interpretibus, nobis cum ea, qua poteris, celeritate transmittas. *Tameti quoque, & Alexandriæ inuenti sunt octoginta canones Arabice scripti sub nomine huius concilij, qui Romæ in Arabica, & Arminica lingua scripti penes eundem Cardinalem Sirletum sunt, & nuper etiam in latinam linguam conuersi sunt, & impressi.*

Quomodo ergo viginti tantum capitula in Nicæna synodo statuta dicuntur, cum septuaginta capitula (vt Athanasius scribit) ia ca statuta monstrentur? ¶ His ita respondetur: Capitulorum Nicænæ synodi quædam in desuetudinem abierūt: viginti tantum in Romana ecclesia habentur.

Vnde Stephanus Papa scribit dicens Luythebio episcopo Moguntino.

Con-

¶ Nicæni concilij viginti tantum capitula habentur. C. XIII.

VIginti[a] tantum capitula Nicænæ synodi in sancta Romana eccle sia habentur, sed quo neglectu alia defecerint, ambiguum est. Plu rimi arbitrantur ea Antiocheno concilio esse inserta.

¶ *Apud Iuonẽ parte quarta c. 232. habetur magis integrũ hoc caput.* Capitula Nicæni cõcilij testimonio Athanasij septuaginta in figuram septuaginta discipulorum scripta non dubitamus, è quibus viginti tantum in ecclesia sancta Romana, & quæ sequuntur.

Iuo p. 4. c. 032. Pann. l. 2. c. 107

Sardicense quoque concilium auctoritate Nicolai Papa recipitur.
Vnde idem scribit Clera[†] Constantinopolitano.

¶ Auctoritate Apostolica Sardicense concilium recipitur. C. XIIII.

QVod dicitis neque Sardicense cõcilium, neque decreta[†] alia vos habere sanctorum Pontificum, non facile nobis facultas credendi tribuitur, maxime cum Sardicense concilium, quod penes vos in vestris regionibus[b] actum est, & omnis ecclesia recipit, qua ratione conuenerit[†], vt hoc sancta Constantinopolitana ecclesia abijceret; &, vt dignum est, non retineret.

† *al. clerò*
Habetur in epistola 6. quæ prima ad Photium est.
Iuo p. 4. c. 135. Pann. l. 2. c. 117. ver. Quod dicitis.]
† *decretalia vos*
† *al. commemoras*

DISTINCTIO XVII.

G*Eneralia[a] concilia quorum tempore celebrata sint, vel quorum auctoritas cæteris præemineat, sanctorum auctoritatibus supra monstratum est. Auctoritas vero congregandorum conciliorum penes Apostolicam sedem est.*

Vnde Marcellus Papa scribit Maxentio.

a ¶ Maxentio.] *Antea legebatur*, Maxentio episcopo. *In tomis autem conciliorum in epistola inscriptione est*, ad Maxentium tyrannum, *sed in principio epistolæ ipsius est*, Marcellus Maxentio, *quæ lectio visa est retinenda.*

¶ Absque Romani Pontificis auctoritate synodus congregari non debet. C. I.

SYnodum[a] episcoporum absque huius sanctæ sedis auctoritate (quamquam quosdam episcopos possitis congregare[c]) non potestis regulariter facere. Neque [β] vllum episcopum, qui hanc appellauerit Apostolicam sedem, damnare; antequã hinc sententia definitiua procedat. Nam si seculares in publicis iudicijs libellis vtuntur appellatorijs, quanto magis sacerdotibus hæc eadem agere licet, qui super illos sunt? De quibus dictum est [Ego dixi, Dij estis.]

Ansel. l. 2. c. 60. Iuo p. 4. c. 240. Polyc. l. 1. c. al. tit. 13.

Psal. 81.

β ¶ Neque vllum episcopum.] *hinc vsque ad finem non habentur in aliquot manuscriptis Gratiani exemplaribus.*

Item Iulius Papa primus in rescripto contra orientales pro Athanasio c. xxix.

¶ Non est ratum concilium, quod auctoritate Romanæ ecclesiæ fultum non fuerit. C. II.

REgula vestra nullas habet vires, nec habere poterit: quoniam nec ab orthodoxis episcopis hoc cõcilium actum est, nec Romanæ ecclesiæ Legatus[†] interfuit; canonibus præcipientibus sine eius auctoritate concilia fieri non debere. Nec vllum ratum est[g], aut erit vmquã concilium, quod non fultum fuerit eius auctoritate.

Ansel. l. 2. c. 47. Polyc. l. 1. c. 13.
† *al. legatio*

Item Damasus Papa. I. ad Stephanum, epist. 3.

---

a ¶ *Viginti.*] A Sardicensi.

QVod dicitis.] CASVS. Clerici Constantinopolitani dicebant se non habere statuta concilij Sardicensis, vel sanctorum Patrum, nec recipere, sed Papa redarguit eos dicens, non esse facile credendum eos non habere statuta illa, cum publice penes eos facta fuerunt, & cum tota ecclesia ea recipiat, Cõstantinopolitana ea recipere debet.

b ¶ *Regionibus.*] hic est duplex arg. vnum tale. ea quo omnes alij hoc faciunt, ergo & tu obseruabis hoc, vt not. 5. 12. dist. illud. & c. quemadmodum. Item arg. quod nulli licet ignorare ea, quæ publice facta sunt. 12. q. 2. qui & humanis 8. q. 1. licet. 11. q. 3. cum. 20. dist. si decreta. 87. dist. c. vlt. 33. q. 1. paratus. ff. de institutoria ac. sed & si. 5. præscribere. C. de lib. cau. si filia. extra de postu. prælat. ad hæc[†] argu. contra. 82. dist. proposuisti. & 1. q. 1. si qui à simoniacis. & 14. q. 1. si quis dederit. primum regulare secundum casuale propter casum ignorantis. extra qui ma. ac. poss. cum in tua.

Facta publica debent ab omnibus sciri.

† *Vide hoc. ar. extra. de postu. c. ignorantia. gl. vlt. Archid.*

dam ad condendum canones cõgregaret. sed Marcellus dicit, quod nõ potest sine licentia Papæ quamuis possit particularem synodũ facere.

d ¶ *Synodum.*] scilicet generalem.

ADDITIO. Vel etiam prouincialem ad aliquid generaliter statuendum. Archid.

Generalia.] Hæc dist. diuiditur in tres partes. In quarum prima magister intendit probare, quod nullum robur habet concilium generale sine licẽtia Papæ celebratum. Secũda ibi, *Quapropter.* Tertia ibi, *Hinc etiam.* CASVS. Supra disti. 15. c. 1. & 16. c. sexta. ostensum est quo tempore generalia cõcilia celebrata fuerunt, & quorum auctoritas cæteris præeminebant est similiter ostensum. In hac vero 17. dist. ostendit, quod tantum auctoritate sedis apostolicæ possunt congregari, & hoc probat per cap. seq.

c ¶ *Generalia quoque concilia.*] In hac 17. distin. ostenditur qui possunt facere concilia. Sunt autem conciliorũ quædam vniuersalia, quædam particularia siue prouincialia, quædã episcopalia. Vniuersale est quod à Papa, vel eius legato cũ omnibus episcopis statuitur:[a] particulare, siue prouinciale est, quod metropolitanus, vel primas facit cũ suffraganeis suis, vt 18. dist. ca. 92. di. si quis eps. Sed vniuersale nõ debet fieri sine auctoritate Papæ, vt hic, nec particulare sine auctoritate metropolitani, vel primatis, nec epale sine auctoritate epi, metropolitanus tamen potest facere conciliũ sine auctoritate primatis, vt 92. dist. si quis eps. similiter eps sine auctoritate metropolitani, vt 38. dist. quando. & 18. q. 2. placuit. Nec ob. quod legitur. 3. dist. proxi. c. propter. in fine. & c. pe. quia illud est intelligendum de prouincialibus concilijs, vel intellige illud de canonibus constituendis. Ioan.

a Vniuersale enim cõcilium sine auctoritate Papæ vel eius legati celebrari nõ potest. 3. c. 1. & 2. 3. dist. 3. §. porro. Archid.

SYnodum.] CASVS. Maxentius epi volebat generalem syno-

e ¶ *Congregare.*] Cum conueniunt epi ad examinandam causam criminalem alicuius clerici in sacris, & secondum hoc est arg. quod talis congregatio episcoporum non dicitur synodus generalis.

REgula.] CASVS. Orientales epi facti hæretici multas fecerunt facto concilio constitutiones: cui cõcilio, nec Papa, nec eius legatos interfuit. Et ideo Iulius Papa dicit illud nullas vires habere, vel quod in eo est statutum. & hoc probat auctoritate canonũ dicentiũ, cõcilia sine auctoritate sedis Apo. fieri nõ debere. CASVS seq. cap. patet.

f ¶ *Legatus.*] ad hoc specialiter destinat⁹, alias nõ posset legat⁹ facere cõciliũ, vt no. 3. di. 3. c. regula. §. porro. & ext. de off. le. quod trãslationẽ.

g ¶ *Ratum est.*] arg. quod id quod nullum est, non potest ratum habere.

beri, vt not. 9. q. 2. c. nullus alterius. extra de elect. auditis.

a *Hvic soli sedi concessa.*] Hic expresse habetur, quòd illud quod soli Papæ competit, non transfertur generali mandato: nisi specialiter mandetur, vt extra de off. leg. quod translationem: quæ autem illa sint, dixi 12. dist. præceptis. & alia habes ex- senten. excom. inter. de iudi. cum venissent.

c *Ad recipiendam.*] Eo ipso quòd quis errat, non dicitur hæreticus, si paratus est corrigi, vt 24. q. 3. hæc est fides. sed si dubitat de fide, hæreticus dicitur, vt extra de hære. c. 1.

d *Per sæculares.*] Possunt ergo laici coercere clericos etiam nõ depositos in casibus, vt not. 23. q. 5. principes. aliàs autem etiam depositum non potest laicus punire: nisi incorrigibilis sit, vt extra de iu dicum non ab homine. numquam enim clericus quantùmcumque sit criminosus tradendus est curiæ sæculari, dum modo possit corrigi per ecclesiasticam potestatem, vt 81. dist. dictum. extra de iudi. at si clerici. nisi in crimine falsi literarum Apostolicarum. vt extra de crimi. fal. ad falsariorum. Item habes hic, quòd vbicumque deficit ecclesiastica potestas, semper recurrit ad brachium sæculare, 11. q. 1. petimus. & 23. q. 5. de Liguribus. ADDITIO Ad idem ea. q. administratores.

Papæ soli competens, generali mandato non transfertur.

Laici etiam possunt aliquando clericos punire. Hic videas quæ leguntur 17. q. 4. de presbyterorum. Archid.

§ Nullus vsurpet concessa Romanæ ecclesiæ. C. III.

Ans. l. 1. c. 55. Polyc. l. 1. c. 17.

HVic soli † sedi concessa a nullus vsurpare sine eius consultu præsumat, qui non vult honore ecclesiastico indignus, vt contemptor, iudicari.

† *sanctæ*

Item Gregorius † a.

† *al. Pelagius Papa Valeriano Patritio*

¶ Absque Apostolicæ sedis auctoritate synodum particularem contra vniuersalem aliquibus congregare non licet. C. IIII.

Iuo p. 4. c. 239. Ans. l. 12. c. 43. Polyc. l. 1. c. 14.

NEc licuit alicui aliquando, nec licebit particularem b synodum congregare: sed quoties aliqua de vniuersali synodo aliquibus dubitatio nascitur, ad recipiendam c de eo, quod non intelligunt, rationem, aut sponte ij, qui salutem animæ suæ desiderant, ad Apostolicam † sedem pro recipienda † ratione conueniant: aut si forte (sicut de talibus † scriptum est [Peccator cum venerit in profundum malorum, contemnit]) ita obstinati, & contumaces extiterint, vt doceri non velint; eos ab eisdem Apostolicis sedibus aut attrahi ad salutem quoquomodo necesse est, aut (ne aliorum perditio esse possint) secundum canones per sæculares d comprimi † potestates.

† *Apostolicas sedes*] Iuo.
† *al. percipienda*
† *al. quibusdam*
Prou. 18.
† *al. opprimi*

a ¶ Gregorius.] *Hoc procul dubio est Pelagii, sicut ab Anselmo & Iuone citatur. Sunt autem apud Gratianum multa capita ex Pelagio huius argumenti, ad Apostolicas sedes recurrendum esse, cum inferiores episcopi, aut quiuis alii cognoscere desiderarent quid in aliqua vniuersali synodo esset constitutum, & valde illos condemnandos, qui Apostolicis sedibus non communicant, vt 23. q. 5. c. omnes. & c. de Liguribus. Ex hoc autem capite, nec iccirco, & capite, illud. 11. q. 1. habetur integra epistola Pelagii, quemadmodum ab Anselmo refertur. Verum in Polycarpo citatur ex Gregorio, & in margine est additum,* ad episcopos Mauritaniæ. *Atque in summariis capitum dictatus ipsius Papæ, qui habetur lib. 2. Registri Gregorii septimo inter cætera hoc est*, quod nulla synodus absque præcepto summi Pontificis debet generalis vocari.

b ¶ Synodum.] *Apud Anselmum, Iuonem, & in Polycarpo additur hoc*, ad indicandum vniuersalem synodum. *Hoc enim est, quod prohibetur hic à Pelagio. Multi enim eo tempore aut ignorantia, aut animi peruersitate adducti nolebant quintum concilium recipere, (Qua de re B. Gregorius, lib. 7. epist. 53. & alibi sæpe) & particularem synodum vniuersali, ac sedium Apostolicarum auctoritati præferebant. Itaque hoc capite non prohibet Pelagius, siue Gregorius, ne episcopi possint diœcesanas, & Metropolitæ prouinciales synodos conuocare, sed ne ipsas ad indicandum vniuersalem synodum congregent, atque ita est in rubrica emendatum.*

Item Pelagius Papa II. episcopis, qui conuenerant ad illicitam vocationem Ioannis Constantinopolitani, epist. 1. c. 1.

¶ Non est concilium, sed conuenticulum, quod sine sedis Apostolicæ auctoritate celebratur. C. V.

Ans. l. 2. c. 36. Polyc. l. 1. c. 14.

MVltis denuo Apostolicis, & canonicis, atque ecclesiasticis instruimur regulis, non debere absque sententia Romani Pontificis concilia celebrari. ¶ Quapropter, vt iam dictum est, recte non concilium, sed vestrum conuenticulum, vel conciliabulum cassatur, & quidquid in eo actum est, irritum habetur, & vacuum. Vos quoque deinceps videte, vt nullius hortatu e talia præsumatis, si Apostolicæ sedis communione carere non vultis. *& infra.* ¶ Si vero in qualibet prouincia ortæ fuerint quæstiones, & inter ipsius prouinciæ episcopos discrepare cœperit ratio, atque inter ipsos dissidentes non conueniat; ad maiorem f tunc sedem referantur. Et si illic facile, & iuste non discernuntur, vbi fuerit synodus regulariter congregata, canonice, & iu-

Cap. 3.

MVltis.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes: In prima parte dicitur, quòd Constantinopolitani episcopi celebrauerunt concilium ad vocationẽ Ioannis, qui tũc erat patriarcha: quod factum fuit absque sedis Apostolicæ licentia: quare Papa conciliũ illud euacuat & cassat, & quidquid in eo fuit constitutum, & prohibet ne decetero talia fiant. In secũda parte, quæ incipit ibi, si vero, dicitur, quòd si episcopi cœperunt super aliquo discrepare negotio, referatur quæstio ad sedem archiepiscopi, vel patriarchæ: & si ibi non potest terminari, referetur ad synodum episcoporum: difficiliores vero quæstiones ad sedem Apostolicam referuentur.

e *Hortatu.*] Argu. quòd auctoritas superioris nõ excusat, vt 11. q. 3. quicumque militum. argu. contra 12. q. 2. de rebus. 63. dist. Salonitanæ †. Tu dic, quòd in licitis excusat, alias non.

f *Ad maiorem.*] idest, ad metropolitanum †: & ita cum appellatur ab omnibus episcopis prouinciæ ad metropolitanum, videtur, quòd metropolitanus solus maior sit omnibus episcopis prouinciæ: quia de pari ad parem non licet appellare. 2. q. 6. c. anteriorũ. ver. illo videlicet. Item hic appellatur à metropolitano ad concilium metropolitanum. 2. q. 6. omnis. & hic cõcilium est maius † ipso metropolitano. & hic appellatur ab aliquo ad se ipsum cum aliis, & est simile ff. quando appell. sit l. 1. §. solent. Sed quid est, quod hic dicitur, quòd si dissentiunt episcopi, recurratur ad superiorem? quare non statur hic sententiæ plurium. 65. dist. sane? Intelligunt quidam, quòd hoc dicitur in causa criminali episcopi, vbi oportet omnes episcopos consentire, vt 6. q. 4. c. 1. & 2. Sed potest intelligi in eo casu, quando in prouincia dubitatur de negotio aliquo inter episcopos: tunc recurritur ad sedem superiorem. Vel intelligas in eo casu etiam quando dissentiunt episcopi in sententia, non

† Vbi de hoc, & 16. dist. an primbus. Archid.

Appellatur de episcopis prouinciæ ad metropolitanum.

† Ex hoc dicto vel, quòd concilium potest cognoscere de causis delictorum metropolitani. de hoc dictum 11. q. 1. si clericus. ibi videas. Archid.

extra de off. leg. quod translationem:

NEc licuit.] CASVS. Celebrato concilio quinto apud Constantinopolim, episcopi Venetiæ, Histriæ & Liguriæ volentes recipere statuta illius concilij, conuenerunt ad examinandũ, an illa statuta essent bona, vel mala, cõtra quos inuehitur Gregorius dicẽs, quòd si aliqua dubitatio emerserit de statutis in eodẽ concilio, mittere debebant ad sedem Apostolicam. Si vero fuerint contumaces, ab ecclesia sunt coercendi, & si per ecclesiam non possunt, per sæcularem debent comprimi potestatem.

b *Particularem.*] Ad aliquid generaliter statuendum †, vel ad reuocandum illud, quod in vniuersalibus concilijs est statutum, vt isti episcopi, qui volebant retractare statuta Constantinopolitanæ synodi. videtur hic, quòd ad solum Papam spectat interpretari statuta vniuersalis concilij, vt extra de concel. præben. & eccles. non vacan. dilectus. Argu. contra, quòd ab omnibus episcopis, vel à maiori parte eorum qui interfuerunt, potest fieri interpretatio: quia ab eo iudice prodire debet interpretatio, qui ius statuit, extra de

† Vel dic quòd particularem dicit propter illos, qui partem faciunt, scilicet hæreticos, quibus nullo modo licet concilium celebrare. secundũ Lauren.

Statuta vniuersalis cõcilij per quẽ possunt interpretari.

non q sententiam aliquam proferant, sed videtur quibusdam vno modo sententia, alijs alio modo.

a Maiores.] vt de fide, vt 24. q. 1. quoties.

C Oncilia.] CASVS. Quidam episcopi singulis annis sine sede Apostolica concilia faciebant, quare Symmachus Papa ea cassat, cum nō inueniatur aliqd constitutū sine auctoritate sedis Apostolicæ, immo semper ei maiora negotia referantur.

b Sacerdotum.] idest episcoporum.

c Perdiderunt.] Not. q aliquis dicitur perdere quod numquam habuit, sic 5. q. 6. quia sutura. 23. q. 4. Guilisarius. 23. dist. quorumdam, sic 33. q. 2. q vero, &c. Moyses.

† vbi de hoc. Archid.

HINC ETIAM.

Hoc est 2 pars distin. in qua ponitur quid iuris sit de synodis.

CASVS. Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, q Symmachus Papa erat de quibusdam criminibus diffamatus; Vnde Theodoricus Rex veniens Romam, concilium congregauit, vt examinarentur ea quæ obijciebantur Papæ: Tunc surgentes episcopi Liguriæ & Aemiliæ & Venetiæ dixerūt Imperatori, q ad Papam spectabat conuocare cōcilium: Imperator adhoc benigne respondit omnia esse in potestate synodi: cōmittens negotium auctoritati Pontificum, dummodo pax in ciuitate Romana seruet. In scda parte quæ incipit ibi, *Episcopi vero*, dicitur, q epi ibi cōgregati auctoritate eiusdem Symmachi interueniente absoluerūt ipsum ab humano iudicio, à solo Deo iudicandū, & restituendos clericos, qui recesserant à Symmacho Papa, in suis officijs decreuerunt: dummodo primo Symmacho satisfaciāt: Cui statuto primo subscripsit Laurentius episcopus ecclesiæ Mediolanensis, secundo Rauennas, & postea lxxv. epi. Omnia quæ postea sequūtur, plana sunt vsq; ad dist. 18.

tur rex conferre decanatum: sed hoc forte ex consuetudine, & ex priuilegio. 16. q. 1. hinc etiam.

g Immunis.] j. 2. q. 7. §. item cum Balaam. in fi. contra, ibi dicit, q simoniacus post restitutionem tenetur respondere accusatoribus, sed dic, q primo fuit accusatus de hæresi, sed cū appareret calumnia accusantis, postea fuit absolutus, vt hic dicitur.

ste iudicentur. Maiores[a] vero & difficiliores† quæstiones (vt sancta synodus statuit, & beata consuetudo exigit) ad sedem Apostolicam semper referantur.

† al. difficiles

Item Symmachus Papa.

Io lib. Enno. p defensiōe 4. & 5. syn. sub Sym. pp.

¶ Prouinciales concilia sine Romani Pontificis præsentia pondere carent. C. VI.

Iuo p. 4. c. 241. Ansl. l. 2. c. 56. Polyc. l. 1. tit. 7.

CONCILIA sacerdotum[b] ecclesiasticis legibus quotannis decreta per prouincias, quia præsentiam Papæ non habent, valitudinem perdiderunt[c]† Legistis† insanissimi, aliquando in illis præter Apostolici apicis sanctionem aliquid constitutū; & non de maioribus negotijs ad cōsultationē†, si quid occurrerit, præfatæ sedis arbitrio fuisse seruatū?

† al. Legite

† collationem] orig.

a ¶ Perdiderunt.] *Hic in libello Ennodij in recentioribus editionibus est nota interrogationis, sunt enim verba inimicorum Symmachi hoc tamquam absurdum quidpiam obycientium. Quibus Ennodius in sequentibus verbis respondet,* Legite, &c.

2 [*Hinc etiam cum auctoritas Theoderici Regis ex diuersis prouincijs ad vrbem Romam sacerdotes conuenire præcepisset*[d] *; vt sanctum cōcilium indicaret de ijs, quæ venerabili Papæ Symmacho præsuli Apostolicæ sedis ab aduersarijs ipsius dicebantur impingi; Liguriæ, & Aemiliæ, seu Venetiarum episcopi suggesserunt ipsum, qui dicebatur, impetitus, debere synodum conuocare, scientes, quia eius sedi, primum Petri apostoli meritum, deinde secuta iussione*†[e] *Domini, conciliorum venerandorum auctoritas singularem in ecclesijs tradidit potestatem, nec antedictæ sedis antistitem minorū subiacuisse iudicio*] *& infra.* [¶ *Ad hæc serenissimus Rex, Deo adspirāte respondit synodalis esse arbitrij in tanto negotio sequenda præscribere, nec aliquid ad se præter reuerentiam*[f] *de ecclesiasticis negotijs pertinere, committens etiam potestati Pontificum, vt siue propositum vellent audire negotium, siue nollent, quod magis putarent vtile deliberarent, dummodo venerandi prouisione concilij pax in ciuitate Romana daretur*†*: episcopi vero in synodo residentes congregati auctoritate eiusdem Symmachi dixerunt: Symmachus Papa sedis Apostolicæ præsul ab huiusmodi oppositionibus*† *impetitus, quantum ad homines respicit, sit immunis*[g]*, & liber, cuius causam totam Dei iudicio reseruamus*] *& infra.*¶ [*De clericis vero memorati Papæ, qui ab episcopo suo ante tempus*[h] *contra regulas discesserunt, & schisma fecerunt; hoc fieri decernimus, vt*† *illi satisfacientes episcopo suo misericordiam consequantur, & officijs ecclesiasticis se gaudeant restitui.*] *ibidem infra.*¶ [*Laurentius ecclesiæ Mediolanensis episcopus huic statuto nostro, in quo totam causam Dei iudicio commisimus, subscripsi. Petrus ecclesiæ Rauēnatis episcopus sub eisdem verbis subscripsit, & post eum septuaginta quinque episcopi.*] *Illud de clericis pro pace in vrbe reformanda misericorditer, & dispensatiue factum dinoscitur.* ¶ *Hoc quoque notandum est, quòd in hoc concilio, & in alia synoda Symmachi Papæ, ante Rauennatem episcopum Mediolanensis subscripsisse, & respondisse legitur: ex quo & sedis prærogatiuam ante eum habere colligitur.*

Verba omnia sumpta sunt ex quarta synodo Romana sub Symmacho.

† iussione] Vatic. cod. & Nicola. ad Michaelem Imper. pag. 501.

† Christianis omnibus redderetur] orig.

Ibidem infra

† al. propositionibus] orig.

† vt eos satisfacientes episcopo suo misericordia subsequatur] or.

Ait enim Gregorius primus lib. 7. reg. epist. 112. Syagrio episcopo Augustudunensi.

C. VII.

EPISCOPOS secundum ordinationis suæ tempus[k], siue ad considendum in concilio, siue ad subscribendum, vel in qualibet alia

Ansl. l. 6. c. 134.

d ¶ Præcepisset.] Isti episcopi venerunt ad citationem Regis, non quòd venire tenerentur, sed vt reuocarent eum ab errore suo. Simile ad hoc extra de exceptionibus, olim.

e ¶ Iussione Domini.] Habet ergo Romana ecclesia auctoritatem à concilijs, sed Imperator a populo, vt 93. dist. legimus. in fi. Contrarium huic signatur 21. dist. quamuis. & 22. dist. omnes. vbi dicitur, q Romana ecclesia habet primatū a Domino, & nō à cōcilijs. Sed dic principaliter habuit a Domino, secundariò à concilijs.

f ¶ Reuerentiam.] Debet Imperator reuerentiam ecclesiæ; sed de rebus ecclesiæ nihil potest disponere, vt 96. dist. bene. vnde nec dignitates, nec præbendas dare potest, vt 16. q. 7. si quis deinceps. arg. contra, extra de consuetu. cum inter. in parte decisa. vbi dicitur

† Concilia propter non sede Romana primatū sit a concilijs, sed explicant datum a Domino.

† Contra not. sed vide Imperiū 1 11 dist. Arch.

h ¶ Ante tempus] quod fieri non debuit, vt 8. q. 4. nonne. §. illud.

i ¶ Synodo.] vt 96. dist. bene.

a ¶ Episcopos.] ¶ Tempus.] Generale est, q qui prius dignitatē receperunt, præferendi sunt alijs†, vt 74. dist. eporum. & 75. dist. c. vlt. & extra de maio. & obed. c. 1. quoniam ille gradus ceteros antecedit, quē labor plurimor & stipendia lōgiora fecerūt anteire, vt C. de offi. ma. offi. l. nemo. nisi aliquis receperit dignitatē à principe; ille enim præponitur alijs, vt extra de maio. & obed. per tuas. & ff. de albo scrib. l. 2. & offi sint loco metropolitani, vel alicuius maioris dignitatis, qui licet sint posterius ordinati, tamē præponuntur alijs, vt hic in Palea, placuit. dist. prox.

Ordo inter beneficiatos.

† Contra 16. distin. 6 synodus. ver. prima ad notatio. vbi de hoc. Archid.

Episcoporum.] Hæc distinctio diuiditur in tres partes: In prima probat, quod concilia episcoporum debent fieri bis in anno, & hoc probat per sex canones: quod tamen correctum est. Secunda ibi, *Quoniam quidem*. Tertia ibi, *Singulis*.

bet exigere ab episcopis conuenientibus ad concilium. addit de pœna episcopi, qui vocatus ad synodum non venit. In fine dicit, quod intra sex menses debet episcopus indicare suis subditis ea, quæ in concilio acta sunt.

b ¶ *Constituendum.*] Illud non est verum; quia episcopi bene possunt condere canones episcopales, & archiepiscopus prouinciales; quia quilibet populus, & quælibet ecclesia sibi potest statuere aliquod ius, vt s. distinct. 1. ius ciuile. & 8. distin. quæ cōtra. & 11. distin. catholica. & 12. dist. illa. & de consec. dist. 3. cap. 1. & extra de fer. conquestus. sed de maioribus negotijs nō possunt aliquid statuere, vt hic, & 12. distinct. præceptis, vbi de hoc.

re, sua attendere loca decernimus, & suorum sibi prærogatiuam ordinum vindicare.

Verum tempus ordinationis non ad ecclesias, sed ad personas refertur, sicut ex consuetudine Cardinalium sanctæ Romanæ ecclesiæ, & episcoporum uniuscuiusque prouinciæ euidenter apparet.

Ecclesia quælibet pōt sibi ius statuere.

DISTINCTIO XVIII.

Episcoporum [a] igitur concilia, vt ex præmissis apparet, sunt inualida ad definiendum, & constituendum [b], non autem ad corrigendum. Sunt enim necessaria episcoporū concilia ad exhortationem, & correctionem, quæ etsi non habent vim constitutionis † habent tamen auctoritatem imponendi, & indicendi, quod aliàs statutum est, & generaliter, seu specialiter obseruari præceptum.

† al. constituendi

[Ex Cabilonensi concilio, c. 6.]

¶ *In peruetusto Gratiani codice palea hæc est in extremo precedētis distinctionis, conuenitque cum vltimo illius capite*. episcopos. *Ex Cabilonensi autem citatur etiam ceteri collectores. extat vero in Bracarensi primo, c. 24. & concordat cum c. 13. concilij Mileuitani, & c. 53. concilij Africani.*

PALEA. C. I.

Burch. l. 1. c. 55. Iuo p. 5. c. 265. Pann. l. 4. c. 20.

PLacuit, vt conseruato Metropolitani primatu ceteri episcopi secundum suæ ordinationis tempus alius alij deferat † locum.

† al. sedendi deferat

Vnde Leo primus, epist. 82. c. 7. Anastasio Thessalonicensi episcopo.

¶ Bini conuentus per singulos annos ab episcopis celebrentur. C. I I.

Burch. l. 1. c. 43. Iuo p. 4. c. 241. Pann. l. 4. c. 13. Poly. l. 3. tit. 19. Poly. l. 1. tit. 15.

DE conciliis autem episcopalibus non aliud indicimus, quàm sancti Patres salubriter ordinarunt, vt scilicet bini [c] conuentus per annos singulos habeantur, in quibus de omnibus [d] querelis, quæ inter diuersos ecclesiæ ordines nasci assolent, iudicetur. At si forte inter ipsos, qui præsunt, de maioribus (quod absit) peccatis causa nascatur; quæ prouinciali nequeat examine definiri, fraternitatem tuam de totius negotij qualitate Metropolitanus [e] curabit instruere [f], & si coram positis partibus nec tuo fuerit res sopita iudicio, ad nostram cognitionem quidquid illud est, transferatur.

Item ex Nicæno concilio, c. 5.

¶ Quo tempore concilia episcoporum sint celebranda. C. I I I.

Poly. l. 3. tit. 19.

HAbeatur semel cōcilium ante dies quadragesimæ [g], vt omnibus, si quæ sunt, simultatibus [h] amputatis, mundum [a] ieiunium, & solenne Deo possit offerri: secundum vero agatur circa tempora [i] autumni.

a ¶ Mundum.] *Caput hoc est ex versione, qua vsus est Isidorus. In ea tamen hoc loco est*, mundum solenne Deo munus; *quemadmodum & in Polycarpo, & in aliquibus Gratiani codicibus est*, mundū, & solenne Deo munus. *Græce est*, [illegible], id est, vt omni sublata animi angustia munus purum Deo offeratur.

Item ex Antiocheno concilio, c. 20.

DE conciliis.] CASVS. In hoc c. statuit Leo, vt concilia episcoporū fiant bis in anno, & ibi clericorum quæstiones dirimantur: & si ibi dirimi non possunt, referantur ad primatem: & si nec ibi poterunt terminari, ad sedem Apostolicam referantur.

c ¶ *Bini*.] Hoc corrigitur j. eo. quoniam. & extra de accu. sicut olim.

d ¶ *De omnibus*.] ad eos spectantibus.

d ¶ *Ordines*.] id est, laicos vel clericos. loquitur Primatis vel Patriarchæ.

e ¶ *Metropolitanus*.] Nota quòd in magnis negotijs semper consulet archiepiscopus suū Primatem, vt hic, & 65. distinctione, de persona. & 6. quæst. 4. si inter episcopos. Item habes hic, quòd Primas non debet interesse concilio metropolitani. & 92. distin. cap. pen. & 11. q. 1. si clericus aduersus.

Primas in concilio archiepiscopi non debet interesse.

f ¶ *Instruere*.] Ergo iudex à quo appellatur, potest instruere iudicem ad quem appellatur, & eius causam quare non recipit eius appellationem, & exemplum sibi reddere debet, vt ff. de appella. recip. l. sciendum. non tamen tamquam testis, vt 2. q. 6. statuendum.

CASVS. Dictum est supra & ostensum, quòd episcopi non possunt celebrare concilia sine licentia Romanæ sedis, in quibus aliquid generaliter definiant, vel statuant; ad correctionem tamen concilia celebrare, & indicere quæ iam statuta sunt generaliter vel specialiter, possunt.

a ¶ *Episcoporum*.] Hic intitulatur 18. distin. In proxima distinc. magister ostendit [1], quòd prouincialia concilia nihil generaliter possunt constituere: ideo consequenter ostendit ad quid sint vtilia; addit etiam quotiens in anno, & quo tempore anni, & cuius auctoritate sint celebranda [2], & quòd metropolitanus nihil de-

1 T. dist. prox. i. e. concilia. secundum Hugon.

2 Vt j. eo. c. 1. 2. & 3. c. peruenit & c. quoniam.

HAbeatur.] Casus trium sequentium capitulorum plani sunt.

g ¶ *Dies quadragesimæ*.] In seq. cap. dicitur, quod post tertiam hebdomadā Paschæ, sed iste canon præiudicat illi: quia iste canon est Nicæni concilij [1], vel loquitur secundum diuersas consuetudines. 16. dist. cap. sexta. ver. primo.

1 Sub. quæ alia primatū ob tinet. 15. dist. c. 1. & 2.

ADDITIO. arg. 76. dist. vtinam. Archidiaconus.

h ¶ *Simultatibus*.] Simultas est odium priuatum. 65. distinct. cap. tertio.

i ¶ *Circa tempora*.] Idibus Octobris, vt j. cap. seq.

pōpter.

a Propter.] Admoneant.] id est, conueniât, vel proprie, & sic est arg. quod mora potest purgari, licet certus dies sit appositus, aliàs quare admonerentur? sic j. ea. dist. quoniam. & extra de con cess. præben. & eccle. non va. quia diuersitatem. & ff. de peri. & cō. rei ven. l. 1. § licet autem. Arg. côtra extra de elect. cum in cunctis. arg. contra 7. q. 1. præsenti. & 20. q. 2. puella. & C. de contrah. stipu. magná. & extra de dolo & contuma. cum dilecti. Sol. vbi dies præfigitur à canone, mora potest purgari: secus si ab homine præfigitur dies. arg. ff. de arb. si cū dies. § vlti. & l. Celsus. Io. Sed hoc non est verum, vt extra de sup. neg. præ. licet. ibi dici videtur, quod mora purgari non possit. sed certe noua decr. dicit quod in solutione pensionis mora intra breue tempus possit purgari, vt extra de loc. c. vlt. sed illa loquitur in alio casu quàm decre. licet. Vel dic, quod illa corrigit decre. licet. B.

b Idibus.] Hoc falsum videtur: quia idus semper est in xiij. die vel xv. secundum quod nonæ præcedunt: si enim mensis habet quattuor nonas, sunt idus in xiij. die. si vero sex nonas, sunt in xv. die. Et ita idus numquam sunt in x. die, verum est apud nos, sed apud Græcos bene est in x. die. Dicūt quidam [1], quod idus quandoque dicitur large, vt hic, scilicet totum illud tempus ex quo post nonas statim incipiunt cōputari, vt cū dicit viij. idus. vij. idus. & sic deinceps, nam in principio mēsis dicit kalēdæ, deinde iiij. vel vj. nonas, deinde terminatis nonis dicitur viij. idus. vij. idus. quare ergo dicit, quod sit decimus? Sed dicas quod hic vocat hoc nomine idus quemlibet diem qui est inter illos dies qui dicuntur idus, non vltimum diem illorum, qui proprie & absolute dicitur idus. Alia expositio quæ fit hic, non valet.

c Hyperberetæi mensis.] id est, Octobris.

d Et omnes.] Et, pro, id est: aliàs si omnes debent conuenire de prouincia, quare episcopus referaret eis omnia ea quæ fierent [2] in synodo, vt j. c. decernimus.

e Concilia.] Prouincialia, quia quilibet episcopus irrequisito metropolitano potest facere concilia episcopalia, vt 38. distinct. quando.

ADDITIO. Sic legitur & not. j. ea. dist. c. pen. in fi. Archid.

f Causis constat.] quæ ad statum prouinciæ spectant.

g Non oportet.] Doceri.] Licet enim non debeant indigere doctrina, vt 1. q. 7. cōuenientibus [3], tamé discere debét. 54. q. 3. si habes. Laur.

h Accusare.] id est, debent excommunicari, vt 2. q. 6. quisquis probatus.

Peruenit.] CASVS. Quidam erant episcopi, qui concilia non celebrabant, quod apparebat ex eo, quòd correctione egebant multæ res ecclesiasticæ, quæ iam neglectæ fuerât: Quare statutum fuit in synodo, vt bis in anno episcoporum cōcilia celebrentur ad correctionem eorum quæ fuerunt emendanda. Statuit etiam quòd omnes episcopi prouinciæ interessent nisi necessitate aliqua excusentur, alioquin corripiantur.

i Multæ.] Arg. quod per sequentia intelliguntur, & præsumuntur præcedentia nam si quis ab hæreticis per violentiam tractus fuerit, & per mensem steterit cum eis, præsumitur non tractus: vt 1. q. 1. constat. Item arg. contra prælatos ex vitijs subditorum, & contra magistros ex vitijs discipulorum, vt 58. dist. priusquam. & 12. q. 2. quod autem ait. 53. dist. legem. 12. q. 5. quattuor. 44. dist. multis. 34. q. 1. cum per bellicam. & C. de adul. si qui.

k Necessitatibus.] Quæ necessitas excuset, habes de consec. dist. 4. hi qui. Item si quis propter tempestatem vel flumē, vel quia vocatus est ad testimoniū vel ad dignitatē, vel si incipit abesse caussa reipublicæ, vel si domestico funere impedit, vel si maius negotiū ipsum trahit, excusat, vt ff. si qs. cau. l. 2. §. 1. & 2. & l. 4. & ff. ex qbus cau. maiores. itē hi. vel si ad maius tribunal vocatus est, vt ff. de re iudi. § pupillum. § si qui. Itē timor hostiū. extra de app. ex parte.

[1] Vt Laurêtius.
[2] De hoc j. eo. cap. pen. Laur.
[3] Ad idem 36. dist. § item.

Præcedentia per sequentia præsumuntur.

Clerici multis causis excusantur.

Et 23. dist. c. omnis. de hoc in gl. no. quod Archid.

¶ Ad morum correctionem, & controuersiarum dissolutionem bis in anno episcopale concilium fiat. C. IIII.

Burch. l. 1. c. 44. Iuo p. 5. c. 154. Pann. l. 4. c. 15. Polyc. l. 3. ti. 19.

PRopter ecclesiasticas causas, & quæ existunt, controuersias dissolnendas, sufficere visum est bis in anno per singulas prouincias episcoporum concilium fieri, semel quidem post tertiam hebdomadam Paschalis festiuitatis, ita vt in quarta hebdomada, quæ consequitur, Id est [a] media Pentecoste, concilium compleatur [β]. Admoneant [a] autem comprouinciales episcopos ij, qui in amplioribus, id est in metropolitanis ciuitatibus degunt. ¶ Secundum vero conciliū Idibus [b] Octobris habeatur, qui dies apud Græcos hyperberetæi † mensis [c] decimus [γ] inuenitur. In ipsis autem concilijs, & presbyteros, & diaconos præsentes esse oportet, & omnes [d] quotquot se læsos existimant, & synodicam expectare sententiam. Nec liceat aliquibus apud semetipsos concilia [e] sine Metropolitanorum episcoporū conscientia facere, quibus de omnibus causis constat [f] permissum esse iudicium.

¶ Vide in hoc loco in Sep. Pri. admonitionē per successorē cōs Kalendarum, & idem.

a ¶ Id est media.] *Antea legebatur*, & in medio temporis inter Pascha & Pentecostem, *nec multo aliter apud Iuonem*, id est medio temporis, &c. *Sed reposita est hæc lectio, ex plerisque Gratiani exemplaribus, & collectione Isidori, in qua est hæc eadem versio. Nam ceteri collectores secuti potius videntur versionem Dionysii, quæ est in codice canonum: quamuis & Burchardus, & Pannormia hoc loco habeant*, id est medio Pētecostes, *vel*, in medio Pētecoste. *vbi in versione Dionysii est*, ita vt quarta septimana Pētecostes, *verbū plane e verbo. Græce enim est*, [Greek text].

β ¶ Compleatur.] *vocem*, [Greek], *Dionysius vertit*, conueniat.

γ ¶ Decimus.] *prorsus ex græco. Dionysius autem, quem Burchardus, & Iuo sequuntur, habet*, Idibus Octobris, id est, quintodecimo die mensis Octobris, quem hyperberetæum Græci cognominant. *In canone autem Apostolorum 37. legitur secundam anni synodum celebrandam esse*, [Greek], *id est*, duodecimo die hyperberetæi, *Non conuenire autem omnino Latinorum menses cum Græcorum satis constat. Suidas quidem scribit apud Macedonas hyperberetæum eumdem esse qui October, Galenus autem Pergame eumdem qui September*.

Item ex concilio Laodicen. c. 40.

¶ Semetipsos accusant, qui vocati ad synodum venire contemnunt. C. V.

Burch. l. 1. c. 47. Iuo p. 4. c. 157.

NOn oportet vocatos episcopos ad synodum, cōtemnere: sed adire † debere, & aut docere, aut doceri [g] quæ sunt ad ecclesiæ ceterorumque correctionem vtilia: quòd si contempserint, seipsos videntur accusare [h], nisi forte pro infirmitate ire non possint.

† al. abire

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 19.

¶ Corripiantur episcopi, qui ad concilium vocati, venire contemnunt. C. VI.

Ans. l. 6. c. 199. Iuo p. 4. c. 243.

PEruenit ad nostras aures, quòd in prouincijs constituta episcoporum concilia minime celebrentur. Hoc [δ] ex eo probatur, quòd multæ [i], quæ correctione opus habent, ecclesiasticæ res negligantur. Statuit ergo hæc sancta synodus, secundum regulas Patrum bis in anno in vnum conuenire per singulas prouincias episcopos, vbi singula [ε], quæ emerserint, corrigantur. Qui vero noluerint conuenire episcopi constituti in suis ciuitatibus, & hoc maxime, cum sui corporis sanitate consistentes, etiam ab omnibus alijs vrgentibus necessitatibus † [k], & inexcusabilibus negotijs liberi sunt, licere eos fraternæ charitatis admonitionibus corripi.

† abest à collectione Isidori, & Iuone

δ ¶ Hoc ex eo.] *In collectione Isidori, vbi alioquin eadem videtur esse versio, legitur*, ex hoc probatur, quòd multæ, &c. *itemque apud Iuonem, addita tamen particula*, &, *Græce est*:

Q*Voniam quidem.*] Hæc est secunda pars huius dist. in qua probat, q sufficit q semel in anno fiat prouinciale concilium. Ioan de Fan. & q singulis annis cõcilium prouinciale debeat celebrari, ponitur sub præcepto. Archidiaconus.

CASVS. Hoc capitulum diuidit in duas partes: In prima parte di- scriptum post primum super eodẽ: sed præsumit q hoc faciat immemor prioris. extra de offic.deleg.ex parte 1. Ipsum enim fallit obliuio. 23.dist.præterea.sed vt tangitur in glo. Ioan. ipse habet vel præsumitur habere omnia iura in scrinio pectoris sui. In legibus & cõstitutionibus conuenerit iura: & posterior tollit priorẽ, licet non faciat mentionẽ de ipsa.ff. de legibus.nõ est nouũ. In testamẽtis autem alia est ratio, ne libertas supremi iudicij infringatur: quod esse non debet. ff. pro socio.cũ duobus.§. idẽ respõdit. quia nihil est quod magis hominibus debeatur, quàm qđ supremę voluntatis liber sit stylus: & liberũ qđ iterum nõ redit arbitriũ. C.de sacrosã.ecc le.l.1.in fi.sed in duobus casibus §. not. in glos. Ioan. est speciale. Bar.

ἐκ τούτου πολλὰ παραμελοῦνται τῶν διορθώσεως δεομένων ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων. *idest:*

& propterea multæ ex rebus ecclesiasticis, quæ correctionis egent, negliguntur.

a ¶ Vbi singula] *Ita in collectione Isidori, & apud Iuonem, & Anselmum. Græce est:*

ἔνθα ἂν ὁ τῆς μητροπόλεως ἐπίσκοπος δοκιμάσῃ, καὶ διορθοῦν ἕκαστα τὰ ἀνακύπτοντα. *qua Dionysius sic vertit:*

Quò Metropolitanus Antistes probauerit, & corrigere singula, si qua fortaſsis emerserint.

Item ex septima synodo, c. 6.

Ex versione Anastasij.

¶ Canonicis subiaceat pœnis metropolitanus, qui saltem semel in anno celebrare concilium negligit. C. VII.

In concilio Niceno.c.5.& Antiocheno. c.10. Iuo p.5.c.373. §.ead. c.habeat. & c.propter. Cap 9.

2 QVoniam quidem regula [a] est quæ dicit, bis in anno per singulas prouincias oportere fieri per conuentũ episcoporũ regulares inquisitiones; propter fatigationem, & vt opportune habeantur ad iter agendum hi, qui congregandi sunt, definierunt sextæ synodi sancti Patres, omni excusatione [b] remota omnibus modis semel in anno fieri, & deprauata corrigi. Hunc ergo canonẽ & nos renouamus: & si quisquam Princeps inuentus fuerit hoc prohibere; communione [c] priuetur. Si quis vero metropolitanorum hoc neglexerit agere absq; necessitate, vel vi [d], seu aliqua rationabili occasione; canonicis pœnis subiaceat. Dum autem synodus agitur super canonicis, & euangelicis negotijs; oportet congregatos episcopos in meditatione, & solicitudine fieri custodiendorum diuinorum, & viuificorum Domini mandatorum. *& post pauca.* ¶ Porro non habeat metropolitanus licentiam ex his, quæ defert episcopus secum, siue iumentum, siue aliam speciẽ expetendi. Quòd si hoc egisse cõuictus fuerit, soluat quadruplum [e].

ζ ¶ Et vt opportune.] *Græce est:*

καὶ τὸ ἐνδεῶς ἔχειν πρὸς ὁδοιπορίαν. *idest:*

Et quod non bene parati sunt ad iter faciendum.

Item Leo iiij. ad episcopos Britanniæ, c.3.

¶ Non cogantur presbyteri ad sacra concilia eulogias deferre. C. VIII.

DE eulogijs [f] ad sacra concilia deferendis nihil inuenimus à maioribus terminatum: sed sicut vnicuique presbytero placuerit. Nam si constitutũ fuerit illo in tẽpore benedictiones afferri, forsitã minus [g] libenter ad synodos occurrent: & magis venire obtrectabunt. Quæ, vt

ADDITIO. Et 33.q.2.hoc ipsum in fi. Archidiaconus.

b ¶ *Excusatione.*] friuolas nam rationabiles exceptiões semper admittunt [4], vt extra de offi.deleg.ex parte.

c ¶ *Communione.*] Not. principes posse excõicari: quod verũ est etiã à sacerdotibus, vt j. dist.96.duo sunt.11.q.3. si autem vobis.& C. vbi de crimi. agi opor. Authen. qua in prouincia.

d ¶ *Vel vi.*] Videtur ergo q si aliquis per vim detineatur ab aliquo, & aliquid interim fiat ꝫ ipsum, q retractari possit illud. Idem est si per dolum alterius non veniat: vt extra de in integr. restit. ex litteris. Sed contrarium legitur ff. si quis cau. l.2 §. vlt.& ff.de eo per quem factum erit. l.vlt. vbi dicitur, q si per dolum aut per vim alicuius aliquis non venerit ad iudicium, non reuocatur id quod factum est, sed datur actio ꝫ ipsum impedientem. Sed dic q non reuocatur ipso iure: sed per in integrum restitutionem [5] vel in eo casu reuocatur quando detentor non est soluendo. extra de restitu. spo. olim.

dicitur, q antiqua regula præcipiebat synodum bis in anno celebrari: Sed quia hoc difficile erat, ideo sexta synodus statuit semel in anno fieri. Princeps vero q hoc prohibuerit, excõicetur, & metropolitanus qui cõcilium neglexerit celebrare, canonice punietur. In fa parte, quæ incipit ibi, *Dum autem*: dr, q donec synodus agitur, epi debent esse intenti diuinis mandatis: & q metropolitanus non habeat licentiam petendi aliquid ab episcopis venientibus ad synodum: & si conuictus fuerit aliquid exegisse, in quadruplum restituet.

a ¶ *Quoniam quidem regula.*] Illud not. q cum hæc synodus vellit corrigere antiquam constitutionem, facit mentionẽ de ipsa: & sic est arg. q vna constitutio nõ reuocetur per aliam, nisi faciat mẽtionem illius: sic est in rescriptis: quia aliter non vr̃ Papa ex certa scientia ꝯtrium constituere. Sed hoc non dico verum: & licet in rescriptis & priuilegijs requiratur q fiat mẽtio priorum, ad hoc vt priora reuocẽtur [1], non tñ est ita in constitutionibus: & hoc ideo quia cõstitutio procedit ex libero motu domini Papæ: & quia omnia iura habet in scrinio sui pectoris, vt C. de testa. omnium. Itẽ & est arg. ad hoc extra de cog. spi. c. 2. similiter in testamentis non requiritur q fiat mentio prioris: quia testamentũ pro lege seruatur. 13.q.2.c.vlt. nisi in duobus casibus, vt si sit testamentũ factũ inter liberos [3], vt C. de test. l. hac cõsultissima. §. ex imperfecto. & Authen. hoc inter liberos. & nisi ipse testator legẽ sibi testãdi dixerit, cum dixerit: si fecero aliud testamentum, non valeat: quia tunc faciendo secundum, oportet q faciat mentionem de primo: vt ff. de leg. 3. si quis. in prin. in concilijs autem antiquius obtinet, si est potioris auctoritatis, vt [5] .dist. domino sancto. in fi. Ioan. Verum est quòd in rescriptis continetur: sed omnium factorum habere memoriã, potius est diuinitatis q̃ humanitatis. C. de vete. iur. enu. l. 2. §. si q̃s. nec præsumit Papa ex certa scientia indulgere per suũ re-

e ¶ *Quadruplum.*] Argu. q clerici possunt pecuniariter puniri & punire, vt 23. dist. quamquam. in fine. & 17.q.4. definiuit. & cap. si q̃s deinceps. & 23.q.5. de Liguribus. Arg. ꝫ, extra de pœn. licet. [6] Sed dic q vbi pœna spiritualis est in iure statuta, non debet infligi pecuniaria: alias secus. extra vt lit. non contesta. quoniam. in fin. ideo autem punitur in quadruplum: quia crimen concussionis [7] commisit: quod punitur pœna quadrupli. 1.q.1. quidam. & q.7. sancimus. in fine. & tam laicus, quam clericus punitur pœna concussionis, vt 23.q.1. militare. hic significatur ꝯtrium 12.q.2. fraternitas. vbi dicitur, quòd ecclesia non debet suum cum augmento recipere. Sed dic q hic non recipit nomine ecclesiæ, sed proprio nomine. 16.q.6. si episcopum.

DE *eulogijs.*] CASVS. Quærebat quidam eps à Papa, vtrum presbyteri tempore synodi deberent afferre eulogias, id est, munuscula epis? Et respondet Papa nil se inuenisse a maioribus definitum: sed est in arbitrio cuiuslibet presbyteri, qui voluerit exhibere. Nam si definitum esset aliquid tempore synodi à presbyteris dandum, minus libenter venirent ad synodum. Vnde eulogiæ ab aliquo peti non debent: nec delatæ recipi.

f ¶ *Eulogijs.*] Eulogiæ dicuntur munera, quæ deferunt subditi suis prælatis.

g ¶ *Minus.*] Arg. q magistri non petant collectam à scholaribus vt libentius veniant ad scholas. sic 1.q.1. baptizandis. & cap. placuit, vt vnusquisque. 1.q.2. vendentes.

Constitutio secunda an reuocet priorẽ de illa mentione nõ facta.

[1] Scilicet, superiori, secundum Hug. Ioan. de Fan.

[2] Extra de pœnit. et remiss. & de rescri. ut ordinem. Archid.

Testamentum secundum an reuocet primum.

[3] Item & si pelitum derogatorium est solum. & vide lege. 1. & maiori & ubi. §. vlt. Archid.

[4] Supra eod. c. prox. Ioan. & ipse Archi.

Reuocantur facta contra violẽter detentum.

[5] ff. de eo per quem factum erit. l. vlt. §. 1. Archi.

Clerici possunt pecuniariter puniri.

[6] Dic vt j. 11. q. 1. si vos. Arch.

[7] Argumentum ille a quo accepit cõtra eum superiorem 11. q. 1. si clericus. Archid.

Magistri debent gratis docere.

arbitror, nō sunt rationabiliter quęrendę; nec vltro delatę, respuēdę[a].

¶ *Habetur hoc capitulum Romę manuscripta, vt in indice dictum est.*

Item ex concilio Carthaginensi iiij. c. 21.

¶ Ne graui necessitate episcopus ad synodum ire non tardet. C. IX.

EPiscopus ad synodum ire non tardet, nisi satis graui necessitate inhibeatur: sic tamen, vt in persona sua legatum[b] mittat, suscepturus salua fidei veritate, quidquid synodus statuerit.

Simile sententia, & pene eadē verba referūs Burch. l. 1. c. 5 1. & Polycar. l. 2. tit. 16. ex Felice.

Item ex concilio Carthaginensi 5. c. 10.

¶ Excusatorias litteras dirigant, qui grauati ad synodum ire non possunt. C. X.

PLacuit, vt quotiescumque congregandum est concilium, episcopi, qui neque ętate, neque ęgritudine[c], neq; ali a grauiori necessitate impediuntur, competenter occurrant. *& infra.* ¶ Quòd si non potuerint occurrere, excusationes suas litteratorie[d] cōscribant: nisi autē[a] ratione[e] impedimenti sui apud Primatem suum reddiderint, ecclesię suę communione[f] debent esse contenti.

[a] ¶ Litteratorię.] *In conciliis impressis legitur*, in tractatoria. *Dubitatū fuit, an legendum esset*, in tractoria. *Nam epistola, quibus Imperatores, vel Reges suos prasides vocabant, vel euectionem aliquam concedebant, tractoria dicebantur. Sic in codice Theodosiano lib. 8. titulus fextus est*, de tractorijs, & statiuis. *& sic videtur emendandum in lib. Cod. 12. quamuis in impressis legatur*, de tractatorijs. *quam vocem tractoriam, eadem significatione Carolus Magnus in suis capitularibus vsurpauit lib. 4. c. 30. & 69. & eadem notione est in concilio Meldensi c. 71. Sanctus quoque Augustinus in lib. post collationem contra Donatistas c. 24. tractoriam pro epistola vocatoria vsurpat, his verbis:* Sic autem a Primate suo per tractoriam fuerunt euocati. *Atque in hoc canone, vbi de vocandis episcopis ad concilium agitur, vox ista esset aptissima. Nam in concilio Africano inserto in codice canonū c. 43. vbi hoc idē reperitur, & c. 57. S. Lucianus & S. Alypius, in vetustis codicibus semper legitur*, tractoria. *vbi in impressis est*, tractatoria. *& in Carthaginensi graeco c. 91. est ἡ εὐοδία. Verum idem B. August. vetitur dictione*, tractatoria *in eam, quo nūc subijcitur sententia Loquens enim de epis. si vocati noluissent venire ad concilium, & ibi obiecta crimina purgare, epist. 162. ait:* Quod si non fecerint, ibi etiam eorum prauitas, & peruersitas innotesceret: missaque tractatoria super eorum nomine per totum orbem terrarum, quacumque iam Christi ecclesia dilatata est, ab omnibus ecclesijs eorum communio prę- de[illegible]. *In concione quoq; secunda in ps. 36. eadem vox quater inuenitur: & epist. a Siricio, que recitatur in concilio Teleptensi, ibi vocatur tractatoria. Cuius mentionem faciens Innocentius in epistola ad Exuperium Tolosanum c. 1. ait:* De his, & beatę recordationis viri Siricij episcopi monita eu dentia commearunt: *quibus verbis videtur indicare non ad solos Afros ea episcopos, sed ad omnes prouincias missam fuisse illam Syricij tractatoriam. Ita Leo Papa secundus, postquam sextum vniuersale concilium finem habuerat, breuem eius concilij summam ad Hispania episcopos, vt ei subscriberent, misit, quam tractatoriam vocat, qua Leonis ij. epistola manuscripta ex Hispania Romam fuit missa.*

[a] ¶ Nisi autem.] *In originali est*, vel si post aduentum tractatorię aliquę necessitates repente fortuitò ortę fuerint, nisi ratione impedimenti sui apud suum Primatē reddiderint, ab ecclesię cōione debere esse contēptos. *In Africano c. 43. reliqua eodē modo. Sed in extremo est fere vt apud Gratianū* ecclesię suę cōione debere esse contētos. *Itē in Carthaginensi graeco:* Ὀφείλειν τοὺς τοιούτους τῇ κοινωνίᾳ τῆς ἰδίας αὐτῶν ἐκκλησίας ἀρκεῖσθαι. *Simili quadam pęna imposuit in eodem concilio, infra dist. 58. c. finali.*

Item ex concilio Turonensi, c. 2.

PALEA. C. XI.

EPiscopus non debet abbatem cogere ad synodum ire, nisi aliqua rationabilis causa exstat.

Hac Palea abest ab illis tantum exemplaribus, in quibus paucissima reperiuntur, & refertur infra 18. q. 2. post c. fin. à Gratiano ex eodem Turonensi: quemadmodum & à Burchardo, & Iuone.

Item ex concilio Arelatensi 2. c. 19.

¶ A communione fit alienus, qui synodo adesse contempserit. C. XII.

SI quis autem synodo adesse neglexerit, vel cętum fratrum, antequā dissoluatur concilium, crediderit deserendum; alienum se à fratrū communione cognoscat: nec eum recipi liceat, nisi in sequenti synodo[g] fuerit absolutus.

Item ex concilio Agathensi, c. 35.

Anselm. l. 7. c. 191

Anselm. l. 7. c. 188

Burch. l. 8. c. 73. Iuo par. 7. c. 91.

Burch. l. 1. c. 50. Polyc. l. 2. ti. 15. Iuo p. 5. c. 160. ex cōcilio Spalensi, vt Burch.

a[a] *Respondeo.*] Arg. q quædam licite possumus recipere, quæ tamen petere prohibemur, vt 1. q. 2. placuit. ex quæstio. quam pio. 13. q. 2. questa.

ADDITIO. Ad idem ff. de orig. iur. l. 2. iuxta finem. §. diuus. vbi de hoc Archidiaconus.

[b] *Episcopus.*] [illegible] Dicitur hic q eps vocatus debet ire ad synodum: nisi graui necessitate fuerit impeditus: & tunc mittat pro se legatum, q suscipiat quę i synodo statuent.

e ¶ *Inter lepram & lepram.*] idest, inter causam & causam, alludit ei quod fiebat in lege. cum enim dubitabatur de aliquo an esset infectus lepra, ducebatur ad sacerdotes; & secundum eorum arbitrium vel recipiebatur, vel deijciebatur, vt 12. q. 3. quomodo. de pen. dist. 1. §. ex his. versi. Moyses.

Auctoritas sanctorū quando in populi praefert auctoritati.

Imperator non potest esse iudex ecclesiasticus.

Ista contra & proxima sequēs parē aut nihil faciunt ad hoc. nec eas ponunt Hug. & Laurent. sed Ioan. dedit. Archid.

in Gregorij Theologi per Gregorium presbyterum descripta, & alijs ex locis (tametsi Theodorus videtur parum diligenter hoc tractasse) apparet hunc Maximum nunquam fuisse episcopum, ac propterea recte statui nullum ab eo potuisse imprimi ordinis characterem, quod non erat de Acacio asserendum. Verba graeca huius canonis haec sunt:

Περὶ Μαξίμου τοῦ κυνικοῦ, καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ἀταξίας, τῆς ἐν Κωνσταντινουπόλει γενομένης. ὥστε μήτε Μάξιμον ἐπίσκοπον ἢ γενέσθαι, ἢ εἶναι, μήτε τοὺς παρ' αὐτοῦ χειροτονηθέντας ἐν οἱῳδήποτε βαθμῷ κλήρου, πάντων, καὶ τῶν περὶ αὐτὸν, καὶ τῶν παρ' αὐτοῦ γενομένων ἀκυρωθέντων, id est,

De Maximo cynico, deque ijs rebus, quae nullo ordine circa ipsum Constantinopoli gestae sunt. Neque Maximum aut fuisse, aut esse episcopum, neque eos, qui ab ipso sunt ordinati, in vllo cleri gradu censendos: omnibus, quae & in ipso, & ab ipso facta sunt, infirmatis. *At de eodem Maximo, quòd nunquam fuerit episcopus, est locupletissimum testimonium in epistola Hadriani Papae scripta Basilio imperatori, quae habetur actione prima octauae synodi manuscriptae, quae est penes Cardinalem Sirletum. Citant enim Leonem primum ait:* Dicit enim altisona tuba, sanctus videlicet sedis Apostolicae Papa Leo, cuius sententiam, quidquid vbique catholicum est, velut caeleste miraculum celebrat, & veneratur oraculum, Cum saepe quaestio de male accepto honore nascatur, quis ambigat nequaquam illis esse tribuendum, quod non docetur fuisse collatum? Neque enim inter Photium moechum, & Maximum cynicum à synodo secunda damnatum, vel inter ordinationes huius & illius, distinctionis aliquid esse conuicimus.

DISTINCTIO XX.

a † D Ecretales[a] itaque epistolae canonibus conciliorum pari iure exaequantur. Nunc autem quaeritur de expositionibus sacrae scripturae, an exaequentur, an subijciantur eis. Quo enim quisque magis ratione nititur, eo maioris auctoritatis eius verba esse videntur. Plurimi autem tractatorum, sicut pleniori gratia sancti spiritus, ita ampliori scientia alijs praecellentes, rationi magis adhaesisse probantur. Vnde nonnullorum Pontificum constitutis, Augustini, Hieronymi, atque aliorum tractatorum dicta videntur esse praeferenda.

† al. expositoribus] exemp.

2 ¶ Sed aliud est causis terminum imponere: aliud sacras scripturas diligenter exponere. In negotijs definiendis nō solum est necessaria scientia[b], sed etiam potestas. Vnde Christus dicturus Petro [Quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in caelis, &c.] prius dedit[c] sibi claues regni caelorum: in altera dans ei scientiam discernēdi inter lepram & lepram[e], in altera dans sibi potestatem eijciendi aliquos ab Ecclesia, vel recipiendi. Cum ergo quaelibet negotia finem accipiant vel in absolutione innocentiū, vel in condemnatione delinquentium, absolutio vero vel condemnatio non scientiam tantum, sed etiam potestatem praesidentium desideret; apparet, quòd diuinarum tractatores scripturarum, etsi scientia Pontificibus praeemineant, tamen, quia dignitatis eorum apicem non sunt adepti, in sacrarum quidem scripturarum expositionibus eis praeponuntur: in causis vero definiendis secundum post eos locum merentur.

Matth. 16.

Clauis sacerdotalis an sit vna an plures.

Vnde Leo Papa IIII scribit episcopis Britanniae.

In suo registro.

¶ Aliorum scripturae, Romanorum Pontificum decretis non sunt praeponendae. C. I.

Deus sedit p. 2. Poly. p. 3. tit. 20. Anſel. l. 3. c. vlt. Iuo p. 4. c. 72. Pann. l. 2. c. 118.

D E libellis[f] & commentarijs aliorum[g] non conuenit aliquem iudicare, & sanctorum conciliorum canones relinquere, vel de-

Inter lepram & lepram varie exponitur.

detur, quia maioris auctoritatis videntur, cum pleniori gratia spiritus sancti ea praecellat. Vnde expositiones Augustini, Hieronymi, & aliorum videntur praeponendae statutis Pontificum & hoc in prima parte. In secunda parte, quae incipit ibi, *Sed aliud.* soluit Gratianus, & dicit quod in negotijs definiendis non solum necessaria est scientia, sed etiam potestas: quod significatur per claues, quas Christus tradidit Petro. In quarum altera denotatur scientia discernendi inter lepram & lepram: in altera vero notatur potestas soluēdi, & ligandi. Cum ergo in causis definiendis necessaria sit potestas, apparet, quòd Pontifices expositoribus praeferuntur, & hoc probatur per sequen.

a ¶ *Decretales.*] In hac 20. distin. magister quaerit de expositionibus sacrae scripturae an sint paris auctoritatis cum canonibus & decretalibus. & infra soluit, quòd quantum ad sacram scripturam

Additio. Hug. & de pen. dist. 1. §. denique. versi. Moysi. & extra qui filij sint leg. per venerabilem. § rationibus. Archid.

D E libellis.] Casus. Epi Britanniae iudicabant causas sūs secundum expositiones Aug. & Hierony. & aliorū, postponentes canones conciliorū, & decreta Pontificū: quos Leo redarguit, ostendēs quod in causis definiendis primo recurrendū est ad canones conciliorū, & ad decreta, vel decretales Pontificum. Secundo ad Sanctorū expositiones, s. Hierony. & Aug. & aliorum sanctorū, in quibus si veritas non reperiatur, tunc recurrendum est ad sedem Apostolicam, cuius statuta qui non recipit, haereticus esse conuincitur.

f ¶ *De libellis.*] idest, secundum libellos, & commentarios.

g ¶ *Aliorum.*] id est, Hieronymi & Augusti. per quorum scripta non

non est iudicandum omissis canonibus. 50 dist. si ille.

a ¶ *Iuniori.*] Ecce hic approbantur dicta Gregorij iunioris, alibi videtur reprobari. 31. q. 7. c. quod proposuisti & in seq §. vbi dicit G quòd sunt contraria Euangelio. sed illud cap. intelligitur de dicta, & sic bene tenet. Ioan.

h ¶ *Exempla*] argu. per exempla posse iudicari, vt 37. dist. qui de mensa. & 24. quæst. 3. si habes. arg. contra. C. de senten. ex peric. Sed illud intelligitur cum ius habetur. tunc enim per exempla nõ est iudicandum. Vel dic, quòd exemplis priuatorum non est vtendum, sed exemplis publicæ personæ siue authenticæ, vt exemplis

Ad idem, q. 5. quia suspecti. C. de edi. prim. an in totum. ff. de leg. nam Imperator. 2. q. 5. de Ligaribus. in si. Archi.

b ¶ *Illorum*] Hic videtur, quod potius iudicandum sit secundum illum, qui innititur auctoritati canonis, quàm secundum illum, qui innititur auctoritati Hieronymi, vel Aug. quod verum est, nisi August. iuuetur auctoritate no. vel veter. testamen. vel etiã aliquo canone. nam licet concilium apud Aquisgranum factum, cõstituerit, quod raptor non possit matrimonialiter iungi cum rapta, vt 36. q. 2. placuit. tamen Hieronym. contrarium statuit, & ei statur, vt 36. q. 2. tria. Sed hoc est quia innititur auctoritate Melden sis concilij ead. causa & quæst. cap. si autem.

Auctoritas canonis est maior an auctoritate sanctorum.

Idem Bal. in Auth. ad hæc in 2. col. C. de vsur. & Alex. de Imo. in Libene ad c. gamoné col. 8. ff. si cer. per vbi dicit idẽ glo. in.

c ¶ *Conuincitur.*] Sed nonne Orientalis ecclesia recipit canones? Videtur, quod non, vt 31. dist. aliter. numquid ergo ipsa est hæretica? Sed dic, quod licet ipsa nõ recipiat istos canones, non tamen contemnit eos. Vel dic quòd Papa approbat consuetudinẽ ipsorum. s. dist. prosus. si Romanorum.

SI decreta.] Casus huius cap. planus est.

d ¶ *Non habetis.*] per scientiam.

e ¶ *De neglectu*] Nulli enim est licitum ignorare canones, vt 38. dist. nulli. & cap. omnes. 1. dist. proxima, si Romanorum.

f ¶ *Corripiendi.*] Arg. simile. 20. distin. quod dicitis.

De quibus.] Casus. Quidã quæsiuit, si aliqua dubitatio emergat in solutione alicuius quæstionis, ad quas scripturas potius sit recurrendum, & dicitur in hoc c. quòd ille ordo seruandus est. Primo enim recurritur ad vetus & ad nouum testamentum, & ad scripturas Apostolorum: Et si in illis non appareat quid sit faciendum, ad Græcorum scripturas recurrendum est: postea ad gesta Cõciliorum & Pontificum: deinde ad Sanctorum expositiones, vltimo ad seniores. Sic Beneuent. posuit casum Hugo sic dicit, quòd primum locum obtinent vetus & nouum testamentum secundum canones Apostolorum & conciliorũ tertium decreta, & decretales epistolæ Romanorum Pontificum: quartum scripta græca: quintum dicta sanctorum patrum Latinorum: vltimum exempla sanctorum patrum: deinde ad seniores est recurrendum. Tu autem pone secundum quod litera iacet.

g ¶ *Apostolicæ.*] idest, Apostolicorum.

cretalium regulas, idest, quæ habentur apud nos simul cum † canonibus. Quibus autem in omnibus ecclesiasticis vtimur iudicijs, sunt canones [a] Apostolorum †, Nicænorum, Ancyranorum, Neocæsariensium, Gangrensium, Antiochensium, Laodicensium, Constantinop. Ephes. Chalcedonensium, Sardicensium, Africanensium, Carthaginensium [β], & cum illis regulæ præsulum Romanorum, Siluestri, Syricij, Innocentij, Zozimi, Cælestini, Leonis, Gelasii, Hilarii, Symmachi, Hormisdæ, Simplicii, & Gregorii iunioris [a]. Isti omnino sunt & per quos iudicant episcopi, & per quos episcopi simul iudicantur, & clerici. Nam si tale emerserit, vel contigerit inusitatum negotium, quod minime possit per istos definiri; tunc si illorum [b], quorum meministis, dicta, Hieronymi, Augustini, Isidori, vel ceterorum similiter sanctorum doctorum similiũ reperta fuerint; magnanimiter sunt retinenda, ac promulganda; vel ad Apostolicam sedem referendum de talibus. Quam ob causam luculentius, & magna voce pronuntiare non timeo; quia, qui illa, quæ diximus, sanctorum patrum statuta, quæ apud nos canonum nomine prætitulantur, (siue sit ille episcopus, siue clericus, siue laicus) non [γ] indifferenter recipere conuincitur [c]; nec catholicam, & Apostolicã fidem, nec sancta quattuor Euangelia vtiliter, & efficaciter ad effectum † suum retinere, vel credere probatur.

† al. cum illis in canone

† al. qui dicuntur Apostolorum

Apud Anselmũ, & Polycarpum desunt omnia Pontificum nomina.

† al. profectum

[a] ¶ Sunt canones.] *Indicat canones, & regulas, ex quibus constat corpus, vel codex canonum, de quo in præfatione dictum est, quo Romani Pontifices, præsertim in iudicijs vtebantur, in quo codice sunt canones tantum, non synodalia gesta; vt superius Nicolaus, in c. Romanorum, 19 dist. scripsit.*

[β] ¶ Carthaginensium.] *In codice canonum vnica est synodus Carthaginensis, continens canones triginta tres; qui ex varijs concilijs Carthagini habitis colle. Et fuerunt Eos canones sedes Apostolica videtur probasse, & vsa eis esse, quando in codicẽ canonum referendos curauit. Eosdem etiam Græci, quo ordine apud Latinos habentur, cum alijs præterea multis Africanarum synodorum conuersos in linguam suam verterunt, & hi ipsi sunt, quos ijsdem numeris Anselmus, Burchardus, & Iuo citant: quamuis Gratianus interdum quidem his vtatur, interdum vero in singulis Carthaginensibus concilijs canones accipiat; quod suis locis indicabitur. Et de hac vnica Carthaginensi synodo intelligendum est, quod habetur supra dist. 16 c. prima adnotatio, versi. septima, quod his declarandum visum fuit.*

[γ] ¶ Non indifferenter.] *Anselmus, Deusdedit, & Gregorius presbyter in Polycarpo habent*, qui eadem indifferenter non recipit, ipse se conuincit minime catholicam, & Apostolicam fidem ad effectum suæ retinere salutis.

Item Nicolaus I. Photio, in epistola, cuius initium est [Postquam beato Petro.]

Est eadem epistola 6. ex qua sumptum est c. quod dicitis. 3. dist. 26.

¶ Corripiendi sunt qui decreta Romanorum Pontificum non habent, vel non obseruant. C. II.

SI decreta Romanorum Pontificum non habetis [d]; de neglectu [e], atque incuria estis arguendi. Si vero habetis, & non obseruatis; de temeritate estis corripiendi [f], & increpandi.

Ans. l. 3. c. 33.

Item Innocentius [δ] *Papa.*

¶ Ad quos sit recurrendum, cum sacræ scripturæ auctoritas non occurrit. C. III.

DE quibus causis nulla soluendi, ligandique auctoritas in libris veteris testamenti, quattuor Euangeliorum cũ totis scriptis Apostolorum [g] appareat; ad diuina recurre scripta græca †. Si neque in illis; canones Apostolicæ sedis intuere. Si nec in illis; ad catholicæ ecclesiæ historias catholicas à doctoribus catholicis scriptas manum mitte. Si nec in illis; sanctorum exempla [h] perspicaciter recordare. Quòd si omnibus his inspectis, huius quæstionis qualitas non lucide inuestigatur; seniores [i] prouinciæ congrega, & eos interroga. Facilius namque inuenitur quod à pluribus [k] senioribus quæritur. Verus enim repromissor Dominus ait [Si duo ex vobis, vel tres conueniunt

Polyc. l. 7. tit. 3. Burc. l. 3. c. 128. Iuo p 4. c. 70.

† al. græca

Matth. 18.

plis Principis primi, siue Apostolicorum, vt 16 quæst. 3. licet. extra de senten. & re iudic. in causis, vel dic, quòd exemplis paucorum non est vtendum, sed plurium bene.

Exẽplis quibus est vtendum.

i ¶ *Seniores.*] idest, sapientes. vt 84. dist. porro.

k ¶ *Pluribus.*] Sic extra de offic. deleg. prudentiam. in fi. 1. respon. nam per ampliores homines manifesta veritas reuelatur, vt C. de fideicom. l. penul. & C. de inge. manu. l. 3. Hic patet, quòd primo ad consuetudinem loci recurritur, cum lex deficit, quàm ad consuetudinẽ Ro. eccl. sic 11. dist. illa. & ff. de leg. & senatuscõ. de quibus

Alg

Alij dicunt, quòd primo ad consuetudinem Rom. eccle. recurrendum est, vt arg. ī. 11. dist. c. vlt. Io. quid autem de hoc seruetur, notaui ī. 12. dist. illud. melius 1. dist. consuetudo.
ADDITIO. De hoc etiam not. C. quae sit lon. consuetu. l. 1. ibi vide. Archid.
De-

tio incepit à paganis, qui habebant flamines, & archiflamines. Similiter in nouo testamento incepit à Christo, qui Petrum in summum sacerdotem constituit. xij. Apostolos maiores sacerdotes, lxxij. discipulos minores. Sed nūc loco Petri est Papa: loco duodecim Apostolorum episcopi, loco lxxij. discipulorum sunt archipresbyteri. Leuitas vero statuerunt Apostoli, Ecclesia vero subdiacones, & acolythos sibi constituit.

super terram in nomine meo, de omni re quamcumque petierint, fiet illis à patre meo.]

a ¶ Innocentius.] *Caput hoc non est inter epistolas Innocentij primi, quae multa extant; neque vero Innocentij secundi esse potest, cum ante ipsum scripserint Burchardus, & Iuo, à quibus hoc ipsum citatur.*

b ¶ Canones.] *verba haec, quae apud Gratianum desunt, sunt apud Burchardum, & Iuonem, & Polycarpum; in quo Polycarpo habentur hoc ipso loco, in quo sunt restituta.*

DISTINCTIO XXI.

Ecretis[a] ergo Romanorum Pontificum, & sacris canonibus conciliorum ecclesiastica negotia, vt supra monstratum est, terminantur. Ministri vero sacrorum canonum, & decretorum Pontificum sunt summi Pontifices, & infra praesules, ac reliqui sacerdotes, quorum institutio in veteri testamento est inchoata, & in nouo plenius consummata. ¶ *Summi enim Pontifices, & minores[b] sacerdotes à Deo sunt instituti per Moysem, qui ex praecepto Domini, Aaron in summū Pontificem, filios vero eius vnxit in minores sacerdotes: Postea vero Dauid, cū ministeria domus Domini ampliaret, ianitores & cātores instituit. Porro Salomon quemdā modum exorcizandi inuenit, quo daemones adiurati, ex obsessis corporibus pellebantur: huic officio mancipati, exorcistae vocati sunt, de quibus Dominus in Euangelio, [Si ego in Beelzebub ejicio daemonia, filij vestri (videlicet exorcistae) in quo ejiciūt?] Haec oīa in nouo testamento ecclesia imitata, habet ianitores suos, quos ostiarios appellamus. Pro cāteribus lectores et simul cātores instituit. Exorcistas aūt nomine antiquo, & officio permanente recepit. Pro filijs vero Aaron, oēs infra summum Pontificem sacerdotium administrantes sunt consecrati.* ¶ *Inter eos quadam discretio seruata est, vt alij appellentur simpliciter sacerdotes, alij archipresbyteri, alij chorepiscopi, alij episcopi, alij archiepiscopi, seu metropolitae, alij primates[c], alij patriarchae, alij summi Pontifices. Horum discretio à gentilibus maxime introducta est, qui suos flamines, alios simpliciter flamines, alios archiflamines, alios protoflamines appellabant. Simpliciter vero maiorum, & minorum sacerdotum discretio in nouo testamento ab ipso Christo sumpsit exordium, qui duodecim Apostolos tamquam maiores sacerdotes, & lxxij. discipulos[d] quasi minores sacerdotes instituit. Petrum vero quasi in summum sacerdotem elegit; dum ei prae omnibus, & pro omnibus claues regni caelorum tribuit, & à se petra, Petri sibi nomen imposuit, atque pro eius fide se specialiter rogasse testatus est, & vt ceteros confirmaret, sibi iniunxit, dicens [Ego rogaui pro te Petre, vt non deficiat fides tua; & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos.] Hanc eamdem formam Apostoli secuti in singulis ciuitatibus episcopos, & presbyteros ordinauerunt. Leuitas autem ab Apostolis ordinatos,[e] legimus, quorum maximus fuit beatus Stephanus. Subdiaconos[f], & aco-*

Exo. 28.
1. Paral. 25. & 2.23.
Luc. 11.
Luc. 22.
Act. 6.

a ¶ Decretis.] Hic agitur de ecclesiasticis ordinibus, & ostendit originem ipsorum, & vnde[1] sic appellentur: postea ostendit, quod ille qui est in maiori ordine, vel dignitate, non potest iudicari à minori, & sic Papa à nemine potest iudicari.
ADDITIO. Vt infra eo. inferior. & cap. submittitur. Arch.
b ¶ Et minores.] Cum ergo Moses elegerit sacerdotes in veteri testamento, & Dominus in nouo, vt ī. ea. in nouo videtur, quod ad episcopū de iure spectet electio canonicorum. Et Imperator dicit, quod episcopus eligit clericos in Constantinopolita. ciuitate, vt in Authen. de mensura ordinandorū clericorum. in s. §. colla. 3. Ad hoc dicas, quòd episcopus de iure communi cum alijs eliget, vt extra de ijs quae fiunt à praelatis sine consen. cap. nouit. & cap. ea noscitur. consuetudo tamen est seruāda, vt extra de electio. cum ecclesia[2]. Item videtur ex loco isto, quod Moses fuit sacerdos, cum vnxerit sacerdotes, & idē dicit Innocen. extra de ma. & obed. solitae. Sed cōtra homicida fuit, ergo non potuit esse sacerdos, vt 23. q. 3. non inferenda. Sed dic, quòd olim sacerdotes bene erant homicidae, vt 2. q. 7. §. his ita. Sed Dauid primo fuit prohibitus construere templū,

1 Id est, quare.
Papa à nemine iudicatur.
Electio canonicorum ad quos spectat.
2 Hec sententia communiter approbatur per Io. an. Vinc. Laur. Goffre. & Ber. in ista decret. cum ecclesia.

Ecretis.] Haec distinct. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicit, quod ministri ecclesiae sunt summi Pōtifices & praesules infra positi cum reliquis sacerdotibus. Secunda ibi, *In nouo.* Tertia ibi, *In eos.*
CASVS. Supra actum est de decretis, & canonibus conciliorum, quibus negotia dirimuntur. In hac vero 21. distinct. agit Gratianus de ministris ecclesiae & sacrorum canonum, & dicit quod sunt summi Pontifices & praesules infra positi cum reliquis sacerdotibus. Et hoc in prima parte. In secunda parte, quae incipit ibi, *Summi etenim.* dicitur quòd summi Pontifices & minores sacerdotes à Domino per Mosen sunt instituti in veteri testamento, qui vnxit Aaron in summū Pontificem, & filios eius in minores sacerdotes & leuitas. Dauid instituit cantores, & ianitores. Salomon exorcistas: & haec omnia in nouo testamēto ecclesia imitatur. Habet enim ostiarios, & lectores pro ianitoribus, & habet exorcistas: pro filijs vero Aaron habet omnes positos infra summum Pontificem, pro quo summo Pontifice ponitur Papa. In tertia parte, quae incipit ibi, *Inter eos.* dicitur quòd inter istos est discretio seruanda. Nam alij appellantur simpliciter sacerdotes, &c. Et haec discre-

quia vir sanguinum erat[1] de consecr. dist. 1. c. 1. Quare autem iudices & executores testes & aduocati in causa sanguinis promoueri non possunt, dic vt notaui in quaestionibus in illa quaestione quae sic incipit: Aliquis ex officio suo hominem interfecit. De hoc dicit quinquagesima distinct. per totum. Quaestio venerialis est. Archid.
c ¶ *Alij primates.*] Haec diuisio non est nisi ratione nominum: quia ijdem sunt primates, quod patriarchae. 99. dist. c. 1.
d ¶ *Lxxij. discipulos.*] Contra ī. ead. dist. in nouo. vbi dicitur, quod discipuli Domini, id est, Apostoli elegerunt lxxij. discipulos, hic dicitur, quod à Domino. Sed dic, quod Dominus bene dicitur fecisse quod eius minister facit: quia qui per alium facit, per seipsum facere videtur, vt extra de sen. excom. mulieres.
e ¶ *Ordinatos.*] vt 93. dist. Dominus noster. & c. diaconi.
f ¶ *Subdiaconos.*] Non videtur verum dicere, quia tempore Apostolorum aliqui fuerunt subdiaconi, vt 35. distinct. episcopus. quia ille est canon Apostolorum. Sed dic, quòd subdiaconatus tunc fuit: sed non * fuit sacer ordo adhuc. extra de aetate, & qualitate, à multis.

1 Vt 1 q. 7 si quis omnem de consecra. dist. 1. c. 1. Archid.
* Semper fuit sacer, licet olim quidā de hoc dubitauerint. Vide glo. in cap. à multis. de eta. & quali. ordi. ver. solos. & B. Thomā 4. sent. distin. 24. art. primo, quaestiun cula 3.

Clerus

Cleros.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima ostendit Isidorus, quo nomine generaliter ministri ecclesiæ vocentur. & dicit, quod generaliter clerici vocantur: & dicit quare sic vocantur: & ponit nomina, & numerum ministrorum. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Ordo vero.* facit quadrimembrem diuisioné huius nominis episcopi. & ponit etymologiã eorum, quæ sub diuisione illa continentur. In tertia parte, quæ incipit ibi. *Pontifex princeps sacerdotum*, ponit officia singulorum ordinum, interferendo interpretationes eorum.

a ¶ *Cleros.*] Primo ostendit Isidorus quo nomine vocentur ministri ecclesiæ, & quare sic vocẽtur ministri ecclesiæ. Secundo ponit quadrimembrem diuisionem episcoporum. Tertio ponit interpretationes omnium ordinũ ecclesiasticorum, & eorum officia. Secunda pars incipit ibi, *Ordo vero episcoporum.* tertia ibi, *Pontifex.*

b ¶ *Matthias.*] Cum quo fuit elect' Ioseph. 26. q. 2. cap. 1.

ADDITIO. Hic habetur, quod hoc nomen clericus à Matthia incepit. ipse enim forte electus est. Hug.

c ¶ *Primum.*] In clericum scilicet, alius scilicet Iacobus fuit primo episcopus factus, vt j. 66. distin. porro. Et est hic arg. pro sorte facienda, vt ff. de iudi. sed cũ ambo. & quod in electionibus tempore necessitatis possumus secundum sortem procedere, vt 26. q. 2. non exemplo. cõtra extra de elec. ecclesia vestra. & ita ista glo. non valet. extra de elec. quia propter. Vel dic tunc esse vtendum sorte, cum est vtrobique paritas in omnibus, & subest causa necessitatis, vt cum est cõtentio de electione. 26. q. 2. non exemplo.

Sors in electionibus est reprobata.

d ¶ *Partem.*] id est, decimas, & primitias, quæ dicuntur Dei, vt 12. q. 2. ca. quisquis. Io. & c. qui abstulerit.

† Sub hereditas quibus dominus seruorum, & plenitudo eius. vt 1. Ps. 8. dist. quo iure. Arch.

lythos procedente tempore ecclesia sibi constituit. ¶ *De his ita scribit B. Isidorus lib. 7. etymol. c. 12. nomina illorum, & nominum causas exponens, ita inquiens.*

¶ Vnde nomina ecclesiasticorum graduum sumantur. C. I.

De officijs l. 2. c. 1. Rabanus de insti. cler. l. 1. c. 2.

CLeros [a], & clericos hinc appellatos credimus, quia Matthias [b] forte electus est, quem primum [c] per Apostolos legimus ordinatum. Κλῆρος enim græce, sors latine, vel hereditas dicitur. Propterea ergo dicti sunt clerici; quia de sorte Domini sunt; vel quia Domini partem [d] habent. Generaliter autem clerici nuncupantur omnes, qui in ecclesia Christi deseruiunt; quorum gradus, & nomina sunt hæc, ostiarius, psalmista [e], lector, exorcista, acolythus, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus [f]. ¶ Ordo episcoporum quadripertitus est, id est in patriarchis [g], archiepiscopis [h], metropolitanis, atque episcopis. Patriarcha, græca lingua, summus patrum interpretatur; quia primum, id est Apostolicum retinet locum; & ideo, quia summo honore fungitur, tali nomine censetur, sicut Romanus, Antiochenus, & Alexãdrinus. Archiepiscopus græco dicitur vocabulo, quòd sit summus episcoporum; tenet enim vicem apostolicam, & præsidet tam metropolitanis, quàm ceteris episcopis. Metropolitani autem à mensura [i] ciuitatum vocantur: singulis enim prouincijs præeminent, quorum auctoritati, & doctrinæ † ceteri sacerdotes subiecti sunt, sine quibus nihil reliquos agere licet [k] episcopos: sollicitudo enim totius prouinciæ ipsis cõmissa est. Omnes aũt superius designati ordines vno eodemque vocabulo episcopi nominãtur: sed ideo priuato nomine quidã vtuntur, propter distinctionẽ potestatũ, quã singulariter acceperũt. Patriarcha patrum princeps: ἄρχων enim princeps; inde archiepiscopus princeps episcoporum, sicut metropolitanus à mensura ciuitatum. ¶ Episcopatus autem vocabulum inde ductum, quòd ille, qui efficitur † episcopus, superintẽdat, scilicet curam gerens subditorum: σκοπεῖν enim græce, latine intendere dicitur. Episcopi autem græce, latine speculatores interpretantur: nam speculator est præpositus in ecclesia dictus, eo quòd speculetur, & perspiciat populorum infra se positorum mores, & vitam. ¶ Pontifex princeps sacerdotum est, quasi via sequentium. Ipse & summus sacerdos, ipse & Pontifex maximus nuncupatur. Ipse enim efficit sacerdotes, atque leuitas; ipse oẽs ordines ecclesiasticos disponit [l]; ipse, quid vnusquisque facere debeat, ostendit. Antea autem qui Reges erãt, & Pontifices erant. Nam maiorum hæc erat consuetudo, vt Rex esset etiam sacerdos & Pontifex. Vnde & Romani Imperatores Pontifices dicebantur. ¶ Vates à vi mentis appellatus est, cuius significatio multiplex est: nam modo sacerdotem, modo prophetam significat, modo poetam. ¶ Antistes sacerdos dictus est, quod antestat: Primus est enim in ordine ecclesiæ, supra se nullum habet. ¶ Sacerdos autem nomen habet compositum ex græco [m] & latino, quasi sacrum dans: sicut enim rex à regendo, ita sacerdos à sacrificando vocatus est; consecrat enim, & sacrificat. Sacerdotes autẽ gentilium flamines dicebãtur. Hi in capite habebant pileũ, in quo erat breuis virga [n] desuper habens lanæ aliquid, quod cum propter æstum ferre non possent, filo tantum capita religare cœpe-

Act. 1.

† al. doctrinæ, & potestati] orig.

† superefficitur, superintendat] orig. & Rab.

e ¶ *Psalmista.*] Hic patet, quòd psalmista, & ostiarius, & lector sunt clerici. 25. distin. perlectis. & 32. dist. seriatim. & 72. dist. clericum. & 11. q. 1. de persona. & deponi possunt sicut alij clerici, vt 17. q. 1. si quis episcopus. & qui inijcit manus in istos, excommunicatus est, vt 17. q. 4. si quis. & extra de sentent. excom. non dubium. & c. parochianos. Et per primam tonsuram fit aliquis Psalmista, vel clericus, & illa tonsura est sacramentale signum, vt 12. q. 1. duo. Sed si hoc dicatur, tunc erunt nouem ordines: Verumtamen videtur, quod nõ sit ordo: quia vbi tractatur, quod clericus, alij obedientiam præstabit, nihil agitur de istis ordinibus, vt 93. distin. à subdiacono. similiter alibi, vt 77. dist. illud. Sed dic quod tantum septem sunt ordines qui cõferuntur cum solennitate. sed tamen nouem sunt. Io. Sed certe omnes conferuntur cum solennitate hodie præter Psalmistatum, qui a solo sacerdote confertur, vt 23. distin. psalmista. Bar.

Tonsura prima an sit ordo.

Sacerdos simplex psalmistatum cõferre potest.

f ¶ *Episcopus.*] arg. quod episcopatus est ordo [3], vt 93. dist. diacones.

3 Quid sit ordo habes 23. dist.

g ¶ *In patriarchis.*] Quo nomine comprehendit principales patriarchas, vt Romanum, Constantinopolitanum, Alexandrinũ, Hierusolymitanum, Antiochenum.

h ¶ *Archiepiscopus.*] id est, primatibus, quo nomine comprehendit alios patriarchas siue primates, vt Aquilegiensem [2], Cantuariensem, Bituricensem.

2 c. 1. sbl. de hoc. & ad idem extra de renunci. post translationem. § alij. vide de hoc. Sub. de quo habetur 9. q. 3. nunc vero Archid.

i ¶ *A mensura.*] Quia x. vel xj. debet sub se habere, vt 6. q. 3. scitote. Vel dicitur à metros, quod est mater, & polis, quod est ciuitas, quia est mater aliarum ciuitatum. 12. dist. de his.

Archiepiscopus quot suffraganeos habeat.

k ¶ *Licet.*] de ijs, quæ spectant ad totam prouinciam: sed de ijs, quæ ad suam diœcesim spectant, sine eorum licentia possunt disponere. 11. q. 3. c. 1. & 2.

l ¶ *Disponit.*] Ergo episcopus confert dignitates ecclesiasticas, vt 73. distin. episcoporum [4]. Arg. contra. 93. distinctione, legimus. vbi dicitur, quòd tantum ad episcopum spectat confirmatio: sed hoc refertur ad diuersas consuetudines, vt extra de electio. cum in cunctis. & cap. cum ecclesia Vulterana. Io. Ego credo, quòd de iure communi tantum electio dignitatum spectet ad capitulum, cum episcopo, vt extra de ijs quæ fiunt à præla. sine consensu cap. ea noscitur. & cap. quanto.

4 60. dist. c. 1. Archid.

Dignitatum electio ad quos spectat.

m ¶ *Ex græco.*] scilicet dos, quod est datio.

n ¶ *Virga.*] qua arcebant aues à carnibus sacrificiorum

2 ¶ Na-

a ¶ *Nudis.*] Arg. φ non incedit nudus qui filum fert in capite.
b ¶ *Dignitatem.*] vt 84. dist. porro.
c ¶ *Et non ætatis.*] tantum supple: quia alibi dicitur, φ est nomē ætatis, vt 93. distin. legimus.
d ¶ *Nathinæi.*] Isti dicuntur ministri ministrorum, & interpretantur in humilitate Deo seruientes, vel Deo donati. & sunt dicti ab eo tempore, quo Iosue Gabaonitas donauit ad ministerium templi, scilicet, vt ligna ibi cæderent in ipso, & aquam portarent ad opus sacrificij, de quibus dicitur 21. q. 4. Innocens. H. Et not. φ isti Nathinæi lauabāt hostias in probatica piscina. Probaton græce, dicitur ouis latine. sic ergo dicta erat, quia in ea Nathinæi, &c. sicut prædixi, vt legitur in historijs euangelij c. post hoc erat, &c. Arc.
e ¶ *Prædicant.*] id est, legunt recitando, non autem prædicando: quia illud est officium sacerdotum. 16. q. 1. adijcimus.
f ¶ *Miserabiliter.*] Nō per prauam, vel raucā vocem: sed potius per altam vocem & sonoram, & iste intellectus patet ex littera sequenti, vbi dicit, tanta. n. &c.
g ¶ *Et respuunt infideles.*] id est, excommunicatos. Et ita ostiarius remouet [1] excommunicatos ab ecclesia [2], vt hic, & 25. distinct. perlectis.

[1] Scilicet ab ingressu ecclesiæ corporaliter arcendo. Hug.

[2] Arg. contra 3. q. 1. cum studes. in fi. ibi videas quod no. ibi. no & no. 25. dist. c. ostiarius. Archi.

runt. Nam nudis [a] penitus eos capitibus incedere nefas erat. Vnde à filo, quo vtebantur, flamines dicti sunt, quasi filamines. Verum festis diebus filo deposito pileum imponebant pro sacerdotij eminentia. ¶ Presbyter græce, latine senior interpretatur: non modo pro ætate, vel decrepita senectute, sed etiam propter honorem, & dignitatem [b], quam acceperunt, presbyteri nominantur. vnde [β] & apud veteres, ijdem episcopi, & presbyteri fuerunt; quia illud nomen dignitatis est, & nō [γ] ætatis [c]. Ideo autem & presbyteri sacerdotes vocantur, quia sacrum dant, sicut & episcopi; qui licet sint sacerdotes, tamen Pontificatus apicem non habent: quia nec chrismate frontem signant, nec paraclitum spiritum dant, quod solis deberi episcopis lectio Actuum Apostolorum demōstrat. Leuitæ ex nomine auctoris vocati. De Leui enim leuitæ exorti sunt; à quibus in templo Dei mystici sacramenti ministeria explebantur. Hi græce diaconi, latine ministri dicuntur; quia sicut in sacerdote consecratio, ita in diacono ministerij † dispensatio habetur. Hypodiacones græce, quos nos subdiaconos dicimus, qui ideo sic appellantur, quia subiacent præceptis, & officijs leuitarum. Oblationes enim in templo Dei à fidelibus ipsi suscipiunt, & leuitis superponendas altaribus deferunt: hi apud Hebræos Nathinæi [d] vocantur. Lectores à legendo, psalmistæ a psalmis canendis vocati: illi enim prædicant [e] populis, quid sequantur; isti canunt, vt excitent ad compunctionem animos audientium; licet & quidam lectores ita miserabiliter [f] pronuntient, vt quosdam ad luctum, lamentationemque compellant. Iidem etiam & pronuntiatores vocantur, quòd porro † annuntient. Tanta enim & tam clara erit eorum vox, vt quamuis longe positorum aures adimpleant. Cantor autem vocatus, quia vocem modulatur in cantu. Huius duo genera dicuntur in arte musica, sicut ea docti homines latine dicere potuerunt, præcentor, & succentor: præcentor scilicet, qui vocem præmittit in cantu: succentor autem, qui subsequenter canendo respondet. Concentor autem dicitur, quia consonat: qui autem non consonat, nec concinit; nec cantor, nec cōcentor erit. Acolythi græce, latine ceroferarij dicuntur, à deportandis cereis, quando legendum est Euangelium, aut sacrificium offerendum: tunc enim accenduntur luminaria ab eis, & deportantur, non ad effugandas tenebras, dum sol eodem tempore rutilet, sed ad signum lætitiæ demonstrandum, vt sub typo luminis corporalis illa lux ostendatur, de qua in Euangelio legitur [Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum]. Exorcistæ ex græco in latinum adiurantes, siue increpantes vocantur: inuocāt enim super catechumenos, vel super eos, qui habent spiritum immundum, nomen Domini Iesu, adiurantes per eum, vt egrediatur ab eis. Ostiarij ijdem, & ianitores, qui in ueteri testamēto electi sunt ad custodiam templi, vt non ingrederetur in illud immundus in omni re. Dicti autem ostiarij, quòd præsint ostijs templi. Ipsi enim tenentes clauem, omnia intus, extraque custodiunt, atque inter bonos & malos habentes iudicium, fideles recipiunt, & respuunt infideles [g].

Act. 8. — † al. mysterij. — † al. populo — Iuo p. 6. c. 8. — Io. 1.

a ¶ Id est apostolicum.] *Antea legebatur*, post Apostolicum. *Restituta est vera lectio non modo ex Isidori, & veterum exemplarium Gratiani fide, sed ex ipsa ab Isidoro allata ratione, qui Romanum, Antiochenum, & Alexandrinum, Patriarchas propterea vocat. quia Apostolicum locum tenent. Hoc idem B. Gregorius lib. 6. epist. 37. scribens Eulogio Alexandrino, declarat his verbis:* Itaque cum multi sint Apostoli, pro ipso tamen principatu sola Apostolorum Principis sedes in auctoritate conualuit, quæ in tribus locis vnius est. Ipse enim sublimauit sedem, in qua etiam quiescere, & præsentem vitam finire dignatus est: ipse decorauit sedem, in qua Euangelistam discipulum misit: ipse firmauit sedem, in qua septem annis, quamuis discessurus, sedit. *Atque hoc idem ait Anacletus c. sacrosancta. infra dist. 22.*
β ¶ Vnde & apud.] *Restituta hæc sunt in locum suum, quæ ioco habentur apud sanctum Isidorū.*
γ ¶ Et non ætatis.] *In originali est*, hoc ætatis, *& ita apud Hieronymum in epist. 83. ad Oceanum sed ob glossam non est mutatum.*

Item Anacletus ad episcopos Italiæ, epist. 2.

¶ Romana ecclesia à Christo primatum accepit. C. II.

Ansel. 1. c. 1. — Burch. l. 1. c. 1. — Iuo p. 5. c. 1. — Pann. l. 3. c. 82. — Matth. 16.

IN nouo testamento post Christum Dominum à Petro sacerdotalis cœpit ordo: quia ipsi primo Pōtificatus in ecclesia Christi datus est, Domino dicente ad eum: [Tu es Petrus [h], & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus

[IN nouo testamento.] Hæc est secūda pars huius distinctionis, in qua probatur, φ Romana ecclesia sit caput, ab ipso Domino specialiter instituta, secūdario à concilijs. Io. de Fan. CASVS. In hoc cap. ostendit Anacletus, φ primus sacerdos post Christum fuit Petrus, cui data est potestas ligandi & soluendi: cæteri vero Apostoli, qui cum eo parem honorem adepti sunt, ipsum in principem elegerunt, loco quorum hodie sunt episcopi. Videntes autem apostoli prædicatores paucos, elegerūt lxxij. discipulos, loco quorū sunt presbyteri in ecclesia: & qui hos recipit, Christum recipit: & qui hos spernit, Christum spernit, & ab eo spernetur.
h ¶ *Tu es Petrus.*] videtur ergo, φ per hæc verba tu es Petrus, &c. datus fuit Petro pontificat[9], & ita ante passionem [3] quia ante fuit ei dictū: & ita vř contradicere 50. dist. considerādum. & ca. fidelior. nam ibi dř, φ post passionem fuit datus ecclesiæ pastor, & non ante. Solut. primo fuit Apostolus ante passionem: sed post passionē fuit pastor creatus p illa verba: Si diligis me, &c. vt extra de electio. significasti. qđ ēt hic innuitur, cū dicit: tibi dabo claues, &c. [3] hoc. n. est promittere, & non dare. ADDI-

[3] Idem tenet Alex. de Imo. in [illegible] col. 3. [illegible]

ADDITIO. Ad huius verbi declarationē vide quod legitur & not. 23.q.6. iam vero.§.ex his. iuxta princ.in gl.sed qualiter. Arch.

a ¶ *Pari.*] Arg. q̄ omnis ep̄s sit par apostolico quantum ad ordinem & rationem consecrationis. 24.q. 1.loquitur in princ. Petrus tamen maior fuit alijs in administratione, vt 2.q.7.puto.potest enim aliquis esse maior alio in ordine, sed tamē minor in administratione, vt archipresbyter maior est archidiacono, vt 25. dist.perlectis. De apostolis quando fuerunt consecrati, nō legimus: Dicunt tamen quidam q̄ in cœna, quando dictum est eis: Hoc facite in meam commemorationē. de cōsecra.dist. 2. in Christo. in fine. Alij dicunt, q̄ cum dictum est eis: Ite, baptizate omnes. de consec. dist. 3.propre. De Paulo & Barnaba habemus 75. dist. q̄ die. & de Iacobo.66.dist porro.

Petrus in administratione maior alijs fuit.

Apostoli quando fuerunt consecrati.

eam:& tibi dabo claues regni cęlorū.] Hic ergo ligandi, atq; soluendi potestatē primus accepit à Domino; primusq; ad fidē populū virtute suæ prædicationis adduxit. Ceteri vero Apostoli cū eodem pari[a] consortio honorem, & potestatem acceperunt; ipsumque principem eorum esse voluerunt: qui etiam iubente Domino in toto orbe dispersi Euangelium prædicauerunt. Ipsis quoque decedentibus in locum eorū successerunt episcopi: quorum ordinatio prætaxato[b] debet fieri ordine, & modo: quos qui recipit, & verba eorum, Deum recipit: qui autem spernit eos; eum, à quo missi sunt, & cuius legatione funguntur, spernit; & ipse indubitanter spernetur à Domino. Videntes autem ipsi Apostoli messem esse multam, & operarios[c] paucos; rogauerūt[d] dominum messis; vt mitteret operarios in messem suam: inde ab eis electi sunt lxxij. discipuli; quorum typum gerunt presbyteri, atque in eorum locum sunt constituti in ecclesia.

Matth.vlt.

Luc.10.
Matth.9.

Item Gelasius vrbis Romæ episcopus omnibus orthodoxis.

In decretis cū 70.episcopis.

¶ Primatum Romanæ ecclesiæ non aliqua synodus, sed Christus instituit.[m] C. III.

Polyc. l.1.tit.2.
Ansel.l.1.c.69.
Burc.l.3.c.220.
Pann.l.4.c.3.

QVamuis vniuersę per orbem Catholicæ ecclesiæ vnus thalamus Christi sint; sancta tamen Romana, Catholica, & Apostolica Ecclesia nullis synodicis constitutis[e], ceteris ecclesijs prælata est, sed euāgelica voce Domini, & saluatoris nostri primatum obtinuit, [Tu es Petrus (inquiens) & super hanc petram, ædificabo ecclesiā meam: & portæ inferi non præualebunt aduersus eam. Et tibi dabo claues regni cælorum; & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cælis; & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cęlis.] Cui data est etiam societas beatissimi Pauli vasis electionis, qui non diuerso (sicut hæretici garriunt) sed vno tempore, vno eodemque die[f] gloriosa morte cum Petro in vrbe Roma sub Cæsare Nerone agonizans coronatus est, & pariter supradictam sanctam Romanam ecclesiam Christo domino consecrarūt[g], eamq; omnibus vrbibus in vniuerso mundo sua præsentia, atque venerando triumpho prætulerunt. Est ergo prima[h] Petri apostoli sedes Romana ecclesia non habens maculam, neq; rugam, nec aliquid[i] huiusmodi.

Matth.16.

J. dist.22. c.sacrosancta.ex Anacleto.

3 *In his omnibus, quanto gradus[k] celsior, tanto maior auctoritas inuenitur. In maioribus si quidem est regendi, & iubendi potestas: in minoribus obsequendi necessitas.*

Vnde Nicolaus Papa ad Michaelem Imperatorem in epistola cuius initium est [Proposueramus.]

¶ Inferiorum facta, superiorum sententijs obnoxia sunt. C. IIII.

INferior[l] sedes superiorē absoluere non potest. Sola ergo potior in-

b ¶ *Prætaxato.*] in parte cap. quæ hic nō est.

c ¶ *Operarios.*] arg. hic signauerūt doctores; q̄ licet sit statutus certus numerus canonicorū, si tn̄ excrescant ecclesię facultates, q̄ præbendę debent augeri, vt extra de vita & hone.clerico. quoniam. hoc expeditum est, extra de cōstit. cum M.Fer.& extra de censi.quanto.

Vt Lau.

d ¶ *Rogauerunt.*] Arg. q̄ non nisi volentibus dabit prælatus, etiam à Papa, vt J.dist. proxi. sacrosancta.§. 8.q. 1.sciendū. & c. audacter. Dic, à principio non datur inuitis, sed ex postfacto sic, si sint negligētes. 61. distin. nullus inuitis.

Prælatus nolentibus nō est dādus.

Alibi.§ ergo.

QVāuis.] CASVS. Dicitur in hoc cap. q̄ ecclesia Romana caput est aliarum ecclesiarum, & q̄ præfertur alijs. Et hoc probatur duabus rationibus. Prima est, quia Christus dedit ei primatum & auctoritatē voce sua, dicens: Tu es Petrus & super, &c. Secunda est, quia Petrus & Paolus vna die gloriosa morte in vrbe Romana sub Cæsare Nerone coronati, ecclesiam Romanam consecrauerunt, & eā alijs sui præsentia prætulerunt. Et ostenditur hic quis minister præsit alijs: vnde bene facit ad propositum Gratiani.

e ¶ *Constitutis.*] scilicet, tantum.

f ¶ *Eodemque die*] Hic videtur q̄ eodē die Petrus & Paulus fuerunt crucifixi. 2.q.7 beati dicunt tn̄ quidam q̄ reuoluto anni spatio Paulus fuit decollatus, sed eodem die post annum. Historia 3 tamen dicit, xiiij. an. imperij Neronis eos fuisse occisos.

Petrus & Paulus eodem die passi sunt.

1 Scilicet, Romani. H.

g ¶ *Consecrarunt*] Sic ergo ecclesia consecratur sanguine alicuius; sicut aliquis baptizatur in sanguine suo, vt de consecra. dist. 4. baptismi vicem.

h ¶ *Prima.*] dignitate. Nam ecclesia Antiochena præcessit istam, vt 24.q. 1.rogamus.

i ¶ *Nec aliquid.*] Arg. q̄ vbicumque sunt boni, ibi est ecclesia.

3 IN HIS. Hæc est tertia pars dist.in qua ponit sex cap de materia de pœnis Ignatij Cōstantinop. patriarchæ, qui fuit depositus à suis subditis & excōicatus, & postea per Romanam ecclesiam restitutus. 63.dist. Hadrianus. Io.de Fan.

CASVS. Dicit Gratianus in hoc §. quòd quanto gradus est celsior, tanto maior est auctoritas in maioribus, & regendi potestas: in minoribus obsequendi necessitas.

k ¶ *Gradus.*] In ordinibus 4 de quibus ī.dixi ead.dist.cleros.

4 Et ordinatis Archid.

l Nferior.] CASVS. Omnia cap.seq. loquunt de Ignatio Constantinopolitano patriarcha, qui fuit depositus à suis suffraganeis auctoritate & fauore Michaelis Imperatoris, p̄ quos inuehitur Nicolaus Papa dicens, q̄ suffraganei Ignatium deponere non potuerunt: quia inferior sedes non potest superiorē absoluere vel ligare. & hoc probatur auctoritatē Esaiæ dicentis: Numquid gloriabitur securis, &c.

l ¶ *Inferior.*] Ex hoc cap.& ī.ea.denique tres colligunt regulæ. Prima est hæc: inferior superiorē non potest ligare vel soluere. Secunda hæc est: qui potest ligare, potest & soluere. Tertia: talis q̄ potest soluere, potest & ligare. quælibet harum regularum vr̄ habere exceptionem. Prima regula videtur recipere instantiam cum maior se subijcit arbitrio minoris, vt 11.q.1. peruenit. Secunda regula similiter fallit in incēdiarijs & excōicatis, qui debent per Papam absolui. extra de sen excō. tua. & extra de offi.deleg. quærenti.& in excōicato p p rem iudicatam vltra annum post sententiam, q̄ per Papam absoluitur. Tertia regula fallit. J.de conse. dist. 4. sanctum. vbi habes q̄ quidam pœnitens absoluit aliū tempore periculi: quem tn̄ ligare non posset. Item fallit 3.q 6. quamuis. & C. vbi senatores.l.3. Similiter fallit (vt videtur) cum aliquis confitetur extraneo sacerdoti, q̄ ipsum tunc absoluit: non tn̄ posset ligare. Ioan. Sed illa exceptio non valet: quia non cōcedo q̄ aliquo modo cōsequat q̄s remissionē qui confitet extraneo sacerdoti, vt dr̄ extra de pœni.& remis. omnis. nisi prius obtenta licētia à proprio sacerdote, vt dr̄ in ea.decre omnis. nisi I necessitatē, vt extra eod.tit.c.vlt. de pœni. dist. 1. quē pœnitet. versi. extra. Bar. Et est hoc arg

De hoc etiam habetur 24. q. 1. in summa. Archidia.

Cōfitens extraneo sacerdoti non consequitur remissio.nē.

arg. quòd si Papa mandat alicui quòd excõicet aliquem, quòd possit etiã ipsum absoluere: quia excõmunicatio & absolutio pari conditione censentur, vt cui vnũ permittitur, & reliquũ, vt j. de pœni. distin. 1. verbũ. argu. contra. 27. q. 1. si homo 1. Sed ibi Papa præcipit non absolui eius auctoritate, secundũ quosdã. In omnibus istis cap. vsque in finem loquitur de eadẽ materia, scilicet de facto suffraganeorũ Ignatij Constantinopolitani archiepi, qui à suis suffraganeis est depositus fauore Imperatoris.

a ¶ *Hinc.*] Arg. q idem iuris est in vno contrariorũ, qd in reliquo, vt j. ea. denique. & 26. dist. deinde. & 3. q. 6. hæc quippe. & ff. de verb. oblig. inter.

b ¶ *Vnde propheta.*] Esaias.

c ¶ *Exhibuimus.*] id est, probauimus.

NOlite.] Casvs. Clerici Constantinopolitani obijciebant Nicolao Papæ q vellet defendere Ignatiũ in malo: quibus Nicolaus respondet, dicens se nolle eũ in malo defendere: sed vult q filij sint deuoti patri spirituali, & discipuli magistro: ita vt eos nullo modo iudicent: sed nec etiam reprehendant.

d ¶ *Reprehendendã.*] Sed contra j. 2. q. 7. oues 2. & ea secuti. & 9. q. 3. si autem. vbi dicitur q subditi possunt reprehendere prælatos. Sol. triplex est reprehensio; imperiosa, quæ fit imperio potestatis: hæc tantũ maioribus conceditur. 45. dist. sit rector. vt hic. Alia socialis: hæc minoribus conceditur. 81. dist. in omnibus. Tertia temeraria est, quæ infamandi causa fit: & hæc nulli conceditur, vt 5. q. vlti. delator.

Additio. Quarta humilis & deuota, vt 2. q. 7. nos si. §. item cum Balaam.

DEnique.] Casvs. Probat Nicolaus in hoc cap. q maiores possunt iudicare minores, & benedicere, sed non econtra. Et hoc probat exemplo Melchisedech, qui sicut legitur in epistola ad Hebræos, benedixit minori, scilicet Abrahæ. Similiter hoc probatur consuetudine ecclesiæ: quia numquam maior legens lectionem, benedicitur a minori. Vnde patet quòd maiores possunt iudicare minores, cum ab eis benedici non possint.

e ¶ *Ad Hebræos.*] vbi legitur quòd Melchisedech benedixit Abrahæ. & per hoc probat Apostol' Melchisedech fuisse maiorem.

f ¶ *Etiam maledicatur.*] Contrariorum. n. eadem est ratio, vt ff. ea. inferior. ff. de verb. obli. inter stipulãtem.

g ¶ *Maiore.*] Argu. q minor iudex non potest exercere iurisdictionem suam præsente maiore iudice, vt 95. dist. presbyter. ff. de offic. proconsul. l. vlti. Arg contra. 11. quæst. 1. peruenit & C. de donat. in hac. 95. distinc. ecce. Dic quòd si minor habet iurisdictionem à maiore, nihil agit, quod fit ad derogationem illius. extra de offic. leg. volentes.

h ¶ *Benedicere.*] Sed dicitur episcopo, qui postulat hanc benedictionem: Ora pro nobis pater sancte. in quibusdam locis ipse inferior dicit episcopo; Iube domne benedicere. & episcopus benedictione facta legit.

i ¶ *Peccatum.*] Argu. quòd aliquid prohibetur, non quòd ipsum malum sit, sed quòd inde malum potest sequi, vt 32. quæst. 5. in nouo. & 11. quæst. 3. nolite. & 63. dist. cum Hadrianus. §. verum.

NVnc autem.] Casvs. Probat Nicolaus in hoc c. quòd subditi non possunt iudicare prælatos. Et hoc facit duobus exemplis, scilicet Marcellini Papæ, qui licet confessus fuisset in synodo episcoporum se a Paganis compulsum grana turis diabolo immolasse: nullus tamen episcoporum ausus fuit eum iudicare, sed omnes dixerunt: Ex ore tuo iudica teipsum: quia prima sedes non iudicabitur à quoquam. Et exemplo Xisti Papæ: cui cum in concilio vbi Valentinianus Imperator interfuit, multa obijcerentur, tribuit ei Imperator potestatem iudicandi seipsum: cum ipse non sit subiectus iudicio minorum.

k ¶ *Diocletiani.*] Nota simul duos fuisse Imperatores. Dic quòd erant duæ personæ, sed tamen erant loco vnius. Sed contra 7. q. 1. in apibus. Sed forte vnus habuit dignitatem, alter administrationem.

Additio. Dic quòd huic contrario standum est: quia non debet esse nisi vnus. Ad hoc extra de offi. ordi. quoniã. §. 1. & hoc casuale fuit secundum Pet.

l ¶ *Marcellinus.*] Sed de isto legitur, quòd concilio congregato confessus est, quod fecerat, & in se tulit sententiam depositionis: & veniens coram Diocletiano confessus est se Christianum esse: & excommunicauit quicumque eum post mortem sepeliret. Sed videtur quòd hæc sententia, qua præcepit nõ sepeliri corpus suũ, contineat errorẽ: vnde nulla deberet esse: vt extra de sent. exc. per tuas. si quis. n. præcipiat q corpus suũ nõ sepeliat, hoc præceptũ nõ ẽ adimplen-

feriorẽ conuenienter absoluit. Hinc[a] liquido peruidetur; quia quem non potest absoluere, non potest iudicio inferior potiorem ligare. *& infra.* Vnde propheta[b] ait: [Nũquid gloriabitur securis contra eum, qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum, qui trahit eam?] His ita ex diuina scriptura, & probabilium Patrum doctrina commemoratis, sole clarius exhibuimus[c], non posse quemquam, qui minoris auctoritatis est, eum, qui maioris potestatis est, iudicijs suis addicere, aut proprijs definitionibus subiugare. (Esa. 10.)

Idem eadem epistola.

¶ De eodem. C. V.

NOlite nos existimare facta cuiuscumque proximorum nostrorum, quæ sunt digna reprehensione, velle defendere; sed quòd ita velimus filios circa spiritalem patrem, & discipulos erga magistrũ deuotos, ac sobrios esse; vt nulla penitus temeritate ad eorum vitam (vt non dicam diiudicandam,) sed nec saltem tenuiter reprehendendam[d] prosiliant.

Idem Nicolaus Papa eadem epistola.

¶ Inferiores maioribus nec benedicere, nec maledicere possunt. C. VI.

Ansl. l. 7. c. 144. Iuo par. 5. c. 17. & par. 6. c. 355. Heb. 7.

DEnique si in epistola legimus ad Hebræos[e], quòd minor à maiore benedicitur; restat profecto, vt exigente ratione etiam maledicatur[f]. Siquidem hæc vuque prænoscentes periculosa tempora illi, qui ante nos fuerunt, prouidam in ecclesiis consuetudinem tradiderunt; hodieque in Romana ecclesia, quæ magistra est omnium ecclesiarum, imprętermissa † seruatur: ita vt nullus sacerdos maiore[g] suo non innuente † consacerdote, cuilibet rei benedictionem † dare nitatur: sed & anterior stans ad pronuntiandam aliquam lectionem, benedictionem quidem postulat, sed ei quilibet inferior non audet penitus benedicere[h]. Cur hoc? numquid benedicere peccatum[i] est? absit. De maledicis enim, non de benedicis dicit Apostolus; quia regnum Dei non possidebunt: sed per hoc innuitur, quantæ censuræ fræno inferiores quique à suis præpositis iudicandis coercendi sunt, si his nec etiam benedicendi ius vllum penitus obtineant.

† al. impraetermisse. † al. iubente. † al. benedicere nitatur. (Gal. 5.)

Idem eadem epistola.

De eodem. C. VII.

Poly. l. 1. tit. 20. Ansl. l. 2. c. 67. al. 65. Iuo. par. 5. c. 8. Pann. l. 4. c. 6.

NVnc autem diuina inspiratione non nos pigebit, nec nobis impossibile erit, ostendere vobis (si tamen audire velitis) non posse quemquam rite ab iis, qui inferioris dignitatis, vel ordinis sunt, iudicialibus submitti definitionibus. Siquidem tempore Diocletiani[k], & Maximiani Augustorum Marcellinus[l] episcopus vrbis Romæ,

Minor quilibet ... præsente maiore.

Hoc cap. post factũ proquisitũ ... nota tur in glo. ... Reprehensio est triplex.

adimplendum, vt ff. de condict. institu. quidam. Præterea qualiter poterat iste seipsum excommunicare, vel deponere, cum par in parem non habeat imperium, vt extra de electio. innotuit? Ad hoc potest dici, quòd non fuit sententia quam tulit, sed quædam interpretatio, & infuit ei tacita conditio, scilicet, nisi Deus aliter reuelauerit, & Dominus reuelauit aliter: quia sepultus fuit post xxx. dies post mortem. Item quæritur, quare isti episcopi non deposuerunt Papam cum esset cõfessus de hæresi, vt 40. distinct. si Papa? Dicit Hugo: quia paratus erat corrigi. licet enim Papa, vel alius sit hæreticus, si tamen paratus est corrigi, non deponitur, vt 24. quæstio. 3. dixit Apostolus. Vel ideo non debebant ipsum deponere: quia coactus fecit. 50. distin. presbyteros.

a ¶ *Compulsus.*] Conditionali non absoluta coactione. si enim fuisset absoluta, non deliquisset, vt 50. distinct. presbyteros.

b ¶ *Ex ore.*] Arg. quòd aliquis potest esse iudex in propria causa. sic. ff. de adop. l. 3. C. de fideicomm. l. vlti. sed iudex ibi impropriè dicitur, id est, arbitrator. in iurisdictione contentiosa non potest, sed in voluntaria sic.

Videtur q. hic. 11. q. 3. si is qui. & de hoc Archid.

Argu. ad hoc 25. q. 2. §. cũ verum. Arch.

Immo dicit Hug. q. nec potuerunt nec debuerunt eũ condemnare inde: quia sponte & humiliter confessus est errorẽ suum. Tunc enĩ Papa potest cõdemnari de hæresi, cũ pertinax fuerit, aliàs nõ. Hugo.

qui postea insignis martyr effectus est, adeo compulsus [a] est à paganis, vt in templum eorum ingressus, grana turis super prunas imponeret: cuius rei gratia collecto numerosorum concilio episcoporum, & inquisitione facta, hoc idem Pontifex se egisse confessus est. Nullus tamen eorũ proferre sententiam in eũ ausus est, dũ ei sæpissime omnes perhiberent; Tuo ore iudica causam tuã, nõ nostro iudicio. Et iterum: Noli, aiunt, audiri in nostro iudicio; sed collige in sinu tuo causam tuam. & rursus: quoniam ex te, inquiunt, iustificaberis, aut ex ore [b] tuo condemnaberis. Et iterum dicunt: Prima sedes non iudicabitur à quoquam. *Idem in eadem.* Sed & cum quidam tempore quodam contra Xistum Papam tentassent quędam mali † rumoris obijcere, & in concilio, cui & Valentinianus Augustus interesset, dictum fuisset: Non licere aduersus Pontificem dare sententiam; surrexit idem protinus Imperator, & in arbitrio præfati Pontificis tribuit iudicare iudicium suum. Etenim nullus Pontificum minorum, vel inferiorum vrbium subactus iudicijs inuenitur.

† al. non boni] orig.

Idem Nicolaus eadem epistola.

¶ Maiores à minoribus iudicari non possunt. C. VIII.

Submittitur Ignatius minorum, inferiorum, & subiectorum deliberationibus, cum sacris canonibus præcipientibus, & exemplis sanctorum Patrum, semper, vbi est maior auctoritas, sit eundum, & in omnibus cõtrouersijs ad potioris sedis iudicia actio † dirigatur. Quod non solum à catholicis, verum etiam ab ipsis constat obseruatum hæreticis [c]. Alioquin acephalum liquet esse concilium, vbi de tanta persona agitur, & maiorum non expectatur sententia; cum nec in causa clericorum inferioris [d] gradus, solius episcopi sui iudicium tantummodo postulandum † sit.

† orig. non habet

† al. postulandũ

Idem Nicolaus ead. epist.

¶ Minorum sententiæ, maiores damnare non valent. C. IX.

Intantum hanc præsumptionem [e] sancti Patres apud Chalcedonem detestati sunt, vt Dioscorum [f] Alexandrinum Antistitem inter cetera, idcirco potissimum sine vlla restitutione damnauerint; quia in contumacia [a] permanens erga primæ sedis Romanæ priuilegium, resipiscere à suis superstitionibus, vt seruaretur à prima sede Apostolica, noluit: & ponens in cælo os suum, & lingua eius transeunte super terram, excommunicationem in S. Leonem Papam dictauit, ita vt in sententia contra ipsum prolata, hoc videantur memorare præcipue, dicentes: [Quoniam secundis [g] excessibus priorem iniquitatem valde transcendit. Præsumpsit enim & excommunicationem dictare aduersus sanctissimum, & beatissimum archiepiscopum magnæ Romæ Leonem]. Numquid ibi legitur inquisitionem fuisse factam, vtrum iuste, an iniuste ipsam Dioscorus excommunicationem dictasset? Non plane: sed absque omni controuersia hoc in eo vlti sunt: quia eum esset inferior, potiorem quibuslibet conatus est lacessere cõtumelijs, teste Anatolio Constantinopolitano præsule: qui dicit [Propter fidem [h] non est damnatus Dioscorus: sed quia excommunicationem fecit domino archiepiscopo Leoni.]

Poly. l. 1. ti. 20. Ansl. 2. c. 65. Iuo p. 5. c. 8. Pã. l. 4. c. 6. & 7.

Psal. 72.

In cõcilio Chalcedonen. actione. 5.

a ¶ In contumacia.] *Hinc vsque ad verb* ponens. *addita sunt ex originali.*

Submittitur.] Casus. Probat Nicolaus in hoc cap. q. Ignatius non potuit deponi à subditis, quia canones & exempla sanctorum patrum præcipiũt semper esse recurrendum ad maiorem sedem in causis episcoporum: quod non solum à catholicis, sed etiam ab ipsis hæreticis obseruatur. quia etiam clericus à solo episcopo iudicari non potest; & nisi Dominus Papa intersit vbi episcopus iudicatur, acephalum erit tale concilium.

c ¶ *Hæreticis.*] argum. quòd ab exemplis gentilium est argumentandum, vt 11. quæstio. 1. sacerdotibus. 13. quæst. 2. questa. & c. non æstimemus.

d ¶ *Inferioris.*] j. 15. quæst. 7. si autem. in fi. contra, vbi dicitur, quòd solus episcopus illorum causas potest audire. Sed non excluduntur ibi clerici, sed alij episcopi. 15. q. 7. episcopus nullus.

In tantum.] Casus. Dioscorus in tribus deliquit, quia scilicet per Regem fuit inthronizatus in ecclesia Cõstantinopolitana, vnde multi clerici recesserunt ab eo. Item quia factus fuit hæreticus. Post hæc duo delicta ausus fuit excommunicare Papam Leonem: vnde sancti patres apud Chalcedonem congregati ipsum damnauerunt, nõ tantum de hæresi, sed etiam quia ausus fuit suum maiorem excommunicare.

e ¶ *Præsumptionem.*] scilicet depositionem Ignatij.

f ¶ *Vt Dioscorum.*] qui inthronizatus fuit per Regem [a], qui postea excommunicauit Papam.

g ¶ *Quoniam secundis.*] Videtur hic, quòd iudex in sententia tenetur exprimere causam quæ ipsum mouit, vt C. de iudic. properandum. §. illo. & ff. de ijs qui not. infa. l. quod ait. §. penul. argu. contra extra de senten. & re iudic. sicut. Ad hoc dico, quòd semper tenetur exprimere causam, si tamen non expresserit, tenet sententia. 2. q. 6. biduum.

Additio. De hoc not. in prædi. c. sicut. & extra lib. 6. de sentẽ. excomm. cum medicinalis. in princ. Archid.

h ¶ *Fidem.*] tantum, ne sit contra. s. 15. dist. canones. circa medium versi. quarta synodus.

a V. 11. q. 7. hoc. Archid.

Quis

Quia ergo.] Hæc dist. diuiditur in duas partes. Secunda ibi, *Prima ergo.*
CASVS. Dictum est supra, quod maior à minori iudicari non potest. In hac vero 22. dist. videndū est quæ dicat prima sedes, quæ secunda, & quæ tertia.

Omnes.] CASVS. Mediolanenses nolebāt Ro. ec. sequi, nec ei reuerentiā exhibere, sed Nicolaus Papa probat quod Ro. ec. omnibus est prælata, & omnes alias instituit: & hoc probat duobus modis. Primo quia illud verbum per quod cælū & terra & cetera elementa sunt creata, dedit Petro potestatem cælestis & terreni imperij. Vnde qui priuilegijs Rom. ecc. detrahit, hæreticus est: qui vero alijs, iniustitiā facit. Secūdo probat exēplo Ambrosij, qui confessus est in omnibus se velle sequi Ro. ecclesiam.

DISTINCTIO XXII.

Quia ergo maior à minori iudicari non debet, videndum est, quæ inter ceteras ecclesias primum locum quæ secundum, vel tertium obtineat. Romana ecclesia (sicut supra dictum est) primum locum inter ceteras obtinet: Alexandrina secundum, Antiochena ecclesia tertium ab ea locum accepit.

Vnde Nicolaus Papa ij. scribit Mediolanensibus per Petrum Damianum legatum suum.

¶ Romana ecclesia ceterarum principatum tenet. C. I.

Anſ. l. 1. c. 63. al. 64.

OMnes siue patriarchij cuiuslibet apices, siue metropoleon primatus, aut episcopatuum cathedras, vel ecclesiarum cuiuslibet ordinis dignitates instituit Romana ecclesia. Illam vero solus ille fundauit, & super petram fidei mox nascentis erexit, qui beato æternæ vitæ clauigero terreni simul & cælestis imperij iura commisit. Non ergo quælibet terrena sententia, sed illud verbum, per quod constructū est celum, & terra; per quod denique omnia condita sunt elementa, Romanam fundauit ecclesiam. Illius certe priuilegio fungitur, illius auctoritate fulcitur. Vnde non dubium, quia quisquis cuilibet ecclesiæ ius suum detrahit, iniustitiam facit. Qui autem Romanæ ecclesiæ priuilegium ab ipso summo omnium ecclesiarum capite traditum auferre conatur, hic proculdubio in hæresim labitur; & cum ille vocetur iniustus, hic est proculdubio dicendus hæreticus. Fidem quippe violat, qui aduersus illam agit; quæ mater est fidei: & illi contumax inuenitur, qui eam cunctis ecclesijs prætulisse cognoscitur. *& infra.* Vnde & ipse S. Ambrosius se in omnibus sequi magistram sanctam Romanam profitetur ecclesiam.

Lib. 3. de sacramentis c. 1.

Item Anacletus seruus Christi Iesu ad omnes episcopos, epistola 3. c. 3.

¶ Non ab Apostolis, sed ab ipso Domino Romana ecclesia primatum accepit. C. II.

In præfatione concilij Niceni. Poly. l. 1. tit. 1. Anſ. l. 1. c. 2. & 65. Iuo par. 5. c. 2. & 36. Pann. l. 4. c. 2. Mart. 16ic. 1. dist. 21. cap. quamuis.

SAcrosancta Romana, & Apostolica Ecclesia non ab Apostolis, sed ab ipso Domino saluatore nostro primatum obtinuit: & eminentiam potestatis super vniuersas ecclesias, ac totum Christiani populi gregem assecuta est: sicut ipse B. Petro Apostolo dixit: [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam; & portæ inferi non præualebunt aduersus eam; & tibi dabo claues regni cęlorum, & quodcumque ligaueris super terram, erit ligatum & in cęlis: & quodcumque solueris super terram, erit solutum & in cęlis.] Adhibita est etiam societas in eadem Romana vrbe beatissimi apostoli Pauli vasis electionis, qui vno die, vnoque tempore gloriosa morte cum Petro sub principe Nerone agonizans coronatus est: & ambo sanctam ecclesiam Romanam consecrauerunt, alijsque omnibus vrbibus in vniuerso mundo sua præsentia, atque venerando triumpho prætulerunt. Et licet pro omnibus assidua apud Deum omnium Sanctorum effundatur oratio; his tamen verbis Paulus beatissimus Apostolus Romanis proprio chirographo pollicetur dicēs: [Testis enim mihi est Deus, cui seruio in spiritu meo in Euangelio filij eius: quod sine intermissione memoriā vestri facio semper in orationibus meis.] Prima ergo sedes est cęlesti beneficio Rom. ecclesię, quā (vt memoratum est) beatissimi Petrus, & Paulus suo martyrio cōsecrarūt. Secūda autem sedes apud Alexandriā, B. Petri nomine à Marco eius discipulo atq;

Rom. 1.

Pann. l. 4. c. 4.

b Omnes.] Sic construe. Rom. ecc. instituit omnes, scilicet prælatos, siue apicē cuiuslibet patriarchæ, id est, patriarchatus. & per hoc patet quòd solus Papa nouas facit dignitates.

c Mox.] id est ab initio.

d Nascentis.] quantum ad nouum testamentum.

e Calestis.] Arg. quod Papa habet vtrūq; gladiū, scilicet spirituale & temporalē. 63. dist. tibi dño. & 15. q. 6. alius. & cap. nos sanctorū. & c. iuratos. & 1. q. 4. quia præsulatus. & 96. dist. duo. transtulit enim de Græcia imperium, vt extra de elec. venerabilē. Arg. contra 96. di. duo. & 93. dist. legimus. & 21. dist. § 1.

f Iniustitia.] Nec Papa debet vni ecclesiæ detrahere, & dare alteri, vt 99. dist. ecce. & cap. nullus. & 25. q. 2. de ecclesiasticis. nisi subsit causa, vt 9. q. 3. conquestus. & cap. nūc vero. & cap. per principalem.

g Conatur.] solus ergo conatus hic punitꝰ, vt 6. q. 1. § .quo verum. & 1. q. 1. qui studet. de pœni. dist. 1. si quis.

h Profitetur.] Arg. quod cōfessio prælati nocet ecclesiæ suę. arg. j. ca. de Constantinopolitana. in fi.

SAcrosancta.] CASVS. Capitulum hoc diuidit in tres partes. In prima parte probat Ro. ecc. primā esse siue priorem, & alijs præferri. & hoc ostendit tribus modis. Primo auctoritate Christi dicentis: Tu es Petrus, &c. Secundo in gloriosa morte Petri & Pauli, qui Rom. ecc. consecrauerunt: & eā alijs sui præsentia prætulerunt. Tertio speciali oratione facta pro Romanis. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Prima ergo.* dicitur quòd prima sedes est Romana: Secunda Alexandrina: tertia Antiochena. In tertia parte quæ incipit ibi, *Et post pauca.* discretio fuit inter Petrum & alios apostolos: quæ hodie est inter Papam & alios episcopos. Hoc etiam fuit in veteri testamento. Vnde Moyses & Aaron ceteris præfuerunt sacerdotibus.

Casus autem sequen. §. & c. per se patet.

i Sine intermissione.] Non tamē in quolibet instanti, sed horis constitutis. vt sic j. 31. dist. si laicus. & 37. dist. de quibusdam.

k A Marco.] vt 24. q. 1. cum beatissimus.

& quidē primū locum obtinet Roma. eccle. Alexandrina secundum, Anthiochena tertiū. & hoc probat Gratianus per 7 cap. sequentia.

a Quia ergo.] In hac dist. ostendit ordinē maiorū ecclesiarū. Et primo ostendit quē ordinem habuerunt secundum antiqua tempora. Secundo ostendit quē ordinem habuerunt postea secundum moderna tempora. Secundū antiqua tempora talis fuit ordo: Prima fuit Romana ecclesia: Alexandrina secunda: Antiochena tertia: quarta Hierosolymitana, vt j. ca. § 1. & c. 2. sed Constantinopolitana nullū locū habuit, vt j. ea. c. qua traditione. sed postquā imperiū fuit translatū Cōstantinopolim, Cōstantinopolitana ecclesia obtinuit secundum locū post Ro. Alexādrina tertiū: Antiochena quartū: Hierosolymitana quintum. & hoc dr j. ea. renouantes, extra de priuileg. antiqua.

Ordo litium.

Papa habens vtrumque gladium transtulit imperium.

Et capit. si imperator. in prin. vbi de hoc & 2. q. 6. § vlti. cum dict. Arch.

In cuiusquam ecclesiæ beneficiū tribuere nostri moris nō est, dicit Imperator C. de ... Arch.

Ecclesiarum maiorum ordo.

Quod fuit ... Arch.

a ¶ *Primum*.] vt 9.q.1. mutationes.
b ¶ *Christianorum*.] Primo enim omnes fideles fuerunt dicti discipuli. de conse. dist. 2. prima. vel fratres. 1 1.q.3 c. ad mensam. sed postquam Apostoli fecerunt concilium Antiochenum, dicti sunt Christiani. 24 q. 1 rogamus.

h ¶ *Bizantium*.] id est, Constantinopolitanus. primo enim Constantinopolis dicta fuit Bizantium.
i ¶ *Subiici*.] ita demum si qua culpa, &c.
k ¶ *Nescio*.] q.d. ex quo Constantinop. eps fatetur se esse subiectum Ro. ecc. tanto magis & alij tenent fateri. Sic vr q confessio plus nocet eccle.

Euangelista consecrata est: quia[a] & ipse in Aegypto primum verbum veritatis directus à Petro prædicauit: & gloriosum suscepit martyriũ: cui venerabilis successit Abilius. Tertia verò sedes apud Antiochiam eiusdem, idest, beati Petri apostoli nomine habetur honorabilis; quia illic, priusquam Romam veniret, habitauit, & Ignatium episcopum constituit: & illic primum nomen Christianorum[b] nouellæ gentis exortum est. *& post pauca*. ¶ Inter beatos Apostolos quædam fuit discretio † potestatis: & licet omnes essent Apostoli, Petro tamen à Domino concessum est (& ipsi inter se idipsum voluerunt) vt reliquis omnibus præesset Apostolis. & Cephas[β] idest caput, & principium teneret apostolatus: qui & eamdem formã suis successoribus, & reliquis γ episcopis tenendam tradiderunt. Et non solum hoc in nouo testamento est cõstitutum, sed etiam in veteri fuit: vnde scriptum est [Moyses[c], & Aaron in sacerdotibus eius.] idest primi inter eos fuerunt. *& post pauca*. ¶ Hæc verò Apostolica sedes cardo, & caput (vt prætactum est) omnium ecclesiarum à Domino, & non ab alio est constituta: & sicut cardine ostium regitur; sic huius sanctæ sedis auctoritate omnes ecclesiæ (Domino disponente) reguntur.

Polyc. l. 1. tit. 1. Ans. l. 1. c. 7. Burch. l. 1. c. 159. Iuo p. 5. c. 189.
† *al. discretio, & licet.*
Psal. 98.
Poly. l. 1. tit. 1. Ans. l. 1. c. 2. Burc. l. 1. c. 178. Iuo p. 5. c. 194.

α ¶ *Quia.*] *Hinc vsque ad ver.* Tertia *addita fuer. ex originali quemadmodum & alia nonnulla.*
β ¶ *Cephas*] *In Euangelio Ioannis c. 1. Cephas (quæ vox Syriaca est) exponitur πέτρος, quod græce petrum significat: vt docet etiam B. Hieronymus in comm. epist. ad Galatas c. 2. neq. credendum est ignorasse Anacletum: sed voluisse eam dictionem ad græcam linguam eo tempore notissimam referre. Quod fecit Cyrillus Hierosolymitanus catechesi decima in nomine, Iesus, nõ modo hebraicam, sed etiam græcam illi etymologiam tribuens. Atque hoc ipsum nomen Cephas, Optatus Afer antiquus, & probatus auctor, quem Hieronymus, & Augustinus magni faciunt, libro secundo eodem modo, quo Anacletus, accepit, his verbis:* Igitur negare non potes, scire te in vrbe Roma, Petro primo cathedram episcopalem esse collatam: in qua sederit omnium Apostolorum caput Petrus: vnde & Cephas appellatus est. *Et Isidorus lib. 7 Etym. c. 9 sic de Petro loquitur:* Cephas dictus, eo quòd in capite sit constitutus Apostolorum. κεφαλὴ enim græce caput dicitur. *Verum apud Burchardum & Iuonem sic habetur:* vt reliquis omnibus præesset Apostolis Cephas, idest vt Petrus principatum teneret Apostolatus.
γ ¶ Et reliquis.] *In originali est*, & reliquis Apostoli episcopis.

Hac auctoritate, Alexandrina ecclesia secundum à prima locum habere censetur. Sed postea in Constantinopolitana synodo ecclesia Constantinop. secundum à sede Apostolica locum accepit. Vnde in eadem synodo, idest, Constantinop. 1. c. 5. ita constitutum est.

¶ Secundum a Romano Pontifice Constantinopolitanus obtinet locum. C. III.

CONstantinopolitanæ[d] ciuitatis episcopũ habere oportet primatus honorem post Romanũ episcopũ: propterea quod sit noua Roma.

Ex prisca versione. Poly. l. 1. tit. 22.

¶ *Canon hic ex ijs est, quos Apostolica Romana sedes à principio, & longo post tempore non recepit: quod ex epistola 51. aliàs 53. Leonis Papæ primi ad Anatolium Constantinopolitanum, & alijs eiusdem epistolis facile est cuiuis cognoscere: itemq. ex duabus epistolis Leonis non, vna aduersus præsumptiones Michaelis, & Leonis, c. 38, altera ad eumdem Michaelem. Sed multo clarius ex B. Gregorij epistola 31. lib. 6 ad Eulogium Alexandrinum, & Anastasium Antiochenum: atq. ex epistola Nicolai primi ad Michaelem Imperatorem: quæ incipit,* Proposueramus. *Quanquam Constantinopolitani episcopi, Imperatorum potentia freti secundum locum Patriarchatuum sedium sibi vsurparunt: idq. tandem partim, & tranquillitatis causa fuit ipsis concessum, sicut in c. antiqua. de priuileg. Innocentius Papa iij. declarauit.*

Item Gregorius Ioanni Episcopo Syracusano, lib. 7. epist. 63.

¶ Apostolicæ sedi Constantinopolitanam constat esse subiectam. C. IIII.

DE Constantinopolitana[e] ecclesia quod dicunt, quis eam dubitet sedi Apostolicæ esse subiectam? quod & D. pijssimus Imperator, & frater noster Eusebius eiusdem ciuitatis episcopus assidue profitentur? Tamen si quid boni, vel ipsa, vel altera ecclesia habet ego & minores meos, quos ab illicitis prohibeo, in bono imitari paratus sum. Stultus[f] est enim, qui in eo se primum existimat, vt bona, quæ viderit, discere[g] contemnat. *Idem eidem, epistola 64.* Nam, quòd Primas Byzanzenus[h] sedi Apostolicæ dicit se subijci[i], si qua culpa in episcopis inuenitur, nescio[k] quis † ei subiectus non sit: cum verò culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis æquales sumus.

Ans. l. 2. c. 66.
† *al. ei episcopus subiectus.*

¶ *Hoc caput sumptũ est ex duabus epistolis eidem Ioanni episcopo Syracusano scriptis: sed in epist.*

c ¶ *Moyses.*] Licet Moyses & Aaron primi & summi dicti sint sacerdotes: tñ Moyses fuit maior q̃ Aaron in administratione, non quò ad consecrationẽ sacerdotalẽ. In hoc enim ambo pares fuerũt: Moyses tamẽ hostias non offerebat: sed vota offerebat pro populo, vt 36. dist. si quis vult. & 88. dist. decreuit. Itẽ & in hoc erat maior Moyses, q̃ Aaron: quia instruebat & redarguebat eum tanquam minorem. 1, vt de pœn. dist. 3. inter hæc hircum.

d ¶ *Constantinopolitanæ.*] ¶ *Roma noua.*] dicta est Constantinopolis: quia Constantinus illuc cũ alijs Romanis iuit, & eam construxit, vnde & Constantinopolis & Roma noua est dicta. 96. distin. Constantinus.

DE Constantinopolitana.] CASVS. Dicit Grego. in hoc cap. q nullus debet dubitare Constantino. ecclesiam esse Romæ subiectam: & tñ si quid boni habet ipsa, vel alia ecclesia, libenter sumere ab ea paratus est: quia stultus, &c. Nam cũ Constanti. eps confiteatur eam esse subiectam Romanæ eccle. nullus de hoc dubitare debet.

e ¶ *De Constantinopolitana.*] immo ipse Imperator eã fatẽ subiectã Ro. ecc. vt in Auth. de eccl. ti. i prin. coll. 9. ADDITIO. Et C. de sum. tri. l. inter claras. Lau.

f ¶ *Stultus.*] Stultus, a, tum. dr quasi extultus, ab extollo, lis. q a se extollit. vel dr stultus, quasi statim vltus, ab vlciscor, eris. quia stultus statim vltionẽ expetit: nec deliberat. Vel dic q propriè stultus est qui per stuporem non mouet iniurijs: stultitiam enim pietas, nec vltus est, nec vllo ignominiæ mouet dolore: quia stultus est hebetior corde. vnde quidam ait: Ego me esse stultũ existimo: fatuum esse non opinor, id est, obtusis quidem sensibus, non tamen nullis: secundum Pap. & Hug.

g ¶ *Discere.*] Arg. est hic q seniores quis erubescant discere à iuuenibus. sic 38. dist. nullus. & 24 q. 3. si habes. & 84 dist. peruenit. Item habes hic q maiores tenentur sequi exempla minorũ si bona sunt. 1. q. 1. si sunt. & 10 q. in homine. & 19. dist. secundum.

ecclesiæ, vt extra de ca. mo. dilectus. & de sen. & re iu. suborta. & de postu. pla. ad hæc. Ioã. qđ credo verũ esse si de t. õtẽsis sit in capitulo facta est in iudicio, vt ex nã de iud. causã & de p̃ u. e. B.
l ¶ *Humilitatis.*] Hoc vult dicere, q oẽs essent æquales, si omnes vellent esse boni: sed qa aliq peccare volũt, necesse est q aliq sint maior

Stultus vnde dicatur.

Senes non debent erubescere à iuuenibus discere.

Prælati confessio in nocet ecclesiæ.

Culpa est subiectionis causa.

maiores qui puniant peccata eorum. culpa enim causa subiectionis est. nam non peccantes legi non subijciuntur, vt in Authen. de incest. nup. §. si vero. coll. 2. 19. q. 2. duæ sunt. Et aliter nõ posset cõsistere genus humanum nisi quidam essent maiores, & alij minores, sicut est in Angelis, vt 89. dist. ad hoc.

d ¶ *Qui sacri.*] ironice dicit.

e ¶ *Nullum nomen.*] quia tẽpore Gelasij Constantinopolitana ecclesia non habuit secundum locum adhuc. vel nullum vocat propter hæresim ibi institutam.

f R*enouantes.*] ¶ *Similia.*]. Simile priuilegium habet in quibusdã: qs ad ipsum appellatur medijs prætermissis, vt 11. q. 1. si clericus. Et qs deponit epm, vt vĩ, vt 3. q. 5. quia suspecti. Et Imperator dicit, q̃ idẽ iuris habet i suis subditis, qđ Papa in suis, vt in Auth. de ecclē. tit. 9. 1. coll. 9. Similiter Alexãdrina ecclesia forte in p̃dictis simile habet priuilegium Romanæ, vt 65. dist. quoniã. &c. mos antiquus.

Appellatio potest ad Papam omisso medio interponi.

g ¶ *Priusquam.*] Sic ergo aliqua ecclesia priuat iure suo sine culpa sua, & hoc fit qñq; pp fauorẽ, qñq; pp odiũ. Propter fauore multipliciter. vno modo vt hic: alio modo fauore sacerdotij, vt 54. di. frequẽs. Et alio modo pp vim consecrationis, vt 14. q. 6. cõperimus. Qñque pp fauorẽ religionis, vt extra de ecc. ædi. ad audiẽtiã 2. Qñqs pp scãdalũ, vt extra de cleri. ęgro. tua. Qñq; pp defectũ sacramenti, vt 34. dist. si cuius. Itẽ pp odium alterius, vt 70. dist. neminẽ. 16. q. 7. decernimus. Propter paupertatẽ. 10. q. 3. c. vnic. Itẽ pp ordines, vt dist. 54. frequẽs. Alias regulare est, q̃ nemo sine culpa sua priuãdus est iure suo, vt 16. q. 7. inuentũ. & 56. dist. satis peruersum [i]. Hic põt habere locũ distinctio, q̃ qñqs perdit priuilegiũ pp fauorẽ, vt hic. qñqs pp enorme damnũ, vt extra de deci. suggestũ. qñqs pp abusũ. 11. q. 3. priuilegiũ. qñqs pp delictũ. 25. q. 2. ita nos. quandoqs propter negligentiã. ff. de nundinis. l. 1. quandoqs propter contrariũ factum. extra de prius. ff. de terra. & c. accedentibus. Et not. q̃ licet quis sine culpa perdat priuilegium, numquam tamen sine causa. extra vt lite non contesta. quoniam frequenter. §. porro. vnde versus:

Iure suo multis modis quis priuatur.

Paupertas, odium, vitium, fauor, & scelus, & ordo,
Personas spoliant & loca iure suo.

De hoc etiam ha. extra de peni. antiquas. Ãts.

Qua

63. ex qua accepta est prior pars, agitur de Constantinopolitana ecclesia: in sequenti vero 64. agitur de Primate Byzaceno prouincia Africa, non autem Constantinopolitano, quod videntur & Gratianus, & Anselmus, apud quem eodem modo legitur, voluisse; adductis fortasse summulis illis, quas præposita est epistola Gregorij. Auctor quidẽ glossa, quod Gratianũ putaunt sensisse, aperte exposuit.

Item Gelasius Papa 1. ad Faustum magistrum legationis.

¶ Constantinopolitanus episcopus auctoritate Romani Pontificis deponitur. C. V.

Iuo p. 5. c. 9.

QVa traditione maiorum, Apostolicam sedem in iudicium vocant [a]? An secundæ sedis Antistites, & tertiæ, ceterique bene sibi conscij sacerdotes depelli [b] debuerunt; & qui religionis extitit inimicus [c], depelli nõ debuit? Viderint ergo, si alios habent canones, quibus suas ineptias exequantur. Ceterum isti, qui sacri [d], qui ecclesiastici, qui legitimi celebrantur, sedem Apostolicam ad iudicium vocare non possunt, & Constantinopolitanæ ciuitatis episcopus, quæ vtique per canones inter sedes nullum nomen [e] accepit, in communionem recidens perfidorum, non debuit submoueri?

Item ex vi. synodo sub Iustiniano congregata, c. 36.

¶ Constantinopolitana ecclesia secundum a Romana obtinet locum. C. VI.

† *Insistimus, id est, flagitamus*

REnouantes [a] sancti Cõstantinopolitani decreta cõcilij, petimus [†], vt Constantinopolitana sedes similia [f] priuilegia, quæ superior [β] Roma habet, accipiat; nec nõ [γ] in ecclesiasticis rebus magnificetur, vt illa: sed hæc secunda post illam existens, prius quàm [g] Alexandrina sedes numeretur; deinde Antiochena, & post eam Hierosolymitana.

α ¶ Renouantes.] *Hic agitur de quinto illo canone primæ synodi Constantinopolitanæ, de quo supra ead. c. Constantinopolitanæ dictum fuit. Et quod attinet ad omnes hos canones, qui sextæ synodo tribuuntur, videnda est notatio ad c. sextam. supra 16. dist.*

β ¶ Superior.] *Ita habetur in aliquot vetustis exemplaribus: nam in vulgatis erat, inferior. græce est, τῆς πρεσβυτέρας ῥώμης, id est* antiquioris uel senioris Romæ, *vt infra ca. proximo. Omnino autem caput hoc longe breuius est in hac versione, quàm in græco exemplari, vno tantum loco copiosius, quòd Antiochenam numerat sedem: cuius in græco vulgato nulla mentio.*

γ ¶ Nec non.] *sic emẽdatũ est ex aliquot manuscriptis, & græco; antea enim legebatur*, non tñ.

Hinc datur intelligi, quòd Alexandrina ecclesia de secunda facta sit tertia, & Antiochena de tertia sit quarta, nisi forte quis duas contendat esse secundas, vt Constantinopolitanam, & Alexandrinam parem suæ dignitatis velit locum obtinere.

Vnde in viij. synodo habita sub Hadriano Papa ij. can. 21.

¶ Quæ Patriarchalium sedium primũ, vel deinceps teneat locum. C. VII.

Deusdedit p. 3. Ansel. l. 2. c. 72.

DIffinimus neminẽ prorsus mũdi potentũ, quemquã eorũ, qui Patriarchalibus præsunt sedibus, inhonorare, aut mouere à proprio throno tentare; sed omni reuerẽtia, & honore dignos iudicare, p̃cipue quidẽ sanctissimũ Papã senioris Romæ, deinceps aũt Cõstãtinopoleos Patriarchã, deinde vero Alexãdriæ, ac Antiochiæ, ac Hierosolymorũ [h].

DISTINCTIO XXIII.

BReuiter [i] *quæ inter ecclesiastica officia sit differẽtia, mõstrauimus. Nunc à summo incipientes, & vsque ad vltimũ gradũ descendentes, qualiter quisque eorum debeat ordinari, sanctorum auctoritatibus ostendamus.*

Vnde Nicolaus Papa ij. in conc. Lateranensi.

QVa traditione.] CASVS. Acacius Constantinop. patriarcha cũ esset in hæresi, excõicauit Alexandrinũ, & Antiochenũ patriarchas, & eos a suis sedibus fecit expelli, quia sibi nõ fauebãt in suo errore. quare Gelasius Papa in illa synodo cõgregata excõicauit Acacium & Constantinopolitanos ei fauentes q̃ inciderãt in hæresim iã dãnatam. Acacius vero Constantinopolitanus eps & cõplices cõquerentes dicebant, Papã non debuisse eos excõicasse nisi in synodo cõgregata, & sic volebant cogere Papam congregare cõciliũ, vt de suo facto iterũ cognosceret in synodo [a], & hoc intẽdebant probare auctoritate quorumdã canonum, quos fallaciter inducebant. Sed Gela. ꝯ eos dicit, q̃ iustissime sunt damnati, cũ illi iniuste cõdẽnauerunt Alexandrinũ, & Antiochenũ patriarchas: nec auctoritates quas allegant, eos defendere possunt [1].

a. De hac materia loquitur 24. q. 1. cd quibus.

¶ Capitula quæ sequuntur cũ §. plana sunt vsque ad finem dist.

a ¶ *Vocant.*] ad concilium faciendum [2].

b ¶ *Depelli.*] ab Acacio Constantinopol. patriarcha.

c ¶ *Inimicus.*] Acacius.

1. Scilicet quod si Papa non posset sine concilio aliquẽ damnare, quod falsum est. Ha.

h ¶ *Diffinimus.*] ¶ *Ac Hierosolymorum.*] Sunt & alij [4] patriarchæ, vt Bituricen. Aquilegien. vt 9. q. 3. conquestus. & c. nunc vero. ĩ. 35. dist. erubescant.

4. Scilicet qui patriarchalibus sedibus præsident, vt Pisanus. Bituricensis, Grandensis. ut plerum dicitur esse qui in capite cuiusque prouinciæ, &c. 99. dist. c. i. secundum Hug.

i BReuiter.] Hæc distinct. diuiditur in sex partes, in quarum prima ponit quid iuris sit de electione Romani Pontificis. Secunda ibi, *Episcopi vero.* Tertia ibi, *His igitur.* Quarta ibi, *Dalmaticus.* Quinta ibi, *Quæritur.* Sexta ibi, *Subdiaconus.*

CASVS. Supra ostensum est quæ differentia sit inter ecclesiastica officia, & ministros ecclesiæ in illo cap. cleros. In hac vero 23. distin. ostenditur qualiter quisque debet ordinari à summo vsque ad vltimum gradum.

i ¶ *Breuiter.*] In hac dist. 23. ostenditur qualiter singuli ordines

E 2 sunt

sunt conferendi. Et primo ostendit qualiter debet Papa eligi & ordinari [1]. Secundo qualiter ordinandus in episcopum debeat examinari [2]. Tertio qualiter episcopus, & alij inferiores sint ordinandi [3]. Quarto annectit de habitu clericorum, & quòd monales non debent contingere sacra vasa.

1 J.eo.c.2.
2 J.eo.c.3.
3 J eo.c. 5. & c. se sonet.& q I Iuris sit si aliqui orta fuerit contradictio in consecratione episcopi & de professione obedientiæ, quam debet inferiores facere suis prælatis. J. eo.ca.illud.& c. seq. lo.de Fan.

I *N nomine Domini.*] CASVS Hoc ca. diuidilur in tres partes. In prima parte ponuntur verba notarij. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Nouit beatitudo.* dicit Nicolaus, quod mortuo Stephano Papa, ecclesia multas passa fuit tribulationes, & iniurias. & ideo volens futuris casibus prouidere, statuit, vt quoties mortuo Papa electio de successore eius imminet facienda, conuenire debeant Cardinales, & vocare qui vocandi sunt, qui debent eligere vnum de seipsis, si ibi idoneus inueniatur: alioquin de alia ecclesia eligatur, & consecrabitur à Cardinalibus, sicut archiepiscopi cum episcopis suis consecrant, & confirmant episcopos: & hæc electio fiat in ciuitate Romana, vel alibi in necessitate, & ex sola electione habeat potestatem disponendi de rebus ecclesiæ, & ordinandi Rom. Eccle. si inthronizari non pôt. In tertia parte quæ incipit ibi, *Quòd si quis contra hoc*, maledicit ei qui contra hoc decretum fuerit ordinatus, cum suis fautoribus, pœna depositionis adiuncta; & benedicit omnibus obseruatoribus. Et no. quod ab illo verbo, *Nouit beatitudo*, vsque in finem, sunt verba Nicolai.

¶ Cas. 5. seq. p se patet.

a ¶ *In nomine.*] hæc sunt verba notarij vsque ibi, *Nouit beatitudo.*

ADDITIO. Sic 8. q. 3. Artaldus. 16. q. 1. hinc est etiam. & 1. q. 7. conuenientibus. ar.

b ¶ *Indictione.*] indictio dicitur spatium trium lustrorum.

c ¶ *Patriarchij.*] in quo Papa residet.

d ¶ *Trapezitas.*] id est, campsores.

e ¶ *Adeo.*] Hic tangitur latenter quod legitur in chronicis, quod Benedictus 2. qui successit Stephano, eiectus est de pontificatu, & factus est Papa Ioannes Sabinen. eps pro pecunia [4]: cui impositum est nomen Siluester. & iste etiam deiectus est, & deinde reparatus, & restitutus est Benedictus, & iterum eiectus est Benedictus, & datus papatus Ioanni archipresbytero ante portam Latinam, cui impositum est nomen Gregorius: & hic ab Henrico Imperatore est depositus, & vltra montes translatus est. hoc totum vno anno factum est, & propter hoc datum fuit priuilegium Henrico de quo hic fit mentio.

Multiplex Papæ mutatio.

4 Numquid iste sic electus, posset accusari de simonia. quod sic 79. dist. si quis pecunia. vbi de hoc J. eadi. c. 1.

f ¶ *Futuris casibus.*] No. ad cautelam futurorum aliquid statui, vt 63. dist. c. Hadrianus. & 1. q. 7. conuenientibus. ff. loc. si quis domum. §. 2. arg. contra, quia non imputatur alicui si non dânauit ecclesiam, vt extra, vt eccl. benefi. vt nostrum, & ff. ad leg. Aquil. l. si putator.

g ¶ *Tractantes.*] Videtur, quod electionem semper debet præcedere tractatus: alioquin electio nulla est, sicut alienationem debet præcedere tractatus, vt 12. q. 2. fine. Io. quod hodie expressum est extra de electio. in Genesi. & cap. quia propter. B. [5]

Electionem tractatus præcedere debet.

5 Et no. quod hinc etiam colligitur, quod electi prius debent in aliquo consentire, & po

h ¶ *Religiosissimi.*] id est, episcopi Cardinales.

i ¶ *Prædüces.*] J. dist. 89. c. 1. contra. Sed hic dixit, prædüces, non respectu Cardinalium, sed aliorum clericorum. Vel religiosos appellat hic episcopos Cardinales.

k ¶ *Legitimus.*] id est, canonicus.

l ¶ *Nulla.*] dist. 62. c. 1.

m ¶ *Funguntur.*] Non tamen ideo sunt maiores Papa; quia cõsecrant eum; quia suffraganei consecrant metropolitanum, non tamen ideo sunt maiores, vt 66. dist. c. 1.

Bea alijs religiosis viris vel laicis renunciare. Lau.

Consecrans est inferior consecrato.

¶ Decretum Nicolai Papæ de electione summi Pontificis. C. I.

Pann. l. 3. c. 1.

IN nomine [a] Domini nostri, & saluatoris Iesu Christi. Anno ab incarnatione eiusdem MLIX. mense Aprili, indictione [b] xij. propositis sacrosanctis Euangelijs, præsidente quoque reuerendissimo †, ac beatissimo Nicolao Apostolico Papa in basilica Lateranensis Patriarchij [c], quæ cognominatur Constantiniana, considentibus etiam reuerendissimis episcopis abbatibus, presbyteris, diaconis, idem venerabilis Pontifex auctoritate Apostolica decernens de electione summi Pontificis, inquit. ¶ Nouit beatitudo vestra dilectissimi fratres, & coepiscopi, inferiora quoque membra Christi non latuit, defuncto piæ memoriæ Domino Stephano prædecessore nostro, hęc Apostolica sedes, cui auctore Deo, deseruio, quot aduersa pertulerit, quot denique per simoniacæ hæresis trapezitas [d] repetitis malleis, crebrisque tunsionibus subiacuerit; adeo [e], vt columna Dei viuentis iam iam pene videretur concussa nutare, & sagena summi piscatoris, procellis intumescentibus cogeretur in naufragij profunda submergi. Vnde, si placet fraternitati vestræ, debemus, auxiliante Deo, futuris casibus [f] prudenter occurrere; & ecclesiastico statui, ne recidiua † (quod absit) mala præualeant, præcauere. Quapropter instructi prædecessorum nostrorum, aliorumque sanctorum Patrum auctoritate, decernimus, atque statuimus, vt obeunte huius Romanæ vniuersalis ecclesiæ Pontifice, in primis Cardinales episcopi diligentissime simul de electione tractantes [g], mox Christi † clericos Cardinales adhibeant: sicque reliquus clerus, & populus ad consensum nouæ electionis accedat; nimirum præcauentes, ne venalitatis morbus aliqua occasione subrepat. Et ideo religiosissimi [h] viri præduces [i] sint in promouenda Pontificis electione; reliqui autem sequaces. Certus vero, atque legitimus [k] hic electionis ordo perpenditur: si perspectis diuersorum Patrum regulis, siue gestis, etiam illa beati Leonis prædecessoris nostri sententia recolatur. [Nulla [l], inquit, ratio sinit, vt inter episcopos habeantur; qui nec à clericis sunt electi, nec à plebibus expetiti, nec à comprouincialibus episcopis cum metropolitani iudicio consecrati]. Quia vero sedes Apostolica cunctis in orbe terrarum præfertur ecclesijs, atque ideo super se metropolitanum habere non potest; Cardinales episcopi proculdubio metropolitani vice funguntur [m]; qui videlicet electum episcopum ad Apostolici culminis apicem prouehãt. Eligatur autem de ipsius ecclesiæ gremio [n], si reperitur idoneus; vel si de ipsa non inuenitur, ex alia assumatur; saluo debito honore, & reuerentia dilecti filij nostri Henrici; qui in præsentiarum Rex habetur, & futurus Imperator, Deo concedente, speratur; sicut iam sibi concessimus, & successoribus illius, qui ab hac Apostolica sede psonaliter hoc [o] ius impetrauerint. Quòd si prauorum, atque iniquorum hominum ita peruersitas inualuerit, vt pura, sincera, atque gratuita fieri in vrbe [p] non possit electio; Cardina-

† al. reuerentissimo

† al. recidiuis

† al. episcopi

J. dist. 62. Nulla ratio

n ¶ *Gremio.*] Ergo aliquis in Romana eccle. pôt esse nõ idoneus ad papatũ, & sic est contra 21. dist. quãuis. in fi. vbi dicitur, quod ibi nõ est macula, nec ruga, sed bene pôt esse, quod oẽs sunt sancti, nõ tñ oẽs sunt idonei ad papatũ, vel quia sunt corpore vitiati, vel aliud habẽt impedimentũ. Itẽ habes hic, quod semper de clericis ipsius ecclesiæ eligẽdus est plãtus, si ibi est idoneus, vt 61. dist. nullus. & c. obmũ. & 63. dist. metropolitano. idẽ i Abbate, vt 18. q. 2. quod sit [6]. & tunc sufficit, quod sit bonus [7]. sed si de altera ecclesia eligitur, requirit quod sit optimus, vt dicunt qdã. & est arg. ad hoc ff. de tutori. & curatori. diuus. De hac materia plene inuenies 8. q. 1. licet Io. & tñ tali iuri pôt renuntiari. vnde si maior pars capituli eligat de alia ecclesia, valebit electio. extra de elect. cum nobis olim. & cap. cum inter canonicos. & cap. in causis. licet Io. dixerit contra. & sufficit ẽt tunc, quod sit bonus, vt in prædi. decreta. cum nobis. B.

Papa an possit esse qui nõ idoneus.

Eligendus an debeat esse de gremio ecclesiæ.

6 At cap. Abbatem. 1. Arch.

7 Ad hoc extra de elect. cum nobis olim. sanius sufficit ne malitias, vt 16 q. 1. si. monasterium.

o ¶ *Personaliter hoc.*] Ex his verbis apparet personale priuilegiũ hoc fuisse: & ideo ad alios nõ prorogari. ff. de censi. ætatẽ. & 7. q. 1. periti. & 16. q. 1. hinc etiam.

p ¶ *Fieri in vrbe.*] Semper. n. ibi faciẽda est ordinatio, & examinatio clericorũ, vt 24. dist. quãdo. & si alibi fit electio, quã in loco ad hoc determinato, electio est nulla, vt extra de ele. venerabilẽ. nisi subsit causa, vt hic dicitur, & 63. dist. quãto. & extra de elect. bonæ memoriæ.

Electio quæ fit in loco non determinato nulla est.

ADDITIO. Nam duæ partes Cardinaliũ semper debent adesse. extra de ele.licet.nisi sint valde remoti Io. de Fan.
a ¶ *Laicis licet.*] hoc tantum ad laicos refertur.
b ¶ *Et disponendi*] In alijs prælatis secus est. nam illi ante confirmationem non habent ius administrandi, vt extra de elect.nosti. nisi

gatur audientia. At contra extra de resti.spol. in litteris. Ioan. Sol. quilibet spoliatus restitui debet, nisi spoliatus sit à iudice iusta de causa, vt extra de rescrip.dilectus. & nisi in casibus exceptis, vt extra de resti spo.literas.&c.ex transmissa. 3. q. 1. in summa. nec excommunicatus directè poterit restitutionem petere; vt extra de except.cum inter. 3. quæst. 2.in summa.vbi de hoc. Ber.

ses episcopi cum religiosis clericis, catholicisque laicis, licet[a] paucis, ius potestatis obtineant, eligere Apostolicæ sedis Pontificem, vbi congruere viderint. Plane, postquam electio fuerit facta, si bellica tempestas, vel qualiscumque hominum conatus malignitatis studio restiterit, vt is, qui electus est, in Apostolica sede iuxta consuetudinem inthronizari non valeat. electus tamen, sicut verus Papa, obtineat auctoritatem regendi Romanam ecclesiam, & disponendi[b] omnes facultates illius: quod beatum Gregorium ante suam consecrationem fecisse cognouimus. Quòd, si quis contra hoc nostrum decretum synodali sententia promulgatum, per seditionem, vel præsumptionem, aut quolibet ingenio electus, aut etiam ordinatus, seu inthronizatus fuerit, auctoritate diuina, & sanctorum apostolorum Petri & Pauli, perpetuo anathemate cum suis auctoribus, fautoribus, & sequacibus a liminibus sanctæ Dei ecclesiæ separatus abijciatur, sicut Antichristus, inuasor, & destructor totius Christianitatis: nec aliqua† (al. aliquando) super hoc ei audientia[c] reseruetur: sed ab omni ecclesiastico gradu, in quocumque fuerat prius, sine retractatione deponatur: cui quisquis adhæserit, vel qualemcumque tamquam Pontifici reuerentiam exhibuerit, aut in aliquo eum defendere præsumpserit, pari sententia† (al. sententiæ) sit mancipatus. Quisquis autem huius nostræ† (al. nostri) decretalis sententiæ temerator extiterit, & Romanam ecclesiam sua præsumptione confundere, & conturbare contra hoc statutum tentauerit, perpetuo anathemate, atque excommunicatione damnetur; & cum impijs, qui non resurgent in iudicio, reputetur (Psal. 1.); omnipotentis iram contra se sentiat, & sanctorum apostolorum Petri & Pauli (quorum ecclesiam præsumit confundere) in hac vita, & in futura furorem[d] sentiat: fiat habitatio eius deserta, & in tabernaculis eius non sit, qui inhabitet (Psal. 68.): fiant filii eius orphani, & vxor eius vidua: commotus amoueatur ipse, & filij eius, & mendicent, & eijciantur de habitationibus suis: scrutetur fœnerator omnem substantiam eius, & diripiant alieni labores eius (Psal. 108.): orbis terrarum pugnet contra eum (Sap. 5.), & cuncta elementa[e] sint ei contraria, & omnium sanctorum quiescentium merita illum cõfundant[f]: & in hac vita super eum apertam vindictam ostendant[g]. Obseruatores autem huius nostri decreti, omnipotentis Dei gratia protegat, & auctoritas beatorum apostolorũ Petri & Pauli ab omnium peccatorum vinculis absoluat.

¶ *Huius decreti integrum exemplum est in vetustissimo libro Abbatiæ monasterij Farfensis litteris Longobardicis ante annos pene quingentos scripto, & alibi.*

2 *Episcopi vero, & ceteri ordines infra constituti, qualiter ordinari debeant, ex auctoritate Carthaginensis concilij quarti, c. i. cui interfuit Augustinus tempore Honorij Augusti, ostendamus; ab eorum examinatione incipientes.*

¶ Quomodo sit examinandus, qui in episcopum eligitur. C. II.

(Ordo Roman. pag. 95. Burch. l. 1. c. 8. Iuo par. 5. c. 6 a. Poly. l. 2. tit. 9.)

QVi episcopus ordinandus[h] est, antea examinetur[i], si natura sit prudens, si docibilis[k], si moribus temperatus[l], si vita[m] castus, si sobrius, si semper suis negotijs cauens[n], si humilis, si affabilis, si misericors, si litteratus, si in lege Domini instructus, si in scripturarum sensibus cautus, si in dogmatibus ecclesiasticis exercitatus; & ante omnia, si fidei documenta[o] verbis simplicibus[p] asserat[q], id est, patrem, & filium, & spiritum sanctum

d ¶ *Furorem*] id est, vindictam.
e ¶ *Elementa.*] id est, siue sis in terra, siue in aqua, puniatur.
f ¶ *Confundant.*] id est, a confusione non liberentur.
g ¶ *Ostendant.*] Nec peccauit iste maledicẽdo: quia maledictorum duo sunt genera. 24. quæst. 3. cu sanctis.
EPISCOPI VERO. Hæc est secunda pars dist. in qua ponit quæ sunt quærenda in episcopo tempore consecrationis. Io. de Fan.
¶ Casus huius §. per se patet.
Qui episcopus.] CASVS. In hoc ostenditur quot & quæ ab electo in episcopum & confirmando sint quærenda tempore consecrationis: in quibus si inueniatur instructus, ab omnibus episcopis consecretur per eorum archiepiscopo, vel auctoritate eius.
h ¶ *Ordinandus.*] id est consecrandus: quia tunc est scrutinium faciendum.
i ¶ *Examinetur.*] Ista examinatio non est facienda, nisi circa quotos. 47. dist. de Petro & 94. distin. vel. & hoc verũ est de scrutinio electionis: aliter te sũmatim, etiã circa nouũ quæreret de modo eligendi, & de ijs quæ habes extra de ele. cũ in cunctis. Scrutinium autẽ quod fit in cõsecrãdo, illud numquam est omittendũ, etiã circa nouũ, vt hic, & 65. dist. cap. 1. 2. & 3 & 75. dist. c. 1. imo repellitur, & si in vno deficiat. 38. distin. quæ ipsis.
k ¶ *Si docibilis.*] Melius diceretur, docilis: quia homo est docilis & doctrinalis, liber docibilis: quandoque tamen ponitur vnũ pro alio, vt [illegible] in euang. Et erunt omnes dociles Dei. debet autẽ rationẽ reddere omni poscenti. 36. distin. c. qui ecclesi. §. ecce.
l ¶ *Temperatus.*] 3. 1. 2. q. 3. illa præpositorum.
m ¶ *Vita.*] infra dist. 53. legem.
n ¶ *Cauens.*] Nam propter simplicitatem repellitur quis, vt 39. distin. Petrus. sed iã promotus non deponitur: sed ei coadiutor datur. 7. quæst. 1. quia frater noster.
o ¶ *Fidei documenta.*] id est, fidem.
p ¶ *Simplicibus.*] id est, apertis non implicitis. extra de sum. trin. firmiter & §. distin. 4. erit autẽ. non mutuatis, [illegible] 36. illiteratos. melius 37. distin. relatum. argu. ad testes repellendos. argu. 4. q. 3. si testes. 9. item in testibus. arg. contra [illegible].
q ¶ *Asserat.*] Profiteri debet quòd obseruabit patrum regulas. in Authen.

nisi sint archiepiscopi transmontani: extra de elec. quod sicut. Vel nisi sint exẽpti. qui si transmõtani sunt, statim possunt administrare, vt extra de electio. nihil. sed certe videtur, quod in omnibus idem iuris est, vt si electus non posset intrare possessionẽ rei ad quã est elect', nihilominus pro possessore est habendus, vt 92. distin. si quis eps. & extra de restitu. spolia. sæpe. sed illa cap. loquuntur quando impeditur per aduersariũ: secus posset dici quando impedimentũ est in ipso: puta quia nondũ est cõsecrat'. extra de do. & cõtu. cõtigit.
c ¶ *Audientia.*] Hic habes casum vbi alicui denegatur audientia, scilicet in casu intrusionis: & 3. q. 1. §. patet. Itẽ & in casu schismatis, vt 23. quæst. 5. non vos. Itẽ cũ quis recipit ecclesiam de manu laici, vt 16. quæst. 7. si quis deinceps. Itẽ cum quis excommunicat suum maiorẽ, vt 11. distin. intantũ. vnde videtur quod spoliatus pro aliquo istorũ casuũ non possit petere restitutionẽ, ex quo ei denegatur audientia.

Consecrandus non sit ante examinandum.

Docilis & docibilis differunt.

Vnde Apostolus ad Timo. profanas vocum nouitates deuita.

Aoth. quomodo oportet episcopos. §. ad nos ergo circa prs. coll. j.
a ¶ *Non per conditionem.*] id est, per creationem ¹. vult enim dicere, quod non est creatus malus, vt quidā dicunt, sed ex libero arbitrio factus est malus, immo adhuc habet liberum arbitrium, sed illud est ad malum tantum: alioquin, si non haberet liberum arbitriū, non demereretur. 23. q. 5. vasis iræ. imo quotidie fit ² peior. similiter angelus habet liberum arbitrium, sed illud est tantum ad bonum, & per id quotidie meretur, & fit melior. Homo habet liberum arbitrium æque ad bonum & ad malum, vt 23. quæst. 4. Nabuchodonosor.
b ¶ *Dimittantur.*] id est ³, dimissa ostendantur. nam per contritionem dimittuntur adulto peccata, non per baptismum ³, aut enim adultus accedit ad baptismum cum charitate, aut non: si cum charitate, iam nullum in eo est peccatum, vt legitur de Centurione, vt 26. dist. deinde. & de cōsec. dist. 4. non dubito. si sine charitate, nullum peccatorum ei dimittitur. de consec. dist. 4. ostenditur. Dimittuntur tamē satisfactiones, quas pro peccatis facere debet, vt de consec. dist. 4. sine pœnitentia. Item & originalia dimittuntur per baptismum adultis, sed nullum mortale, si non habet charitatem. 5. q. 1. vide.
c ¶ *Extra ecclesiam.*] 1. q. 1. extra ecclesiā catholicam. & cap. ex ecclesia.
d ¶ *Et laicorum.*] Sed quare hic post examinationē ¹ requiritur consensus clericorū & laicorum? qui enim electioni consensit, postea electo nihil obijcere pōt, vt 8. q. 3. dilectissimi. Sed dicas hic loqui de examinatione, quæ fit tempore consecrationis: nec aliud vult dicere, nisi quod consecrari debet, si ita est, quod omnes consenserint in eum. Item patet hic, quod laici possunt contradicere electioni, vt dicam j. cap. illud, &c.

h ¶ *Pro beneficijs.*] & pro sacramentis ecclesiasticis, quæ dicuntur medicinæ; quia sanant vulnera peccatorum. 13. q. 2. animæ. Ioan. Fa. dixit in omnibus sacramentis committi simoniam, nisi in matrimonio, ideo forte quia ibi non confertur gratia spiritus sancti, vt 32. q. 2. connubia. sed in alijs sacramentis confertur, vt 1.

¹ Sub. non necessariam.

* Nec diabolus fit peior, nec Angelus melior; neque eorū meritū vel demeritū augetur, nisi quo ad pœnā, vel præmium accidentale. Vide B. Tho. 4. distin. 50. art. 1. q. 6. & 1. par. q. 62. art. 9.

Per sacramentum ex attrito quis fit cōtritus, ideo dimittuntur peccata non tantum ostenduntur dimissa. Vide B. Tho. 4. dist. 4. q. 1. ar. 1. q. 1. ad primū. & distin. 6. q. 1. ar. 3. q. 1. ad quartum. & 1 pa. q. 69. ar 4. ad secundum.

³ Sed remanet inquitate ipsa. i. fomes peccati. de pœn. dist. 4. cap. alic ... [illegible] not. de consec. dist. 4. c. 2. & cap. ab ea quo. Arch.

Simonia in omnibus sacramentis committitur.

Matrimonij etiam sacramentū confert gratiam: nec textus allegatus facit ad propositū. & vide concil. Trid. sess. 24. c. 1. & B. Tho. 2. 2. q. 100. art. 2. ad 6. arg. & 4 dist. 25. q. 3. art. 2. q. 2. ad 2 dist. 26. q. 2. art. 3. per tot.

vnum Deum esse confirmans, totamque Trinitatis deitatem coessentialem, & consubstantialem, & coæternalem, & coomnipotentē prædicans; si singulas † quasque in Trinitate personas plenum Deum, & totas tres personas vnum Deum; si incarnationem diuinam non in patre, neque in spiritu sancto factam, sed in filio tantum credat, vt qui erat in diuinitate Dei patris filius, ipse fieret in homine hominis matris filius, Deus verus ex patre, homo verus ex matre, carnem ex matris visceribus habens, & animam humanam rationalem, simulque in eo veritas vtriusque naturæ, idem Deus & homo, vna persona, vnus filius, vnus Christus, vnus Dominus creator omniū, quæ sunt, & auctor, Dominus, & rector cum patre, & spiritu sancto, omnium creaturarum: qui passus sit vera carnis passione; mortuus vera corporis sui morte; resurrexit vera carnis suæ resurrectione †, & vera animæ resumptione; in qua veniet iudicare viuos & mortuos. Quærendum etiam ab eo, si noui, & veteris testamenti, id est legis, & prophetarum, & Apostolorū vnum eumdemque credat auctorem, & Deum; si diabolus non per conditionem ᵃ, sed per arbitrium factus sit malus. Quærendum etiam ab eo, si credat huius, quam gestamus, & non alterius carnis resurrectionem; si credat iudicium futurum, & recepturos singulos pro his, quæ in carne gesserunt, vel pœnas, vel præmia †; si nuptias non prohibeat †; si secunda matrimonia non damnet; si carnium perceptionem non culpet; si pænitentibus reconciliatis communicet; si in baptismate omnia peccata, id est tam illud originale contractum, quàm illa, quæ voluntarie admissa sunt, dimittantur [b]; si extra ecclesiam [c] catholicam nullus saluetur. Cum in his omnibus examinatus, fuerit inuentus plene instructus: tunc cum consensu clericorū, & laicorum [d], & conuentu totius prouinciæ episcoporum, maximeque metropolitani vel auctoritate, vel præsentia ordinetur episcopus. Suscepto in nomine Christi episcopatu, non suæ delectationi, nec suis motibus, sed his Patrum definitionibus acquiescat [a].

† al. singulam quamque personam
† al. receptione
† al. gloriam
† al. improbet

¶ *Caput hoc integrum extat in ordine Romano, additis ad initium his vocibus,* Statuta ecclesiastica, *cui similem titulum toti Carthaginensi quarto concilio esse propositum in aliquot vetustis codicibus, testantur illi, qui tomos conciliorum ediderunt.*

a ¶ Acquiescat.] *Post hoc verbum tam in concilio, quàm in ordine sequitur.* In cuius ordinatione etiam ætas requiratur, quam sancti Patres in præeligendis episcopis constituerunt.

Item Isidorus de ecclesiasticis officijs, lib. 2. c. 2.

¶ Qualis esse debeat clericorum conuersatio. C. III.

Refertur in concilio Maguntino primo c. 10.

3 HIs igitur lege Patrū cauetur, vt à vulgari vita seclusi, à mundi voluptatibus sese abstineant; non spectaculis [e], non pompis intersint; conuiuia publica fugiant, priuata non tantum pudica [f], sed & sobria colant; vsuris nequaquam incumbant, neque turpium occupationes lucrorum, fraudisque cuiusquam studium appetant; amorem pecuniæ [g], quasi materiem cunctorum criminum fugiant, & sæcularia officia, negotiaque abijciant; honoris gradus per ambitiones nō subeant pro beneficijs [h] medicinæ Dei, munera non accipiant; dolos, & coniurationes caueant: odium, æm[ula]tionem, obtrectationem, atque inuidiā fugiant: nō vagis oculis, nō effræni lingua, aut petulanti, fluidoque † gestu incedant; sed pudorē, & verecundiam mentis simplici habitu, incessuque ostendant: obscœnitatem etiam verborum, sicut & operum penitus execrentur: viduarum, & virginum frequentationem † [l] fugiant; cōtubernia extranearum feminarum nullatenus appetant; castimoniā quoque inuiolati corporis perpetuo conseruare studeant: aut certe vnius matrimonij vinculo fœderentur; senioribus [k] quoque debitam obedientiam præbeant, neque vllo iactantiæ studio semetipsos attollant: postremo doctrinæ lectionibus, psalmis, hymnis, canticis, exercitio [l] iugiter † incumbant. Tales enim debent esse qui diuinis cultibus se mancipandos student exhibere; scilicet, vt dum scientiæ operam dant, doctrinæ gratiam populis administrent.

† al. tumidoque gressu.
† al. visitationes frequentissimas
† al. iugi

His igitur.] Hæc est tertia pars dist. in qua ostēdit Isidorus qualiter clerici debeāt viuere, & quæ vitare, & quæ obseruare debēt, vt doctrinæ gratiā possint populis ministrare. Io. de Fan. & P. & hæc sint loco casus.
c ¶ *Non spectaculis.*] vbi turpes ludi exercentur, vt j. de cōsec. dist. 5. non oportet. & 34. dist. presbyteri.
f ¶ *Pudica.*] i. cōtinēta quo ad sermones lascivos ᵗ, & quotidie esurire debēt, & esse cū vacuo ventre, vt j. de conse. dist. 5. sint tibi.
g ¶ *Pecuniæ.*] Diuites tamen non sunt abijciendi cum bonis operibus, 30. dist. hæc autem scripsimus.

1. q. 1. quidquid inuisibilis. Greg. dixit quod ibi cōmittitur simonia, cū sit maius inter sacramenta, vt dixi 32. q. 2. honorantur.
l ¶ *Frequentationem.*] Nota solam frequentationem prohiberi. ex eo enim quod frequenter fit, præsumitur quod male fiat, vt 81. dist. in. clericus, & si quispiam. & volumus. & 32. dist. hospitiolum.
k ¶ *Senioribus*] id est, prælatis.
l ¶ *Exercitio.*] j. de consec. dist. 5. numquam.

Electioni possunt laici contradicere.

ᵗ Scilicet vt nō dicantur ibi vel fiant impudica, vel inhonesta. 44. dist. clericus, secundum Hug.

Tales.

T *Ales.*] Casus. Quidam episcopi multitudinis ordinandorum pompam quærentes, promouebant indignos, quos Papa reprehendit, dicens quod melius est habere paucos & bonos, quàm multos & inutiles, qui graue onus ordinatori afferant.

a *Multos.*] Multitudo enim aliquos facit magis viles, vt 93. dist. legi-

Item Clemens ad Iacobum fratrem Domini, epist. 2.

¶ Qui digne sacramenta tractare non possunt, ad ministerium non eligantur diuinum. C. IIII.

Poly. l. 4. tit. 31.

TAles ad ministerium eligātur clerici, qui digne possint dominica sacramēta tractare. Melius est enim domini sacerdoti paucos habere ministros, qui possint digne opus Dei exercere, quàm multos[a] inutiles, qui onus graue[b] ordinatori adducant.

Et in conc. Afri. c. 17.

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 40.

¶ Si electo in episcopum aliqua objiciuntur, quinque vel sex episcopi ad eius purgationem conueniant. C. V.

Polyc. l. 2. ti. 8. Ansl. l. 6. c. 65. Burch. l. 1. c. 6. Iuo p. 5. c. 60.

ILlud[c] statuendum est, vt quando ad eligendum[d] episcopum conuenerimus; si qua contradictio fuerit oborta[e], (quia sæpe talia facta sunt apud nos) non præsumant ad purgandum[f] eum, qui ordinandus est, tres tantum[†][g]; sed postulentur ad numerum supradictorū duo, vel tres, & in eadem[i] plebe[k], cui ordinandus est, discutiantur primo personæ contradicentium: postremo illa etiam, quæ objiciuntur[l], pertractentur, & cum purgatus fuerit[m] sub conspectu publico, ita demum ordinetur. Si hoc eum vestræ sanctitatis animo concordat, roboretur vestræ dignitatis[†] responsione. Ab vniuersis episcopis dictum est: Satis placet.

† al. tantum accedere

† al. dignationis

Item ex concilio Toletano xi. c. 10.

¶ Vota suæ promissionis spondeant, quos ecclesiastica promouet disciplina. C. VI.

Ansl. 7. c. 88.

QVamquam omnes, qui sacris[n] mancipantur ordinibus, canonicis regulis teneātur adstricti; expedibile[o] tamen est, vt promissionis suæ vota sub cautione[p] spondeant, quos ad promotionis gradus ecclesiastica probat[†] disciplina. Solet enim plus[q] timeri, quod singulariter pollicetur, quàm quod generali sponsione concluditur. Et ideo placuit huic sancto concilio, vt vnusquisque, qui ad ecclesiasticos gradus est adscensurus, non ante honoris consecrationem accipiat, quàm placiti[†][r] sui adnotatione[s] promittat, vt fidem[t] catholicam

† al. promobis

† al. placita sibi

legimus. & multitudo est canonibus inimica, vt extra de præben. quia intantum. & multitudo onerosa nihil habet honesti, vt in Authen. de referendarijs. in fi. coll. 2. Item est hic arg. contra illos qui allegant multa. de consec. dist. 5. non mediocriter. 24. q. 1. odi, & proieci. nam vtilius est pauca effundere, &c. C. de vete. iur. enucle. tanta. §. si quid autem.

b *Graue.*] Qui ex certa scientia indignum ordinat, aut deponitur, aut priuatur potestate ordinandi[1], vt 50. dist. ex pœnitentibus. & 51. dist. aliquantos.

I *Llud.*] Casus. Quidam epi conueniunt ad epm consecrādū in scrutinio contradicunt quidā ne cōsecretur, & crimina objicientes deficiunt in probatione. cogitur clericus ad purgationem pp infamiā; quærebat per quot vel vbi debeat fieri purgatio? Et rō. quod non tm cū tribus, sed cū quinq; vel sex debet se purgare, & debet fieri purgatio coram plebe, cui ipse est præferendus, & facta purgatione ordinari debet. Pōt & alio modo poni casus. Quidā epi cōuenerunt ad cōsecrandum epm. ꝫ dicitur ei, nō debet ordinari nisi de causa cognoscatur. sed de causa illa cū sit criminalis, non debēt cognoscere pauciores quam sex epi; & si tres cōueniant, addantur tres: si quattuor, addantur duo; & tūc si accusator deficiat, ille se purget publice, & postea ordinetur.

c *Illud.*] Si electo cōsecrando objicitur crimen, nō est cōsecrandus ante causæ examinationem, & si prius venerant quattuor epi ad consecrationem, adhuc veniant duo: & si ante venerāt tres, veniant adhuc alij tres ad audiendam causam criminis obiecti. & secundum hoc exponas, eligendum, id est, cōsecrandū[2], & expone, purgandū. i. examinandum. & ita intellige, quod hic objiciebatur crimē in modū accusationis. nam si esset obiectum in modum exceptionis, non viderentur necessarij tot epi, cū causa illa posset expediri per procuratorē, vt extra de accu. super his. & sic patet quod metropolitanus possit audire causam criminalem episcopi, licet non possit eum deponere: tñ requiritur præsentia plurimi episcoporū. Alij intelligunt tantum de eo qui tenetur se purgare. Dic vt 3. q. 6. c. quamuis. & c. accusatus.

d *Ad eligendum.*] id est, consecrandum.

e *Suborta*] id est, quod objicitur crimen ei.

f *Ad purgandum.*] id est. examinandum.

g *Tres.*] qui soli possent consecrare eum: sed ipsi non possunt audire causam criminalem.

h *Tantum.*] scilicet accedere. aliàs est in textu, accedere.

i *Et in eadem.*] Ibi enim melius pōt inquiri de crimine, vbi aliquis cōuersatus est, vt 24. q. 1. pudenda. extra de elect. postquam.

k *Plebe.*] Not. arg. quod laici admittuntur ad accusandum electum, vt §. ea. qui eps. in fin. 63. dist. studij. 63. dist. vota. nam eps. debet habere bonū testimoniū ab his qui foris sunt, vt 8. q. 1. licet. & de conse. dist. 1. iubemus. Itē quia interest ipsorum, vt extra de testi. cap. decerero. & est arg. ad hoc extra de test. ex pte Adq. & in Auth. de san. epi. §. si quis aūt. coll. 9. & est arg. ad hoc 81. dist. Maximianus. argu. contra 28. dist. cōsulendū. vbi ēt ad denuntiationem non admittuntur laici, si malo zelo ducantur. Itē, si ideo dicis admittendos laicos, quia ipsorum interest, ergo siue sint bonæ famæ siue malæ, admittuntur, quia nullus remouetur ab accusatione, qui suam iniuriā prosequitur, vt 4. q. 6. omnibus. male ergo dicit decretum, quod laici infames nō admittunt ad accusationē clericorū[3], vt 2. q. 7. accusatio. Potest hic dici, quod hic loquit̃ cū ciuiliter agit̃, & in eo casu quilibet admittit̃, ēt femina, vt extra de testi. tā litteris. Si q̃ris: quare ergo tot epi cōuocant̃, cum ciuiliter agitur? Respon. quia agitur de crimine, licet nō criminaliter. Vnde oportet etiam inscribi ad pœnam extraordinariam, vt extra de accu. super his. Et est arg. ad hoc 3. q. 6. hæc quippe. vbi xij. episcopi requiruntur, & tamen ibi ciuiliter agitur, vt videtur.

l *Illa quæ obyciuntur.*] si sint grauiora, vel non.

m *Et cum purgatus fuerit.*] id est, iudicatus innocens.

Q *Vamquam.*] Casus. Quæsitum fuit in concilio Toleta. an clerici qui promouētur ad ordines, & prælaturas promittere debeant suis maioribus viuere iuxta fidem catholicam, & eis reuerentiam & obedientiam præstare. & respondet, quod quamuis ad hoc teneantur generaliter: tamen ab eis hoc exigitur expresse. Solet enim plus timeri, &c. & qui contra hoc promissum venerit, iuxta consuetudinem, pœnam persoluat.

n *Sacris.*] id est, ecclesiasticis.

o *Expedibile.*] id est, iustum.

p *Cautione.*] scilicet iuratoria.

q *Plus.*] Si ergo aliquis iure communi se pōt tueri[4], & priuilegio. 87. dist. quisquis. & extra de rescrip. c. 1. arg. contra de fid. inst. inter. vbi dicitur, quod idem non pōt dari & confirmari. Item argu. contra. C. de thesau. l. vnica. de hoc plura arg. inuenies 100. dist. contra morem. Sed ita dicat consilio meo, si quæratur ab eo; hoc habeo de iure communi: & si hoc non esset, habeo ex priuilegio, vt extra de præscrip. veniens. Item not. quod plus valet specialis cautio, quàm generalis, vt hic, & ff. si quis cau. l. sed & si. §. quæsitum. Itē & plus specialis confirmatio quàm generalis. extra de confirmatio. bonæ. Item & specialis appellatio quam generalis, vt extra de appel. super eo. & specialis delegatio quam generalis, vt extra de rescrip. ad hoc. & specialis subscriptio quàm generalis. ff. ad l. Cornel. de fal. diuus. 1. respon. & speciale mandatum, vt extra de referi. c. 1. & melius cap. pastoralis. aliàs tamen plus valet generalis correctio, quam specialis, quando multitudo est in causa. 23. q. 4. non potest. & generalis petitio, vt 13. q. 2. non æstimemus. & generalis quæstio. ff. de quæstio. l. 1. §. qui quæstionem.

r *Placiti.*] id est, pacti.

s *Adnotatione.*] id est, scriptura.

t *Vt fidem.*] Not. quod quilibet clericus suo prælato præstabit obedien-

Electus suo superiori multa cũ iuramento promittit.

obedientiam, vt infra de consecra. dist. 5. In omnibus. & not. quòd præstat electus suo maiori iuramentum de fide & canonibus seruandis, vt hic. de indemnitate rerum ecclesiæ seruanda, vt 18 dist. de Syracusanæ. de immoderata exactione non facienda. 10. q. vlti. c. 1. in fi. Item de fidelitate. extra de iureiuran. ego N. Item de pensionibus debitis soluendis. argu. extra de nou. ope. nuntia. cum ex iniũcto. extra de elec. qualiter. Itẽ de pẽsionibus nõ augẽdis. arg. extra de iu. iu. tua. Itẽ suspectus de inobedientia, iuramentũ præstat de obedientia seruanda. extra de maiorita. & obe. cũ in ecclesijs. in fine. Nec obstat contrarium extra de maiori. & obedien. legebatur. quia ibi loquitur de iam promoto, & non suspecto.

Clericus sub pœna se potest obligare.

a ¶ *Transgressores*.] Hic habes, quòd clericus se potest obligare sub pœna spirituali, & pecuniaria. ad spiritualem pœnam se potest obligare, scilicet ad pœnam depositionis, vel anathematis, vt 2. q. 7. quoties. de cõsecratio. distin. 2. ego Berengarius. extra de elect. cum dilectus. in fi. similiter ad pecuniariam pœnã se potest obligare. 22. q. 5. si quis cuiuslibet. extra de arbit. cum dilecti 1. Sed numquid pœna soluta potest agi ad obedientiam, vel ad id quod promissum est sub pœna, vel an sufficiat tm̃ pœna esse cõtẽtum? De hoc dic, vt no. 25. q. 2. quæcumque.

De hoc etiam no. 1. q. 5. si quis presbyter. Arch.

DEHINC. Supra ostensum est de electione, & ordinatione Papæ, & de examinatione episcoporum, & quales esse debeant episcopi, & alij clerici. Nũc vero ostẽdit qualiter debeat fieri ordinatio, primo ẽpi & postea cæterorũ.

E *Piscopus*.] CASVS. Quando ordinatur episcopus, duo episcopi debent tenere librum Euangeliorum super caput ordinandi. tertius super eum fundat benedictionem; reliqui episcopi qui adsunt caput eius tangãt.

d ¶ *Corporis*. 2] Not. quod si in ægritudine sumit sacerdos Eucharistiam, circumdabit stola vtrumque humerum.

e ¶ *Ceruicem*.] Si sacerdos legit Euangelium, numquid vtetur stola secũdum quod diaconus? Arg. quod sic, vt 93. dist. præcipimus, & 94. distinctio. c. 1. & 2. Potius credo sequendam consuetudinem, vt 12.

Consuetudinis eucharistia...

sincera cordis deuotione custodiens, iuste & pie viuere debeat, & in nullis operibus suis canonicis regulis contradicat; atque vt debitum per omnia honorem, atque obsequij reuerentiam præeminenti sibi vnusquisque dependat, iuxta illud beati Leonis Papæ edictũ: [Qui se scit aliquibus esse præpositum, non moleste ferat aliquem sibi esse prælatum: sed obedientiam, quam exigit, etiam ipse dependat.] Pœna etiam † iuxta ecclesiasticæ consuetudinis morem, & placitis talium inferenda †, & ab ijs, qui transgressores[a] fuerint, persoluenda est.

epist. 82. ad Anastasium Thess. episcopum

† al. tamen] ori.

† al. inferenda

Dehinc disponitur, qualiter ecclesiastica officia ordinantur, in concilio Carthag. 4. c. 2.

¶ Qualiter ordinetur episcopus. C. VII.

Ordo Romanus, pag. 100. Polyc. l. 2. tit. 9. Ansel. l. 6. c. 49. al. 55. Iuo p. 5. c. 114. Pano. l. 3. c. 18.

EPiscopus, cum ordinatur, duo episcopi ponant, & teneant Euangeliorum codicem[b] super caput, & ceruicem eius; & vno super eũ fundendo benedictionem, reliqui omnes episcopi, qui adsunt, manibus suis caput eius tangant.

¶ Qualiter ordinetur presbyter. C. VIII.

Ex eod. concilio. c. 3. Poly. l. 2. tit. 32. Ansel. l. 7. c. 53. Iuo p. 6. c. 12. Pano. l. 3. c. 33.

PResbyter cum ordinatur, episcopo eum benedicente, & manum super caput eius tenente, etiam omnes presbyteri, qui præsentes sunt, manus suas iuxta manum episcopi super caput illius teneant. Sicut autem in die suæ ordinationis sacerdos orario, vtroque humero ambitur; ita tempore consecrationis, eodem orario debet vti instanter.

Vnde in concilio Bracharensi 3. c. 3. legitur.

¶ Quod quisque accepit tempore consecrationis, ferat tempore oblationis. C. IX.

ECclesiastica, & antiqua institutione præfixum nouimus, vt omnis sacerdos, cum ordinatur, orario[c] vtroque humero ambiatur, scilicet, vt qui imperturbatus præcipitur cõsistere inter prospera & aduersa, virtutum semper ornamento, vtroque circumseptus appareat humero. Qua ergo ratione tempore sacrificij non assumit, quod se in sacramento accepisse non dubitat? Proinde modis omnibus conuenit, vt quod quisque percepit in consecratione honoris, hoc retineat & in oblatione, vel perceptione suæ salutis; scilicet, vt cum sacerdos ad sollemnia missarum accedit, aut per se Deo sacrificium oblaturus, aut sacramentum corporis[d] & sanguinis Domini nostri Iesu Christi sumpturus, non aliter accedat, quàm orario, vtroque humero circumseptus, sicut & tempore ordinationis suæ dinoscitur consecratus, ita vt de vno, eodemque orario ceruicem[e] pariter & vtrumque humerum premens signum in suo pectore præparet † crucis. Si quis autem aliter egerit, excommunicationi debitæ subiaceat.

† perferat] manusc.

4 *Dalmaticis autem nec episcopis, nec diaconis absque Apostolica licentia vti permittitur.*

Vnde Gregorius Aregio episcopo Francorum, lib. 7. epist. 111.

¶ Absque Apostolica licentia Dalmaticis, nec episcopis, nec diaconis vti licet. C. X.

Ansel. l. 6. c. 88. al. 96.

COmmunis filius[f] Petrus Diaconus nobis innotuit, quod fraternitas

¶ Casus sequentis cap. & §. per se planus est.

b ¶ *Codicem*.] Consueuit quæri, an quilibet istorum episcoporũ ordinet episcopum, & an appositio libri sit de substantia consecrationis? & potest dici, quod nullus solus eum ordinat, sed quilibet eorum consecrat eum; quia consecrare est cum alio sacrare, vt 24. q. 1. pudenda. sicut plures ferunt trabem, ita quod nullus per se. ff. ad legem Aquil. ita vulneratus. §. 1. non autem credo, quòd liber sit de substantia consecrationis.

Episcopus solus consecrare non potest episcopum. Consecrare quid sit.

E *Cclesiastica*] CASVS. Quidam episcopi vel sacerdotes cum cantabant Missam, non habebãt orarium, id est, stolam. Quæsitum fuit in concilio Bracharen. quid iuris esset? & respondet, quod sicut in die suæ ordinationis habuerunt orarium, sic cum Missam cantant, orarium teneãt, quod vtrique humero attribuatur; & qui aliter fecerit, debet excommunicari. Sequens. §. patet.

c ¶ *Orario*.] id est, stola.

12. distin. scit. maxime de his, quæ breuiter sunt edita. ff. de ventre inspicien. l. 1. §. vlt. 3

DALMATICIS. Hæc est quarta pars vbi quæritur quid iuris de dalmaticis. Io. de Fan. & P.

C *Ommunis filius*.] CASVS. Episcopi & archidiacones olim dalmaticis non vtebantur, nisi Papa eis cõcederet specialiter: quare Aregius episcopus supplicauit Papæ per Petrum diaconũ, vt concederet sibi, & archidiacono suo vsum dalmaticarum: sed tunc temporis Papa nõ concessit; quia Petrus nuntius episcopi cito recessit propter infirmitatem suorũ hominum, & quia multis implicitus negotijs erat illud nouum subito & inconsulte sibi cõcedere non potuit: nunc vero concedit eis priuilegium vtendi dalmaticis, & eas per Cyriacum abbatẽ sibi transmittit. Quod sequitur, planum est vsque ad capitulum, præterea.

f ¶ *Communis filius*.] ille diaconus.

3 Lau. & Hu. dicit hoc non esse in iure decretum... & ideo ... consuetudinem ... credit ... rum esse ... l. prox. ... scilicet ... bet stolã haben... vt diaconus. Scripsit & Lau. ... substantiam: ... la quam ... in manu ... sta consuetu... dine ... non lata.

a ¶ *Suorum infirmitate.*] Nota quòd propter infirmitatem suorũ potest aliquis se excusare, sicut propter timorẽ suorũ, vt extra de appella. ex parte. Item nota, quòd propter intemperiem loci aliquis excusatur, vt hic, & 74. distinctio, quorundam. Argu. contra, extra de dolo & contuma. cum dilecti. in fine. Ioan. rochia. maxime à Romana ecclesia, quæ omnia cum magna maturitate solet tractare, vt 35. q. 9. apostolicæ. quia in rebus nouis constituendis euidens debet esse vtilitas, vt ff. de consti. principum, rebus. hodie vero diaconi indistinctè vtuntur dalmatica, vt 21. q. 3. episcopus aut presbyter: 76. dist. de ieiunio.

Ne-

vestra tempore, quo hic fuit, poposcerit, vt sibi & archidiacono suo vtendi dalmaticis licentiam præberemus. Sed quia ita hominum suorum infirmitate[a] compulsus festinanter abscessit, vt nec ipse mœror incumbens diutius (vt dignum erat, & res desiderata poscebat) fineret permanere, & nos in multis implicitos, ecclesiasticæ rationis consideratio nouum[b] hoc inconsulte, & subito non permitteret indulgere; idcirco postulatæ rei prolongatus effectus est. Nunc vero charitatis tuæ bona reuocantes ad animum, huius auctoritatis nostræ serie, petita concedimus, atque te, & Archidiaconum tuum dalmaticarum vsu decorandos esse concessimus, easdemque dalmaticas dilectissimo filio nostro Cyriaco abbate deferente transmisimus.

¶ Qualiter ordinetur Diaconus. C. XI.

Ex conc. Carth. 4. c. 4. ordo Romanus 91. col. 2. Poly. l. 2. tit. 32. Ans. l. 7. c. 52. al. 60. Iuo par. 6. c. 13. Pann. l. 3. c. 34.

Diaconus dum ordinatur, solus episcopus[c], qui eum benedicit, manum super caput illius ponat; quia non ad sacerdotium, sed ad ministerium consecratur.

§ *Quæritur autem, an post benedictionem manus presbyterorum, & diaconorum chrismatis liquore debeant perungi.*

De his ita scribit Nicolaus Papa Radulpho Archiepiscopo Bituricensi.

¶ Nec presbyteris, nec diaconis in consecratione, chrismate manus perungere licet. C. XII.

Iuo par. 6. c. 121

Præterea sciscitaris, vtrum solis presbyteris, an & diaconis debeant, cum ordinantur, manus chrismatis[d] liquore perungi. Quod in sancta hac Romana ecclesia, cui Deo auctore deseruimus, neutris agitur. Sed & quia sit a nouæ legis ministris actum, nusquam (nisi nos fallat[e] obliuio) legimus. Ergo ad B. Innocentij Papæ canonica decreta sanctitatem tuam transmittimus, & quæ tibi sint in consecrationibus, & ordinibus † obseruanda, principia paginæ ad Decentium Eugubinum episcopum missæ te affatim edocebunt.

Inno. PP. 1. ep. 1

† al. ordinationibus.

a Adde de hac dictione affatim, not. in c. vni. in glo. super ver. affatim. extra de relig. domi. lib. 6. & per Archid. ibi.

PALEA C. XIII.

Ex conc. Hispalens. 2. c. 5. Burch. l. 1. c. 3. Iuo par. 5. c. 213 & 6. c. 102.

Ex a epistola Simplicij Papæ Seuero, & Florentino episcopis directa. Ad cognitionem nostri examinis, Gabrenensis diaconi relatu, peruenit de quibusdam ipsius ecclesiæ clericis; quorum cum vnus ad presbyterium, duo ad leuitarum ministerium consecrarentur, episcopus eorum, oculorum dolore detentus fertur manum suam super eos tantum posuisse, & presbyter quidam illis contra ecclesiasticum ordinem benedictionem dedisse: qui propter tantam præsumptionis audaciam poterat accusatus iudicio præsenti damnari, si adhuc in corpore positus, non fuisset mortis vocatione præuentus. Sed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accusari non potest, ij, qui supersunt, & ab eo non consecrationis titulum, sed ignominiæ potius elogium acceperunt, ne sibi licentiam talis vltra vsurpatio faciat, decreuimus, vt à gradu sacerdotalis, vel leuitici ordinis, quem peruerse adepti sunt, depositi æquo iudicio abijciantur. Tales enim merito iudicati sunt remouendi; quia praue inuenti sunt constituti.

a ¶ Ex epistola.] *Hæc palea in nullo manuscripto exemplari est inuenta Burchardus, & Ivo ante hoc caput, quod incipit,* Ad cognitionem, *referunt aliud quoddam caput, quod incipit,* Relatio, *ex epistola Simplicij missa Equitio, Florentio, (siue Florentino) & Seuero episcopis. Quamobrem inde potest huc esse translatus titulus. Cæterum caput hoc à Burchardo citatur ex concilio Bragga: ab Iuone in quinta quidem parte c. 213. ex Carthaginensi; in sexta vero. c. 102. ex Hispalensi 2. c. 5. quo etiam loco extat. & sequens caput,* Quorundam, *est quasi huius summa.*

Item quæritur, an eorum ordinatio sit rata habenda, quibus episcopus oculorum languore detentus manus imponit, & presbyter super eos orationem dicit.

In conc. Hispal. 2. c. 5.

De his ita statutum est in concilio Toletano.

b ¶ *Nouum.*] No. quòd ea quæ de nouo petuntur, non sine magna deliberatione conceduntur, vt hic, & 16. quæstio. 1. in parochia. ...

c ¶ *Diaconus dum ordinatur, solus episcopus.*] Sacerdoti autem imponunt manus omnes presbyteri astantes, vt supra ea. presbyter.

QVAERITVR. Hæc est quinta pars distinct. vbi quæritur, vtrum sacerdotes vngantur oleo vel chrismate, & respondetur q oleo: in. 10. de san.

Præterea.] CASVS. Bituricen. archiepiscopus quæsiuit à Papa, an manus presbyteris tantum debent vngi chrismate: an etiã presbyteris & diaconibus, quando ordinantur? & respondit Papa, quòd neutris debet hoc fieri: sed transmittit eũ ad decreta Inno. vbi in prima pagina ad Decentium epm missa inueniet q sũt in cõsecrationib' obseruanda.

d ¶ *Chrismatis.*] Manus sacerdotis inunguntur oleo: similiter inũgitur & brachium siue humerus principis: sed & manus & caput epi inungitur chrismate, vt extra de sacra vnc. cũ venisset. in fin. cõtrariũ hic assignatur 16. q. 1. §. ecce sufficienter. vbi dicitur, quòd manus sacerdotis sicut manus episcopi consecrantur: sed verum est, quòd consecrantur oleo; sed non chrismate[a], vt dixi. si autem aliquis est vnctus oleo pro chrismate, vel econuerso: nihilominus ordinatus est: sed suppleri debet id quòd omissũ est: vt extra de sacra. non ite. pastoralis.

e ¶ *Fallat.*] Non ergo Papa habet omnia iura in pectore suo[3]. vnde etiam Vrbanus dicit, quòd non reperitur prohibitum quin vir & vxor simul possint suscipere puerũ, vt 30 q. 4. quòd autem & tamen antecessor huius Leo illud prohibuerat. de consecra. distin. 4. non plures. & hoc concedo. Quòd autẽ dicitur quòd Papa habet omnia iura in pectore suo[4], vt C. de test. omnium. verum est per interpretationem: quia omnia interpretari potest. nam & quandoque impeditur manori intelligentia. vt extra de censi. cum instantia.

Quorundam.

1 Hoc cap. non videtur hoc probare: quoniam illi haberent alba in c. 93. dist. diaconus in conuentu. sed Hug. & Laur. intelligunt albam. i. dalmaticam. sic etiã exponitur in sequenti cap. diaconum.

2 Vnde q. hic dicit, chrismate, sol. contrarium nã in consecratione dicit de vnctione olei. secundum Lau.

3 Hoc non videtur procedere hic. nam hic non erat obliuio iuris, sed negligentia, secundum Laur.

4 Ad hoc facit l. pen. C. de his qui, vt indig. quandoq; tamẽ Papa vel Imperator errant in iure, vt l. 3. § fin. & ibi glo. ff. de supp. leg. adde Bald. in l. prætermissione. col. 6. C. si contra ius vel vti. publ.

Q *Vorumdam.*] Casus. Vnus in presbyterum, duo in leuitas promoueri volebant episcopus autem cum pateretur infirmitatem oculorum, manum super caput ordinandorum imposuit, & presbyter quidam orationem dixit: quærebatur quid deberet fieri de episcopo, & de ordinatis. & respondet, vt episcopus qui defunctus est, relinquatur diuino examini: ordinati vero careant ordine, quem peruerse acquisierunt.

Casus autem alij qui sequuntur vsque in fi. distinct. plani sunt, & per te facile videbis.

a *Imposuisse.*] Hic habes quod duo imperfecta sacramenta non constituunt vnũ perfectũ [t]. & hoc ideo, quia sacramenta sunt veritatis. de conse. dist. 2. qui passus, & vnitas diuisionẽ nõ recipit. 24. q. 1. loquitur [a]. Idem dico in sacramento baptismi & eucharistiæ, & in omnibus illis, vbi certa forma desideratur, quod duo imperfecta non faciunt vnũ perfectũ. Idẽ est in excusatione tutorũ, quod duæ imperfectæ excusationes non faciũt vnã perfectã, vt C. qui numero tutela. l. 1. Idẽ est i stipulatione, quia illa non diuiditur. ff. de verb. obli. l. 1. & l. continuus. Sed sacramentum solennitatis (vt est Missa) bene diuiditur: & ibi duo imperfecta faciũt vnũ perfectum, vt 7. q. 1. nihil.

b *Non potest.*] quia crimina morte extinguũtur, & nullus post mortẽ potest accusari, vt 24. q. 2. c. 1. ff. de bonis eorũ qui ante sententiã mortẽ sibi cõsci. l. vlti. & 23. q. 2. admonere. nisi i crimine hęresis, vt 24. q. 2. sane 2. vel si aliquis hæreticos instituit hęredes, vt extra de hære. si qui epus. vel si in notorio crimine decessit, vt 88 dist. neque. prout cõsueuit notari 24 q. 2. ió sũma.

c *Amittant.*] & tamẽ numquã eũ receperũt: & ita aliqui dicũt amittere qd numquã habuit, vt 5. q. 6. quia. 23. q. 4. Guilisarius.

[t] At. contra 16. q. 5. §. præscriptionib. ver. quod si obest. vbi de hoc in gl. at. aliquis, &c.

[a] Adde glos. huic contrariam in c. nihil. in verb. presbytero. 7. q. 1. & concor. ass. vt ibi.

Defunctus de quibusdã criminibus potest accusari.

Amittit quis qd nũquã habuit.

¶ Et ordinator, & ordinatus damnationis subeat pœnam, cum episcopus manum imponit, & alius orationem dicit. C. XIIII.

QVorumdam clericorum, dum vnus ad presbyterium, duo ad leuitarũ ministeriũ sacrarẽtur, episcopus oculorum dolore detentus, fertur manum suam super eos imposuisse [a] tãtum, & presbyter quidã illis contra ecclesiasticum ordinem benedictionem dedisse. Sed quia iam ille examini diuino relictus, humano iudicio accusari nõ potest [b]: ij, qui supersunt, gradum sacerdotij, vel leuitici ordinis, quem peruerse adepti sunt, amittant [c].

Item ex concilio Carthagin. 4. c. 5.

Ordo Roman. pag. 91. Raban. de instit. cler. li. 1. c. 8. Isidorus lib. 2. offic c. 10. Poly. l. 2. tit. 32 Ans. l. 7. c. 59. Iuo p. 6. c. 14. Pan. l. 3. c. 35.

¶ Qualiter subdiaconus ordinetur. C. XV.

SVbdiaconus, cum ordinatur, quia manus [d] impositionem [e] non accipit, patenam de manu episcopi accipiat vacuã, & calicem vacuũ: de manu vero archidiaconi accipiat vrceolum cum aqua [f], manile, & manutergium.

Item ex eodem concilio, c. 6.

[f] al. aquamanili

¶ Qualiter acolythus ordinetur. C. XVI.

ACoIythus cum ordinatur, ab episcopo quidem doceatur, qualiter in officio suo agere debeat: sed ab archidiacono accipiat ceroferarium cum cereo, vt sciat se ad accẽdenda ecclesiæ luminaria mancipari: accipiat & vrceolum vacuum ad suggerendum vinum in Eucharistiam sanguinis Christi.

Item ex eodem, c. 7.

Poly. ibidem. Ans. l. 7. c. 58. Iuo par. 6. c. 15. Pann. l. 3. c. 35.

¶ Qualiter exorcista ordinetur. C. XVII.

EXorcista cum ordinatur, accipiat de manu episcopi libellum, in quo scripti sunt exorcismi, dicente sibi episcopo [Accipe, & commenda memoriæ, & habeto potestatem imponendi manus super energumenum [k], siue baptizatum, siue catechumenum.]

Item ex eod. concilio, c. 8.

Poly. l. 2. tit. 32. Ans. l. 7. c. 57. Iuo par. 6. c. 16 Pann. l. 3. c. 37.

¶ Qualiter lector ordinetur. C. XVIII.

LEctor cum ordinatur, faciat de illo episcopus verbum ad plebem, indicans eius fidem, ac vitam, atque ingenium: post hæc spectante [l] plebe tradat ei codicem, de quo lecturus est, dicẽs ad eum [Accipe, & esto relator [†] verbi Dei; habiturus, si fideliter, & vtiliter impleueris officium, partem cum eis, qui verbum Dei ministrauerint [†].]

Item ex eodem. c. 9.

Poly. ibidem. Ans. l. 7. c. 55. Iuo par. 6. c. 17 Pann. l. 3. c. 38. [†] al. lector. [†] bene administrauerũt] ordo Ro.

¶ Qualiter ostiarius ordinetur. C. XIX.

OStiarius cũ ordinatur, postquã ab archidiacono instructus fuerit, qualiter in domo Dei debeat conuersari, ad suggestionẽ archidiaconi tradat ei episcopus claues [m] ecclesię de altario, dicẽs [Sic age, quasi redditurus Deo rationẽ pro his rebus, quæ his clauibus recluduntur.]

Item ex eodem concilio, c. 10.

Poly. ibidem. Ans. l. 7. c. 54. Iuo par. 6. c. 18 Pann. l. 3 c. 39.

¶ Qualiter psalm. sta ordinetur. C. XX.

PSalmista, idest cãtor, potest absq; licẽtia episcopi, sola [n] iussione pre-

Poly. ibidem. Ans. l. 7. c. 53. Iuo par. 6. c. 19 Pann. l. 3. c. 40.

Additio. Ad idẽ 17. dist. concilia. vbi de hoc. Archi.

S *Vbdiaconus.*] Hæc est sexta pars distinct. in qua probat per xvij. cap. qualiter minores ordinentur. Io. de Fan. & P. Ab hoc loco vsque ad finẽ distinctionis pone casum, quia littera plana est.

d *Quia manus*] scilicet consecratoriam, sed ordinatoriã accipit.

e *Impositionem.*] Verum est, quòd non imponitur manus super caput [i] subdiaconi sicut super caput diaconi vel sacerdotis: sed imponitur manus super ipsum secundum quod impositio manus idem est, quod ordinatio: & sic non obstat contrarium 79. distin. quoniam. vbi dicitur, quod etiam lectori manus imponitur.

[i] Hic videtur quod legitur & not. 5. q. 4. sed ... in fine.

f A *Colythus.*]. *Ceroferarium.*] id est, candelabrum.

g *Ad accendenda.*] non in lãpadibus, sed cũ legitur Euangelium, vt 21. distinct. cleros.

h *Vrceolum.*] ad vinum

i *Eucharistiam.*] id est, calicem.

k E *Xorcista cum.*] *Super energumenum.*] Energumeni dicuntur lunatici, & obsessi à dæmonibus: ab en quòd est in: & ergo, quòd est labor: & mene, quòd est defectus: quòd est quasi in opere deficiens. Archidia.

Energumeni.

l L *Ector.*] *Spectante.*] 67. dist. reliqui. contra, vbi dicitur, quod episcopus minores ordines potest conferre sub testimonio trium. Sed hic loquitur de ignotis.

m O *Stiarius.*] *Claues.*] vt eijciat excommunicatos, & infideles [4], vt 21. dist. cap. 1. in fin.

n P *Salmista.*] *Sola.*] de abbatibus [5] non dubitatur, & corepiscopis, quin minores ordines conferant, vt j. 68. distinct. quamuis. & 69. distinct. quoniam. similiter episcopus, qui renunciauit episcopatui. extra de eo qui renun. epi. requisiuit. Sed qualiter sacerdotes cõferunt ordinẽ primũ, cũ ordinari nemo possit sine titulo, vt 70. dist. cap. 1. & solus eps titulũ confert, vt 16. quæst. 7. c. nullus. & extra de offi. archidia. cõ satis? Sed hoc verum est de maioribus ordinibus. Vel dic quod possũt assignare titulũ, sed nõ curã animarũ. Signat contrariũ 25. dist. perlectis. vbi dicitur, quod collatio illorũ ordinũ spectat ad epum: sed illud verũ est de solẽni ordine.

a *Debet.*]

[4] Et recipiat fideles. Archi.

[5] Scilicet benedictis: aliàs nõ est verũ quod minores conferant, vt dicam in hoc ... quoniã. hic ... leg. Archi.

a ¶ *Debet.*] paru. Nam magnitudo coronæ est signum conuersionis, vt extra de success. ab intest. cum dilectus, in parte decima. duodecima q. 1. duo.

b ¶ *Prohibete*] ¶ *Iuxta Apostolum.*] in epistola ad Corinthios dicitur: Vir si comam nutrit, ignominia est ei. mulier si comam nutrit, gloria est ei.

c ¶ *Sphera.*] j. 12. q. 1. duo.

d ¶ *Clerici.*] etiam vxorati, vt extra de vita & honestate clericorum, clericus. 32. dist. si qui vero. sed illud potest intelligi si vult gaudere priuilegio clericali, aliàs secus, vt 84. dist. quisquis.

sbyteri officium suscipere cantandi, dicente sibi presbytero: [Vide, vt quod ore cantas, corde credas; & quod ore credis, operibus cõprobes.]

Clerici comam nutrire prohibentur, quorum caput desuper in modum sphæræ rasum esse debet a.

Vnde Anicetus Papa episcopis Galliæ.

¶ Clerici comam nutrire prohibentur. C. XXI.

PRohibete fratres per vniuersas regionum vestrarum ecclesias, vt clerici iuxta Apostolum b comam non nutriant; sed desuper caput in modum sphæræ c radant.

Item ex concilio Agathensi, c. 20.

¶ De eodem. C. XXII.

CLerici d, qui comam nutriunt, ab archidiacono etiam si noluerint, inuiti detondeantur. Vestimenta etiam, vel calceamenta eis, nisi quæ religionem e deceant, vti, aut habere non liceat.

Item Gregorius ij. in concilio Romæ habito in Basilica S. Petri, c. 17.

¶ De eodem. C. XXIII.

SI quis ex clericis relaxauerit comam f, sit anathema g.

Item ex concilio Carthagin. 4. c. 11.

¶ Quibus vestibus monialis sit induenda, cum consecratur. C. XXIIII.

SAnctimonialis virgo, cum ad consecrationẽ suo † episcopo offertur, in talibus vestibus applicetur, qualibus semper h vsura est, professioni, & sanctimoniæ aptis.

Vasa quoque sacrata, & vestimenta altaris mulieres Deo dedicatæ contingere, & incensum circa altaria deferre prohibentur.

Vnde Soter Papa omnibus episcopis Italiæ, epist. 2.

¶ Vestimenta altaris, & vasa sacrata mulieres tangere prohibentur. C. XXV.

SAcratas Deo feminas, vel monachas i sacra vasa, vel sacratas pallas k penes vos contingere, & incensum circa altaria deferre perlatum est ad Apostolicam sedem: quæ omnia reprehensione plena esse, & vituperatione, nulli recte sapientum dubium est. Quamobrem huius sanctæ sedis auctoritate hæc omnia vobis resecare funditus, quamto citius poteritis, censemus. Et ne pestis l hæc latius diuulgetur, per omnes prouincias abstergi citissime mandamus.

Item ex concilio Laodicensi, c. 21.

¶ Sacrarium subdiaconis ingredi non licet. C. XXVI.

NOn oportet subdiaconos licentiam habere in sacrarium m, siue secretarium (quod Græci diaconium n appellant) ingredi, & contingere vasa Dominica.

Item ex eodem, c. 22.

¶ De eodem. C. XXVII.

MInistrum o non oportet vti orarijs; nec hostias • derelinquere p.

• ¶ Hostias.] *Vera lectio, quæ habetur etiam in aliquot manuscriptis, est, ostia. sed ob glossam non est restituta.*

Item ex eodem, c. 23.

¶ De eodem. C. XXVIII.

NOn oportet lectores, aut psalmistas orarijs vti, & sic legere aut psallere.

Item ex concilio Carthagin. 4. c. 99. & 98.

¶ Mulier in conuentu viros docere non permittitur. C. XXIX.

MVlier quamuis docta, & sancta, viros in conuentu docere q non

Ioan. Ego dico, quod clericus coniugatus non potest gaudere priuilegio clericali: nec debet ferre tonsuram, cũ hoc faceret in vituperium ordinis clericalis, vt extra de cleri. coniu. cap. Ioannes. Bar.

ADDITIO. Ad hoc plene notat 50. dist. c. vlti. 20. q. 3. eos. & 32. dist. si qui. Archi.

e ¶ *Religionem.*] alioquin perdit priuilegiũ clericale. extra de vi. & hone. cle. c. vlt. extra de sen. exc. in audiẽtia. De habitu clericorum plene habes 21. q. 4. in summa.

f ¶ *Si quis.*] ¶ *Comam.*] vel barbam, vt extra de vi. & hone. cleri. cap. 5.

g ¶ *Sit anathema.*] Videtur ergo, quod omnis apostata sit excõicatus, vt extra de apost. c. 1. & infamis est. 3. q. 4. si qs à vero † . 6. q. 1. infames. quod non concedo a: & expone sit, id est, fiat. nam & monachus in apostasia potest recipere ordinem, vt extra de temp. or. ex parte. & Inno. dicit, quod admoneri debet priusquam suspẽdatur, vt extra de sen. excom. sacro.

h ¶ *Sanctimonialis.*] ¶ *Semper.*] etiã in lecto, & in infirmitate, vt 20. q. 1. vidua.

i ¶ *Sacratas.*] Monachas.] nõ sacratas.

k ¶ *Sacratas pallas.*] scilicet corporalia.

l ¶ *Et ne pestis.*] sic s. 8. dist. mala.

¶ *NOn oportet subdiaconos.*]

m ¶ *Sacrarium.*] id est, altare: ne sit contra j. ea. non liceat.

n ¶ *Diaconium.*] Diaconiũ, appellatur altare: quia ibi diaconus ministrat sacerdoti.

o ¶ *Ministrũ.*] id est, subdiaconum.

p ¶ *Derelinquere.*] sed sumere debet eas cum alijs ministris, vt de consecr. dist. 2. tribus.

q ¶ *Mulier.*] ¶ *Docere non præsumat.*] Hoc enim est sacerdotale officium, vt 16. q. 1. adijcimus. idem plenius habes 33. q. 5. mulierem.

ADDITIO. Idem Hug. not. hic, scilicet, quod habente à Papa liberam licentiam docendi, & & præ-

Corona ab debet esse magna.

Apostolus tamen dixit illud generaliter non de clericis tantũ. secundum Lau.

Iuo par. 6. c. 46.

Iuo cõcor. par. 6. c. 263. & 378.

Extra de vit. & honest. cler. c. si quis.

Poly. l. 4. tit. 39. Burch. l. 8. c. 23. Iuo par. 7. c. 43.

† al. sui

Polyc. l. 3. tit. 9. Ans. l. 7. c. 240. Burch. l. 3. c. 215. Iuo par. 2. c. 72. & par. 3. c. 265.

Ans. l. 7. c. 90. Iuo par. 3. c. 105.

Ans. l. 7. c. 88.

Ans. l. 7. c. 83.

j. de conse. dist. 4. c. mulier. Burch. l. 8. c. 83. Iuo p. 7. c. 103. & par. 8. c. 324.

Clericus coniugatus non gaudet priuilegio clericali.

Apostata qui libet an sit excõicatus.

† Aliàs. si quis vero a san.

a Dicas quod hoc non potest verũ intelligi in clericis secularibus, nõ in regularibus forsan, vt extra de b. 6. ne cleri. vel mona. pecuuiis. Archidia.

i Et est arg. quod monachus electus in episcopũ non debet habitum mutare secundum Lau. Ad idem extra de vi. & honest. cle. in magno. in fin. & hoc ar. firmiter ex eo, quod hic dicitur, semper.

& prædicandi populo, secundum Lau.

a Laicus.] Arg. contra templarios & hospitalarios. Sed illi non dicuntur laici, cum sint Deo deuoti, vt 12. q. 1. duo. vel ipsi habēt hoc ex speciali priuilegio.

b Præsentibus.] maxime: nam nec absentibus. quomodo enim prædicabit quis, n. si mittatur? extra de hære. ad abolendam. & c. cū ex iniuncto.

Templarij & hospitalarij nō sunt laici.

i Manus] 78. dist. quid est. ADDITIO. Et extra de elect. cum nobis olim. & est hoc c. secundum Hug. & Lau.

k Præiudicio.] id est, præcedenti iudicio.

l In alteram] id est, in contrariam, prout ponitur 2. q. 3. §. notandum. ibi. præuaricator.

præsumat. Laicus[a] autem præsentibus[b] clericis (nisi ipsis rogātibus) docere non audeat.

Ibid. c. 98.

Item ex concilio Agathensi, c. 66.

¶ Ministris non sacratis vasa Dominica contingere non licet. C. XXX.

NOn oportet insacratos[c] ministros licētiā habere in sacrariū (quod græci diaconiū appellant) ingredi, & cōtingere vasa Dominica.

Fere idē ī. ead. c. non oportet subdiaconos.

Item ex concilio Bracarensi 1. c. 28.

¶ Cuilibet ex lectoribus vasa sacra altaris portare non licet. C. XXXI.

NOn liceat cuilibet ex lectoribus sacra altaris vasa portare[d], nec alijs, nisi ijs, qui ab episcopo subdiaconi fuerint ordinati.

Apud Marti. Bracar. ī. cap. græc. synod. c. 41. & c. 66.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 41.

¶ De eodem, vt clerici comam non nutriant. C. XXXII.

NOn liceat cuilibet ministeria tangere, nisi subdiacono, aut acolytho in secretario[e] vasa Dominica. ¶ Nec oportet clericos comā nutrire, & ministrare; sed attonso capite, patentibus auribus, & secundum Aarōn talarem vestem induere, vt sint in habitu ornato.

Iuo p. 6. c. 377. Ibid c. 66. Iuo p. 6. c. 378. Bur. 12.

Item ex concilio Carthagin. 4. c. 13.

¶ Qualiter sponsus & sponsa sint benedicendi. C. XXXIII.

SPonsus & sponsa cum benedicendi sunt à sacerdote, à parentibus suis, vel à paranymphis[f] offerantur, qui cum benedictionem acceperint, eadem nocte pro reuerētia ipsius benedictionis in virginitate[g] permaneant.

J. 30. q. 5. c. Spōsus. Burch. l. 9. c. 5. Iuo. p. 8. c. 143.

DISTINCTIO XXIIII.

QValiter episcopus sit examinandus, & qualiter ipse simul cum reliquis infra ipsum constitutis sit ordinandus, breuiter monstratū est. Nunc autem[h] videndum est de sacerdotibus, & reliquis, an sine examinatione sint promouendi. De his ita scribit Paulus ad Timotheum [Manus[i] nemini cito imposueris, & nihil sine præiudicio[k] facias in alteram[l] partem declinando.]

Epistola 1. c. 5. Paulo aliter in orig.

Ex decretis Siluestri Papæ in synodo Rom. c. 9.

¶ De eodem. C. I.

NVllus acolythorum vel subdiaconorum[*] rem consecratam à presbytero alijs porrigat (quia aliud est minister, aliud assistens) nisi tantum supportet, quod ei sacerdos imposuerit suo ore benedictū.

Burch l. 5. c. 34. Iuo par. 2. c. 43.

* Vel subdiaconorum.] *Verba hæc non sunt in synodo Romana sub Siluestro, sed habētur apud Burchardum, & Iuonem, & in ijs Vaticanis Gratiani exemplaribus, in quibus est hoc caput. Nā in antiquioribus non est: sed post versiculū,* declinādo *sequitur continenter,* Nullus ordinetur.

Item ex concilio Carthagin. 3. c. 22.

¶ Ante probationem nullus ordinetur clericus. C. II.

NVllus ordinetur clericus, nisi[†] probatus fuerit, vel episcoporum examine, vel populi testimonio[m].

Ansl. 7. c. 89. † non probatus vel Iuög.

Item Gelasius Papa Cælestino episcopo.

c NOn oportet insacratos.] id est, non sacros.

d NOn liceat. Portare.] in processione. & vocat hæc vasa sacra, vbi continentur reliquiæ.

e NOn liceat. In secretario.] hic secretarium dicitur locus, in quo sacra vasa ponuntur. & sic non est contra ī. ea. dist. nō oportet. vbi dicitur, quod subdiaconi secretarium ingredi non debent.

f SPonsus. Vel à paranymphis] id est parentibus vel ancillis. & dicuntur paranymphæ, quasi parātes nympham. ADDITIO. Dicas quod paranymphi, vel paranymphæ sunt custodes puellæ ei assistentes, & docētes qualiter se debeat habere: e pera, quod est iuxta: & nympha, quod est puella, secundum Hug. Vel dic, lympha, id est, aqua, secundum Lau.

g In virginitate.] Alibi dicitur de biduo vel triduo, vt 30. quæst. 5. aliter. Sed intelligo & illud & aliud esse consilium.

QValiter episcopus.] Hæc dist. diuiditur in tres partes: in quarum prima dicitur quod probatæ vitæ debēt esse ad ecclesiam sacerdotes: & ad hoc tres canones inducuntur. Secunda ibi, *Cum itaque.* Tertia: ibi, *Quæritur quid fieri.* Io. de Fan.

CASVS. Supra dictū est, qualiter eps sit examinandus, & qualiter ipse sit ordinandus. In hac vero 24. dist. quæritur de sacerdotibus & reliquis clericis, an sine examinatione sint promouēdi: & probat Gratianus auctoritate Pauli, quod examinandi sunt, dicentis: Manum cito nemini imposueris: & nihil sine præiudicio faciās, id est, præcedente iudicio, idest sine præexaminatione. Item probatur per sequentia. Et casus primi capituli per se patet.

h Nunc autem.] In hac distin. agit magister de examinatione clericorum. Primo ostendit omnes examinandos esse[i]. Secundo ostendit qualiter & quando examinandi sunt, & à quibus[2]. Tertio qualiter puniantur, qui sine examinatione promouentur.

m NVllus. Testimonio] Hic habes, quòd testimonium populi æquiualet examinationi. Vnde sufficit quòd clericus ordinandus habeat famam pro se: & per hoc etiam patet, quòd noti non sunt examinandi: sed tantum ignoti, vt 47. distinct. de Petro. 94. distin. valde. extra de præsump. mandatu.

i Et hoc vsque ad §. j. eod. cum itaque.

2 Et hoc fecit ab illo §. cum itaque vsque ad §. quæritur.

Ignoti sunt examinandi, & nō alij.

3 De hoc no. 8. dist. presbyteri. qui eps. in pream. Archidia.

P resbyteri

P *Resbyteri.*] Casvs. Vacante Stomens. ecclesia, defecit sacerdos in ecclesia beati Eleutherij martyris & cum illa ecclesia epō indigeret, nec erat episcopus qui eā ordinaret: clerici Stomensis ciuitatis supplicauerunt Papæ, vt præciperet Cælestino episcopo, quatenus nomine visitatoris tantū, & nō tamquā proprius episcopus

ire ad Papā omnibus omissis medijs, sicut ad eū appellatur omissis medijs. 2. q. 6. ad Romanam. & cap. omnes. Vel capitulū ipsum elegit: & petijt à Papa confirmationem. nam idem non potest eligere & confirmare.

b ¶ *Scituros.*] Semper hoc ergo est exprimendum, ne pro iure possit hoc in posterū sibi vendicare, vt 7. quæst. 1. pontifices. extra de iure pat. ex litteris.

c ¶ *Creasse.*] id est, ordinasse illum.

d ¶ *Nec ministro.*] Et ita quælibet ecclesia habebit sacerdotem & diaconum: alibi dicit, q habebit duos sacerdotes. 7. q. 1. illud. & extra de fil. presbytero. propositur.

e E *Piscopi.*] ¶ *Qui plurimo.*] Tales enim præferendi sunt alijs in ordine, & in dignitate; vt 61. dist. c. statuimus. 75. dist. c. vlt.

CVM ITAQVE. Hæc est secunda pars, in qua dicitur, q ordinandi sunt examinandi. Ioan. de Fan.

Q *Vando.*] Casvs. Dicitur in hoc c. q in feria quarta ante sabbatum ordinationis archipresbyteri & sacerdotes debēt præsentare ordinandos in ciuitate: & tunc episcopus ad examinationē illorum tribus diebus continuis faciendā debet eligere viros prudentes, qui diligenter de vita & statu eorum inquirant: & illi qbus hoc cōmittitur sint tales, qui gratia vel pecunia non corrumpātur: q si secus fecerint, deponantur, & promoti repellantur.

f ¶ *Sacerdotes.*] Tamē hoc videtur esse officiū archidiaconi, & repræsentare abbates ordinandos, & abbatissas i sede ponere, vt extra de offi. archi. venostrū. Et est argu. ad hoc 8. dist. proxi. nsitarius. Et secundū hoc videtur, quòd si archidiaconus debet examinare instituendum, q tenetur

Ans. l. 7. c. 85. al. 89. 93.

† *Storitēs.*] Ans.

† *al. ministeriorum.*

¶ Ad ministerium alicuius ecclesiæ, clerici eiusdem promoueantur. C. III.

PResbyteri, diaconi, & vniuersi clerici Stomensis † ciuitatis[a] petitorio nobis suggessere porrecto, in ecclesia beati martyris Eleutherij episcopi (quæ in supradicta ciuitatis parochia[a] probatur esse constructa) presbyterum, qui constitutus fuerat, defecisse; atque in eius locum Iulianum diaconum ipsius ecclesiæ pro celebritate ipsius loci quantocyus debere ordinari. Et ideo frater carissime, si de eius vita, vel moribus nihil est, quod contra canonum veniat statuta, suprascriptum presbyterij honore decorabis, scituros[b], eum visitatoris te nomine, non Cardinalis creasse[c] pōtificis. Pariter etiam & Felicissimum diaconum in eius ecclesiæ ministerio, si conuersatio eius patitur, subrogabis, vt locus processionis celeberrimus ad mysteriorum † consecrationem nec sacerdote indigeat, nec ministro[d].

a ¶ Parochia.] *In omnibus antiquis codicibus tam impressis, quàm manuscriptis sic legitur: cuius vocis loco in recens impressis erat positum* parocecia. *sed visum est antiquam lectionem esse retinendam: præsertim cum dictio hæc etiam græce aptissimam habeat etymologiam.*

Item ex concilio Laodicensi, c. 12.

Dist. 61. c. episcopum. & 63. c. non licet. Burch. l. 1. c. 9. Iuo par. 5. c. 63

† *al. potestatem.*

¶ Metropolitanorum, & episcoporum examine promoueantur episcopi. C. IIII.

f [f] *Diaconi.*] Ad intelligentiam horum capitulorum notabilis, quod in orientali ecclesia & in occidentali licite contrahitur in minoribus ordinibus, vt 32. dist. si quis eorum. & cap. lectores. & cap. placuit. sed constituti in superiori ordine nec apud nos nec apud græcos possunt contrahere, nec poterant tempore Apostolorum, & si contrahant, non est matrimonium: & hoc patet ex sexta synodo, quæ in oriente fuit celebrata: & regulam statuit eis, vt 32. distin. si quis eorum. 31. dist. Nicæna. & 84. distin. cum in præterito. In hoc autem est differentia inter eos, & nos. ipsi enim siue fiat coniugatione siue non, promouentur ad sacros ordines non promissa conti-

Orientales ab occidentalibus differunt.

Gregor. licuit, vt 31. distin. ante triennium. Orientales ergo licite vtuntur matrimonio contracto ante sacros ordines: postea in sacris ordinibus contrahere non licet, vt 31. dist. quoniam. & cap. aliter. & extra de cle. coniuga. cum olim. sed post receptum sacrum ordinem non possunt contrahere, vt ibi dicitur.

g [g] *Protestati.*] supra dist. proxi. diaconus. & extra de in integr. resti. c. 1. in fin.

h [h] *Postea.*] Sic extra de cle. coniuga. diuersis, & extra de concess. præb. & eccl. non va. cũ super, in fi. de filijs presbyterorũ. veniẽs.

i [i] *In ministerio.*] quia videretur venire contra promissionem propriam, vt extra de condi. appo. per tuas.

Presbyter.] Hæc est 6 pars, in qua ponitur pœna sacerdotibus fornicarijs. Ioan. de Fan.

Casus. Dicitur in hoc cap. quòd si presbyter duxerit vxorem, debet deponi. Si vero adulterium vel fornicationem commiserit, debet extra ecclesiã abijci, & ad pœnitentiam inter laicos redigi.

nem sacrũ, illa non mutauit vestem, nec continentiã promisit. Tertio, quia ante quã ille perueniret ad diaconatum, & postea mulier illa vixit incontinenter. Quare Grego. præcipit cuidã, vt inquirat, vtrum illa fuerit vxor diaconi: & tradat eũ puniendum Faustino defensori: si non fuerit, nullo modo puniatur.

Item ex concilio Neocæsarariensi, c. 1.

Burc. l. 2. c. 108. Iuo p. 6. c. 185. Pano. l. 3. c. 91.

¶ Presbyter ducens vxorem ab ordine deponatur. C. IX.

6 Presbyter si vxorẽ duxerit, ab ordine [a] suo illum deponi debere: Quòd si fornicatus fuerit, vel adulteriũ commiserit, extra ecclesiam abijci, & ad pœnitentiam [b] inter laicos redigi oportet.

a ¶ Inter laicos.] *Græcè legitur,* ἐξωθεῖσθαι τέλεον, καὶ ἄγεσθαι αὐτὸν εἰς μετάνοιαν: *quæ Dionysius exiguus vertit,* amplius pelli debet, & ad pœnitentiam redigi. *vbi nulla mentio fit pœnitentia inter laicos agenda: de qua re copiosius dicetur infra 50. dist. c. fin.*

Item Gregorius lib. 11. epist. 59.

Iuo pa. 9. c. 126

¶ De eo, qui relictam cuiusdam diaconi duxit vxorem. C. X.

Iuo. p. 6. c. 84.

7 Quia sunt culpæ, in quibus culpa est, relaxare vindictam, quærenda semper est veritas, vt inquiri debeat, vtrum accusatum noxa condemnet, an à pœna innocentia patefacta subducat. Itaque peruenit ad nos Fantinum defensorem vitionem exercere in Petrum latorem præsentium voluisse, pro eo, quòd (quantum dicitur) relictam cuiusdam diaconi, tempore, quo [d] conductor fuit, marito tradiderit. Sed quoniam iste coniugem diaconi [illegible] non fuisse, dicens [e], nec eam virginem † [f] ad eum venisse; denique † nec religiosam [g] mutasse vestem, postquam ille in ordine sacro promotus est; adiciens etiam, priusquam ad diaconum perueniret, & postea, praua illam opinione vixisse: Ideo fraternitatem tuam his hortamur affatibus, vt cum Dei, sicut decet, timore causam hanc subtili omnino inuestigatione perquirat, vt, si in coniugio diaconi mulierem, de qua agitur, fuisse constiterit, & suprascriptus lator memorato defensori, & rectori patrimonij, ad vindictam modis omnibus tradatur †, & cum competenti emendatione ij, qui male sociati sunt, diiungantur. Si vero in eius coniugio non fuit; memoratum Fantinũ ex nostro mandato commonere te volumus, vt ei facere nil præsumat, nec talia † illum accusatio apud eum in aliquo prægrauet.

† *virginem illã*] orig.
† *vt nec religiosam vestem mutare præsumeret*] in orig. & apud Iuonem.
† *Est etiam apud Iuonem, non autem in orig.*

Item ex concilio Aurelianensi 1. c. 15.

¶ De vxore presbyteri, vel diaconi, si alij se coniunxerit. C. XI.

Si se cuiquam mulier duplici [i] coniugio, presbyteri, vel diaconi relicta coniunxerit, aut † separentur [k]: aut certe, si in criminis † intentione perstiterint, pari excommunicatione plectantur.

† *al. castigati al. castitate seruata separentur*
† *al. criminum*

c ¶ Quia sũt.] quòd hęc allegatio valeat, probatur 34. dist. qs viduã.
d ¶ Conductor.] idest, defensor.
e ¶ Dicens.] & ita nõ potuit vxor eius censeri: quia marit' corruptę nõ pôt promoueri.
f ¶ Nec eam virginem.] Hic per duo extrema colligit mediũ: ex eo enim q ab initio non erat virgo, & postea iste promotus fuit in diaconũ, colligitur eã non fuisse vxoré. argu. ff. de hære. insti. sed & si. §. solemus. & 53. dist. cap legem. quãdoque mediũ trahit extrema. ff. de ser. ru. præ. qui sella. §. vlti. & extra pręd[...]. quandoque principium trahitur ad finẽ. ǀ 35. dist. ab exordio. ff. de lega. 3 si quis. in principio. quandoque finis trahit ad se principium, vt 13. q. 2. cap. vltima voluntas. ff. de adimen. lega. l. 3 & l. 4.
g ¶ Nec religiosam.] idest, religiosum habitum, quẽ solent sumere viduæ, vel aliç deuotæ, licet nõ conuertantur ad aliquã ecclesiã. Nec enim credo, quòd vxor illius qui promouetur ad sacrũ ordinẽ, teneatur intrare religionem: sed sufficit, q voueat perpetuã continentiam, vt 77. dist. episcop'. Nec ob. extra de conuer. con. sane. quia illud speciale est in vxore episcopi. Sed adhuc ob. extra de cleri. coniug. quod à te. Sed illud intellige cũ ordinatus vult transire ad religione. Sed nec hic Papa aliquid dicit de veste: sed Petrus illud allegauit.

a ¶ Ab ordine.] idest, ab officio, & non beneficio: & secundũ hoc magis punitur sacerdos qui fornicatur, quàm qui legitime contrahit: & hoc ideo, quia facit contra sacrum ordinẽ, & etiam contra legem: & ideo minus peccat ducendo vxorẽ: quia credit hoc sibi licere: sicut illa minus punitur, quæ publice delinquit, quàm q priuate delinqueret: quia credit hoc sibi licere, vt ff. de ri. nup. l. vlti.
b ¶ Ad pœnitentiam.] 50. dist. confirmandum. contra. Sed illud intelligitur de solenni pœnitentia, quã clericus facere non debet: 2 illud de publica, vt 50 q. 1. si quis sacerdos. & 30. dist. si quis presbyter. sed si depositus fuerit, bene potest solenniter pœnitere, vt de pœn. dist. 6 sacerdos. Adhuc figuatur contra. 80. dist. presbyter. vbi dicitur, q sacerdos nõ debet publice pœnitere inter laicos. Sed illud verum est quando crimen est occultũ. sed hic loquitur quando crimen est publicum apud laicos. 2. q. 1. si peccauerit.

Additio. Et publica delicta publico remedio egẽt. de pœni. dist. 1. quamuis. & §. hoc ergo. & videas quod legitur & not. 30. q. 1. cap. vlti. & 81. dist. si quis episcopus. Archid.

Quia sunt culpæ] Hæc est 7. pars dist. in qua probatur, q vxor subdiaconi, diaconi vel presbyteri post mortem mariti contrahere nõ pôt: & probat p tres auctoritates. Ioã. de Fan.

Casus. Clericus quidã in consortio suo quamdã habuit mulierem: postea factus est diaconus: eo mortuo Petrus qui erat bonorum eius procurator, vel qui antea fuerat procurator patrimonij beati Petri, tradidit eã nuptui: propter quod Faustinus, qui nũc erat procurator & defensor patrimonij beati Petri, volebat ipsum Petrum punire. Vnde ille Petrus de hoc conquestus est domino Papæ: & tribus rationibus se excusauit: quibus probat, q illa mulier non fuit vxor diaconi. Primo quia corrupta venit ad illũ diaconum, cũ adhuc clericus erat. Secundo, quia cũ ille recepit ordi-

h ¶ Fuisse.] supple, & cũ ordinatũ ipsa sciente: nam si ea inuita ordinaretur vel ignorante, non fieret ei præiudiciũ. sed si sciuit & tacuit, fit ei præiudiciũ, vt post mortem illius non possit nubere, vt 32. dist. seriatim. Vnde non requiritur q mulier voueat: sed sufficit, si scit virum suum ordinari.

Si se cuiquam] Casus. Dicitur in hoc cap. q si relicta presbyteri vel diaconi nupserit secundo, separari debet: & si castigati, id est, monitis noluerint separari: excommunicentur. Si est in littera, castitate, id est, propter castitatem seruandam.

¶ Casus sequẽtis capituli de eadẽ materia loquitur, & p se patet.
i ¶ Duplici.] quantum ad primum.
k ¶ Separentur.] Dubitatur de vxoribus ordinandorum, qualiter vouere debeant, & dare licentiã videtur q solo verbo, vt 8. ea. dist. de his. in fin. & cap. quia sunt culpæ. & 32. dist. seriatim. sed cõtra extra de conuersi. coniug. sane & 34. dist. fraternitatis. vbi dicitur quòd vxor promouendi intrabit monasterium 3. Item alia ratione: quia cœtus clericorũ præeminet cœtui monachorũ: quia vix bonus monachus facit bonum clericũ. 16. q. 1. legi. & facit ad hoc extra de conuer. coniug. coniugatus. sed nullus suscipitur in monachum nisi conuertatur vxor. 27. q. 2. Agathosa. Dic non esse necesse, q conuertatur, sed quòd voueat castitatẽ tantum, nisi de ea habeatur suspicio. extra, de conuer. coniugato. cum suis prædictis. Et speciale est in illa decre. sane. in vxore episcopi. Sed obijcitur; hæc mulier non vouit solenniter: ergo si contraxerit, tenet matrimonium, quod hic negatur. Solu. secundũ quosdã, votũ illud est solenne ex propria professione †, vt extra qui cle. vel vo. cõiniũ. alijs

Principium mediũ & finis ad vnum trahat effectum.

Coniugatus promouendi prius, licet vxor religionem nõ ingrediatur.

† Sol. & continentiam professæ, vt 21. ad coniugium non admittantur. Archi.

Presbyter fornicans plus punitur, quàm legitime contrahens.

Clericus solenniter pœnitere non potest.

Hoc tamen not. extra de pœn. c. 2 & c. quæsitum. Archi.

Vxores ordinandorum quod vouere debeant.

† Dicunt quidã, q non à ferrum [...] assignabile [...] per episcopũ, & ipsi [...] Archi.

† confessione.

† Ad hoc facit [...] ff. de [...]

aliàs non videtur q sola scientia mulieris solennizet votum, nisi ipsa expresse vouerit. Ioan. Sed videtur quòd sola constitutio ecclesiæ hoc matrimonium dirimat, non scientia vel votũ: quod ex eo patet, q Græcus non promittit continentiam dũ recipit sacros ordines, vt 31. dist. quoniam. tamen si contraxerit post sacros ordines, non tenet matrimonium. hoc ergo nõ facit votum, sed sola constitutio ecclesiæ. tres de quibus est timor: aliàs non repellit quis propter vxorẽ vel filios, cum hoc permittat Apostolus. Et est arg. ad hoc 12. q. 2. episcopus, qui filios 3. & extra de testa. cap. 1. dum tamen longa continentia præcesserit, vt S. eod. prius quàm. & 77. distinct. quicumque.

Item ex concilio Martini Papæ.

Apud Martinũ Bracar. c. 29. & conc. Tol. 1. c. 18.

¶ De eodem. C. XII.

SI qua vidua episcopi, vel presbyteri, aut diaconi [a] maritum acceperit; nullus clericus, nulla religiosa persona †cum ea conuiuium sumat; numquam communicet: morienti tamen †ei sacramenta subueniant.

†abest à cõcilio †al. tantum

Item [a] Pelagius Cethego patricio.

¶ Cuiusdam episcopi ordinatio differtur, quia vxorem habet, & filios. C. XIII.

Ans. l. 6 c. 42. al. 46. Polyc. l. 2. tit. 1.

8 DE Syracusanæ vrbis antistite optaueramus in ipso initio, gloriæ vestræ desiderijs obedire, nisi nos multiplex ratio, ipsius non paucis temporibus ordinationem differre sacerdotij coegisset, ob hoc, quòd vel personæ qualitas (sicut & vos melius nostis) vel superstes vxor, aut filij (per quos ecclesiastica solet [b] periclitari substantia) nostros animos diutius ab eius ordinatione suspenderent. Et quantum ad cautelam humanam pertinet, integro pene anno distulimus, opinantes, quòd in melius Syracusanorum prouenire posset electio. Sed quia in voluntatis suæ proposito irreuocabiliter perstiterunt [c], & nullus est alius in eadem repertus ecclesia, nisi longioribus adhuc temporum differretur spatijs; ne paulo amplius insanirent (sicut filij nostri magnifici viri prætoris testificatione didicimus) inter huiusmodi ambiguitates illud consultius iudicauimus faciendum, vt cõgrua prouidentia causam, propter quam principalis [d] constitutio habentem filios, & vxorem ad episcopatus ordinem promoueri prohibet, salua dispositione consilij †muniremus. Qua de re summo studio ab eodẽ Syracusanæ vrbis episcopo, priusquam à nobis contingeret ordinari, huiusmodi exegimus cautionem, per quam & suam fateretur, quantula esset, præsentis temporis habita rerum descriptione, substantiam; & nihil vmquam per se, aut per filios, & vxorem, siue quamlibet propinquam, aut domesticam, vel extraneam forte personam de rebus vsurparet ecclesiæ, & vniuersa sui episcopatus quæsita [e] tempore, ecclesiæ suæ dominio sociaret; nihil vltra id, quod modo descriptum est, filijs suis, vel heredibus relicturus.

Nouella. 6. & 123. in princ.

†al. cõcilij.] Gra.

a ¶Item Pelagius.] *Anselmus, & auctor Polycarpi ex eadem epistola referunt hæc, quæ caput istud antecedunt:* Quod de ordinando ecclesiæ Carinensis episcopo, salubris electione iudicij fieri desiderastis, agnouimus: confestim sequenti die eum iuxta morem discutientes, tertio, quo venit, die episcopum consecrauimus: simili quidem modo & de Syracusanæ, *& quæ sequuntur. In Polycarpo tamen inscriptio est.* Gelasius Papa Ceto. *Ivo autem in epistola ad Hugonem archiepiscopum Lugdunensem, quæ incipit,* Causam Beluacensis, &c. *ita scribit.* Si enim Papa Gelasius quondam Syracusanæ vrbis electum vxorem habentem, & filios interueniente Cetego patricio, &c.

Ecce hac auctoritate electus in episcopatum non [g] prohibetur habere vxorem, & filios †Eligi autem ad episcopatum non debet, nisi aut sacerdos, aut diaconus: subdiaconus vero non, nisi necessitate cogente [f]: siue ergo

¶Anselmus ex hoc aliqua p[...] per scandalum [...] quo 51. dist. [...] gl. fina.

[S]I qua.] ¶ Aut dia[c]onus.] ideo nõ facit mentionem de subdiaconis: quia tempore Gregorij promouebatur quis in subdiaconatũ non promissa continentia: nec fiebat vxorib' aliqđ prudiciũ, vt 27. q. 2. multorum.

¶ Syracusana.] DHæc est 8. pars distin. in qua probat, q nullus debet fieri episcopus habẽs filios & vxorem, nisi ex necessitate, & remota causa impedimẽti, scilicet q p tales res ecclesiæ nõ lędantur. Ioan. de Fan.

CASVS. Dum ecclesia Syracusana pastore vacaret, quidã minus idoneus ibidẽ est electus, habens filios & vxorẽ: pro quo Cethegus patricius supplicauit Papæ Pelagio, vt eius electionẽ confirmaret. sed quia persona illius electi erat minus idonea, Pelagius non exaudiuit Cethegum, imo distulit eum cõfirmare fere per annũ, vt Syracusana electio in melius prouenirет. Sed quia irreuocabiliter in suo proposito perstiterunt, & in illa ecclesia nõ erat ali' idoneus: ne amplius insanirẽt (sicut prætor magnificus Papæ significauit) ideo Papa eius electionẽ confirmauit: prius tamen ab eo cautione recepta, in qua continebat, quãta esset suarum rerũ substãtia: & quod nihil de rebus ecclesiæ vsurpabit: & quod quæsita tempore episcopatus ecclesiæ reseruabit.

b ¶Solet.] Nota caueri debere ex eo, quòd solet aliquid fieri, vt 98. dist. Afros. & 63. dist. nosse.

Eligentes an variare possint.

c ¶Perstiterunt.] Nota argu. quòd ambulatoria est voluntas eligentiũ vsque ad confirmationẽ, vt 61. dist. studij. & 63. dist. quãto. & extra de elect. cum terra. & quòd nullum ius acquiritur electo ante confirmationem, vt extra de accusa. super his. & 27. q. 2. nõ est dubiũ. & extra de elec. cum in cunctis, & cap. nosti. Arg. contra extra de ele. cum inter. in fine. & per illã decret. dico quòd non potest variari. Ioã. Sed hodie publicato scrutinio variare nequeũt electores, vt extra, de elect. publicato. postulatio autẽ variatur si postulantes diffiduot de iure suo nisi sit iam præsentata superiori, vt extra de postu. præla. bonæ 2.

Hoc est falsũ: sed dic vt no. 63 dist. quanto. Archidia.

Ver. est autem. [...] multũ a [...] hoc. argu. vnde dic q nil [...] Arch.

d ¶Principalis.] adest, principũ, vt in authen. de sanc. episc. circa princ. Hic prohibet in episcopũ eligi habẽs vxorẽ & filios, & 61. distin. Catinensis. idem est si habet nepotes, vt in auth. quomodo oportet epi. §. 2. coll. 1. Sed hoc potest intelligi, quando filij mali sunt vel nepotes. nam propter tales ab alijs legitimis actibus patres remouent, vt 6. q. 1. qui crimen. vel quando ita tenere diligat eos, q præsumitur ratione ipsorum, quòd dilapidentur bona ecclesiæ, vt hic dicitur. idem est si habet patrem. vel si habet fra-

Eligi non debet in episcopũ habens vxorẽ & filios.

e ¶Quæsita.] de rebus ecclesiæ, vel intuitu ecclesiæ, vt 12. quæst. 2. manifesta. & cap. seq. & q. 5. cap. pen.

ECCE HAC.] Iste §. diuiditur in duas partes. In prima parte concludit Gratianus ex supradictis ab illo cap. assumi. vsque huc, quòd siue sit subdiaconus, siue diaconus, siue presbyter, licite potest vti matrimonio contracto. Et ad hoc allegat breuiter supradicta recapitulando. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Sed quid de electione,* soluit prædictas obiectiones, quia qđ dicitur in illo c. de Syracusanæ. i. õ ob. quia in minoribus ordinibus cõstitutus, vel in laicali habitu potuit electus ille habere vxorẽ & filios: & postea de consensu vxoris continentiam professus bene potuit promoueri. illud autẽ c. quia sunt culpæ. intelligitur de diacono, cuius ecclesia nondum susceperat votũ cõtinentiæ: vel de eo diacono q suscepit eã in minoribus ordinibus: sicut dictũ est de episcopo Syracusano. Alia autẽ cap. ex tempore vel loco intelliguntur. Ex tẽpore: q a nõ dũ erat indicta continentia ministris altaris. Ex loco: quia oriẽtalis ecclesia nondũ susceperat votũ continentiæ. hoc tamen seruat: q si moritur vxor, quæ ducta est in minoribus ordinibus, cũ qua est aliquis factus sacerdos, si postea contrahit, deponetur.

f ¶Nisi necessitate cogente.] Hodie iure communi eligitur, vt extra de æta. & quali. a multis.

a ¶ *Gregorij.*] supra ea. quia sunt.
b ¶ *Susceperat*.] Hæc solu. non valet, quia à tempore Apostolorum non licuit in ordine illo contrahere: nec in subdiaconatu, vt §4. dist. cum in præterito.
c ¶ *Neocæsariensis*.] supra eod. c. presbyter si.

ADDITIO. Alij vero sentiunt cum Gratiano, & secundum hoc quòd dicit ibi, professi, &c. dic, de cetero: quia prius licuit ei contrahere. Archid.
f ¶ *Ex loco.*] G. ita credebat, quòd in orientali ecclesia diaconi possent contrahere: sed hoc non est verum.

presbyter, siue diaconus, siue subdiaconus fuerit, apparet, quòd in præfatis ordinibus constituti licite[†] *matrimonio vti possunt.*[a] *Quia ergo auctoritate Gregorij, qui velectam diaconi, marito tradidit, puniendus est; item in Neocæsariensi concilio presbyter ducens vxorem, non diaconus, iubetur deponi; item in Ancyrana synodo, diaconi, qui in ordinatione sua dicunt se velle habere vxores, si postea venerint ad nuptias, non prohibentur à ministerio: patet, quòd nec diaconi, nec subdiaconi sunt prohibendi à coniugio. Sed quod de electione obycitur, verum quidem est in episcopatũ non eligendum, nisi in sacris ordinibus constitutum: sed ipsum vxorem habere, & filios, non repugnat præmissis auctoritatibus de continentia clericorum.* ¶ *In laicali enim habitu, vel in minoribus ordinibus cõstitutus potuit habere vxorem, & filios: & si postea ex consensu vxoris continentiam professus subdiaconatum, vel diaconatum, vel presbyterij gradum adeptus fuerat, attamen vxori, & filijs ipsum necessaria subministrare oportebat.* ¶ *Illud autem Gregorij*[a] *duobus modis soluitur: vel quia ecclesia illa, cui diaconus ille ministrauerat*[†], *nondum continentiæ votum susceperat*[b] *in diaconis, & reliquis ministris: vel quia (sicut de electo in episcopum antea scriptum est) ante subdiaconatum memoratus diaconus eam in vxorem duxerat.* ¶ *Illud autem Neocæsariẽsis*[c] *& Ancyranæ*[d] *synodi, vel ex tempore*[e], *vel ex loco intelligitur. Ex tempore, quia nondum erat introducta continentia ministrorum altaris. Ex loco*[f], *quia vtraque synodus orientalis est, & orientalis ecclesia non suscipit generale votum castitatis: hoc tamen diligenti obseruatione custodit, vt post adeptum sacerdotium, defuncta priore vxore, cum qua sacerdos factus fuerat, si alteram duxerit, deponatur.*

[† al. legitimo]
[† alias, ministrauerat]

a ¶ Non prohibentur.] *A plerisque vetustis exemplaribus abest dictio, non: Retenta tamen est, quoniam hic Gratianus in alteram partem disputando, ex canonibus prioris ætatis præ se fert hoc probare, subdiaconis, diaconis, atque etiam presbyteris non fuisse prohibitũ vsum coniugij. Quod tamen qualiter accipiendum sit, ipse postea declarat à vers.* Sed quòd. *vsque ad vers.* Illud autẽ. *Hac de re agitur etiam infra annotatione ad principium dist. 31.*

Item opponitur illud, quod legitur in canone Apostolorum, c. 6. al. 5.

¶ Presbyter causa religionis non contemnat propriam vxorem. C. XIIII.

Burch. l. 1. c. 78. Iuo par. 5. c. 184. Pann. l. 3. c. 113.

SI quis docuerit sacerdotem sub obtentu religionis propriam vxorem contemnere[g], anathema sit.

Gratianus refert sensum canonis, cæteri collectores ipsa etiam fere verba.

Item ex concilio Gangrensi, c. 4.

¶ Anathema sit, qui presbyterum coniugatum discernit à communione, nuptiarum occasione. C. XV.

Burch. l. 3. c. 75. Iuo p. 2. c. 128. & par. 3. c. 158.

SI quis discernit[h] presbyterum coniugatum tamquam occasione nuptiarum, quòd offerre non debeat, & ab eius oblatione ideo se abstinet, anathema sit.

¶ *Græce est.* Εἴτις διακρίνοιτο παρὰ πρεσβυτέρου γεγαμηκότος, ὡς μὴ χρῆναι, λειτουργήσαντος αὐτοῦ, προσφορᾶς μεταλαμβάνειν, ἀνάθεμα ἔστω. *id est:* Si quis secernat se à presbytero, qui vxorem duxit, tamquam non oporteat, illo liturgiam peragente, de oblatione percipere, anathema sit. *quæ versio non multũ discrepat à versione Dionysij exigui.*

Item ex sexta synodo in Trullo, c. 26.

¶ Ab officio abstineat presbyter non legalibus nuptijs detentus. C. XVI.

Simile etiã in 3. canone eiusdẽ synodi, & apud Basiliũ in epist. ad Amphilochium c. 27.

[† al. in eiusd. synod. nuptiarum.]

10 PResbyterum per ignorantiam nõ legalibus[i] nuptijs detentũ cathedram quidẽ habere[k], sed[a] ab officio abstinere præcipimus: sufficit enim huiusmodi indulgentia ei: Quia benedicere alijs eum, qui vulnera sua debet curare, cõsequẽs nõ est. Benedictio enim, sanctificationis traditio est. Qui vero hanc nõ habet propter delictũ[†] [l] ignorãtiæ[m],

ITEM OPPONITUR. Adhuc opponit per sequentia cap. quorũ prima duo sunt plana. & postea in distin. 30. ponit solutionem.

S *I quis.*] Hæc est 9. pars dist. in qua dicit presbyterum religionis causa non debere contemnere propriam vxorem.

g ¶ *Contemnere.*] quãtum ad exhibitionẽ necessariorum, vt 31. distin. omnino. & §. porest.

h S *I quis discernit.*] & infra, &c.

P *Resbyterum.*] Hæc est 10. pars huius dist. in qua dicit presbyterũ non legalibus nuptijs detẽtũ ab officio abstinere debere. ¶ Quidã presbyter orientalis mortua sua vxore duxit secundam, cũ putaret sibi licere. quæsitum est in sexta synodo, quid de eo fieri debeat. Et respondetur, quòd debet priuari omni sacro ministerio: ita quòd neque publice, neque priuatim benedicat: quia benedictionem non habet propter delictum suum: sed imploret veniã à Domino de suo delicto: honorẽ tamen suæ cathedræ per dispẽsationem teneat.

i ¶ *Non legalibus.*] potest intelligi de eo qui contraxit secũdas nuptias per ignorantiam iuris.

[* Sic intelligit Gra. 34. dist. §. vlti.]

k ¶ *Habere.*] scilicet dignitatem: beneficiũ enim retineat, & locũ in choro, & cantabit cum alijs, & intererit electionibus: sed hoc solum deest ei, quod non debet ministrare vt sacerdos, vt 15. q. vlti. qui admiserit. & cap. si quis presbyter, & hoc. quòd de vtroque iure esset priuandus, vt 84. distinct. quisquis. sed hoc beneficium cõceditur ei suo lato officio, vt 50. dist. presbyteros. & capitulum deat. & extra de cle. pug. Henricus & extra de cle. ægro. tua.

[Ratio est, ne ea sæcularia negotia tedeat in opprob... diffin. diacon. Archid.]

l ¶ *Propter delictum.*] idest, quòd factum commiserit per ignorantiam.

d ¶ *Ancyranæ.*] §. eodem. diaconi.
e ¶ *Ex tempore.*] Illud stare non potest, quod dicitur in §. illius cap. diaconi professi continentiam.

m ¶ *Ignorantiæ.*] Arg. quòd licet aliquis ignoret se debere continere qui ordinatur: tamen ex eo quod recipit ordinem, tenetur continere. 23. dist. quamquam.

[Ordinis susceptio obligat ad continentiam.]

a ¶ *Pri-*

Presbyter excommunicatus tenetur ad horas dicendas.

a ¶ *Priuatus est.*] Videtur hic quòd si sacerdos est excõmunicatus vel suspensus, q non debet priuatim dicere horas suas: quòd non est verũ: imo ad hoc tenetur, dum tamen non faciat hoc officiando suam ecclesiã, vt colligitur 11.q.3.si quis episcopus.

C *Onsulendum.*] Hæc est 11. pars. dist. in qua dicit presbyteros non à laicis esse iudicandos, licet aliquando sint reprehẽsibiles.

Bulgari q sunt. CASVS. Bulgari sũt populi inter Vngariã & Græciam constituti: apud istos presbyteri quidã habebãt vxores. quære quæsiuerũt Bulgari (qui laici erant) à Nicolao Papa, an deberent illos eijcere. Et respondet quòd nõ, licet illi sacerdotes sint reprehensibiles. & hoc probatur exemplo Domini, qui Iudã proditorẽ non eiecit: & quia laici clericos iudicare non debent: sed si quid mali fecerint, episcoporũ iudicio reseruatur.

b ¶ *Reprehensibiles.*] si. 15.q.vlt. cap. vlti. Sed contra. 32. dist. nullus. Sed illud intelligitur i, cum notorium est crimen eius.

i Hunc intellectum approbat hic Lau. qd dic. vt in dict. Arch.

h ¶ *Intelligant.*] quod esse non debet 11.q.3.eorum.

i ¶ *Perquirant.*] quod in ciuile est, vt ff. de legi. inciuile.

k R *Egula.* ¶ *Negotio.*] id est propter qualitatẽ negotij aliquid statuitur qd est contra ius: sicut in causa matrimonij, consanguinei admittuntur in testimoniũ, vt 35.q.6.consanguineos. & pro-

quomodo alijs tradet? Non igitur publice, neque priuate benedicat; nec corpus Domini dispenset alijs; nec alio modo ministret: sed sufficiat ei, quòd præsidet: & imploret à Deo, vt dimittatur ei iniquitas ignorantiæ suæ. Manifestum est autem, quòd huiusmodi non legitimæ nuptiæ soluentur, & nullatenus vir accessum habebit ad eam; propter quam sacro ministerio priuatus est[a].

a ¶ Ab officio.] *græce est* τῶν δὲ λοιπῶν ἱερουργιῶν; *id est* a ceteris officijs.

Item Nicolaus ad consulta Bulgarorum, c. 70.

¶ De presbyteris non est laicis iudicandum. C. XVII.

II C Onsulendum decernitis, vtrum presbyterum[a] habentem vxorem debeatis sustentare, & honorare; an a vobis proijcere. Ad quod respondemus, quoniam licet ipsi valde sint reprehensibiles[b]; vos tamen Deum conuenit imitari; qui solem suum oriri facit super bonos, & malos. Deijcere vero eum a vobis ideo non debetis: quoniam nec Iudam Dominus, cum esset mendax discipulus, de numero Apostolorum eiecit. Verum de presbyteris, vobis, qui laici estis, nec iudicandum est, nec de eorum vita quidpiam inuestigandum; sed episcoporum iudicio, quidquid est, per omnia reseruandum.

Ivo. par. 2. c. 82. Pann. l. 5. c. 12. Matth. 5.

a ¶ Presbyterum.] *In vltimo capite horum responsionum referuntur Bulgarorum verba, dicentium multos apud se esse Græcos, & Armenos, & alios, qui diuersa decernunt. Nondum enim à Romana sede episcopum, aut presbyterum acceperant. Quamobrem nobis mirandum, si presbyter, de quo in hoc capite agitur, coniugatus erat.*

S *Ed notandũ.*] Hic intitulatur 29. distin. in qua soluit prædictas oppositiones Gratianus, & exponit: Et dicit q quædã cap. intelliguntur ex tẽpore, & loco, & causa, & persona.

c ¶ *Sed notandum est.*] Quia dixerat s. proxi. dist. §. ecce. in fin. quædam cap. esse temporalia vel localia: ideo ad soluendũ multa cõtraria, ostendit in ista 29. dist. quædã capitula tradita esse ex causa, quædã ex tẽpore, quædã ex loco, quædã ex persona, quædam ex negotio, quædam ex necessitate.

DISTINCTIO XXIX.

I P. S *Ed notandum est[c], quòd secundum Isidorum pleraque capitula ex causa, ex loco, ex tempore, ex persona consideranda sunt. Ait enim Isidorus[a].*

a ¶ Isidorus.] *Nonnihil simile habetur in libro ipsius de homine, & ratione per synonyma, c. de doctrina, & ignor.*

¶ Ex tempore, loco, & persona, & causa regulæ canonum intelliguntur. C. I.

S Ciendum est, quòd pleraque capitula ex causa[d], ex persona[e], ex loco[f], ex tempore[g] consideranda sunt; quorum modi, quia medullitus non indagantur; in erroris labyrinthum nonnulli intricando impinguntur; cum ante iudicant, quàm intelligant[h]; ante inculpant, quam iterando lecta perquirant[i].

Hinc etiam Gregorius ait.

¶ Pro diuersitate rerum temperantur regulæ sanctorum. C. II.

R Egulæ sanctorum Patrum pro tempore, loco, & persona, & negotio[k], instante necessitate[l] traditæ sunt.

Ans. l. 4. c. 53.

Item Hieronymus in proœmio epistola ad Ephesios.

¶ Pro diuersitate locorum, temporum, & hominũ, scripturæ intelligendæ sunt. C. III.

N Ecesse est, vt iuxta diuersitates locorum, & temporum, & hominum, quibus[a] scriptæ sunt; diuersas & causas[m], & argumenta, & origines habeant. Et quomodo B. Ioannes in Apocalypsi sua ad septem scribens ecclesias, in vnaquaque earum specialia,

Apocal. 1.

S *Ciendum.*] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd quædam cap. ex causa, & plena, & ipe dr signãtur, & qa hoc multi non respiciunt, caduot in labyrinthũ & laqueũ erroris: nec recte iudicant, cũ non intelligant ad plenũ.

¶ Casus sequẽtis cap. patet.

d ¶ *Ex causa.*] Ex causa fuit statutum ne neophyti promoueantur ad episcopatus, vt 48. dist. c. 1. scilicet ne in superbia extollerentur. sed hæc causa cessauit in Ambrosio, qui cathecumenus est electus in episcopum, vt 61. dist. §. his omnibus.

e ¶ *Ex persona.*] vt in Augu. qui factus est coepiscopus alio viuente, vt 7. q. 1. non autem. & c. petiisti.

f ¶ *Ex loco.*] quia propter propinquitatem vel remotionem loci aliquid statuitur, vt 64. dist. cum longe. 24. q. 1. pudenda. & 8. dist. 4. erit autẽ 2. Vel ideo dicit: quia quædam sunt localia, quædam non.

g ¶ *Ex tempore.*] sicut Anglicis datum fuit propter nouitatẽ, vt cõiungantur in quarto gradu, vt 35. q. 3. quædam.

2 Ad 64. 93. dist. huius.

propter causam ecclesiæ statuitur, q domestici admittantur in testimonium, vt 14. q. 2. super prudentia 3.

l ¶ *Necessitate.*] lex non debet institui nisi propter necessitatem, vt 8. dist. 4. erit.

N *Ecesse.*] CASVS. Quidam scripturas varias & diuersas tantum vno modo intelligebant: quos docet Hieronymus intelligere scripturas secundũ diuersitatem temporũ, locorũ, & causarũ. Et hoc probat exẽplo Ioannis euangelistæ, qui scribens vij. ecclesijs, in vnaquaque speciali vitia vario modo corrigebat: nec imitatur medicos imperitos, qui vno collyrio oculos omnium infirmorum volunt curare.

m ¶ *Causas.*] 23. q. 8. occidit.

3 Dicit Ioan. de Fan. Quod dicit Iob. nõ est verũ: imo de iure cõmuni est vt domestici admittantur. C. de repu. 1. ex officio, causa de test. insuper. nõ ediciũ de iure est prohibitum vt quilibet admittatur qui nõ prohibet. ff. de test. 1. & de hac materia no. 3. q. 5. in tom. & c. Archid.

a ¶ Vulne-

a ¶ *Vulneribus.*] Not. quòd varietas delictorum requirit varietatem pœnarum, vt 45. dist. licet. 50. dist. vt constitueretur. 44. dist. comessationes. 41. dist. non cogantur.
b ¶ *Collyrio.*] Arg. cõtra illos q tales in oĩbus cõtrarijs ponũt solutiones: aliud sm leges, aliud sm canones. vel hoc nouũ, illud vet⁹. *Illud.*]

vel vitia reprehendit, vel virtutes probat; ita & sanctus apostolus Paulus per singulas ecclesias vulneribus a medetur illatis: nec ad instar imperiti medici vno collyrio b omnium oculos vult curare.

a ¶ Quibus scriptæ.] *Antea legebatur*, quibus diuersæ scripturæ factæ sunt. *Emendatum hoc est ex manuscriptis, & originali, quemadmodum & nonnulla alia.*

DISTINCTIO XXX.

Illud autem c, quod in canone Apostolorum, & in Gangrensi concilio, & in sexta synodo legitur, ex causa consideratur, & ex tempore. Causa fuit hæresis Manichæorũ a, quia coniugium detestabantur, sicut etiam quorumdã d superstitio multa in catholicorum detestationem introduxisse inuenitur: contra quos in Gangrensi concilio capitibus sexdecim statutum legitur.

a ¶ Manichæorum.] *Proprie Gangrensis synodus statuit contra Eustathianos, vt sup. dist. 16. c. prima adnotatio. Sed hunc errorem Eustathiani hauserant à Manichæis.*

¶ De multimoda superstitione hæreticorũ, quos Gangrense cõcilium anathematizauit. C. I.

Iuo p. 8. c. 319.

SI qui filij parentes, maxime fideles e, deseruerint occasione Dei cultus f, hoc iustum esse iudicantes; & non potius debitum honorem parentibus reddiderint, vt hoc ipsum a in eis venerentur, quòd fideles sunt, anathema sint †.

† al. sit

¶ *In aliquot vetustis exemplaribus hæc omnia, quæ hic citantur ex concilio Gangrensi, vnico capite, & continenti oratione leguntur. Sunt autem ex prisca versione. Sed ea, quæ est Dionysii exigui, longe magis respondet originali græco, quamuis neque ipsa vsquequaque.*
a ¶ Vt hoc ipsum.] *græce est.* Προτιμωμένης δηλονότι παρ' αὐτοῖς τῆς θεοσεβείας. *i.* Quòd scilicet diuinus cultus apud ipsos omnibus rebus præferatur.

Item ex eodem, c. 17.

¶ De eodem. C. II.

Burch. l. 8. c. 62. Iuo par. 7. c. 80. & par. 8. c. 320.

QVæcumque g mulier, religioni iudicans conuenire, comã sibi amputauerit, quam Deus ad velamen eius y, & ad memoriam subiectionis illi dedit, tamquam resoluens ius subiectionis, anathema sit †.

† Ista tamẽ dixit Rusien. in suo dictio. na. in verũ mulier esse fit, ad hoc quod natura.

y ¶ Religioni.] græce est, Διὰ νομιζομένην ἄσκησιν; *idest:* Ob eam, quæ existimatur pietatis exercitatio: *quod Dionysius vertit:* propter diuinum cultum, vt extimat. *Græci enim religiosorum, quos nos dicimus, vitam proprie* ἄσκησιν *nominabant. Burchardus, & Iuo in par. 7. secuti sunt versionem Dionysii, in octaua autem Iuo priscam.*
a ¶ Ad velamen eius.] *hæc non sunt in græco originali, neque in versione Dionysii. Videntur autem sumpta ex epist. prima ad Corinthios, c. xi.*

Item ex eodem, c. 14.

¶ De eodem. C. III.

Iuo par. 8. ca. 329. & 317.
† al. contemnendo

SI qua mulier derelicto viro discedere h voluerit soluto vinculo coniugali, nuptias condemnando †, anathema sit.

Item ex eodem, c. 10.

¶ De eodem. C. IIII.

Repetit. 7. dist. 31. c. quicũq; ex versiõe Diony. Burch. l. 8. c. 64. Iuo par. 7. c. 82. & par. 8. c. 316. & hoc secundo loco ex hac eadem versione.

SI quis propter Deum virginitatem professus, in coniugio positos per arrogantiam vituperauerit, anathema sit.

Item ex eodem, c. 9.

¶ De eodem. C. V.

Burc. l. 8. c. 61. Iuo par. 7. c. 79.

SI quis vel virginitatem, vel continentiam professus a, tamquam abominabiles nuptias iudicat; & non propter hoc solum, quòd continentiæ, & virginitatis bonũ, sanctum propositũ est, anathema sit.

a ¶ Professus.] *Hic erat additum*, in coniugio: *quod neque est in canone græco, neque etiam in*

chæorum, qui coniugia detestabantur: sicut multa statuit ecclesia in detestationem aliorum hæreticorum. & ad hoc inducit cap. sequẽtia. de tempore dicet 31. dist.
c ¶ *Illud autem.*] Dictum fuit s. 28. dist. cap. si quis docuerit. & cap. seq. quòd sacerdotes nõ debẽt à se abijcere vxores suas prætexto religionis. hic dicit, q ex causa fuit hoc statutũ, scilicet propter quosdã hæreticos qui cõiugia detestabantur.
d ¶ *Quorumdam.*] scilicet hæreticorum.
SI qui filij.] CASVS. Quidam filij occasione illius verbi Euangelij, Qui non reliquerit patrem & matrem propter me, nõ est me dignus: debitum honorem parentibus denegabant, & alimenta eis subtrahebãt, putantes hoc religioni conuenire. Dicitur hic q tales debẽt anathematizari. Plana sunt cap. vsq; ad cap. si quis eorum.
e ¶ *Fideles.*] Fidelib⁹ & infidelibus parentibus tenemur subuenire: magis tamen fidelibus 86. dist. nõ satis. Sed pone q habes patrẽ hæreticũ: numquid præferes ipsum extraneo bono? P. manducator dixit hanc quæstionem esse nebulã, & tenebrosam aquã in nubibus aeris. Sed dicas q patrem, qualiscunq; sit, debemus præponere extraneo, etiam sancto, in his quæ spectãt ad opus misericordiæ in prouidendo ei in necessarijs: nisi alter magis indigeat: quia tunc potius tenemur extraneo subuenire, vt 86. dist. pasce. Ambrosius tamen videtur contradicere huic opinioni in cãticis, in illo loco: Ordinauit in me charitatẽ. ait enim: Multorum est charitas inordinata: quidã enim id, qđ est primũ, ponũt tertium vel quartũ. Sed primo diligendus est Deus, secũdo parẽtes: deinde filij: postea domestici: q si boni sunt, malis filijs sunt præponẽdi. de pæ. dist. 2. charitas. sed illa auctoritas intelligẽda est de affectu interiori, non de beneficiorum exhibitione. nã magis debemus diligere extraneos bonos q propinquos malos, licet illis potius debeam⁹ subuenire. 13. q. 2. non æstimemus.

Pater malus an sit extraneo bono præferendus.

Dicit beatus Bernar. in li. de diligendo Deũ. causa diligendi Deum Deus est: modus, sine modo diligere. ob duplicẽ causam Deũ propter se diligendum dixerunt: siue quia iustius, siue quia nil diligi fructuosius possit. Arch.

Illud.] Hæc dist. diuiditur in tres partes. Secunda ibi, *Hæc autem.* Tertia ibi, *Si quis presbyter.* In prima ponuntur quædam cap. contra Manichæos.
CASVS. Hic ponitur 30. dist. in qua adhuc soluit oppositionem quã fecerat 28. dist. in quatuor cap. & dicit q tria prima ca. intelliguntur ex causa & tẽpore. causa fuit hæresis Mani-

f ¶ *Dei cultus*] quod quidam hæretici fecerunt ratione illius auctoritatis: Qui reliquerit patrem & matrem propter me, centupliũ accipiet. 28. q. 1. in princip.
g ¶ *Quæcumque.*] infra, de conse. dist. 5. fucare. 33. q. 5. mulier. Ioan.
h ¶ *Si qua mulier.*] ¶ *Discedere.*] sine eius consensu.

Sed in multis locis moniales tõdẽrunt, vt Rhegij & Mutinæ, & amputãt sibi comas. forte de malo faciunt ar. 20. q. 3. c. vlt. & dicam. Arch.

latine. qui citatur infra dist. 31. c. quicumque. neque in multis manuscriptis Gratiani codicibus.

Item ex eodem, c. 13.

¶ De eodem. C. VI.

SI qua mulier suo proposito [a] vtile iudicans, vt virili veste vtatur; propter hoc virilem habitum imitetur [a], anathema sit.

Burch. l. 8. c. 60. Iuo par. 7. c. 78.

a ¶ Imitet.] *Græce legitur* Καὶ ἀντὶ τοῦ εἰωθότος γυναικείου ἀμφιάσματος, ἀνδρεῖον ἀναλάβοι. *quod Dionysius exiguus apte vertit*, & pro solito muliebri amictu virilem sumit; *sicque habet Burchardus, & fere etiam Iuo.*

Item ex eodem, c. 18.

¶ De eodem. C. VII.

SI quis tamquam hoc continentiæ conuenire iudicans, die Dominico ieiunauerit in eiusdem [a] diei contemptum [b], anathema sit.

Burch. l. 13. c. 19. Iuo par. 4. c. 51.

A ¶ In eiusdem.] *In originali huius prisca versionis est*, aut in eiusdem diei contemptum: *quod in versione Dionysii, quam asciuerunt Burchardus, & Iuo, istis vocibus videtur exprimi*, aut contumaciam, *al.* propter contumaciam. *Sed in græco vulgato nihil est, quod istis respondeat.*

Item ex eodem, c. 19.

¶ De eodem. C. VIII.

SI quis eorum, qui in proposito sunt continentiæ, propter [y] necessitatem [c] corporalem superbiat, & ieiunia communia putauerit contemnenda, totius ecclesiæ perfectam in sua conscientia iudicans rationem, anathema sit.

Burc. l. 13. c. 5. Iuo par. 4. c. 38.

y ¶ Propter necessitatem.] *Nihil mutatum est ob glossas: cæterum multis modis discrepat à prisca versione, & à Dionysiana, quam secuti sunt Burchardus & Iuo. Prisca sic habet:* Si quis eorũ, qui in proposito sunt continentiæ, præter necessitatem corporalem, & superbiens ieiunia communia totius ecclesiæ putauerit contemnenda, perfectam in sua scientia vindicans rationem, anathema sit. *Dionysiana autem hoc modo:* Si quis eorum, qui continentiæ student, absque necessitate corporea, tradita in commune ieiunia, & ab ecclesia custodita, superbiendo dissoluit, stimulo suæ cogitationis impulsus, anathema sit. *Quæ versio in cæteris quidem partibus originali græco, etiam vulgato, satis respondet: sed in postrema insignis est varietas. Nam vbi Dionysius habet*, stimulo suæ cogitationis impulsus; *in græco vulgato est*, ἐνοικοῦντος ἐν αὐτῷ τελείου λογισμοῦ, i. nimirum pfecta, quæ in ipso est, ratiocinatione, illa abrogante. *In manuscriptis autem huius canonis exẽplaribus partim est*, ἐνυπαρχούσης, i. perfecta in eo residente ratione, *partim*, ἐπικουροῦντος. *idest*: perfecta, quæ in ipso est, ratione sibi auxilium ferente. *Notantur vero Eustathiani (quos postea Bogomilici secuti sunt) qui ita statuebant. peracto certo quodam ieiunio, ad eam se perfectæ vitæ rationem peruenisse, vt postea omnia sibi essent indifferentia, nullisque præceptis obligarentur, sed soluti omnino essent, at ne peccare quidem possent: qua de re Balsamon in capitis huius interpretatione.*

Item ex eodem, c. 20.

¶ De eodem. C. IX.

SI quis per superbiam tamquam perfectum se existimans, conuentus, qui per loca, & basilicas [d] sanctorum martyrum fiunt, vel accusauerit, vel etiam oblationes, quæ ibidem celebrantur, spernendas esse crediderit, memoriasque sanctorum contemnendas, anathema sit.

Pann. l. 2. c. 8.

Item ex eodem, c. 5.

¶ De eodem. C. X.

SI quis docet domum Dei cotemptibilem esse debere, & congregationes, quæ in ea fiunt, anathema sit.

Burch. l. 3. c. 94. Iuo par. 3. c. 84.

Item ex eodem, c. 6.

¶ De eodem. C. XI.

SI quis extra [e] ecclesiam priuatim populos congregans, contemnat ecclesiasticas sanctiones [A], ipsamque ecclesiam apud se sine concilio † episcopi cum presbytero agat, anathema sit.

Burch. l. 3. c. 95. † al. consilio

A ¶ Sanctiones.] *Post hoc verbum in prisca versione illa sunt interiecta*, aliterque ea, quæ sunt ecclesiæ, voluerit vsurpare, non conueniente presbytero iuxta decretũ episcopi, ipsamq; *& cætera, quæ hic sequuntur. Dionysii autem versio, quæ optime respondet verbis græcis, & refertur à Burchardo, hæc est:* Si quis extra ecclesiam seorsum conuentus celebrat, & despiciens ecclesiam, ea, quæ sunt ecclesiæ, voluerit vsurpare, non conueniente presbytero, iuxta decretũ episcopi; anathema sit.

Item ex eodem, c. 1.

¶ De eodem. C. XII.

SI quis nuptias in accusationem duxerit, & mulierem fidelem, ac religiosam cum viro suo dormientem, abominandam crediderit, aut etiam accusandam, tamquam non posse coniugatos in regnũ Dei ingredi, anathema sit.

Infra 31. di. c. Si quis nuptias. ex versione Dionysii. Burch. l. 8. c. 61. Iuo par. 7. c. 29.

Item ex eodem, c. 2.

¶ De eodem. C. XIII.

SI quis carnem manducantem ex fide [f] cum religione, præter sanguinem, & idolo imolatũ † [g], & suffocatũ, crediderit condẽnandũ.

Iuo. par. 4. c. 30. † al. immolatũ, & suffocatum

---

a S*I qua mulier suo proposito.*] qa magis est habilis, & magis parata in scissa veste, quam in clausa ad meretricandum.

b S*I quis contempt.*] quia si non facit in contemptum illius diei, etiã omni die bonum est ei si ieiunat, vt 76. dist. vtinam.

S*I quis eorũ.*] Casus. Beneuentanus sic ponit casum. Quidam dum ieiunasset, cœpit eum fames affligere. ille propter famem superbiens dicebat non esse ieiunandum, & sufficere solã cõscientiã pro facto. de isto dicitur q; debet anathematizari. Ego Barth. Brixi. aliter casũ intelligo, sic ponens. Quidã dũ permaneret in proposito abstinentiæ, id est, continentiæ: ꝓpter necessitatẽ corporalẽ, idest, abstinẽtiã, ꝑ quã multa necessaria corpori subtrahuntur, superbiebat, omnia ieiunia paruipendens, eũ plus alijs ieiunaret: ꝑfectã constitutionẽ ecclesiæ iudicans in sua conscientia. dicitur q; talis anathema sit. Seq. cap. vsque ad cap. si qs virorum. patent.

c ¶ *Necessitatem.*] idest, continentiam.

d S*I quis.*] ¶ *Basilicas.*] Nisi cũ fiũt per inanes reuelationes, vt de cõsecra. dist. 1. placuit.

e S*I quis extra.*] Et dom⁹ in qua hęc fiunt, publicanda est: vt in auth. de eccl. tit. §. si quis in sua domo. collat. 9. loan.

f S*I quis.*] ¶ *Ex fide.*] idest, ex bona cõscientia. extra de ꝓscrip. quoniã omne.

g ¶ *Immolatum.*] idolothytus non debemus vesci, vt hic, & 50. dist. presbyteros. & 32. q. 4. sicut satius. Sed contrariũ videt̃ illud Apostoli ad Corinth. Si qs infidelium vocat vos ad cœnam, omne qđ vobis apponitur manducate nihil interrogãtes. sed illud, loquit̃ secundũ sua tempora, cũ adhuc pauci erant fideles. Quod autẽ dicit de sanguine & de carne suffocata, hodie non tenet: quia tantũ in figura fuit illud prohibitum.

ADDITIO. 22. q. 1. gloria episcopi. Archidia.

Vt 11. q. 3. ad mensam & 1. q. 4. notandum. Archidia.

a S *I quis. ¶ Filios.*]Nam ex iuramento non possumus adstringi ad illud, vt 22. q. 4. inter. de hoc habuisti s. dist. 1. ius naturale.

S *I quis virorum.*] CASVS. Quidam in quadam pretiosa veste iustitiam ponebat, quasi proposito continentiæ conueniret, reprehendens eos, qui alia veste vtebant. dr̃ q̃ talis anathema sit.

Vo- vt Italici, nõ obstãte noua cõstitutione, ex̃a de vi. & honesta cle. clerici quia lex debet conuenire consuetudini, vt s. dist 4. erit.

H *Aec autem scripsimus.*] Hæc est secunda pars dist. in qua conci. interpretatur prædicta. Arch.

CASVS. Dicitur in hoc cap. q̃ ea quæ statuta sunt in superioribus cap non sunt statuta, nisi c̃ eos qui religionis habitum & propositum continentiæ assumentes in superbiam efferuntur cõtra eos q̃ simpliciter viuũt, facientes noua statuta p̃ diuinas scripturas, & ecclesiasticos canones: illi vero commendantur, qui continentiam seruant, & proprijs abrenunciant cum humilitate: & qui diuitias possident cum iustitia, & bonis operibus.

tamquam spem non habentem, qui eam manducat, anathema sit.

Item ex eodem, c. 15.

¶ De eodem. C. XIIII.

Iuo p. 8. c. 318.

SI quis dereliquerit proprios filios [a] suos, & non eos aluerit, & (quod pietatis [a] est) necessaria non præbuerit, sed sub occasione continentiæ negligendos putauerit, anathema sit.

† al. deest.

a ¶ Quod pietatis est.] *Longe fidelius Dionysius:* & quod ad se pertinet, non ad pietatem diuini cultus informat. *Græce enim est.* καὶ τὸ ὅσον ἐπ' αὐτοῖς † τῆς θεοσεβείας τὴν προσήκουσαν ἀνάγκη. *Subintelligitur autem particula negans, idest, μὴ, ex superiore membro.*

Item ex eodem, c. 12.

¶ De eodem. C. XV.

Burc. l. 8. c. 63. Iuo. par. 7. c. 81.

SI quis virorum putauerit sancto proposito (id est continentiæ) cõuenire, vt pallio viatur, tamquam ex eo iustitiam habiturus; & reprehendat vel iudicet alios, qui cum reuerentia birris † vtuntur, & alia veste [b] communi, quæ in vsu est, anathema sit.

† al. beris

Item ex eodem, c. vltimo.

¶ De eodem. C. XVI.

Iuo p. 8. c. 320.

HAec autem scripsimus non abscindentes eos, qui in ecclesia Dei secundum scripturas sanctum propositum continentiæ eligunt: sed eos [a], qui suscipiunt habitum eius, & in superbiam efferuntur aduersus eos, qui simplicius viuunt. Sed & hos condemnamus, qui se extollunt aduersus scripturas, & ecclesiasticos canones, & noua [c] introducunt præcepta. Nos autem & virginitatem cum humilitate admiramur, & continentiam cum castitate & religione Deo acceptissimam dicimus, & renuntiationem secularium negotiorum, atque actuum cum humilitate approbando laudamus; & nuptiarum [y] vinculum, quod secundum castitatẽ † perdurat, honoramus; & diuites [d] cum iustitia, & operibus bonis non abijcimus [e].

† castitatẽ sed] orig. & Iuo.

a ¶ Eos, qui suscipiunt habitum.] *Græce est:* τοὺς λαμβάνοντας τὴν ὑπόθεσιν τῆς ἀσκήσεως εἰς ὑπερηφάνειαν καὶ τῶν ἀφελέστερον βιούντων ἐπαιρομένους καὶ παρὰ τὰς γραφὰς, καὶ τοὺς ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας καὶ καινοὺς εἰσάγοντας: idest, qui ex instituto exercitationis huiusmodi, capiunt occasionem sese efferendi, seque extollunt aduersus eos, qui simplicius viuunt, & aduersus scripturas, & ecclesiasticos canones introducunt nouitates.

y ¶ Et nuptiarum vinculum.] *Græce,* καὶ γάμου συνοίκησιν σεμνὴν, *quæ Dionysius vertit:* & nuptiarum castum vinculum.

e ¶ Non abijcimus.] *Post hæc verba in concilio ipso proxime sequuntur, quæ habentur infra e. parsimoniam. dist. 41.*

Apud Martinũ Bracarensem, c. 57.

Item ex concilio Martini Papæ.

¶ Anathematizatur, qui Manichæorum superstitiones sequitur. C. XVII.

Burc. l. 13. c. 10. Iuo par. 4. c. 52.

SI quis presbyter [a] propter publicam [e] pœnitentiam à sacerdote acceptam, absque aliqua necessitate die Dominica pro quadã religione ieiunauerit, sicut Manichæi, anathema sit. Similiter [β] quia, quod ab Apostolis traditum est, canon tenet antiquus; placuit, vt per omnes Dominicas, & per omnes dies Paschæ vsq; ad Pẽtecosten †, non [f] prosternant [†] se in oratione causa † humilitatis: sed recto vultu ad Dominum fungantur orationis officio: quia in his diebus gaudium resurrectionis Domini celebramus. Si quis [4] etiam non pro abstinentia, sed pro execratione escarum à carne abstineat; placuit sancto concilio vt prægustet [g], & sic, si vult abstinere, abstineat. Si autem spernit, ita vt olera cocta cum carnibus non degustet, iste non obediens, nec suspicionẽ hæresis a se remouens, deponatur de ordine clericatus.

† al. quinquagesimam.

† abest vox ista ab orig.

Ibid. c. 58.

a ¶ Presbyter.] *Sequebatur,* vel diaconus *Quæ sublata sunt, quoniam absunt a plerisq; manuscriptis, & originali. Ceterum Burchardus, & Iuo similem canonem citans ex concilio Turon. ang. ita habent:* Si quis propter publicam pœnitentiam a sacerdote acceptam, aut pro aliqua necessitate. *In a[li]quot Gratiani manuscriptis est.* si quis præter publicam pœnitentiam, à sacerdote acceptam, absque aliqua necessitate, &c. *quæ optima videtur lectio. Nam in capite 18. concilij Gangrensis, vnde hoc videtur Martinus sumpsisse, nulla presbyteri fit mentio, sed vniuerse pronunciatur vt supra cad. c. si quis tamquam.* Si quis ob pietatis, quemadmodum putatur, exercitationem, die Dominico ieiunet, anathema sit. *& verba illa:* absque aliqua necessitate, *videntur huc importata ex cap. 19. eiusdem concilij Neque vero presbyteris*

c ¶ *Et noua*] ff. de cõstitu princ. in rebus.

d ¶ *Diuites*] Hoc verum est de talibus, qui faciunt misericordiam non habentibus, vt 33. q. 5 secundum. nam & Dominus habuit pecuniam, vt 12 q. 1. exemplum. aliàs abijcienda est pecunia exẽplo Cratis, vt 12. q. 2. gloria epi § Crates. nam aliena rapere conuincitur qui vltra necessaria sibi retinet, vt 42 dist. § 1 Io.

d ¶ *Diuites*] Non est contra illud, facilius est camelum per foramen acus transire: quia illud de talibus intelligitur q̃ in diuitijs spem ponentes, gratius intuẽtur aurum quàm solem: de quibus habetur 47. dist. sicut hi.

Rapere aliena dicitur q̃ s[uperflua] re[tinet] ... retinet.

Diuitiæ aliquando bonæ sunt.

S *I quis presbyter.*] CASVS. Hoc cap. diuiditur i tres partes. in prima parte dicitur q̃ si quis presbyter acceptã publica pœnitentia in die Dominica ieiunauerit ea intentione qua Manichæi ieiunabant, anathema sit. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Similiter.* dicitur q̃ in diebus Dominicis & inter Pascha & Pentecosten non debemus flectere genua, sed vultu erecto orare ad Dominum. In tertia parte quæ incipit ibi, *Si quis etiam* dicitur: *Si quis vult comedere carnes vel olera, in quibus carnes coquuntur propter execrationem escarum, compelli debet degustare: & si noluerit, tamquam hæreticus deponatur.*

;Et dicis Hiero[nymus] ... perdidit ... dum ... formam. In die ... de ... semper ... decus. Archidia.

e S *I quis.* ¶ *Propter publicam*] quã tacere potest sacerdos, sed nõ solennem, vt dixi § 28. dist. presbyter.

Consuetudinẽ in vsu vestiũ de bemus obseruare.

b ¶ *Veste.*] Sufficit ergo q̃ quis veste vtatur s̃m consuetudinem regionis. & sic transmontani non coguntur vti absolutis vestibus,

f ¶ *Prosternant*] vt de consecr. dist. 3. quoniam sunt.

g ¶ *Prægustet.*] licet q̃ suspectus cogitur comedere siue gustare

Sed numquid idem est si aliquis est suspectus eo quod non cõicat in anno: numquid cogendus est cõicare? Non: quia illa non recipitur sine peccato, si recipiens est peccator: sed ad hoc potest cogi vt faciet se dignum, id est, vt pœniteat. de consec. dist. 2. si quis intrat. ea. dist. hi qui. secundum Hu. cuius fuit ista glo. vt subdiaconi nullo modo cõmisceri debeãt amodo vxoribus suis: & illã constitutionẽ quidam subdiaconi seruabant: quidam nõ: sed quia illa cõstitutio fuit iniqua, scilicet quod aliqs qui nõ promisit continentiã, cogeret cõtinere: ideo retractat̃ hic a Gre. & statuit, quod si qui subdiaconi nõ sunt, nõ cogant̃ cõtinere, nisi velint. si quod autẽ in fu-

Vt de conse. 2. secularem. duobus cap. secundum & c. & in 20.

huiusmodi pœnitentia more laicorum imponebantur. c. illud. cum sequentibus. dist. 50. & c. fin. vero. nec enim. 82. dist. Sed quando in grauissima crimina publice incurrebant, depositi peregrinari iubebantur. c. si quis sacerdos. 30. q. 2. c. sacerdos. de pænit. dist. 6.

β Similiter, quia.] Hoc sumptum est ex canone vltimo concilij Niceni.

γ Non prosternant.] In codice Lucensi regio legitur: non prostrati, sed erecto vultu ad dominum fungantur orationis officio.

δ Si quis etiam.] Hoc sumptum est ex concilio Ancyrano, c. 13. al. 14. & in eo mentio fit presbyteri, ac diaconi.

Tempus quo[que]] Hæc dist. diuidit̃ in sex partes. In prima corrigitur sententia Pelagij per Greg. vt in cap. seq. Secunda ibi, *Causa vero*. Tertia ibi, *Potest & aliter*. Quarta ibi, *Sed obijcitur*. Quinta ibi, *aliter*. Sexta ibi, *Similiter*. Io. 20. de Fan.

CASVS. In hac 31. dist. dicit Gratia. quod illa cap. quæ fuerũt posita in dist. 28. intelligũtur ex tempore: quia nondũ erat indicta cõtinentia sacerdotibus: & hoc probat per sequentia. Dicit etiã quæ est causa, scilicet quod propter mundiciã fuit cõtinẽtia indicta: & quòd sacerdotes vxores non abijciant à sua cura, quin eis necessaria ministrent.

a Tempus.] In hac 31. di. ostendit, quod à tempore Grego. statutum fuit vt subdiaconi non ordinarentur nisi promissa continentia[2]. Secũdo agit de causa continentiæ presbyterorum & diaconorum[3]. Tertio dicit, quod licet ordinati in sacris ordinibus vxoribus non debeant cõmisceri, tamen necessaria prouidebũt eis[4]. Vltimo assignat differẽtiam inter orientales & occidentales.

[2] Vt ĩ. ca. 1. 1.

[3] Vt ĩ. ca. 1. causa. vsque ad §. quod autem.

[4] Hoc facit ad prædictũ §. quod autem. vsque ad cap. 3. . Archidiac.

DISTINCTIO XXXI.

I
R a

TEmpus[a] quoque, quia nõdum[a] erat institutum, vt sacerdotes continentiam seruarent.

a Nondum.] Quod ait hic Gratianus, fuisse tempus, quo nondum erat institutum, vt sacerdotes continentiam seruarent, in subdiaconis (Nam & hi sacerdotum nomine interdum comprehenduntur, valetque idem sacerdotis nomen atque in sacris constitutus, vt infra ad initium distinctionis 33. notatur que in glossa. 1. q. 1. Qui per pecuniam) locum habere potest. Fuit enim tempus, cum subdiaconi in aliquibus prouincijs, vt in Sicilia, abstinẽtia legibus nõ adstringebantur: quod Gregorij locus, qui solus ad hanc rem confirmandam proxime à Gratiano citabitur, manifeste probat. Diaconis autem & presbyteris in Latina ecclesia numquam licuisse vxoribus, quas ante sacros ordines duxerant, vti, ex canonibus, qui post primũ in hac eadem distinctione citãtur, & alijs multis, præsertim epistola secũda Syricij ad Himeriũ Tarraconensẽ clare demõstratur.

Vnde Gregorius scribit Petro subdiacono Siciliæ, lib. 1. epistola 42.

¶ Qui castitatem non promisit, ab vxore sua separa[ri] non cogatur. C. I.

Pann. l. 3. c. 89. Poly. l. 4. tit. 31.

ANte triennium subdiaconi omnium ecclesiarum Siciliæ prohibiti fuerant, vt more Romanæ ecclesiæ nullatenus suis vxoribus miscerentur. Quod mihi durum[b], atque incõpetens videtur, vt qui vsum eiusdem continentiæ non inuenit[c], neque castitatem ante promisit[d], compellatur a sua vxore separari, atque per hoc (quod absit) deterius cadat. Vnde videtur mihi, vt a præsenti die episcopis omnibus dicatur, vt nullum subdiaconum facere præsumant, nisi qui se victurũ caste promiserit, quatenus & præterita[a] mala[e] quę per propositum mentis appetita non sunt, violenter non exigantur, & futura caute caueantur. ¶ Qui vero post eamdem prohibitionem, quæ ante triennium facta est, continenter cum suis vxoribus vixerunt, laudandi, atq; remunerandi sunt, & vt in bono suo[†] permaneant, exhortandi. ¶ Eos autem, qui post prohibitionem factam se a suis vxoribus continere noluerint, ad sacrum ordinem nolumus promoueri: quia nullus debet ad ministerium altaris accedere, nisi cuius castitas ante susceptum ministerium fuerit approbata.

ĩ. dist. 28. c. Nullum.

† sic] orig.

a Mala.] Vox ista abest à Policarpo, & aliquot vetustis Gratiani codicibus.

2 *Causa vero huius institutionis munditia sacerdotalis fuit, vt libere cunctis diebus orationi possint vacare. Si enim (vt Paulus ait) ab vxoribus est cessandum, vt expeditius orationi vacemus; ministris vtique altaris, quibus quotidiana necessitas orandi incumbit, numquam coniugali officio vacare permittitur.*

1. Cor. 7.

Vnde Beda in commentarijs super Lucam ad c. 1. ait.

ANte trienniũ.] Casus istius cap. ex quadam constitutione Pelagij pẽdet: vnde scire debes, quod vna cõstitutio facta fuit ab Apostolis de continentia clericorum, vt 84. dist. cum in præterito. Item fuit postea á Siricio repetit[a] in 82. dist. plurimos. Tertia fuit facta auctoritate Pelagij, quæ habet̃ 27. q. 2. multorũ. de qua fit hic mentio. Est ergo casus huius cap. Pelagius fecit quandã constitutionẽ per quemdã diaconem nomine Seruumdei, vt omnes subdiaconi Siciliæ a suis vxoribus abstinerent, quas in minoribus ordinibus duxerant, aut ab officio cessarent: quam cõstitutionem, quia dura fuit & iniqua vt subdiaconi compellerent̃ ad continentiã, Grego. primus qui successit Pelagio, retractauit, & statuit vt nullus decetero fiat diaconus, nisi continentiã promittat: ita tñ, vt mala præterita, id est, cõtinentia, quæ solet esse iuuenibus mala, id est, pœnalis: vel mala si nõ seruet̃, per violentiã non exigat: & hoc in prima parte. In secũda parte, quæ incipit ibi, *Qui vero*. cõmendat illos qui constitutionem illam, quæ facta fuit ante triennium seruauerunt: & hortatur eos vt debeãt in suo proposito permanere. illi vero qui noluerint a suis vxoribus abstinere, promoueri nõ debent: quia nullus debet promoueri, nisi eius castitas fuerit approbata. Vel sic: Olim promouebant̃ subdiaconi non promissa continentia: & licite vtebant̃ vxoribus & beneficijs: Postea Pelagius prædecessor Gregorij statuit, vt vel cõtẽtu essent vxoribus tãtũ; vel beneficijs tantum: de qua constitutione Gre. facit mentionẽ 27. q. 2. multorũ. Postea idẽ Pela. aliam edidit constitutionẽ, in qua præcise prohibuit, futurum sunt ordinandi, nõ admittant̃ nisi promittãt continẽtiã.

b Durum.] Statutũ Pelagij fuit contra Euangeliũ, in quo excipit̃ sola fornicatio[†] 33. q. 2. quos Deus. & ideo reprobatũ fuit. Sed quare reprobat̃ illa cõstitutio Pelagij, in qua statuit, vt aut beneficia, aut vxores dimittant: cum idẽ statuerit Alexander extra de cle. cõiug. cap. 1. Sed dic, cum aliqs in minoribus ordinibus existens postea contrahit, potest priuari beneficio prius habito. & de illis loquit̃ Alexã. cũ vero aliqs primo contrahit, & postea ecclesia sciẽter ei cõfert beneficiũ, postea nõ potest illud ei auferre: & de illis loquit̃ Pelagius. & ideo cõstitutio eius fuit iniqua. simile extra de cler. cõiug. diuersis.

c Non inuenit.] id est, non suscepit.

d Promiserit.] Hoc intelligo si habeat licentiam vxoris.

e Mala.] id est, continentia, quæ iuuenibus est mala. 33. q. 2. in adolescentia[5].

† Vt 32. q. 1. dicit.

CASVS. Hæc est secunda pars dist. in qua dicitur, quod causa huius constitutionis fuit munditia sacerdotalis. & hoc probat per vj. c. Io. de Fan.

CASVS. Dicit Gratianus, quod propter munditiã sacerdotalem inducta fuit continentia in ecclesia: quia cũ sacerdotes semper debeant orare, semper debent ab vxoribus abstinere. Et hoc probatur auctoritate Apostoli per seq. cap. quorum prima duo patent.

[5] Sub. & ad personam, & ad omnia. 28. dist. de his. & accipiunt, hoc nomen mala pro pœnalis est sensus a iubenibus non exigatur continentia sed ab ordinandis decreto quoque si promittere nolunt, repellantur. Io. de Fan.

Sacerdotibus

a ¶ Sacerdotibus.] idem est de alijs clericis. Lauren.
b ¶ Semper.] id est, horis debitis. sic j. eo. si laicus. 2 2. dist. sacrosan. & j. 3 7. dist. de quibusdam. 3 6. dist. c. vl. Arch.
c ¶ Episcopos.] Hoc c. habetur 8 4. dist. cum in præterito.
d ¶ Vel qui.] id est, subdiaconi. nam & subdiaconi sacramentis in-

¶ Teneere debet.] Casvs. Victorius Rothomagē. episcopus habebat quosdam presbyteros & leuitas in sua diœcesi, qui nolebāt á suis vxoribus abstinere. Ideo quæsiuit á Papa, an presbyteri & leuitæ deberēt viuere cōtinēter? Et rñdet q sic, & hoc probat auctoritate prophetę dicētis: Sancti estote, &c. id est, mūdi & exēplo sacerdotū veterū q in sua hebdomada á suis vxoribus abstinebāt, sed finita sua hebdomada suis vxoribus cōmiscebantur propter sobolē procreandā: qa nullus poterat fieri sacerdos nisi de tribu Aarō. hodie vero cū sacerdotes quotidie debeāt orare, nec reqrif d qua tribu pmoueant, semp debēt ab vxoribus abstinere. Sequētia duo c. plana sunt, & p te videbis.

¶ Sacerdotibus semper castitas obseruanda præcipitur. C. I.

Pann. l. 3. c. 92.

SAcerdotibus [a], vt semper [b] altari queant assistere, sem per ab vxoribus continendum, semper castitas obseruanda præcipitur.

Item in concilio Carthaginensi 2. c. 2.

¶ Qui diuinis sacramentis inseruiunt, continentes esse oportet. C. II.

j. dist. 8 4. c. cum in præterito. Pann. l. 3. c. 95. Raba. pæn. c. 29

EPiscopos [c], presbyteros, & diaconos ita placuit (vt decet sacros antistites, ac Dei sacerdotes, necnō & leuitas, vel qui [d] sacramentis diuinis inseruiunt) continentes esse in omnibus.

Item Innocentius I. Victricio Rothom. episcopo, epist. 2. c. 9.

¶ Sacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus suis misceri non debent. C. IIII.

Burc. l. 2. c. 138. Ansl. l. 7. c. 134. Iuo par 6. c. 94. & 194. Pann. l. 3. c. 94. Leuit. 11. Luc. 1.

TEnere debet omnino ecclesia, vt sacerdotes, & Leuitæ cum vxoribus suis non misceantur; quia ministerij quotidiani necessitatibus occupantur. Scriptum est enim [Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum [e] Dominus Deus vester.] Nam si priscis tēporibus anno [f] vicis suæ de templo Dei sacerdotes non discedebant (sicut de Zacharia legimus) nec domum suam omnino tangebant, quibus vtique propter sobolis successionem, vxoris vsus fuerat relaxatus, quia ex alia tribu, & præterquam ex semine Aaron, ad sacerdotium nullus accedere præcipiebatur †; quāto magis hi sacerdotes, vel leuitæ pudicitiam ex die ordinationis suæ seruare debent; quibus vel sacerdotium, vel ministerium sine successione est, nec præterit [g] dies, qua vel a sacrificijs diuinis, vel à baptismatis [h] officio vacent?

Num. 18. † al. præceptum fuerat

PALEA. C. V.

Ibidem continenter Ansl. l. 7. c. 132. 1. Cor. 7. ‡ al. officium

NAm [a] sicut Paulus ad Corinthios scribit dicens [Abstinete vos ad tempus, vt vacetis orationi:] & hoc vtique laicis præcepit; multo magis sacerdotes, quibus orandi, & sacrificandi iuge sacrificium ‡ est, semper debebunt ab huiusmodi consortio abstinere.

a ¶ Nam sicut.] *Hæc palea in duobus vaticanis (in quibus solis reperitur) est coniuncta cum superiori capite, quemadmodum etiam in epistola Innocentij. & legitur,* Nam si Paulus. *Sed non est mutatum, quoniam est initium capitis.*

Idem Exuperio Tholosano episcopo, epist. 3. c. 1.

¶ Qui ab vxoribus suis abstinent, ad sacrificia admittantur. C. VI.

Infra dist. 8 2. c. proposuisti. Pann. l. 3. c. 95.

EOs [β] ad sacrificia fas sit admitti, qui vel cum vxore [i] non exercent carnale officium [k].

β ¶ Eos.] *Apud Innocentium, & infra dist. 8 2. c. Proposuisti, vbi hoc idem est repetitum, legitur,* neque eos ad sacrificia fas sit admitti, qui exercent vel cum vxore carnale consortiū.

Item Hieronymus contra Iouinianum, lib. 1.

¶ Sacerdoti, cui est semper orandum, matrimonio semper est carendum. C. VII.

Pann. l. 3. c. 96.

SI laicus, & quicumque fidelis orare [l] non potest, nisi careat officio coniugali; sacerdoti, cui semper pro populo offerenda sunt sacrificia, semper orandum est: si semper orandum est; ergo semper matrimonio carendum [m].

Quòd autem [n] *Manichæorum causa de coniugio* [γ] *sacerdotum illud supradictū sit, ex Gangrensi concilio apparet, in quo c. 1. sic statutū legitur.*

γ ¶ De coniugio.] *Sequentem canonem Gratianus restringit ad coniugia sacerdotum, cum tamē in eo damnentur illi, qui omnino nuptias vituperabant, nec volebant aliquē Christianum etiā laicum, liberis operam dare. Nec fuit editus proprie contra Manichæos, sed contra quemdam Eustathium, qui hunc errorem cum alijs multis in Armenia disseminauerat. Est autem caput hoc idem cum capite, si quis nuptias, supra dist. 30. sed ex alia versione.*

e ¶ Quoniam ego sanctus sum.] Ex quo dñs se commendauit, & Christi actio nostra est instructio. 8 1. dist. legis. ergo & nos possumus nos cōmēdare, & Aug. se cōmendat, æquiparā do se prophetis, vt 23. q. 4 ecce. & proconsul potest præmittere libellū cōmendationis suæ, vt ff. de offi. procō. obseruare. Similiter ille q impetrat veniā ætatis, se cōmādat. C. de his qui ve. æta. imp. l. 2.

Cōmendare potest se quis ipsum.

Ad idē q dicit Bal. Custodi animam meam quoniā sanctus sū. & in psal. Iustitia Domini.

f ¶ Anno.] id est sepimana. sic alibi ponitur dies pro anno, vt 33. q. 2. hoc ipsum. & tps p anno, vt de cōse. dist. 4. omni tempore.

g ¶ Nec præterit.] Excepto sabbato sancto, & die veneris pcedente, vt de cōse. dist. 3. sabbato. q duo dies nulli reputāt pp paucitatē. sic j. de cō. dist. 2. reuera.

Nec autē sit hoc, quia annis distint ab anō, qd est circuli, quia circuli voluitur, sic & quod i vs ... Laurén.

h ¶ Vel à baptismatis.] dum est necessitas, ar. 5. dist. baptizari.

i ¶ Vel cū vxore.] nedū cū alia.

k ¶ Officium.] post votum factum.

l ¶ Si laicus.] ¶ Orare.] Quid de hac materia iuris sit, habes 33. q. 4. ca. 1. & 2.

m ¶ Matrimonio carendū.] ar. q si aliqua sibi cōpetēt, si aliud sequa alio, vno pbato & reliquū est probatū, vt 33. dist. si quis viduam, 26. dist. deinde. 3. q. 6. hæc qppe. arg. ē de pæ. dist. 1. sicut primi. in fi.

Probato vno ē reliquorum, probatur reliquū.

Sic de talibus vno concesso & aliud cēsetur ... 1. q. sicut Chri ... Arch.

QVOD AVTEM. Casvs. Dr in hoc §. q illud quod dictum fuit in Gāgrēsi cōci. s. 28. dist. in c. si qs docuerit. & c. si quis discernit ex causa fuit statutū, scilicet propter Manichæos, qui nuptias condemnabant exemplo sacerdotum. Et hoc probat duobus sequ. cap. quæ plana sunt, & per se patent.

inseruiunt. 8 4. dist. cum in præterito. Et expone istud, vel, pro &, secundum Hug. & ita per hoc, & per illud j. 3 2. distin. placuit. suppletur illud 8 4. distinct. cum de quorumdam. quia hæc tria cap. sunt Carthaginensis concilij, & faciunt pro opi. Hug. secundum Lau.

n ¶ Quod autem.] Respicit tria pen. cap. 28. dist. dicēs q illud statutū fuit propter hæresim Manichæorum, qui nuptias contemnunt.

Quicumque. POTEST ET ALITER. Hæc est tertia pars dist. in qua dr, q illud quod supra dictum est in ca. si quis docuerit. dist. 28. ex causa vel ex tempore intelligitur. Núc autem aliter exponit, dicens q illud cap. potest intelligi de sacerdotibus nostri temporis, vt si quis docuerit sacerdotem cótemnere vxorem, quam in minoribus ordinibus duxit, vel cum erat laicus, vt eam a sua cura abijciat, cú qua postea cum promoueretur continétiam est professus, anathema sit. & hoc probatur per duo cap. seq.

clesiæ ipsos pôt pascere, si non habet propria, vt 86. dist. non satis. j. dist. proxi. si quis vero. & 50. dist. illudeat. in fi. & 37. dist. legant. quia nemo carné suam vnquam odio habuit, vt 13. q. 2. nô æstimemus. & hæc vera sunt si indigent ; , alias secus, vt 28. distin. de Syracusanæ. vnde & si viro relictus est vsus alicuius rei, mulier eadem re potest vti, vt ff. de vsu & habi. l. ceterum. §. mulier.

¶ Anathema sit, qui nuptias uituperat. C. VIII.

SI quis vituperat nuptias, & dormientem cum viro suo fidelem, ac religiosam detestatur, aut culpabilem æstimat, velut, quæ regnum Dei introire non possit, anathema sit.

j. dist. 30. c. si qs nuptias.

Item ex eodem, c. 8. & 9.

¶ De eodem. C. IX.

QVicumque virginitatem custodiens, aut continentiæ studens, velut horrescens nuptias, nec propter hoc, quòd bonum, & sanctum est, nomen virginitatis assumit, anathema sit.

j. dist. 30. c. si qs vel virginitaté. ex alia versione Burch. l. 8. c. 61. Iuo p. 7. c. 79. j. distin. 28. c. si quis.

3 *Potest & aliter intelligi illud, quod in canone* [a] *Apostolorum legitur, vt iste sit sensus capituli: [si quis docet sacerdotem vxorem suam contemnere,] non quam vxorem in sacerdotio accepit, sed quam, dum adhuc esset laicus, vel in minoribus ordinibus cóstitutus, sibi copulauit, cum qua cótinentiam professus est, cum ad sacros ordines ascenderet, quam nullus debet cótemnere, hoc est ab animo, & cura sua abijcere, quin ei necessaria prouideat. Probatur autê hac interpretatio auctoritate Leonis Papæ, qui epist. 90. c. 3. scribens Rustico Narbonensi episcopo ait,*

¶ Ministris altaris cum episcopis, & presbyteris eadem est lex continentiæ. C. X.

LEx continentiæ eadem est altaris ministris, quæ episcopis, atque presbyteris: qui cum essent laici, siue lectores, licite & vxores ducere, & filios procreare potuerunt, sed cum ad prædictos peruenerunt gradus, cœpit eis non licere [b], quod licuit. Vnde, vt de carnali fiat spiritale coniugium, oportet eos nec dimittere vxores, & quasi non habeant, sic habere, quo & salua sit charitas, & cessent † opera nuptiarú.

Burc. l. 2. c. 114. Ansl. l. 7. c. 135. & 6. c. 204. Polyc. l. 4. tit. 31. Iuo p. 6. c. 68. Pann. l. 3. c. 106. 1. Cor. 7.

† al. cesset exercitatio nuptiarum

Item Leo [a] *ix. contra epistolam Niceta Abbatis.*

a ¶ Leo.] *Habetur in responsione Humberti ad libellum Nicetæ presbyteri, & monachi aduersus Latinos editum: quam responsionem, cum nomine Leonis in. cuius erat legatus, scripserit, potest ea ille nomine ipsius citari, sicut multa ex Ennodij libro, nomine Symmachi citata inueniuntur, supra dist. 12. c. consilia. & infra 40. dist. c. non nos. & 81. dist. c. nemo recte. 8. q. 4. c. nonne. & 9. q. 3. c. aliorum. Ac supra dist. 22. nomine Nicolai ij. citatur capit, omnes. quod habetur in oratione Petri Damiani.*

¶ Episcopus, vel presbyter vxorem propriam à cura sua non abijciat. C. XI.

OMnino confitemur non licere episcopo, presbytero, diacono, subdiacono propriam vxoré causa religionis abijcere à cura sua, scilicet, vt ei victum, & vestitum [c] largiatur [d]; non vt cum illa ex more carnaliter iaceat. Sic & sanctos Apostolos legimus egisse, beato Paulo apostolo dicente [e] [Numquid [β] nô habemus potestatem mulierem sororem [f] circumducendi [g], sicut fratres Domini, & Cephas?] Vide insipiens, quia non dixit [núquid non habemus potestatem sororem mulierem amplectendi?] sed [circumducendi], scilicet vt de mercede [h] prædicationis substentaretur ab eis: nec tamen foret deinceps inter eos carnale coniugium.

Pann. l. 3. c. 115.

1. Cor. 9.

β ¶ Numquid non habemus.] *varia sunt huius loci interpretationes, quod inter alios B. Hieronymus in primo libro contra Iouinianum ostendit.*

Hinc & illud [i] *Gregorij [Presbyter quidam.] quod require infra dist. sequenti. c. penultimo.* ¶ *Vt igitur ex his auctoritatibus apparet, sacerdotes vxoribus, quas in laicali habitu, vel in minoribus ordinibus constituti sibi legitime copularunt, necessaria ministrare, debita vero reddere non valét.*

a ¶ In canone.] j. 28. distin. si qs docuerit. Io.

L Ex.] CASVS. Rusticus Narbon. episcopus quæsiuit a Leone, verum diaconi possint vel debeant cognoscere vxores suas? Qui respódet q nó, sed debent cótinere sicut episcopi & presbyteri. ná cum erant laici vel lectores, hoc eis licebat, sed postquam promoti sunt ad sacros ordines, cœpit eis nó licere qđ ante licebat: eas tñ à sua cura abijcere nó debét, quin eis necessaria subministrent.

b ¶ Eis non licere.] Nota q propter cómutationé status incipit aliquid non licere quod prius licuit. 32. q. 5. nolo. & 22. q. 2. ne quis arbitretur.

¶ Ad hoc j. 27. q. 1. nuptiaru. 32. q. vlt. c. vlt. 27. q. 1. sunt quidá. & habes & ad hoc 82. dist. fornicarijs. ff. de solu. cú quis. 1. respon. arg. contra extra de diuort. gaudemus. Arch.

O Mnino.] CASVS. Abbas Niceta dicebat licere epis. presbytero & diacono amplecti vxorem suam, & cognoscere. & hoc probabat auctoritate Apostoli dicentis nos sic habere potestaté circumducendi mulieré sicut frater Dñi, & Cephas. Leo autem Papa eum reprehendit, & scribés contra eum dicit non esse verum ut possint cum ea dormire more solito: tñ debent eis largiri uictum & uestitum, & hoc probat exéplo Apostolorum, reprehendés eum ex eo q male intelligebat illud uerbú, circumducendi.

c ¶ Et vestitum.] Ex quo dicit uictum & vestitum, videtur q nomine uictus non comprehendatur uestitus. ut ff. de trans. cum hi. §. q transigit, quod non est uerum. ff. de uer. sig. uerbo, uictus.

Victus nomine non prehendatur vestitum.

¶ Vbi non. sed hoc verd citēno ad transactiones, aliter hoc con tinetur. Arch.

d ¶ Largiatur.] sequestrato tamen habitaculo, ut 77. dist. episcopus. & hoc cum persona est suspecta.

e ¶ Paulo apostolo dicente.] Ducebant enim vxores secum, vt seruirent eis in cibis parandis, & ab eis pascerentur (cum essent pauperes) de mercede prædicationis.

f ¶ Sororem.] id est, quasi sororem.

g ¶ Circumducendi.] nobiscum.

h ¶ Vt de mercede.] arg. q si qs habet vxoré & filios, de bonis ecclesiæ ipsos pôt pascere (continued above).

Beneficiatus fuis consanguineis subuenire pôt.

i ¶ Hinc & illud.] j. in illo c. presbyter quidam. quod est j. distin. proxi. Ioan.

VT IGITVR. CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis, q sacerdotes debét suis vxoribus cú quibus in minoribus ordinibus vel in laicali habitu ɔtexerút, necessaria ministrare, sed debitum reddere nô valent. Sed ɔ hoc duo sequentia cap. inducunt, scilicet q sacerdotes debent reddere debitum vxoribus suis.

SED OBIICITVR. Hæc est 4. pars dist. in qua ponit duos canones orientales, in quibus cōceditur clericis habere vxores. Ioan. de Fan.

N *icena synodus.*] C A S V S. Nicæna synodus volebat legē imponere & necessitatem epis, presbyteris, diaconibus & subdia-

c ¶ *Sententiam.*] Vnus ergo potest cōtradicere toti vniuersitati, si habet rationabilem causam, vt extra de his quæ fi. à ma. par. ca. c. 1. nam sententia vnius potest alios trahere ad partem suam, vt extra de eo qui mit. in pos. cap. cum sicut. ff. de arbi. ite si vnus. §. vlt. C. de vete. iu. enu. l. 2. §. sed ii, &c.

Concordare potest vnus multis. Et est hic arg. quod vnus canonicus potest se opponere pro defensione ecclesiæ suæ. Ad idē extra de consuet. praeterea. in par. ne. vbi dicit Ioann. de Fan. hoc esse verum quā si capitulū illius noluit defendere, & hoc fauore ecclesiæ arg. ff. de libera. cau. l. 1. 2. & 3.

4 ¶ *Sed obiicitur illud tripertita historia, lib. 2. c. 14.*

Panor. 3. c. 85.

¶ Dissuasu Paphnutii Nicæna synodus non constituit, quòd presbyteri cum suis vxoribus non dormirent. C. XII.

N Icæna synodus corrigere volens hominum vitam in ecclesiis cōmorantium, posuit leges, quas canones vocamus, in quorum tractatu videbatur aliquibus introducere[a] legem, vt episcopi, presbyteri, diaconi, & [e] subdiaconi cum coniugibus, quas ante consecrationem duxerant, non dormirent. Surgens autem in medio Paphnutius confessor contradixit, honorabiles confessus nuptias, & castitatem[b] esse dicens, cum propria coniuge concubitum; suasitque concilio, ne talem poneret legem, grauem esse asserens causam, quæ in ipsis, aut eorum coniugibus occasio fornicationis existeret. Et hæc quidem Paphnutius (licet nuptiarum esset inexpertus) exposuit: synodusque laudauit sententiam. eius; & nihil ex hac parte sanciuit: sed hoc in vniuscuiusque voluntate, non in necessitate dimisit.

Adde glo. com. in c. propositi. ver. clerici. 31. dist.

e ¶ Et subdiaconi.] *In aliquot vetustis codicibus, & in originali Socratis non sunt duæ istæ voces. Sozomenus tamen lib. 1. c. 22. habet tam græcè, quàm in latina veteri, & noua versione, vt etiam Nicephorus.*

Item synodus sexta, c. 13. lib. 8. c. 19.

¶ Non in perpetuum, sed tempore oblationis à complexu suarum vxorum sacerdotes abstineant. C. XIII.

Panor. 3. c. 86.

Ordinandi.] sed ob glossam non est mutatum.

leg. digni] sed ob glossam non est mutatum.

pl. tractationis

Q Vonia[d] [e]in Romani ordine canonis esse cognouimus traditū, eos qui ordinari[f] sunt diaconi, vel presbyteri, debere confiteri, quòd iam suis non copulentur vxoribus; nos antiquum sequentes canonem Apostolicæ[g] diligentiæ, & constitutiones, sacrorū virorum legales nuptias amodo valere volumus, nullo modo cum vxoribus suis eorum connubia dissoluentes; aut priuantes eos familiaritate adinuicem in tempore opportuno[h]. Quicumque ergo diligens[i] inuētus fuerit in subdiaconali ordinatione, aut diaconali, aut sacerdotali, hic nullo modo prohibeatur ad talem ascendere gradum pro vxoris suæ legitimæ cohabitatione. Nec etiam tempore ordinationis suæ profiteri cogatur; quòd abstinere debeat à legalis propriæ vxoris familiaritate. *Item infra.* Oportet eos, qui altari ministrant, in tempore oblationis sanctorum continentes[k] esse in omnibus; vt à Deo possint consequi, quæ simpliciter postulant. Si quis igitur præsumpserit contra Apostolicos canones, aliquos presbyterorum, & diaconorum priuare contactu, & communione legalis vxoris, deponatur. Similiter & presbyter, aut diaconus, qui religionis causa vxorem suam expellit, excommunicetur: si vero in hoc permanserit, deponatur.

d ¶ Quoniam] *Græce sic habetur:* ἐπειδὴ ἐν τῇ ῥωμαίων ἐκκλησίᾳ ἐν τάξει κανόνος παραδεδόσθαι διέγνωμεν. *id est.* Quoniam in Romana ecclesia loco canonis traditū esse cognouimus, &c. *Hanc vero ecclesiæ Romanæ traditionē non solum B. Hieronymus contra Iouinianum, Humbertus supra citatus, & alij Latini scriptores defendunt, sed etiam Balsamon in explanatione huius canonis satis aperte probat. Verum de omnibus huiusmodi canonibus, qui sextæ synodo adscribuntur, quid sit sentiendum, ad caput, Habeo librum. dist. 16. satis explicatum fuit.*

Hoc autem ex loco intelligendum est. orientalis enim ecclesia (cui sexta synodus regulam viuendi præscripsit) votum castitatis in ministris altaris non suscepit.

Vnde Stephanus Papa ait in prima actione synodi ab ipso in Basilica Lateranensi congregata.

Q *Voniam.*] C A S V S. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur quod in canone Romano statutum erat quod diacones & presbyteri orientalis ecclesiæ deberent cōtinentiam profiteri: quod male seruabāt, qd sexta synodus cognouit: ideo statuit iuxta antiquum canonem Apostolorum, vt vnusquisque clericus suā possit habere vxorem: nec propter hoc repellatur à promotione si dignus fuerit: nec tempore suæ ordinationis cogatur continentiam profiteri: eo tamen tempore quo ministrat altario, debet abstinere. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Si quis* dicit quod si quis presbyteros vel diacones a contactu legitimæ vxoris priuauerit, deponi debet: & quicumque clericus causa religionis suam vxorem abiecerit, deponi debet si in contumacia perseueret.

d ¶ *Quoniam.*] id est, quamuis.

e ¶ *Romano.*] Hic assignat differētia iter orientales & occidentales.

f ¶ *Qui ordinati sunt.*] id est, ordinantur.

g ¶ *Apostolicæ.*] quia Apostolus præcepit, vt vir reddat debitū vxori. 33. q. 1. c. 1.

h ¶ *Opportuno.*] istud est contra Gandul; hu & alios, qui dicunt quod vir quolibet loco etiā in ecclesia, & quolibet tēpore tenetur reddere debitum vxori petenti. Sed hoc non est verum: quia sicut debitor non debet semper venire cum sacco paratus, v: ff. de so. quod dicimus. sic nec vir semper debet esse paratus. 33. q. 4. Christiano.

i ¶ *Diligens.*] id est dignus.

K ¶ *Continentes.*] Sed nūquid in orientali ecclesia vir potest promoueri sine licētia vxoris? Dicit H. quod sic[l]: quia

Vir debitū vxori non semper nec vbique reddere tenetur.

Melius ca. cur. & q. c. apostolus. in gl. vlt.

diaconibus vt seruarent castitatem cum vxoribus, cum quibus in minoribus ordinibus matrimonium cōtraxerunt. Sed quia hæc lex erat occasio fornicandi, surrexit Paphnutius confessor inexpertus nuptiarum, & synodo contradixit ne talem poneret legem, cū castitas sit cognoscere vxorem propriam. synodus autem sententiam eius laudauit, & approbauit.

a ¶ *Introducere.*] de consensu vxoris, aliter esset iniqua.

b ¶ *Castitatem*] sic qui bene comedit, abstinens est. 44. distinct. continua. in fine.

nec fit ei præiudicium aliquod. Sed certe præiudicium fit ei: quia post mortem viri non potest cōtrahere[l]. Item & in alio fit ei præiudiciū: quia tempore vicis suæ nō debet ei commisceri: cū etiam ad tempus vir inuita vxore non possit orare, vt 33. q. 4. Apostolus. sed ibi expone orare, id est, peregrinari Ioan.

HOC AVTEM. C A S V S. Modo Gratianus soluit supra dictā obiectionē: & dicit quod hæc duo cap. intelligunt de clericis orientalis ecclesiæ, qui non susceperunt votū castitatis, cui sexta synodus præfuit: licet occidentalis sic: & hoc probatur per sequens cap.

l ¶ *Scilicet Laurentius.* Hæc ratio nō videtur bona. nā in vxoribus orientalium nō habet locum qd habetur in 28. dist. quia sunt ciuiles & seq. quæ communiter nō promouerentur sacri in vel coniugio. Archidia.

Liter.] Casvs. Dicitur in hoc cap. q alia est traditio orientalis ecclesiæ, & alia occidentalis. Nam in orientali ecclesia omnes clerici indistincte possunt uti matrimonio cõtracto. In occidentali vero ecclesia aliter seruatur.

a Copulantur.] id est, copulato vtuntur. Multi ex hac littera dixerũt, q orientales possunt contrahere in sacris ordinibus. sed eis obstat ī. dist. prox. si qs eorum. sed ipsi dicunt q ibi sexta synodus nobis præfixit regulam.

pue dicuntur sacri à sanctimonia, id est, castitate & continentia, quam indicunt ī. 28. dist. nullum. & cap. decernimus.

Omnium.] Casvs. Quæsitum fuit à Leone, an subdiaconi possunt habere vxores. Et respondet quòd clerici in minoribus ordinibus constituti si contrahant, immunes sunt à culpa: sed hoc subdiaconis non licet. Vnde qui habent, sint tamquam non habentes: & qui non habent, permaneant singulares. Et si hoc custoditur in subdiacono, multo fortius in diacono, presbytero, & episcopo custodiri oportet.

¶ Occidentalis, non orientalis ecclesia castitatis obedit votum. C. XIIII.

A Liter se orientalium traditio habet ecclesiarum, aliter huius sanctæ Romanæ ecclesiæ. Nam earum sacerdotes diaconi, atque subdiaconi matrimonio [a] copulantur: istius autem ecclesiæ, vel occidentalium nullus sacerdotum à subdiacono vsque ad episcopum licentiam habet coniugium sortiendi.

Pann.l. 3.c. 84.

a ¶Matrimonio.] *Id est possunt simul esse in sacris ordinibus, & matrimonio iuncti. Nam neque illis, postquam ad sacros ordines ascendissent, licebat contrahere matrimonium.*

Similiter & capitulum Nicolai [b] ex loco consideratur; quia gens Bulgarorum noniter ad fidem conuersa, propositum sacræ religionis ex integro assumere nondum didicerat. ¶ Quòd autẽ in cap. 6. synodi. [c] presbyter nõ legitimis nuptijs detẽtus punitur, nõ legales nuptiæ secũda intelligẽdæ sunt, à quibus auctoritate canonica sacerdos quilibet debet esse immunis. Illud autẽ Gangrensis cõcilij [Si quis [d] discernit presbyterum cõiugatũ, &c.] similiter intelligendum est vel localiter traditum, vel coniugatum ab ea appellatum, quam ante tempus ordinationis suæ duxerat. Illud quoque Martini Papæ [si subdiaconus [e] secundam duxerit vxorem] non dissimiliter intelligendum est. Primam enim vxorem ante subdiaconatum habere permittitur: qua defuncta, vel castitatem professa, promouetur iste ad subdiaconatum. Promotus autem, si secundas desiderauerit nuptias, sententiæ Martini Papæ subiacebit.

ī. 28 dist. c. vlt.
ī. 28. dist. c. presbyterum.
ī. 28. dist. cap. si quis.
Infra 34. dist. c. si subdiaconus. ex Martino Bracarensi.

DISTINCTIO XXXII.

S *Eruanda est [f] ergo continentia ab omnibus in sacris ordinibus constitutis.*

Vnde Leo. Papa ad Anastasium epistola 82. c. 3. & 4. ait.

¶ Neque etiam subdiaconis connubium conceditur. C. I.

OMnium sacerdotum tam excellens est electio, vt hæc, quæ in alijs [g] membris ecclesiæ vacant † à culpa; in illis tamen habeantur illicita. Nam cum extra clericorum [h] ordinem constitutis, nuptiarum societati, & procreationi filiorum studere sit liberum, ad exhibendam tamen perfectæ continentiæ puritatem, nec subdiaconis quidem connubium carnale conceditur; vt & qui habent, sint tamquam non habentes; & qui non habent, permaneant singulares [i]. Quod si in hoc ordine [k], qui quartus est à capite [l], dignum est custodiri, quanto magis in primo, vel in secundo, tertioue seruandum est; ne aut leuitico ministerio, aut presbyterali honore, aut episcopali excellentia quisquam idoneus æstimetur, qui se à voluptate vxoria [a] nec dum frenasse detegitur.

Burch.l. 2. c. 5. & l. 2. c. 148. Ansl. 7. c. 137. & l. 6. c. 18. in fi. Iuo par. 5. c. 59. & par. 6. c. 98. & 221. Pann.l. 3. c. 100. † al. non vocantur ad culpam.

a ¶Vxoria.] *Sic emendatum est ex epistola Leonis, & ceteris collectoribus, præterquam Iuone in parte 6. c. 98. nam ibi est, vt antea apud Gratianum,* luxuriæ. *Ex isto autem epistolæ loco ostenditur eo quoque tempore in multis ecclesijs eam fuisse consuetudinem, vt subdiaconi à proprijs vxoribus abstinerent. Quod tamen ante B. Gregorium non erat generatim omnibus ecclesijs præceptum, quippe cum in Sicilia aliter obseruaretur. c. nullum supra dist. 28. & c. ante triennium. dist. 31.*

[*Item* [m] *Gregorius Leoni Episcopo Catin. lib. 3. epist. 34.*]

SIMILITER. Casvs. In hoc §. ostẽdit Gratianus qualiter intelligantur tria cap. in 28. dist. scilicet, consulendũ. & presbyterum. & si quis discernit & votum cap. in 34. dist. si subdiaconus. Dicit enim q illud cap. consulendũ. locale fuit: quia Bulgari nondum susceperant votum cõtinentiæ. In cap. presbyterum. nõ legitimæ nuptiæ intelliguntur secũdæ, scilicet, si qs discernit. locale fuit: vel intelligitur de vxore quæ ducta fuit i minoribus ordinibus. Similiter caillud, si subdiaconus. de secũda vxore intelligit.

b ¶Nicolai.] 28. dist. consulendum.

c ¶Synodi.] 25. dist. presbyterum.

d ¶Si quis.] ī. 28. distin. si quis.

e ¶Si subdiaconus.] ī. 34. dist. si subdiaconus.

Seruanda.] Hæc distin. diuidit in sex partes. In prima parte probat q in sacris nullus potest habere vxorẽ: in minoribus autem potest: & etiam habere beneficium. hoc probat per tres auctoritates. Seconda ibi, *Nullus*. Tertia ibi, *Verum*. Quarta ibi, *Prohibentur*. Quinta ibi, *Interdixit*. Sexta ibi, *Presbyterum*. Ioannes de Fan.

Casvs. Hic intitulatur 32. dist. in qua dicitur, q in occidentali ecclesia clerici in sacris ordinibus cõstituti debent continentiam seruare, vt probatur per sequens cap. Sed in minoribus ordinibus non cogũtur: & hoc per cap. ī. ea. seriatim.

f ¶Seruanda est.] In hac 32. dist. adhuc. prosequitur de continentia clericorum. Dicit ergo q cõstituti in quattuor sacris ordinibus tenentur continere: & qui non fuerint continentes, priuantur officio & beneficio: & si habent publicas cõcubinas, nullus Missam eorum audiat: & vt facilius possint seruare continentiam, præcipit eis vt extranearum feminarũ familiaritatem vitent. Ioan. Sed nũquid qlibet ordo est sacer? Et certe vĩ q sic. nam dĩ in lib. 4 sententiarum, 24. dist. cap. 1. in princi. q ordo est sacrum signaculum, in quo traditur spiritualis potestas ordinato, & officium: & in quolibet ordine confertur gratia si digne sumatur, vt ibi dicitur. Solut. reuera quilibet ordo sacer est: sed quattuor præci-

g ¶Quæ in alijs.] id est, laicis.

h ¶Clericorum.] sacrorum.

i ¶Singulares.] id est, diuisi ab eis.

k ¶In hoc ordine.] id est, subdiaconali.

l ¶A capite.] id est, ab episcopatu. & sic videtur q episcopatus sit ordo. 54. dist. si seruus. & 93. dist. diacones. & dist. 21. cleros. sic. 28. distin. nullum.

m ¶Item.] Hic habẽt qdam cap. quod est 27. q. 2. multorum, &c. Si qui vero.

S *I qui vero.*] CASVS. Quæsiuit Augu. Anglorum episcopus à Greg. quid deberet fieri de clericis in minoribus ordinibus cõstitutis, qui continere non possunt. & respondet Greg. ꝙ ipsi debẽt vxores accipere, & stipendia sua recipere exterius. Et hoc probat exemplo patrum, qui diuidebant singulis prout quibusque opus erat.

PALEA. C. II.

Infra 27. q. 2.
Ansl. 7. c. 138.
Polyc. l. 4. ti. 31.

MVltorum relatione comperimus hanc apud vos olim consuetudinem tenuisse, vt subdiaconi suis licite miscerentur vxoribus. Quod ne denuo quisquam præsumeret, à Seruodei sedis nostræ diacono ex auctoritate nostri decessoris est isto modo prohibitum, vt eodem tempore ij, qui iam vxoribus fuerãt copulati, vnum è duobus eligerent, id est, aut à suis vxoribus abstinerent, aut certe ministrare nulla ratione præsumerent. Et quantum dicitur, Speciosus tunc subdiaconus pro hac re ab administrationis se suspendit officio, & vsque in obitus sui tempus, notarij quidem gessit officium, & à ministerio quod subdiaconum oportuerat exhibere, cessauit. *& post aliqua.* ¶ De cetero vero fraternitas tua sit omnino solicita, vt quos ad hoc iam officium contigerit promoueri, hoc quàm maxime diligenter inspiciat, ne si vxores habent, miscendi se cum eis licentia potiantur; sed ad similitudinem Apostolicæ sedis, eos cuncta obseruare sua nihilominus districtione constituat.

Item Gregorius Augustino Anglorum episcopo, cap. 2. ad secundam interrogationem.

¶ Extra sacros ordines constituti ducant vxores, & ab ecclesia stipendia accipiant. C. III.

Infra 12. q. 1. quia tua. §. sig.
Iuo p. 6. c. 86.
Pann. l. 3. c. 108.
Ali. 2.

SI qui vero sunt clerici extra sacros ordines constituti, qui se continere non possunt, sortiri vxores debent, & stipendia sua exterius[a] accipere; quia & de eisdem patribus, de quibus præfati sumus, nouimus scriptum, quòd diuidebatur singulis, prout cuique opus erat. De eorum ergo stipendio cogitandum atque prouidendum est, & sub ecclesiastica regula sunt tenendi, vt bonis moribus uiuant, & canendis psalmis inuigilent[b], & ab omnibus illicitis cor, & linguam, & corpus Deo auctore conseruent.

† al. Adoni

Item Nicolaus Papa Odoni† Viennensi Archiepiscopo.

Subdiacono vxorem ducere non licet. C. IIII.

Iuo p. 6. c. 119.
† al. Almco
† al. habendi

DE illo clerico, Aluerico† nomine, quẽ per ordines ecclesiasticos vsque ad subdiaconatum caste vixisse dicitis, cur vestra auctoritate vxorem duxerit, miramur; eo quòd nulli vmquam (exceptis illis, quibus ecclesiastica regula habere permittit) vxorem ducendi† licentiam damus[c].

In synodo Romana cxiij. eporum in basilica Constãtiniana.

Item Nicolaus Papa omnibus episcopis.

¶ Non audiatur Missa presbyteri concubinam habentis. C. V.

Pann. l. 3. c. 135.

2 NUllus Missam audiat[d] presbyteri, quem scit[e] concubinam indubitanter habere, aut subintroductam mulierem. Vnde etiam ipsa sancta synodus hoc capitulũ sub excõmunicatione statuit, dicens [Quicumque sacerdotum, & diaconorum, &c.] [*Sicut in*[a] *subsequenti capitulo Alexandri secundi continetur.*]

a ¶ Sicut in subsequenti.] *Hæc clausula est Gratiani omittentis referre ex capite Nicolai ea, quæ proxime ex Alexandro relaturus erat. Sunt enim eadem verba. Nam Nicolaus formu-*

dono ducere vxorem, de quo Nicolaus Papa eum reprehendit, cum tantum clericis infra subdiaconatum liceat contrahere matrimonium.

c ¶ *Damus.*] Sed numquid Papa dare potest subdiacono licentiam contrahendi? Videtur quòd sic. Nam dispensat ecclesia cũ consanguineis: , & dispensat in alijs votis, vt extra de vot. & voti redemp. ex multa. & in iuramentis, vt 15. q. 6. auctoritatẽ. vbi dicitur: dissolue obligationes impietatis. Econtra videtur, vt extra de statu mona. cum ad monasterium. in fi. Solu. si votũ ipsum obliget ordinatum, Papa non põt dispẽsare. sed si cõstitutio obliget, & non votum, tunc potest Papa dispẽsare: quia contra constitutiones ecclesiæ bene dispensat. 25. q. 1. sunt quidam. Ioan. Ego credo ꝙ Papa possit[*] dispensare, cum hoc non sit contra articulos fidei, & ipse habeat plenitudinem potestatis, vt 2. q. 6. decreto. & cap. seq. B.

Subdiaconus an de licentia Papæ possit vxorem ducere.

, Scilicet vt exhalans. 35. q. 1. quidam. & c. q. iuxta.

* Vide S. Th. 2. 2. q. 88. ar. 7. & 11. & Caiet. ibid.

, Non enim potest dispensare contra apostolum. 35. q. 1. ut quidam. Ioan. de Fan. hoc videas quod le. & non. extra de voto. c. non est.

N *Vllus.*] Hæc est secunda pars distin. in qua dicitur quod in duobus cap. seq. continetur. Ioan. de Fan.

CASVS. Præcepit Nicolaus Papa in hoc ca. vt nullus audiat Missam sacerdotis, quẽ scit indubitãter habere cõcubinam, aut subintroductam mulierem. Synodus etiam hoc sub excõmunicatione præcipit. quod sequitur, est s. Gratiani.

d ¶ *Audiat.*] Contrarium legitur 28. distin. consulendum. 15. q. vlt. cap. vlt. Sed hic loquitur de illo cuius crimẽ notorium est vel per sententiam, vel per propriã confessionem, vt extra de coha. cleri. & mu. vestra. Immo si adhuc post sententiam corrigi voluerit, non dicam eũ suspensum ipso iure, vt 81 dist. si qui sunt presbyteri. extra de cohabit. clerico. & mulie. ca. sicut. B. tamẽ dicit hũc canonem fuisse quandoque latẽ suis; sed hodie non esse: & hoc qđ dixi speciale est in hoc crimina fornicationis, vt notorius fornicator sit suspensus ipso iure, & & simoniac. vt 5. versi.

Concubinarij an sint ab officio fugiendi.

erat. Et debẽt viuere sub regula sua ecclesiastica, & lingua, & corde à malo abstinere.

a ¶ *Exterius.*] Signatur contrarium. 12. q. 1. necessaria. & de consec. dist. 5. in omnibus. vbi dicitur, ꝙ omnes clerici simul dormiẽt. Sed dic, vt not. 12. q. 1. quia tua.

b ¶ *Inuigilent.*] Licet enim sint vxorati, tamẽ abstinebunt à negotiatione & armis, vt 88 dist. fornicari. 20. q. 3. eos. sic extra de elec. transmissam. & 81. distinct. dictum.

D *E illo.*] CASVS. Quidam episcopus permisit alicui subdia-

sed in alijs criminibus nõ est expressum. & ideo licet notoria sint, nõ est propter illa abstinendũ ab officijs ipsorum. vel dic quòd licet notorius fornicator ipso actu sit suspensus, tamen propter contrarium actum ipso iure restituitur ei officium. 81. dist. si qui sunt. vnde quam cito pœnitet, licite celebrat. Ioan. Sed certe quidquid dicat Io. hoc tene pro certo, siue sit notorium per sententiam, siue per confessionem, vel per rei euidentiam de fornicatione ipsius, ꝙ vitari debet, vt extra de cohabita. clerico. cap. vlt. B.

e ¶ *Quem scit.*] scientia iuris, non facti. Io.

PRæter.] CASVS. Capitulum hoc diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quod nullus debet audire Missam presbyteri quem scit concubinam indubitanter habere, vel subintroductam mulierem. Hoc idem statuit synodus sub excommunicatione seruandum, præcipiens, vt talis sacerdos Missam non cantet, nisi cessauerit, nec alia diuina celebret, cum his qui obediunt huic constitutioni, nec aliquid ab ecclesia percipiat. In secunda parte quæ incipit ibi, *Præcipientes etiam statuimus*. Dicitur, quod illi qui seruant castitatem, simul manducent & dormiant, & decimas, & primitias & oblationes percipiant a laicis, quas qui non dederit, excommunicetur.

Vrbanus vero ei easdem quæstiones scribit, & solutiones ponit. Diuiditur ergo hoc cap. vel hæc epistola in duas partes. In prima parte ponuntur duæ quæstiones: quarum prima est, verum sacramenta sint recipienda a criminosis? Respondet Vrbanus, quòd vera sunt sacramenta in sui essentia a quocumque fiant, dummodo fiant

dus in epistola, quæ extat, omnibus episcopis catholicis scripsit se in concilio, quod Romæ habuit cum quinque tredecim episcoporum, hunc canonem edidisse, quem postea Alexander secundus (vt ipse etiam testatur in epistola manuscripta) in concilio a se habito ijsdem verbis repetiuit. Quare in Panormia appellatur decretum Nicolai, & Alexandri.

In epist. prima notat. indicata.

Item Alexander secundus.

¶ Non est audienda Missa presbyteri, qui concubinam habet. C. VI.

Pann. ibidem, & l. 8. c. 141.

PRæter hoc autem præcipiendo mandamus, vt nullus Missam audiat presbyteri, quem scit concubinam habere indubitanter, vel subintroductam mulierem. Vnde etiam sancta synodus hoc capitulum sub excommunicatione statuit, dicens. ¶ Quicumque sacerdos, diaconus, subdiaconus post cōstitutū beatæ memoriæ prædecessoris nostri sanctissimi Papæ Leonis, ac Nicolai de castitate clericorū, concubinam palam duxerit, vel ductam non reliquerit, ex parte omnipotentis Dei, & auctoritate beatorum apostolorum Petri, & Pauli præcipimus, & omnino contradicimus, vt Missas non cantet, nec Euangelium, aut Epistolam ad Missam legat, neque in presbyterio ad diuina officia cū his qui præfatæ constitutioni obedientes fuerint, maneat, neq; partem ab ecclesia[a] suscipiat. ¶ Præcipientes etiam statuimus, vt hi prædictorum ordinum, qui eisdem prædecessoribus nostris obedientes castitatem seruauerint, iuxta ecclesias, quibus ordinati sunt, (sicut oportet religiosos clericos) simul manducent, & dormiant, & quidquid eis ab ecclesijs competit, communiter habeant. Et rogantes[a] monemus, vt ad Apostolicam, communem scilicet vitam, summopere peruenire studeant; quatenus perfectionem cum his consecuti, qui centesimo fructu ditantur, in cælesti patria mereantur adscribi. Deinde, vt decimæ, & primitiæ, seu oblationes viuorum, & mortuorum ecclesijs Dei, fideliter reddantur à laicis; & vt in dispositione[b] episcoporum sint, quas qui retinuerint, à sanctæ ecclesiæ communione separentur[c].

Leo ix. in conc. Romano

Mat. 13.

a ¶ Et rogantes.] *Hæc vsque ad vers. deinde, addita sunt ex epistola manuscripta Alexandri, quorum aliqua etiam sunt in concilio Nicolai, in quo est præterea sequens versiculus, Deinde, qui in epistola Alexandri non est.*

3 *Verum[d] principio horum auctoritatum contraire videntur Hieronymo[e], & Augustino[f], & ceteris, qui Christi sacramenta neque in bono, neque in malo homine fugienda ostendunt; sicut subsequens causa simoniacorum plenius demonstrat. Sed Vrbanus secundus in epistola[g] destinata præposito sancti Iuentij[h] hanc contrarietatem determinat, dicens:*

1. q. 1. neque in homine

[Ad[i] hoc vero quod subiungitur in eodem epistola, id est, vtrum sit vtendum ordinationibus, & reliquis sacramētis à criminosis exhibitis; vt ob adulteris, vel sanctimonialium violatoribus, vel huiusmodi: Ad hoc, in-

a ¶ Ab ecclesia.] hoc cōcedo in suspenso a canone. idem est in excōmunicato. extra de ap. pastoralis. non ita dico in suspēso ab homine, quod tot statim debeat amittere beneficium, quia relegati ad tempus bona non adimuntur, nisi hoc in sententia exprimatur. C. de poen. deportatorum, quia dum alijs rationibus quis constringi potest, non sunt ei subsidia subtrahenda. C. de executio. rei iud. stipendia. Ioan. immo dico, quod nec hæc adimerent, nisi in sententia exprimeretur. quid de hoc iuris sit, notatur in quæstionibus. B.

Clerico excommunicato est subtrahendum beneficium.

Forte non bene dicit B. quia qui nō vult officium, non debet percipere beneficium. extra de c... coniug. ... cum ... vult ...

b ¶ In dispositione.] ar. pro communi vita clericorum, 12. q. 1. nec. & 1. q. 2. sacerdos. Sed contra, varia[e] sunt cōsuetudines. Ei ea placuit, extra de consti. cum omnes. & de elect. cum ecclesia Vulterana.

12. q. 1. necessarium. de cons. dist. 5. in omnibus. vbi de hoc.

c ¶ Separentur.] argu. quòd laici excommunicandi sunt qui decimas vel oblationes soluere nolunt. 16. q. 1. statuimus. & c. reuertimini. 13. q. 2. qui oblationes. 12. q. 1. duo sunt genera.

Excommunicari possunt qui decimas non soluunt.

VERVM.] Hæc est tertia pars dist. in qua ponit c. Vrbani. in quo dicitur quæ differentia sit inter sacramenta celebrata à malis catholicis, vt in necessitate possint sumi, & sacramēta ab hæreticis, quæ nullo modo possunt sumi, præter baptisma. Ioan. de Fan.

CASVS. Dictum est s. in c. nullus. & cap. præter hoc. quod nullus debet audire Missam sacerdotis quem scit cōcubinam indubitanter habere. sed hoc videtur contradicere Hierony. & Augu. & multis alijs, qui dicunt sacramenta non esse spernēda in bono vel malo prælato, vt 1. q. 1. in multis cap. Sed hæc contrarietas soluitur in epistola Vrbani, quæ epistola infra sequitur statim.

d ¶ Verum.] Hic §. diuiditur in tres partes.

e ¶ Hieronymo.] 1. q. 1. sicut Christus.

f ¶ Augustino.] 1. q. 1. si fuerit. & cap. neque in homine.

g ¶ In epistola.] 1. q. 3. saluator.

h ¶ Præposito sancti Iuentij.] Epistola destinata fuit ab heretico, in qua multa obijciebantur ei, scilicet vtrum vera essent sacramenta vel sacrificia hæreticorum. cui cum non respondere posset, misit eam Papæ Vrbano, vt responderet: ipse vero respondit ad singula.

Qui continentur 1. q. 3. saluator.

AD HOC VERO. CASVS. Quidam misit epistolam quādam præposito sancti Iuentij, in qua duæ q̄ones continebantur: quas cum nesciret soluere, Vrbanum super hoc consuluit.

fiant in forma ecclesiæ, & ab his qui potestatem habent conficiendi, & recipienda sunt ab eis nisi sint hæretici, vel schismatici. & hoc probat auctoritate Aug. Nicolaus tamen & Grego. præceperunt ab officijs simoniacorum & iacentium in fornicatione manifesta abstinendum esse. Secunda quæstio fit complexiue: Aut non sunt vera sacramēta q̄ cōficiunt ab illis, nec habēt virtutis effectū; aut sunt vera. Si nō sunt vera, ergo neq; agentibus, neq; suscipientibus obsunt. Si sunt vera, ergo sperni non debent. Et respondet Vrbanus, quod vera sunt. Verumtamen contra statuta Grego. & Nicolai non sunt recipienda de manibus eorum. In necessitate tamē ab illis, scilicet simoniaco, & notorio fornicatore potest baptisma suscipi, & etiam eucharistia. In secunda parte quæ incipit ibi, *Hæc de malis*, dicitur, quòd sacramenta schismaticorum, & hæreticorū vera sunt, vt dicunt doctores ecclesiæ, sed non habent effectum donec fuerint reconciliati ecclesiæ vel ipsi, vel ordinati ab ipsis, per manus impositionem; sed non sunt recipienda ab ipsis, in mortis tamē articulo tantum baptisma ab eis recipi potest. Cyprianus tamen, & lx. episcopi cum eo dixerunt baptisma hæreticorum esse lauacrum diaboli. Sed reprehensi sunt ab Augustino, Stephano, Cornelio, & alijs Pontificibus Romanis, cum melius sit à talibus baptismum recipere, quam in æternum perire. Et hanc sententiam sequitur tota ecclesia.

i ¶ Ad hoc.] Hic incipit cap. Vrbani.

a ¶ Et ...

a ¶ *Et veneranda.*] &etiã suscipiẽda, & p hoc respondet duabus quæstionibus, scilicet quòd ipsa sacramenta vera sunt, & præterea quòd suscipienda sunt: & ita facias vim in verbo illo, veneranda.

b ¶ *Malus.*] Non sufficienter probat hoc, cum aliud dici potest in

extra de simo. per tuas, sed à quolibet alio qui adhuc toleratur, potes recipere: quia licet quilibet peccator sit quo ad se suspẽsus, vt 1. q. 1. sacerdotes. non tamen quo ad alios, vt hic patet, & 15. q. vlt. ca. vlt. sic quandoque aliquis est suspensus quo ad alios, & non quo ad se, vt extra de cle. peregrinat.

quam, ita respondemus. Si schismati, vel hæresi ab ecclesia non separantur, eorumdem ordinationes, & reliqua sacramenta, sancta, & veneranda[a] *non negamus, sequentes B. Augustinum, qui super Ioannem de huiusmodi tam copiose, quàm veraciter disserit. Ait enim* [*Baptizat seruus bonus; siue seruus malus*[b]*: non sciat se ille, qui baptizatur, baptizari, nisi ab illo, qui sibi tenuit baptizandi potestatem*] *& paulo post:* [*Non horreat columba*[c] *ministerium malorum, respiciat Domini potestatem*] &infra. [¶ *Attamen*[d] *decessores nostri Nicolaus, & Gregorius à Missis sacerdotum, quos tales reuera esse constiterit*[e]*, fideles abstinere decreuerunt, vt & peccandi licentiam ceteris auferrent, & huiusmodi ad digna pœnitentiæ lamenta reuocarent. Scribit hoc prædecessor noster Gregorius Rodulpho Duci Sueuiæ, & Bertulpho Duci*[f] *Carentanorum inter cetera:* [*Officium*[g] *simoniacorum, & in fornicatione iacentium scienter nullo modo recipiatis, & quantum potestis, tales à sanctis ministerijs*† *, vt oportuerit, prohibeatis, &c.*] ¶ *Porro*[h] *ad hæc, quæ tibi syllogisticè in eadem epistola obijciuntur, id est, si corpus & sanguis Christi non sunt, & alia, quæ prædiximus, proprias nõ habẽt virtutis dignitates, quid agentibus obsunt? quòd si habent, cur spernuntur, si*[i] *ab indigno præsumuntur*[k]*? Ad hæc, inquam, ita respõdemus; proprias quidem habent virtutis dignitates, vt præfatus Augustinus ait super Ioannem contra Donatistas; sed agentibus*[l]*, vel suscipientibus eadẽ sacramenta contra præfatorum*[m] *Pontificum instituta*[n] *(nisi forte sola mortis interueniente, vt potest sine baptismate, vel communione*[o] *quilibet humanis rebus excedat) eis, inquam, intantum obsunt, vt vere*† *idololatræ sint, cum talibus*[p] *& ordinationum*[q]*, & sacramentorum*[r] *cõfectio*[s] *& aliter quàm præmissum est, scienter susceptio, vehementer à sanctis canonibus prohibeantur. Ait enim Samuel propheta* [*Quoniam quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere.*] ¶ *Hæc de malis*[t] *catholicis, qui intra ecclesiam sunt. Ceterum schismaticorum, & hæreticorum sacramenta, quoniam extra ecclesiam sunt, iuxta sanctorum Patrum traditiones, scilicet Pelagij, Gregorij, Cypriani, Augustini, & Hieronymi, formam*[u] *quidem sacramentorum, non autem virtutis effectum habere profitemur, nisi cum ipsi, vel eorum sacramentis initiati*[x] *per manus*[y] *impositionem ad catholicam redierint vnitatem. Sciendum vero, quòd canones Apostolorum*[z]*, (quorum*[a] *auctoritate orientalis, & ex parte*[b] *Romana vtitur ecclesia) & in-*

Tract. 5. ad c. 1. Ioãnis, circa medium.

Gregorius. vij. l. 2. reg. epist. 45.

† *mysterijs*] ori.

† *al fere.*

1. Reg. 15.

C. 45. 46. 47.

h ¶ *Porro.*] Hæc sunt verba Vrbani.

i ¶ *Si.*] exponitur, id est, quamuis.

k ¶ *Præsumuntur.*] id est, præsumptiue conficiuntur.

l ¶ *Sed agentibus.*] Ab illo loco vsq; ad illũ locũ, ceterũ, agit de simoniaco, & de fornicatore. & ab illo loco vsq; ibi, sc. eiũ, lugẽ de hæretico, & schismatico, & tres inuenit differentias inter hos duos, s. simoniacum, & fornicatorẽ, & inter illos duos, hæreticũ & schismaticũ. Prima est, q simoniac^9 & fornicator tpe necessitatis cõferũt quo tacita, i. baptismũ & corpus Christi: sed illi, baptisma tantũ. Secũda est, q illi cõferũt sacramẽtũ & effectum sacramẽti, illi tantum sacramẽtum. Tertia: quia ordinati ab illis recipiuntur sine manus impositione, sed ab illis nõ. 1. q. 1. manus. & ca. quod quidam.

m ¶ *Cõtra præfatorum.*] Nicolai & Gregorij. & sic patet q hic tantum loquitur de simoniacis & fornicatoribus.

n ¶ *Instituta.*] scilicet obsunt.

o ¶ *Vel communione.*] Sic ergo ab illis recipit Eucharistiam, sed non ab hæreticis, vt 24. q. 1. si quis dederit.

p ¶ *Talibus.*] Sacerdotibus.

q ¶ *Et ordinationum.*] id est, ordinum.

r ¶ *Et sacramentorum.*] aliorum.

Simoniacus & fornicator ex-plicatur differentia.

a Scilicet hæreticus & schismaticus.

a *Nisi in casu necessitatis, quia qui à præciso accepit sacramẽtum, extra casũ necessitatis, peccat, non item q à malo. B Tho p. 3. q 64 ar 6 ad 2. & ar. 9. ad 2. & q. 67. ar. 5.*

a Et nõ corpus Christi 24. q. 1. ca. vlt. & quæ sic tario no. ĩ ea q. §. sed illud. Arc.

a Et hoc est q spectat Eucharistiæ ceterorũ. arg. de conse. dist. 4. q q regulam.

in baptismo, aliud in ceteris. nam & à pagano conferri potest. de consec. dist. 4. a quodam. sed melius probat per sequens, non abhorreat, &c.

c ¶ *Columba.*] id est, bonus Christianus.

d ¶ *Attamen.*] Hucusque intelligit de malis occultis, & de illis qui tolerantur.

e ¶ *Constiterit.*] per sententiam, vel per confessionem, vel per rei euidentiam, vt ĩ. dixi in c. nullus.

f ¶ *Duci.*] arg. hic q laicus de mandato superioris potest suspendere clericos, & excommunicatio est iurisdictionis potius quam ordinis. arg. extra de elect. transmissam. nam electioni possunt interesse laici. 64. dist. Hadrianus. & c. in synodo. & arg. 96. dist. bene quidem. & c. nos ad fidem. & causis matrimonialibus. 35. q. 5. ad sedem. circa me. 2. q. 5. Mennam. Ioan. Hoc tamen videtur alienum à laico, cũ de rebus spiritualibus se non intromittat: vt extra de iudi. decernimus, immo vt ibi dicitur, prohibetur prælatis vt talia laicis non committant, tamen dominus Papa qui habet plenitudinem potestatis, eis posset committere vt excommunicarent. 2. q. 5. Mennam. Bar.

g ¶ *Officium.*] Hug. illud intelligit de notorio simoniaco, sicut de notorio fornicatore. melius credo, q etiam occultus simoniacus suspensus sit, si est simoniacus in ordine, vt 1. q. 1. reperiuntur. suspensus est enim quo ad se, & quo ad alios. Hoc ideo dicit: quia quilibet peccator suspensus est quo ad se, licet nõ quo ad alios, præter notorium fornicatorem, & occultum simoniacũ. vnde ab occulto simoniaco in ordine, quem scis esse simoniacum, non debes recipere sacramẽta, vt dixi 1. q. 1. si quis à simoniacis. & probatur

s ¶ *Confectio.*] impropriè dicuntur ordines confici.

t ¶ *De malis.*] Hæc littera bene innuit, q ab illo loco, porro ad hæc, &c. vsque huc, tantum de malis catholicis intelligitur, non de præcisis. nec contradicit illud contra Donatistas, quia Vrbanus inducit auctoritatem Greg. à minori. Nam hic dicit de sacramentis Donatistarum, & q habent proprias virtutes, &c.

u ¶ *Formam.*] id est, virtutem habent, quia vera & integra sunt. 1. q. 1. quod quidam. & de conse. dist. 4. ostenditur. & cap. sicut in sacramentis.

x ¶ *Initiati.*] id est, consecrati. 6. de consecra. dist. 2. quia corpus. 12. q. 2. aurum. 18. q. 1. caue. Sed aliter accipitur 27. quæstio. 2. cum initiatur.

y ¶ *Per manus.*] 1. q. 1. hi qui. Sed quid dices de pœnitentia? numquid est ab illis præcisis accipienda? Respon. in casu necessitatis eis possumus confiteri. nam & cuilibet. de pæ. distin. 1. quem pœnitet. sed licet eis confiteamur, tamen non debemus recipere ab illis pœnitentiam: quia nec in eo casu imponenda est pœnitentia, sed innotescenda 26. q. 7. ab infirmis. vel dic quòd non debemus confiteri. 24. q. 1. §. sed illud. 10 & de pœni. distin. 6. cap. qui vult. & illud ne inducant nos in desperationem sicut Iudæi Iudam cum ei pœnitenti dixerunt; quid ad nos? tu videris. de pœniten. dist. 1. ius potestatis.

z ¶ *Apostolorum.*] id est, qui sub nomine Apostolorum facti sunt, sed sunt apocryphi. 15. dist. sancta Romana. 16. dist. canones. Hu.

a ¶ *Quorum.*] simplex est hæc relatio.

b ¶ *Ex parte.*] 31. dist. alter.

Baptizare potest Paganus.

Laicus quandoque potest clericos suspendere, & excommunicare.

Simoniacus an sit suspensus.

a De hoc etiam not. 50. dist. de his vero. in glo. vlt. ibi videas.

Pœnitentia an possit ab hæreticis recipi.

a ¶ *Diaboli.*] Si quo ad effectū dixissent in detestationē criminis hæreseos, bene dixissent: sed hoc dixerūt, q̄a nō credebant esse sacramētorū veritatē apud hæreticos, & ideo reprehēsi fuerūt ab Aug. H.
b ¶ *Appellant.*] ℑ. de consec. dist. 4. quūmodo.
c ¶ *In baptismo.*] Videtur q̄ nec baptismus in necessitate ab hæretico sit accipiendus. nā cordis cōtritio sufficit, vt de cōse. dist. 4. baptismi vicem. sic nec corpus Christi. 24. q. 1. ca. penul. & vlt. quia qui credit manducat, de cōsecra. dist. 2. vt quid paras? Resp. hæc est ratio, quia baptismus necessarior est, nam in eo delentur omnia peccata, adeo quòd & ignis purgatorij pœna non sentietur. de conse. dist. 4. fine. nō autem ita est in cordis cōtritione vel pœnitentia: nam per ea non potest purgatoriū euitari, quod excedit omnem pœnam quam hic quis possit sustinere, secūdum quod hæc colliguntur. de pœni. distin. vlt. ca. vlt. & 25. distin. qui in aliud.
d ¶ *Necessarior.*] immo est ianua omnium sacramētorum. 1. q. 1. si quis confugerit. de cōse. dist. 4. hi vero. extra de presby. nō baptiza. veniens.

PROHIBENTVR. Hæc est 4. pars dist. in qua probatur qualiter debeant puniri omnes q̄ in sacris recipiūt vxores, vel retinent cōcubinas, & dicit q̄ debent à clero submoueri, & vxores mācipari seruituti: & hoc p̄bat p viij. auctoritates sāctorum patrū. Io. de Fan.

CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis, q̄ sacramēta d̄ manib⁹ hæreticorū simoniacorū, & in fornicatione iacentiū non sunt recipienda, nō quin sint vera sacramenta: sed ideo fit, vt tales sacerdotes pp verecundiā facilius ad pœniam p̄uocentur, si viderint se contēni. Casus seq. cap. patet.

Vt connect in pd. c. multis. De hoc legitur & not. 24. q. 1. §. sed illud. ibi videas. Arch.

Purgatorij pœna est acerbior omni mundana.

...signis Cyprianus martyr, & lxxx. episcopi cum eodem baptisma hæreticorum, lauacrum diaboli[a] appellant[b]. Stephanus vero, & Cornelius martyres, & Pontifices Romani, & venerabilis Augustinus in libro de baptismo eumdem Cyprianum, & præfatos episcopos ob hanc causam vehementer redarguunt, affirmantes baptisma, siue ab hæretico, siue schismatico, ecclesiastico more celebratum ratum esse, & merito: quia alia in baptismo[c], & alia in reliquis sacramentis consideratio est; quippe cum & ordine prior, & necessarior[d] sit. Subito enim morituro, prius baptismate, quàm Dominici corporis communione, vel alijs sacramentis cōsulitur, & dum forte catholicus non inuenitur, satius est ab hæretico baptismi sacramentum sumere, quàm in æternum perire. Et hanc sententiam præscriptorum Pontificum, Cornelij, Stephani, & Augustini, secuti sunt Innocentius† Syricius† Leo, Anastasius, & magnus Gregorius, et omnis catholica ecclesia. 4 ¶ Prohibētur ergo de manibus talium sacerdotū sacramēta suscipi, nō quin sint vera quantum ad formam, & effectum: sed quia, dum huiusmodi sacerdotes se à populo cōtēptos viderint, rubore verecūdiæ facilius ad pœnitentiā prouocētur.

Lib. 1. epist. 12. ad Ianuarium, & epist ad Iubaianum, quę ante illius concilium posita est.

In cōc. Steph. j. August. l. 7. contra Donatistas.

† Inn. Victricio epist. 1 c. 15.
† Syric⁹ Himerio. c. 1.
Leo de cōse. di. 4. hi de quibus.] Anastasius dist. 19. c. secundū.

a ¶ Ad hoc.] *Hinc vsque ad finem capitis omnia accepta sunt ex epistola Vrbani secundi. L. Preposito sancti Iuentij apud Ticinum, quæ habetur in vetusto codice Bibliothecæ Vaticanæ, cuius epistola initium. & magna pars habetur infra c. saluator. 1. q. 3. atque in aliquot vetustis Gratiani codicibus est caput distinctum cum rubrica,* De eodem.

Item ex sexta synodo, c. 6.

¶ Qui vxorem ducere voluerit, ante ordinem subdiaconatus hoc faciat. C. VII.

SI quis eorum[e], qui ad clerum accedunt, voluerit nuptiali iure mulieri copulari, hoc ante ordinem subdiaconatus faciat.

Extra de æta. & qualit. c. à multis.
Pann. l. 3. c. 10 r.

Item ex concilio Carthag. 3. c. 19.

¶ Lectores aut vxores ducant, aut continentiam profiteantur. C. VIII.

LEctores, cum ad annos pubertatis[f] venerint, cogantur[g] aut vxores ducere, aut continentiam profiteri.

Pann. l. 3. c. 1[illegible].

Item Gregorius Bonifacio episcopo Rhegino, lib. 3. epist. 5.

¶ Subdiaconos continentiam seruare oportet. C. IX.

SVbdiaconis tuis hoc, quod de Siculis statuimus, decernimus obseruari, nec illam definitionem nostram cuiusquam sinas contumacia[h] aut temeritate corrumpi.

Pann. l. 3. c. 99.

Item Vrbanus ij. in synodo apud Melphiam, c. 13.

¶ Beneficio & officio careant, qui post diaconatum vxoribus vacant. C. X.

EOs, qui[i] post subdiaconatū vxoribus vacare volunt, ab omni sacro ordine remouemus, officioque, atq; beneficio ecclesiæ carere decernimus. Quòd si ab episcopo cōmoniti nō se correxerint, principibus indulgemus licētiā, vt eorū feminas mancipent seruituti. Si vero

Pann. l. 3. c. 102.

e ¶ *SI quis eorum.*] Istud c. euidenter est contra illos qui dicunt q̄ Græci possunt contrahere in sacris ordinibus, cū hoc c. sit sextæ synodi, & sexta synodus præfixit eis regulā viuendi, vt 31. dist. Nicæna. & ca. q̄m. 9. hoc aūt. patet & q̄ apud eos in sacris ordinibus non ꝯhiſ matrimoniū, nec ēt tēpore Apostolorum licitū fuit cōtrahere in subdiaconatu, vt 84. dist. cum in præterito.

Græci in sacris ordinibus non possunt contrahere.

LEctores. CASVS. Clerici quidam in pubertate xviij. an. positi volebant ad subdiaconatū nō promissa cōtinentia promoueri. Quæsitum fuit in cōcilio Carthag. quid de hoc fieri deberet, & responsum fuit, q̄ illi aut ducant vxores, aut cogantur continentiam profiteri, si volunt subdiaconi fieri.

f ¶ *Pubertatis.*] plenæ, quæ est xviij. ann. in sæcularibus clericis, sed xv. in monachis. 20. q. 1. illud. 28. dist. de his. hic enim dicit plena pubertas, vt insti. de adop. §. minorem. Sed quantum ad matrimoniū ꝯhendum dr̄ plena pubertas xiiij. anni in viro, vel xij. anni in muliere, vt extra de despon. impu. puberes.

Arg. ad hoc 32. dist. in aliter. vbi & de hoc. sed Hu. dicit q̄ hoc Nicolaus cō firmat, & secundum Lau. & p eo ar. opti. & omnino dis. l. 1. & l. 1 cōmodato. §. sicut autem. Archid.

g ¶ *Cogantur.*] ℑ. eo. placuit. contra. Sed illud quando ecclesia penuriam non patitur. arg. 55. dist. cap. 1.

SVbdiaconis.] CASVS. Quærit Bonifacius an subdiaconi sui episcopatus possint vxores ducere. & respondet Grego. q̄ non: sed hoc statuit de illis quod decreuit de alijs; nec quod decretum fuit, alicuius temeritate vult violari.

h ¶ *Contumacia.*] quia non est fauore alicuius personæ omittendum quod statutis generalibus continetur. 61. dist. miramur.

EOs qui.] CASVS. Quidam diaconi cōtrahebant de facto, vel vxores quas duxerant ante sacros ordines cognoscebant. Quæsitum fuit quid de eis deberet fieri, & de vxoribus eorū? Et respondet Vrbanus, q̄ clerici ab officio & beneficio suspēdant & si incorrigibiles fuerint, datur licentia principibus vt eorū feminas mācipēt seruituti, & si epi huic prauitati cōsenserint, suspēdant.

i ¶ *Eos qui.*] Quod hic dr̄, ītelligo q̄ si quasi matrimonialiter ducunt vxores, & in eo casu filij rediguntur in ecclesiæ seruitutē, vt 15. q. vlt. cum multæ. primo tñ ipse eps rediget in seruitutē eas si pōt, vt 81. dist. quidam clerici: sed si ipse non sufficit, tunc itur ad brachium sæculare, vt hic dicitur. Sed obijcitur, nonne principes habent iurisdictionē super istas, cū sint laicæ? quare ergo eis indulgetur istud, cū ipsi eas per se possunt punire? Si legitima esset vxor ista, tunc planū esset, quia legitima vxor sortitur forum ex persona viri, vt ff. de iu. om. iud. cū quædā. Sed illa quæ nō est legitima, nō, vt ff ad munici. de iure. §. ult. Ad hoc potest dici, q̄ cū sit de familia sacerdotis, est de foro ecclesiæ, sicut & alij qui sunt de familia eius, vt 89. dist. indicatum. & 12. q. 2. ecclesiarum seruos. vel ideo censetur de foro ecclesiæ, q̄a deliquit in p̄sona ecclesiæ, q̄a ratione

Hanc sententiam sequitur Vin. & Inn. extra de cohab. cle r. c. ... & de hoc. Arch.

Vxor clerici est de foro ecclesiæ.

ne delicti dicitur in me princeps habere iurisdictionem: & ratione delicti fit quis de foro alterius, vt 6.q.3. placuit.

a ¶ *Consenserint.*] Hodie deponitur, vt extra de vita & hone. cleri. & clericorũ mores. & 83. dist. si quis episcopus. & extra de simo. nemo. Sed illud verum quando prece vel pretio consensit, vt ibi di-

c ¶ *Nemo.*] ¶ *Virgo.*] quid si credit se cohere cum virgine, & est corrupta? Dicen cũ non promouendũ, cũ sit maritus corruptæ. vt 51. dist. qui in aliquo. quia ibi nec error nec violentia excusat, vt 32.q.5. ille autem. sicut nec casus excusat, vt 15.q.1. cap. vlt. Quid si primo corrupi virginẽ, & postea eã desponsaui? Arg. q̃ promoueri nõ possum, si volo eam ducere, vt 30.q.5. qualis. & infra dist. proxi. maritum. hoc notatur in quæstio. B.

Ad vltio. Quæstio dominicalis est: & incipit, Aliquis cognouit virginem, &c.

episcopi consenserint[a] eorum prauitatibus; ipsi officij interdictione mulctentur.

a ¶ Subdiaconatum.] *Antea legebatur*, diaconatum. *Sed emendatum est ex aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, & ex ipso concilio, cuius vnum exemplar est in bibliotheca Vaticana, & alterum missum est à Gallia. Diaconis enim nunquam in Latina ecclesia legitur permissum fuisse coniugium, aut vsum ipsius; quos Syricius, & Innocentius semper eadem continentia lege cum episcopis, & presbyteris coniũxerunt. Subdiaconis quoque post B. Gregorium, & probabiliorem illam, quæ continetur in c. ante triennium. supra dist. 31. eadem lex fuit constituta; quam Vrbanus secundus hic innouandam statuit.*

Item Dominico Patriarchæ Gradensi.

¶ Excludendi sunt à sacrorum graduum dignitate subdiaconi, & deinceps, si continentes esse nolunt. C. XI.

In c. à multis. §. erubescant. extra de æta. & qual. Pan. l. 3. c. 103.

ERubescant impij, & aperte intelligant iudicio spiritus sancti eos, qui in sacris ordinibus, presbyteratu, diaconatu, subdiaconatu sunt positi, nisi mulieres abiecerint, & caste vixerint, excludendos ab omni eorumdem graduum dignitate. De manifestis quidem loquimur: secretorum[b] autem, & cognitor Deus, & iudex est.

Idem in Melphiensi synodo præsidens dixit, c. 12.

¶ Ad sacros ordines non accedat, nisi virgo, aut probatæ castitatis. C. XII.

In c. à multis extra de ætat. & qual. Pan. l. 3. c. 104.

NEmo ad sacrum ordinem permittatur accedere, nisi aut virgo[c], aut probatæ sit castitatis, & qui vsque ad subdiaconatum vnicam, & virginem vxorem habuerit.

Item in concilio Carthaginensi 5. c. 3.

¶ In tribus gradibus constituti etiam ab vxoribus abstineant. C. XIII.

Pan. l. 3. c. 105.

PLacuit episcopos, presbyteros, diaconos[α] secundum priora[γ] statuta etiam ab vxoribus abstinere[d]; quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueantur officio: ceteros vero clericos ad hoc non cogi, sed secundum vniuscuiusque[e] ecclesiæ consuetudinem obseruari debere.

α ¶ Diaconos.] *sequebatur*, subdiaconos. *quæ vox sublata est, quoniam abest ab originali, & ab Africano, c. 37. & à Carthaginensi græco, c. 71. & infra dist. 84. c. cum de quorumdam: quamuis habeatur in Carthaginensi codice canonum, c. 3.*

γ ¶ Secundum priora statuta.] *græce est* [illegible] *& Balsamon interpretatur*, tempore vicis suæ: *quod ab originalis sententia alienum est.*

Item Leo IX. contra epistolam Nicetæ Abbatis.

Hũbertus Cenomanen. legatus Leonis IX. in responsione cõtra Nicetam.

¶ In minoribus ordinibus constituti vxorem ducant: nisi voto, aut religioso habitu prohibeantur. C. XIIII.

Pan. l. 3. c. 107.

SEriatim, & aperte prosequemur; quid sancta Romana ecclesia in gradibus clericorum agat. Clericos tantum, ostiarios, lectores, exorcistas, acolythos, si extra votum, & habitum[f] monachi inueniantur, & continentiam profiteri noluerint, vxorem ducere virginem cum benedictione sacerdotali permittit; non autem viduam, aut repudiatam: quia propter hoc deinceps nec ad subdiaconatum prouehi poterunt: quia nec laicus non virginem sortitus vxorem, aut bigamus ad clericatum potest ascendere. Quòd si quis ex præfatis ordinibus desiderat ad subdiaconatum ascendere; nequibit hoc sine consensu vxoris suæ: ut fiat de carnali deinceps spirituale coniugium, nemine eos ad hoc cogente. Neque permittitur postea vxor iungi eidem marito suo carnaliter; nec cuiquam nubere in uita, aut post mortem[g] illius.

dicitur in illa constitutione, vt clericorum. Si autem episcopus negligens esset, suspendatur per duos menses, vt 1.q.1. quidquid.

[E] ¶ *Rubescant.*] Casus. Quæsiuit patriarcha Graden. quid debeat fieri de his qui erant in sacris ordinibus positi: nihilominus tamen mulierculas sibi habebant. Et respon. Vrbanus: nisi eas abiecerint, & vixerint continenter: si est manifestum, sunt ab omni dignitate ecclesiastica remouendi: si autem occultum est, diuino iudicio reseruentur. Sequentia duo cap. plana sunt.

b ¶ *Secretorum.*] Ex hoc patet q̃ ecclesia non iudicat de occultis, sic 32.q.5. Christiano. 2.q.5. consuluisti. & 6.q.1. si omnia. Et est ar. pro opinione illorum qui dicunt q̃ occultum delictũ non irrogat irregularitatẽ. Ioan. q̃d est expressum hodie extra de temp. ordin. cap. vlt. nisi in homicidio & simonia in ordine 1.q.1. reperiuntur. B.

d ¶ *Placuit.*] ¶ *Etiam abstinere.*] idest, non contrahere.

e ¶ *Sed secundum vniuscuiusque.*] Nota consuetudinem seruandã in matrimonio, vt hic, & infra ead. quoniam. & extra de cog. spi. c. 1. Sed contra extra de spon. duorũ, tua; & ex hoc videtur q̃ episcopus in sua diœcesi possit statuere ne acolythi contrahant. Sed credo hanc consuetudinem referendã ad beneficia, vt si consuetudo sit vt acolythi vxorati habeant beneficia, ipsa seruetur. sed hodie corrigitur per decreta. extra de cler. cõiug. Ioãnes. & cap. cũ decorẽ.

S ¶ *Seriatim.*] Abbas Niceta dicebat clericos in sacris ordinibus posse cognoscere vxores suas. Leo autem Papa reprehendens eius epistolã dicit, q̃ clerici in minoribus ordinibus, si sunt extra vxorẽ vel habitum monachalem, possunt vxores sortiri virgines, nõ viduas vel repudiatas: alioquin nec ipsi nec bigami poterunt promoueri postea. Si autẽ postea voluerint promoueri, debet hoc etiã fieri de consensu vxoris: quæ postea nec marito nec alijs debet carnaliter copulari viuente marito, vel post mortem. Sequen. cap. plana sunt vsque ad cap. presbyter.

f ¶ *Votum & habitũ.*] Bene dicit, habitum & votum; quia solus habitus non solennizat votum, vt extra de reg. porrectum.

g ¶ *Post mortem.*] De illa vxore promoti dic, quòd eo ipso dat licentiam, intelligitur vouere: similiter etiã ea cuius maritus suscepit habitum religionis: vnde neutra debet contrahere. si tamen contraxerit, tenet secundũ quosdam: nam votũ non fuit solennizatum. Distingue tamen verum huius vxor sciat ius, vel dicatur sibi: quia tunc vouere intelligitur, non tamen solennizatur votũ. Si vero ignorat, nec ei dicitur: non intelligitur vouere. in vxore tamen promoti secus posset dici non propter votum, sed propter constitutionem ecclesiæ: scilicet vt non sit matrimonium si contrahat. & videtur expressum s. 28. dist. quia sane. H. dicit quòd in vtraque vxore promoti & ingressi votũ de præsenti dirimit, licet non solennizet actum. Ioan. Faber dicit aliud esse in vxore ingressi, aliud

Bigamus est qui corruptã etiam ignoranter contrahens.

Consuetudo est obseruanda in matrimonio.

Vxor promoti an matrimonium contrahere possit.

Ecclesia non iudicat de occultis.

si, aliud in vxore promoti: quia illa post mortẽ contrahit, sed vxor promoti non: quia est ratio diuersitatis: quia dignior est clericatus quàm monachatus. nã etiã bigamus potest esse monachus. 16. q. 1. legi. Sed mirum est, quòd tantus vir hoc dixerit, cũ manifeste obuiet 37. q. 1. Agathosa. & c. si quis coniugatus. & 33. q. 5. qui vxorẽ. posset autẽ dici, quòd votum vxoris solennizatur ex voto viri promoti; & ita vir vxori communicat votũ, vt 28. distin. quia sunt. De hoc not. in d. c. qui vxorem.

ADDITIO. Idẽ not. Host. extra de reg. ad apostolicam. Arch.

a Q Voniã.] ¶ Vxores ducere.] id est, retinere.

b Sectæ.] j. 28. q. 1. caue. & c. nõ oportet.

Hoc ca. non oportet. potest contradici: sed dic quòd loquitur in sponsalibus de futuro: quæ fater tales pos sunt contrahi. vt ibi nota. Hug.

I Nterdixit.] Hæc est quanta pars huius dist. in qua vt clerici facilius contineant, supponit Gratianus auctoritatem horum cap. quòd clerici debent vitare familiaritatẽ & cohabitationem feminarũ extranearũ. Ioã. de Fã.

c ¶ Aut sororem.] in quibus nul læus criminis exstimari fœdus naturale permittit, vt extra de coha. cle. c. pe.

d ¶ Idoneas.] vt vxores seruorum suorum, vt 81. dist. volumus. & cap. cum omnibus.

e ¶ Suspiciones.] quia suspectas mulieres habebat, vt extra de cohabi. cleri. cap. 1. & 2.

f H Ospitiolum tuũ.] ¶ Malum est.] Argu. à contrarijs, si vnũ est bonũ, reliquũ est malũ, fallit in prodigalitate & auaritia. Item duo contraria quandoque inueniuntur bona, vt nubere, & non nubere: quotidie communicare, & non communicare. 18. q. 1. sic enim. & de conse. dist. 2. quotidie. & arg. C. de procura. exigẽti. ibi, sed multo iustius fuit.

Contraria duo quandoque sunt bona.

P Resbyter.] CASVS. Quidam de consensu vxoris suæ factus fuit presbyter: quem Gregorius valde commendat: quia & si eã post sacerdotium diligeret vt sororem, tamẽ quò ad carnis officium vitabat vt hostẽ: nec appropinquabat ad eã. Quæ autem postea sequũt, plana sunt vsque ad distinctionẽ: & per te videbis.

g ¶ Presbyteram.] cũ qua in minoribus ordinibus contraxerat.

h M Vlieres.] ¶ Et matricuriæ.] id est, habentes curam de rebus ecclesiæ.

Item ex concilio Chalcedon. c. 14.

¶ Non liceat clericis alterius sectæ vxorem accipere. C. XV.

Pann. l. 3. c. 110.

QVoniam in quibusdam prouincijs concessum est lectoribus & psalmistis vxores ducere[a]; statuit sancta synodus, non licere cuiquam ex his accipere sectæ[b] † alterius vxorem.

† heterodoxo

Item in Nicano concilio, cap. 3.

¶ Non habitent cum clericis mulieres, nisi quæ naturali fœdere omnem suspicionem excludunt. C. XVI.

† magna
Burch. l. 2. c. 109
Ans. l. 7. c. 133. & 6. c. 102.
Iuo par. 6. c. 186
Pann. l. 3. c. 112.

INterdixit per omnia sancta † synodus nõ episcopo, nõ presbytero, nõ diacono, vel alicui omnino, qui in clero est, licere subintroductam habere mulierem, nisi forte aut matrem, aut sororem[c], aut amitam; aut[a] etiam eas idoneas[d] personas, quæ fugiant suspiciones[e].

a ¶ Aut etiam.] *græce est:* ἢ ἃ μόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγεν. *idest*, vel eas tantum personas, quæ omnem fugerint suspicionem.

[*Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum, & alibi.*]

PALEA. C. XVII.

In ep. ad Ocea.
Ibidem.
In ep. ad Nepotianũ ꝓpe finẽ.
In ep. ad Rust.
In ep. ad Ocea.
l. 1. cõtra Iouin.

HOspitiolum[β] tuum aut raro, aut numquam mulierum pedes terant. ¶ Quia non potest[γ] toto corde cum Deo habitare; qui feminarum accessibus copulatur. ¶ Femina[δ] conscientiam secum pariter habitantis exurit. ¶ Nũquam de formis mulierũ dispures. ¶ Feminæ nomen tuum nouerint[λ]; vultum nesciant. ¶ Feminam, quam bene videris conuersantem, mente dilige, non corporali frequentia[ζ]. ¶ Si bonum est mulierem non tangere, malum est[f] ergo tangere.

β ¶ Hospitiolum.] *Caput hoc habetur in multis manuscriptis, & sine Palea nomine. Est autem collectum ex varijs. B. Hieronymi locis; in quibus de vitanda mulierum consuetudine agitur.*

γ ¶ Non potest.] *In epistola ad Oceanum, quæ non putatur esse B. Hieronymi, legitur*, Mihi crede, non toto corde cum Domino habitare, &c.

δ ¶ Femina.] *Ibidem paulo superius*, flammigero igne percutit femina conscientiam pariter habitantis, exuritque fundamenta montium.

λ ¶ Nouerint.] *antea legebatur*, feminæ nomen tuum nesciant. *Emendatum est ex aliquot manuscriptis, & ex epistola Hieronymi ad Rusticum monachum.*

ζ ¶ Frequentia.] *In epistola ad Oceanum est*, frequentes ornatu.

Item Gregorius in dialogo, lib. 4. c. 2.

¶ Presbyter vxorem suam quasi sororem diligat, & quasi hostem fugiat. C. XVIII.

Pann. l. 3. c. 114.

PResbyter quidam sibi commissam regebat ecclesiam cum magno timore Domini; qui ex tempore accepti ordinis presbyterã[g] suã vt sororem diligens, sed quasi hostem cauens, ad se propius accedere non sinebat; eamque sibi appropinquare nulla occasione permittens, ab ea sibi communionem funditus familiaritatis abscidit.

Presbyteram vero quam debeamus accipere, Laodicense concilium, c. xi. ostendit dicens.

¶ Viduæ, vel seniores presbyteræ appellantur. C. XIX.

MVlieres[a], quæ apud Græcos presbyteræ appellantur, apud nos viduæ, seniores, vniuiræ, & matricuriæ[h] appellantur, in ecclesia tamquam ordinatas constitui non debere.

a ¶ Mulieres.] *sic habet prisca versio. Græce:* περὶ τοῦ μὴ δεῖν τὰς λεγομένας πρεσβύτιδας, ἤτοι προκαθημένας ἐν ἐκκλησίᾳ καθίστασθαι. *idest:* Quòd non oporteat eas, quæ presbyteræ, vel præsidentes dicuntur, in ecclesia collocari. *quæ est Dionysij versio præter quàm in vltimis verbis. Ille enim habet*, ecclesijs ordinari. *Et videndus est Balsamon ad eum locum.*

DISTINCTIO XXXIII.

[1 gl] ECce, quòd in sacris ordinibus constituti vxores habere non possunt; vel si bigami aliqui fuerint inuenti; ad sacros ordines ascendere non valent. Sed quæritur

E Cce.] Hæc dist. diuiditur in quatuor partes. In prima ponuntur 2. impedimenta quæ impediunt promouendos. Secunda ibi, *Communiter*. Tertia ibi, *Lauit*. Quarta ibi, *Ceterum*. Ioan. de Fan.

CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis quòd in sacris

quæritur [a], si quis præter uxorem concubinam habuerit; utrum in sacerdotem promoveri valeat. Talis à sacris ordinibus auctoritate canonum Apostolorum prohibetur: in quibus, c. xvij. sic statutum legitur.

Ans. l. 6. c. 143. Iuo p. 8. c. 387. al. 151.

¶ Secundis nuptijs post baptisma copulatus, aut concubinam habens ad sacrum ordinem conscendere non valet. C. I.

SI quis post acceptum [b] baptisma secundis nuptijs fuerit copulatus, aut concubinam [c] habuerit; non potest fieri† episcopus, non presbyter, aut diaconus, aut prorsus eorũ, qui ministerio [a] sacro deseruiũt.

† al. esse

[a] ¶ Ministerio.] græce: τοῦ καταλόγου τοῦ ἱερατικοῦ. id est, qui sunt in catalogo sacerdotali.

Deservientes sacro ministerio intelliguntur subdiaconi, qui calicem diacono offerunt, & acolythi, qui cum cereis diacones præcedunt; unde & ceroferarij dicuntur: qui etiam vinum, & aquam præparando calici subministrant. Concubina intelligenda est præter uxorem; ut iste sit sensus capituli [Si quis post acceptum sacrum baptisma secundis nuptijs fuerit copulatus, aut concubinam duxerit:] distinguendum est, antequam uxorem duxerit, sive post mortem uxoris. Unde B. Gregorius [a] ait.

[a] ¶ Gregorius.] *Hoc caput sumptum est ex c. 72. libelli de ecclesiasticis dogmatibus; qui inter opera B. Aug. editus est, atque ex eo aliubi sæpissime ab ipso Gratiano citatur. A Trittemio autẽ adscribitur Alcuino, ab alijs Isidoro. Sed plures, & maioris auctoritatis Gennadio tribuunt; ut Valfridus strabo lib. de re. eccles. c. xx. Petrus Lombardus sent. 2. dist. 8. S. Thomas quolib. 12. art. 10. Platina in Symmacho, & alij.*

¶ Duarum matronarum maritus post baptismum, clericus non ordinetur. C. II.

Ans. l. 7. c. 21. al. 26. Iuo p. 8. c. 295. Polyc. l. 2. tit. 31.

MAritum duarum post baptismum matronarum clericum non ordinandum, neque eum qui unam quidem, sed concubinã [d], non matronam habuit; nec illum, qui viduam, aut repudiatam, vel meretricem [e] in matrimonium assumpserit: nec eum, qui semetipsum quolibet corporis sui membro indignatione aliqua, vel iusto, vel iniusto [f] timore superatus truncauerit: nec illum [g], qui usuras accepisse conuincitur, aut in scena lusisse dinoscitur: nec eum, qui publica pænitentia [h] mortalia crimina defleuit†; neque illum, qui in furiam [i] aliquando versus insaniuit, vel afflictione diaboli vexatus est: neque eum, qui per† ambitionem ad imitationem Simonis magi, pecuniam obtulerit†.

† defleuit.] orig.
† al. pro ordinatione
Act. 8.
† offert] orig.

Item Pius Papa.

¶ Arreptitij, vel epileptici sacris altaribus non ministrent. C. III.

Burch. l. 3. c. 72. Iuo p. 2. c. 125. Poly. l. 4. tit. 31.

[2] COmmuniter diffinimus, ut nullus de ijs [k], qui aut in terram arrepti à dæmonibus eliduntur, aut quolibet modo vexationis incursibus efferuntur, vel sacris audeant altaribus ministrare, vel indi-

in sacris ordinibus constituti uxores non possunt habere: nec bigami possunt ad sacros ordines promoveri. In hac vero 33 dist. quæritur, an ille qui præter uxorẽ concubinam habuit, possit promoveri? Et respondet: quod non. Et accipitur hic concubina quæ habetur loco uxoris. Additur etiam in hac distinctione de arreptitijs, dæmoniacis, & caducis maxime.

a ¶ Sed quæritur.] Hic intitulatur 33. dist. in qua magister ostendit quod bigami, corpore vitiati, usurarij, publice pænitentes, lusores, in scena ludentes, furiosi, arreptitij, accipientes meretrices in uxores, habentes concubinas non possunt promoveri: quandoque tamen dispensatur in concubinarijs j. ead. cap. ulti. [1], Et nota quod in primis duobus capitu. magister accipit concubinã pro uxore [a], quam quis duxit sine solennitate, ut j. 34. dist. S. concubinã sed H. intelligit de vera concubina: quam si quis habuit post baptismum, promoveri non debet, ut 55. dist. cap. ult. Io.

Usurarij & alij multi nõ possunt promoveri.

1 Ad ult. 34. dist. fraternitatis. Ar

a Idẽ tenet Gof. &c. posito no. J.

S[i quis] Casus. Quidam post baptisma duas habuit uxores, vel unam uxorẽ, & aliã concubinam: quæsitũ fuit ab apostolis utrum talis posset promoveri, & respon. quod non potest talis promoveri ad ordinem clericalem.

b ¶ Post acceptum.] maxime. Idem enim est si ante [3] baptisma habuit unam, & post aliam uxorẽ vel concubinam: vel determinat verbum infra positum, habuerit.

3 34. dist. ca[...]

c ¶ Aut concubinam] post primam uxorem: talis tamen ex dispensatione quandoq; promoveri. J. eod. habuisse. & 34. dist. fraternitatem.

DESERVIENTES. Exponit modo Gratianus qui dicantur sacro ministerio deseruire: & dicit quod subdiaconi & acolythi: & qualiter deseruiant, dicit. Exponit etiam quod concubina intelligitur illa quæ ante uxorem ducta fuit, vel post mortem uxoris.

M[aritum.] Casus. In hoc capi. 10. enumerantur impedimenta pro quibus aliquis repellitur à promotione, ut si maritus fuit duarum matronarum: vel præter uxorem, concubinam, vel meretricem in matrimonium assumpsit, &c.

d ¶ Concubinam] Argu. quod si quis habuit virginem concubinam [2], licet postea sumat eam in uxorem, quod non potest promoveri, ut 34. dist. curandum. & cap. præcipimus. & 30. q. 5. qualis.

e ¶ Vel meretricẽ.] 32. q. 1. cap. non est culpandus. argu. contra. Sol. illud in figura. & ita ex uno eodemque facto punitur quis & meretur, ut ff. qui. ut indig. l. 2. [4]

Punitur quis & meretur ex eodẽ facto.

f ¶ Vel iniusto.] idest ex indignatione, vel ex nimia commotione. Secus si propter necessitatẽ faceret, ut 55. dist. si quis a medicis.

4 Dic melius illud non contradicit: nã quãnõ ad legẽ promotionis rnũ. est, ut hic, sed quanto ad gratiã innocentiæ, ut argu. 10. q. 1. cap. h. 1. 1. q. 1. c. ille. Archid.

g ¶ Illum.] talis etiam deponitur. 47. dist. de Petro. & cap. quoniã.

h ¶ Pænitentia.] ut 51. dist. qui i aliquo. & 50 dist. de his.

i ¶ In furiam.] tamen promotus non deponitur, ut 7. q. 1. quãuis.

C[ommuniter.] Hæc est secunda pars huius dist. in qua probatur per tres auctoritates sanctorum patrum, quòd dæmoniaci, & epileptici, & furiosi non debent promoveri. Io. de Fan.

Casus. Sequitur in hoc capitu. quòd illi qui dæmonibus arrepti eliduntur, non debẽt sacris altaribus ministrare: nisi suspensi per annum inueniantur ab incursu dæmonum liberati. Illi vero qui morbo epileptico vel caduco laborant, non ministrent, nisi prius inquiratur qualiter illi laborent: qui si in terram cadunt, nõ ministrent. Alijs vero ægritudinib' laborãtes nõ prohibẽtur. Et not. quòd hoc cap. loquitur de iam promotis. Sequens cap. patet.

a ¶ De ijs] qui ita vexantur, distinguendũ est: nam si frequenter cadunt, non debent ministrare, ut j. 7. q. 2. c. 1. si vero raro, & emittunt voces confusas, similiter non debent ministrare, ut j. 7. q. 2. c. 2. si autem raro, nec emittunt voces confusas, possunt: sed habere debent coadiutores, ut 7. q. 1. illud. promoveri autem non possunt tales ex quo passi sunt semel, ut s. ea. cap. maritum. Et hæc est opinio H. nec in hoc habet contradictionem. In dæmoniacis similiter nulla est contradictio inter H. & alios quo ad promotionem: quia omnes dicunt quòd nullus talis debet promoveri, ut cap. maritum. &c. clerici. In promotis autem distinguitur inter H. & alios. Nam dicunt alij quod sicut non debet promoveri qui semel est arreptus a dæmone, ita nec officium potest exercere etiam si iam promotus sit: & qui hoc dicunt, illam litteram, quæ tamen, aliter intelligunt quam H. nam dicunt quòd hoc relatiuum, quæ, refertur ad proxime positum: scilicet epilepticos [5]: & est sensus litteræ: Epileptici non debent se ingerere diuinis sacramentis, exceptis illis qui sine passionibus, id est, qui sine vocis confusæ emissione & spumæ iactatione: qui tamen & ipsi, id est, illi qui hoc nõ faciunt, sed tantũ cadunt, debẽt esse tãdiu suspẽsi, donec appareãt eos per annũ liberatos, id est, non occupatos incursu dæmonũ, id est, appareat, quod illa passio nõ est dæmoniaca, sed epileptica. H. vero dicit in dæmoniacis promotis, quod si p annũ steterunt, & nõ fuerunt passi supradicta, possunt exercere diuina officia. unde dicit quod illud

Morbo caduco laborãtes an ministrare possunt.

Dæmoniacorũ promotorum & promouendorũ distinctio.

5 Ad huius verbi dec[...] dic. quod epilepsia græce appensio dicitur eo quod [...] & appendat partem & [...] possideat. fit aut ex melancholico humore quoties exuperauerit, & ad cerebrũ [...] uertitur. Archid.

Illud relatiuum, qui, refertur proprie pro dæmoniacis: & improprie secundum eum ponitur in fi. liberati.

a ¶ *Vel indiscusse.*] idest, temere.

b ¶ *Exceptis illis.*] epilepticis qui raro cadunt.

c ¶ *Passionibus.*] idest, sine spuma, &c.

d ¶ *Qui tamen.*] scilicet dæmoniaci. H.

e ¶ *Spatio.*] 7. q. 2. c. vlti. contra. Sed ibi fuit dubium: hic certum.

f ¶ *Clerici.*] ¶ *Sacri regiminis.*] Ex hoc quod dicit, sacri regiminis, videtur quod ad minores ordines bene possunt promoueri. Lau.

Vsque adeo.] CASVS. Quidam episcopi permittebant dæmoniacos presbyteros caducos & furiosos ministrare diuina: quos Gelasius reprehendit: & probat quod hoc fieri non debet, ne per hoc generetur scandalum Christianis, & probat hoc a minori: quia lex mosaica non permittebat ægros corpore tangere sacra: multo ergo minus in nouo testamento dæmoniacis, caducis, & furiosis debet hoc permitti.

g ¶ *Opere.*] idest, diuino obsequio.

h ¶ *Necessitatis.*] idest, infirmitatis.

i ¶ *Ne quibuslibet.*] Prima ratio.

k ¶ *Sauciatum.*] idest, debilitatum, vt 49. di. c. 1.

l ¶ *Diuina.*] idest, mosaica.

m ¶ *Quanto magis.*] q. d. ex quo vitiati corpore remouentur, multo magis vitiati mente: arg. 38. dist. sedulo.

Ar. ad hoc 44. dist. c. nullus clericus. 18. q. 1. nuta mus. nam mens maior est quam corpus. 38. dist. sedulo. secundum Lau.

Laici.] CASVS. Felix episcopus quæsiuit ab Inno. an laici qui tempore maxime baptismi vxores habuerunt, possint promoueri. Et respon. quod sic, si bonæ fuerint opinionis, nisi præter vxorem concubinam vel meretricem vxoris affectu cognouerint.

n ¶ *Instituerunt.*] idest, informauerunt.

o ¶ *Si non pellicem.*] Pellicem vocat quam quis ad tempus habet causa lamtandæ libidinis.

4.

scusse a se ingerant sacramentis diuinis; exceptis illis, b qui corporis incommoditatibus dediti, sine huiusmodi passionibus c in terram probantur elisi: qui tamen d & ipsi tamdiu erunt ab officij sui ordine, & loco suspensi; quousque vnius anni spatio e per discretionem episcopi inueniantur ab incursu dæmonum liberati †.

† aliqui] ceteri collectores.

Item Nicolaus Papa.

¶ De eodem. C. IIII.

Clerici qui in adolescentia à dæmonibus cognoscuntur obsessi, ad superiorem sacri regiminis f gradum ascendere non possunt.

Iuo p. 11. c. 104.

¶ *Simile quiddam habetur in concilio Arausico 3. c. 16. Iuo citat Nicolaum Aluuino Iouansi archiepiscopo, ad quem etiam fortasse scribitur c. quorumdam.] dist. 34.*

Item Gelasius Papa, epist. ad vniuersos episcopos per Lucaniam constitutos, c. 21.

¶ De eodem. C. V.

Vsque adeo sane cōperimus illicita quæque prorumpere; vt dæmonibus, similibusque passionibus irretitis ministeria sacrosancta tractare tribuatur. Quibus si in hoc opere g positis, aliquid propriæ necessitatis h occurrat; quis fidelium de sua salute confidat, vbi ministros ipsos curationis humanæ, tanta perspexerit calamitate vexari? Atque ideo necessario remouendi sunt; ne quibuslibet i, pro quibus Christus est mortuus, scandalum generetur infirmis. Postremo, si corpore sauciatum k fortassis, aut debilem nequaquam sancta contingere lex diuina l permisit; quanto magis m doni cælestis dispensatores esse non conuenit (quod est deterius) mente perculsos!

Burch. l. 2. c. 10. Polyc. l. 3. tit. 9. c. vlt. Iuo par. 2. c. 88. & par. 6. c. 40.

Leuit. 21.

Item Innocentius Papa 1. Felici episcopo Nucerino, epist. 4. c. 4.

¶ Qui tempore baptismi vxores habent; si postea religiose vixerint, clerici fieri non prohibentur. C. VI.

3 Laici, qui habentes vxores baptizati sunt, ac sic se instituerunt n, vt opinio eorum in nullo vacillet, vt aut clericis iuncti sint, aut monasterijs, ex quo baptizati sunt, adhæserint; si non concubinam, non pellicem o nouerint; si in omnibus bonis operibus vigilauerint; non prohibentur huiusmodi ad clericatus sortem assumi.

Ansel. l. 7. c. 89. al. 34. Iuo par. 6. c. 95. Pann. l. 3. c. 45.

4 *Ceterum ante susceptum sacrum ordinem quosdam legimus concubinam habuisse; quos tamen sacri canones non reyciunt; si post sacrum ordinem ab eius commistione se se immaculatos custodiunt.*

Vnde Gregorius Andreæ Tarentino episcopo, l. 2. epist. 44. siue c. 83.

¶ De quodam episcopo, qui ante sui episcopatus apicem concubinam habuit. C. VII.

Habuisse te concubinam manifesta veritate * comperimus; de qua etiam contraria est quibusdam nata suspicio. Sed quia in rebus ambiguis p absolutum non debet esse iudicium; hoc tuæ conscientiæ eligimus committendum q. Qua de re, si in sacro ordine constitutus eius te permistione esse recolis maculatum; sacerdotij honore deposito r, ad ministrandum nullo modo præsumas s accedere; sciturus in animæ tuæ periculo † te ministrare, & Deo nostro te sine dubio

Burc. l. 2. c. 195. Iuo p. 5. c. 310. Poly. l. 4. tit. 39.

† al. periculum

CETERVM. CASVS. Supra dictum est quod ille qui præter vxorem habuit cōcubinam, promoueri nō potest. Nunc vero dicit quod multi inueniuntur cōcubinas habuisse quos canones non reijciūt, si post sacrū ordinem se imaculatos custodiūt.

Habuisse.] CASVS. Andreas Tarentanus episcopus habuit cōcubinā ante quàm esset eps. & hoc Greg. bene nouerat. Sed quidā dicebāt post episcopatū eū habuisse accessum ad eā. Greg. autē hoc audiēs, cū dubiū esset, certā noluit ferre sententiā; sed eū suæ conscientiæ cōmittens præcepit ei, vt nullo modo accederet ad ministrandū, si commistione illius concubinæ se post episcopatum sciret esse maculatum.

p ¶ *Ambiguis.*] s. 24. dist. sicut contra. Sed dic quod triplex est ambiguitas: ambiguitas iuris, ambiguitas facti, ambiguitas personæ; vbi ambiguitas iuris est, ibi de similibus ad similia procedit, vt 20. dist. de libellis. & de tali ambiguitate loquitur illud cap. 14. dist.

Ambiguitas est triplex.

4. paruulos. & dist. 1. solennitates. & 68. dist. presbyteri. tamē quandoque dubitatur de facto, & fertur sententia in præiudiciū alterius: vt extra de spo. iuuenis. sed illud est propter periculū animæ. Vbi autē est ambiguitas personæ, sed factum est certum, bene fertur certa sententia, vt 5. q. 1. quidam.

q ¶ *Committendum.*] Sed quare non indicitur ei hæc purgatio? quia exalis fuit infamia ‡ & sic quandoque aliquis propriæ conscientiæ committitur ‡ vt s. dist. 4. c. denique. & 15. q. 8. c. 1. & 33. q. 4. vt cum propria.

r ¶ *Deposito.*] i. suspen. ad tempus quousque satisfac. sic ponitur 21. q. 2. quoniam.

s ¶ *Præsumas.*] Argu. quod occultum delictum reddit hominem irregularem. Argu. contra dist. proxi. erubescant. Dic vt ibi. hoc forte in eo casu quando non pœnitet super crimine.

Domo-

Omesticarum.] Hæc distin. diuiditur in 9. partes. In quarũ prima. reprehẽdit Gratianus quẽdã epm, q erat venator: & cũ filia nimiã familiaritatẽ habebat. secũdi ibi, *Concubina*. tertia ibi, *Ceterum*. quarta. *Quod ergo*. quinta ibi, *Similiter*. sexta ibi, *Quo autem*. septima ibi, *Sed pallea* octaua ibi, *Quibus autem*. nona ibi. *Vidua*. Io. de Fan.

CASVS. In hac 34. dist. ostendit Gratianus abstinendum esse à nimia familiaritate domesticarum mulierum, Addit etiam qualiter in superioribus cap. accipiatur concubina, & de quibusdam personis, quæ à promotione repelluntur.

a ¶ *Domesticarum.*] In hac 34. dist. ostendit, q clerici etiam domesticis personis non exhibebunt nimiam familiaritatem, & quòd clerici non intererunt venationibus aut aucupationibus. Secundo ostendit qualiter accipiatur cõcubina in superioribus cap. si quis post. c. maritũ. c. habuisse. quæ cap. sunt S. distin. prox. Tertio adiũgit de multis nõ promouendis, & quòd bigami quãdoq; promouentur ad subdiaconatũ, vt j. c. lector. Quarto ostendit quòd clerici non debẽt interesse conuiuijs nuptiarũ. In fine ostẽdit ꝓpter cui⁹ viduæ copulã quis impeditur à promotione.

reddere rationem; si huius sceleris conscius in eo, quo es ordine, celans veritatem permanere volueris.

a ¶ Comperimus.] *sequebatur*, & te illius criminis participationem habere *quæ verba sunt etiam in editione operum B. Gregorij Frobeniana. Verum sublata sunt; quoniã absunt & ab alijs editionibus, & à cæteris collectoribus, & à Ioanne diacono lib 3. num. 43. vita eiusdem Gregorij; omninoque sententiam perturbant.*

DISTINCTIO XXXIIII.

Omesticarum [a] *quoque personarum immoderatam familiaritatem episcopum vitare oportet.*

Vnde Nicolaus Papa ad Albinum † *archiepiscopum.*

† *al. Aluinum.*

¶ Etiam consanguinearum immoderatam familiaritatem ep scopum vitare oportet. C. I.

Iuo p. 5. c. 353.

Quorumdam relatione fidelium, nostris auribus intimatum est; quòd Lanfredus episcopus, qui & iuuenis esse dicitur, venationi sit deditus: quod vitium plurimos etiam de clericali catalogo, generedumtaxat Germanos [b], & Gallos irreuerenter implicat. Verum iste (si ita est, vt audiuimus) merito iuuenis dicitur; qui iuuenilibus desiderijs occupatus nulla † grauitate constringitur. *& infra.* Nam (vt beatus dicit Hieronymus) venatorem [c] numquam legimus sanctum. *& infra.* Nihilominus autem de hoc episcopo relatum est apostolatui nostro; quòd cum quadam filia sua immoderatam teneat familiaritatem; & ob id mala fama [d] ei orta sit: pro qua re à sanctitate tua, ceterisque coepiscopis suis commonitus, atque correptus est; sed nullatenus emendatus: quæ res in hoc maxime displicet, & magis, ac magis deteriorem de se reddit opinionem; in quo beatitudinis tuæ, & ceterorum coepiscoporum suorum rationibus non obedit; & per inobedientiam in culpam protoplasti relabitur. Oportet ergo fraternitatem tuam synodale cum episcopis [e], & suffraganeis tuis conuocare concilium; & hunc salutaribus eloquijs episcopum conuenire; atque illi pastorali auctoritate præcipere; quatenus ab omnium bestiarum [f] vel volucrum venatione penitus alienus existat; atque ab immoderata filiæ suæ familiaritate semet omnino coerceat. Quòd si parere contempserit, & tam pro venationis declinatione, quàm pro immoderata filiæ suæ conuersatione vitanda vobis admonentibus obedire distulerit; à vestro collegio excommunicatus abscedat [g]. Quòd si in hoc contumax adhuc apparuerit, à ministerio cessare debebit.

† *nulla senili grauitate.*] Iun Ad c. 5. Michææ & in ps. 90.

Q ¶ *Vorũdã.*] CASVS. Lanfredus episcopus in duobus peccabat: scilicet in venatione more Germanorum & Gallorum, & in imoderata filiæ suæ familiaritate: propter quæ mala fama erat orta de ipso: & ideo sæpe correptus ab Aluino & eius suffraganeis fuit: nullatenus tamẽ emendatus fuit: quare Nicolaus præcepit vt concilio episcoporũ conuocato moneãt illum, vt a supradictis se abstineat: quòd si non fecerit, excommunicetur: tandẽ si contumax fuerit, deponatur.

b ¶ *Germanos.*] id est, Theutonicos, qui sunt verũ germen, vel vere nobiles. Argu. extra de elect. venerabilẽ. & de præben. venerabilis.

Germani vnde dicantur.

c ¶ *Venatorem.*] existẽtem venatorẽ: ne obijciatur de Eustachio, 86. dist. Esau.

ABOLITIO Sub. qui prius fuit venator, postea fuit sanctus: potest tamẽ aliquis simul esse venator & sanctus. Archidia.

d ¶ *Fama.*] non quòd aliquid ibi esset criminis existimaret ꝓpter fœdus naturæ [t] quia corã omnibus eam nimis osculabatur, & ponebat manus i gremiũ eius: & ideo fuit ei indicta purgatio. sic extra de pur. cano. cap. cum in iuuentute.

[t] Id est, propter sanguinis propinquitatẽ. extra de præsump. cũ in iuuentute. C. de epis. & cle. cũ qui. Archid.

e ¶ *Episcopus.*] Argum. quòd solus metropolitanus non potest audire causam episcopi, etiam ciuilem, vt 11. quæstio. 1. si clericus. & 6. quæstione 4. si inter.

Archiepiscopus solus causã episcopi audire nõ potest.

Scilicet misso vt hic erat. nam de vino hic agitur. Arch.

f ¶ *Bestiarum.*] infra 86. dist. qui venatoribus.

g ¶ *Excõmunicatus abscedat.*] vt non intersit cũ eis negotijs communibus.

Extra de cleric. ven. c. 1. Burc. l. 2. c. 213. Iuo p. 5. c. 366. & par. 6. c. 288. & par. 13. c. 30. Pann. l. 3. c. 167

[*Ex concilio* [a] *Aurelianensi* 4.]

PALEA. C. II.

Episcopum, presbyterum, aut diaconum canes ad venandum, aut accipitres, aut huiusmodi res habere non licet. Quòd si quis talium personarum in hac voluptate † sæpius detentus fuerit; si episcopus est, tribus mensibus à communione [b] suspendatur; diaconus vero ab omni officio, & communione suspendatur.

† *al. volũtate sæpius detentus*

a ¶ Aurelianensi.] *Hæc Palea etiam in decretalibus tit. de cleric. ven. c. 1. citatur ex concilio Aurelianensi, & in Pannormia ex c. 8. Sed in Aurelianensibus, quæ extant, non est inuenta. Burchardus, & Iuo par. 6. c. 288. citant ex Meldensi. Eadem vero sententia est in Agathensi, c. 55. (quod etiam citat Iuo par. 5. c. 366. & par. 13. c. 30.) & in Epaunensi, c. 3.*

b ¶ A communione.] *In decretalibus legitur* à communione, si presbyter, duobus; si diaconus, ab omni officio suspendatur. *Apud Burchardum est*, se à communione suspendat, presbyter duobus; diaconus vno ab omni officio, & communione suspendatur: *neque multo aliter apud Iuonem par. 6. & in concilio Epaunensi. In Agathensi autem, & apud Iuonem par. 5.* Se a communione suspendat; presbyter duobus mensibus se abstineat; diaconus vero ab omni officio, & † communione cessabit. *Verum apud eumdem Iuonem par. 13. ex concilio item Agathensi hoc modo legitur*: se a communione abstineat † presbyter duobus mensibus se abstineat; diaconus vno ab omni officio, vel communione cesset.

† *al. vel*
† *al. suspendat*

PALEA. C. III.

Omnibus seruis Dei venationes, & siluaticas vagationes† cum canibus; & vt accipitres, aut falcones habeant, interdicimus.

a Hac etiam Palea habetur eod. tit. de cleri. vena. c. 2. vbi ex eodem concilio Aurelianensi citatur; quemadmodum & apud Burchardum, & Iuonem. Sententia ijsdem pene verbis est in synodo Francica sub Zacharia Papa, quæ & conciliorũ tom. 3 est inserta, & habetur lib. 5 capitular c. 2 & manuscripto etiam inter epistolas Zacharia in codice sæpe memorato monasterij Dominicanorum.

Concubina autem hic ea intelligitur, quæ cessantibus legalibus instrumentis vnita est, & coniugali affectu asciscitur: hanc coniugem facit affectus; concubinam vero lex nominat. De hac dicitur in concilio Toletano 1. c. 17.

¶ Qui non habet vxorem, sed loco illius concubinam, à communione non repellatur. C. IIII.

IS, a qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet; à communione non repellatur; tamen† vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ sit coniunctione† contentus.

a ¶ Is qui non.] Integer concilij canon, qui apud Iuonem quoque, & in Panormia refertur, est hic: Si quis habens vxorem fidelis, concubinam habeat; non communicet. Ceterum is, qui non habet vxorem, & pro vxore concubinam habet, à communione non repellatur: tamen, vt vnius mulieris, aut vxoris, aut concubinæ (vt ei placuerit) sit coniunctione contentus. Alias viuens abijciatur, donec desinat, & ad pœnitentiam reuertatur. Neque vero omne concubinarum genus eo etiam tempore permittebatur. De quibus quid in legibus gentiliũ Imperatorum legatur, nihil opus est referre. Certe Iustinianus nouella. 18. c. 5. (ne est apud Iulianũ Antecessorem) quasdam concubinas comparat quodammodo vxoribus, quæ sine dotalium tabularũ solennitate ductæ fuerant. Ad quod concubinarum genus referendum est, quod scripsit B. Augustinus in libro de bono coniuga. 1. & refertur infra 32. q. 2. c. solet. In quibus hæc tria erant necessaria: primum, vt vterque esset solutus: deinde fides mutua, quod alteri non iungerentur, neque à procreatione filiorum abhorrerent. tertium, vt vsque ad mortem in ea vita coniunctione manendum sibi proponerent. Et in his quidem scribit B. Augustinus posse aliquo modo dici, nuptias esse, & connubium, quamuis sic habitam non auderet appellare vxorem; quia non interuenerant instrumenta dotalia, & alia, quæ iure ciuili, & canonico requirebantur, vt esset legitima vxor: quod habetur in prædicta nouella 18. & infra 30. q. 5. c. aliter. Itaque huiusmodi mulieres, cum non essent vxores, vocabantur concubinæ: sed ob vitæ rationem, quod præcipue, quod in affectu maritali permanere statuerant, permittebatur ipsis communicare; habebanturque tamquam vxores minus solenniter ductæ. Et hoc illud, quod hic, & in sequenti capite dicitur, pro vxore, & loco vxoris habere concubinam. Idque Gratianus ipse ad finem capitis antecedentis §. concubina. indicauit. Nam concubinarum ad tempus habitarum, etiam si filiorum procreandorum causa haberentur, plane illicitus erat concubinatus: quod asserit idem B. Augustinus, c. audite. infra eod. & in eodem libro de bono coniugali, c. concubina. infra 32. q. 2.

Item Isidorus de dissonantia† noui, & veteris testamenti.

¶ De eodem. C. V.

CHristiano † nõ dicam plurimas †, sed nec duas simul habere licitũ est, nisi vnam tantum, aut vxorem, aut certe loco vxoris, (si coniunx deest) concubinam.

[Ex dictis Augustini in lib. 5 homiliarum, homilia 49.]

PALEA. C. VI.

AVdite charissimi mẽbra Christi, & matris catholicæ ecclesiæ filii. Quod dico cõpetentibus a & fidelibus, audiant pœnitentes. Quod dico fidelibus, dico & cõpetentibus, & pœnitentibus. Audiant catechumeni; audiant omnes, omnes timeant; nemo cõtemnat: sit mihi in cõsolationẽ vester auditus; ne vobis sit in testimonium dolor meus: Competentibus dico; fornicari vobis non licet: sufficiant vobis vxores b; audiat Deus, si vos surdi estis: audiant Angeli, si vos contemnitis. Concubinas vobis habere non licet: & si non habetis vxores; tamen non licet vobis habere cõcubinas, quas postea dimittatis, & ducatis vxores: tãto magis dãnatio vobis erit, si volueritis habere vxores & cõcubinas.

a ¶ Competentibus.] Hoc loco verba sunt ex originali in suum ordinem restituta. Qui autem vocarentur competentes, declarat B. Augustinus in sermone ad competentes atque intelligi etiam potest ex eodem B. Augustino alibi, & ex aliis.

b ¶ Vxores.] In hac præcipue parte non sunt relata propria verba B. Augustini sed nonnulla omissa, ac mutata. Nam ipse ita scribit: sufficiant vobis vxores, aut nec vxores: concubinas vobis habere non licet: Audiat Deus, si vos surdi estis; audiant Angeli eius, si vos contemnitis: concubinas vobis habere non licet: si audiant cõpetentes, quod dico fidelibus, non habentes vxores, non licet vobis habere concubinas, quas postea ducatis vxores; quanto magis damnatio vobis erit si habere volueritis & concubinas, & vxores dimittatis?

3 Ceterum, si non talis concubina fuerit, & ætas illius, de quo agitur, futuræ incontinentiæ suspicionem auferre dinoscitur; apostolica concessione ad ordinem diaconatus proueheri potest.

Vnde Pelagius Papa scribit Florentino † episcopo.

¶ Qui post mortẽ vxoris habuerit [illegible] filios, diaconus fieri permittitur. C. VII.

FRaternitatis tuç relatione suscepta, eius latorem secundas qui-

---

CONCVBINA. Casus. Dicitur hic q in præcedenti dist. accipit cõcubina, quæ cognoscitur vxoris affectu: sed non fuit ducta cum solennitate: & talem lex concubinam vocat. Duo sequentia capitula plana sunt.

a ¶ Concubina.] hic respicit id quod dixi §. proxi. dist. cap. 1.

b ¶ Asciscitur.] idest amplectitur.

c ¶ Lex.] Canonica, vt infra cap. prox. vel etiam lex ciuilis: quia concubinatus à lege nomen accepit, vt ff. de concu. in concubinatu.

d ¶ Si qui.] 30. q. 5. aliter. contra. Sed ibi loquitur quãdo nõ constat de mutuo consensu.

e ¶ Coniunctione.] secundum leges ita est, quòd si impares sunt personæ contrahentiũ, non præsumitur matrimoniũ, nisi dotalia instrumenta interueniãt. C. de nup. imperialis. §. imo. & illud ff. de do. donationes. secus si pares. ff. de ritu nup. in liberæ. secundum canones semper præsumitur adulterium nisi appareant legales solennitates, vt 30. q. 5. aliter, extra de clande. despon. cum inhibitio.

f ¶ Christiano.] Cõcubinam.] idest, mulierem non solenniter ductam: si tamen mutuus consensus interuenit. alias concubinam non licet habere, vt 32. q. 4. nemo.

CETERVM. Hæc est tertia pars distinctio. in qua dicitur, quòd vero concubinatio ex causa potest dispensari. Ioannes de fan.

Casvs. Dictum est supra, q si quis præter vxorem habuit vanis affectu concubinã, promoueri nõ potest: sed si fornicariam habuit, nec habetur suspectus de incontinentia in futuro, poterit promoueri.

¶ Fraternitatis.] Casvs. Clericus quidã mortua vxore in subdiaconum est promotus, qui secũdas nuptias non contraxit, verũtamen cũ Micena ancilla sua fornicationem cõmisit: modo volebat in diaconũ ordinari: vnde quæsiuit Florentius episcopus an posset

---

'Nam & ca. nõ des repellatur. 31. dist. Nicæna. Ambrosius.

De hoc not. rad. q. notitam. in 6. 6. q. 4. cõ sanguineorum. in fine.

Et 35. q. 3. de consanguineorum, & iam i Iconica ri Isiæ. 18. dist. ornamenta. hic.

Extra de cler. ven. c. 2. Burc. l. 2. c. 214 Iuo p. 6. c. 289.

† al. fatigationes

Iuo par. 8. c. 64. Pann. l. 6. c. 49.

† al. tantum

† al. fidelem

† al. tantum

† al. consonantia

Iuo p. 8. c. 66. Pann. l. 6. c. 50.

¶ Cum hoc sensu ordat eius. de: non in l. 6. post. ten. et a. p. inc. ff. 6. quæ cau. & gl. in sancte, de tituo. li. se. §. & q. Ircus. in ver. fũiord. & idon. Ang. tui. 3. ad ho. & deiho. plurima. porite memerd trid. tum addo Bar. in l. a. gramma. ad fin. a. ad bo. tu. us.

Burch. l. 9. c. 33. Poly. l. 6. tit. 8. Iuo p. 8. c. 153. Pann. l. 6. c. 43.

† al. Florentio

Ans. l. 7. c. 68. & 73. Poly. l. 2. tit. 11.

possit? Et respondet Pelagius Papa q̄ sic, duabus rationibus. Vna est, quia defectus nostri temporis non patitur rigorem antiquorū canonum valere: & quia ætas istius subdiaconi suspicionem incō tinentiæ à se remouere videtur: Micena vero ancilla, de qua confessus est filios habuisse, monasterio tradatur. Plana sunt quæ sequuntur vsque ad §. quod ergo.

a *Non patitur.*] Ecce casus vbi plus iuris habet luxuria q̄ castitas: quia castus repelleretur si duxisset eam secunda. sed fornicator non. ad idem facit extra de biga. ca. circa. Item p illud cap. quidā dicunt derogatum esse illi 45. dist. cap. vlt. q̄a cū illud sit æquitas & illud rigor, merito æquitas præponitur rigori, vt 45. dist. licet. 50. dist. ponderet. extra de sur. cap. vlt. C. de iudi. placuit.

b *Professura.*] alibi dr̄ q̄ debet vendi, vt 82. dist. quidam. alibi dr̄ q̄ redigitur in seruitutem, vt 32. dist. eos. Sed dic q̄ diuersitas pœnarum ī po dat optionem, vt extra de offic. deleg. de causis. Vel distinguas an sint publice ductæ quasi vxores, vel non. 15. q. vlt. cū multæ. Sed qualiter præcipitur isti intrare religionem, cū hæc res non sit præcepti, vt 32. q. 1. integritas? Dic quòd ratione delicti cogitur intrare monasterium quandoque aliquis ad agendam pænitentiam, vt 50 dist. si ille. & 81. dist. si quis clericus. vel expone, iubemus, id est, consulimus.

c *Si quis.* ¶ *Nullatenus.*] Hic de stricto iure loquitur, vt illud 25. distinct. primum.

Arg. ad hoc 21. q. 2. in summa. — Religionē quandoque cogitur quis intrare.

dem nuptias expertum non fuisse didicimus; castitatē tamen eum priori non seruasse coniugio designasti. Et quamuis multa sint, quæ in huiusmodi casibus obseruari canonice iubeat sublimitatis auctoritas: tamen quia defectus nostrorum temporum, quibus non solum merita, sed corpora ipsa hominum defecerunt, districtionis illius non patitur in omnibus manere censuram, & ætas istius de quo agitur, futuræ incontinentiæ suspicionem auferre dinoscitur; vt ad diaconatum possit prouehi, temporum, vt dictum est, conscendentes defectui concessisse nos noueris. *& infra.* ¶ Micenam vero ancillam eius, de qua se post transitum vxoris filios habere confessus est, iubemus, vt tua dispositione cuiquam monasterio cōtinentiam professura tradatur[a].

al. cum — al. sublimitatis — al. Misenum

a ¶ Tradatur.] *Apud Anselmum sequitur:* vt meliori sorte ad quod promouetur officiū, sub bonæ posuit famæ merito ministrare; nec aliqua opinionis eius maculandæ reliquatur occasio: *neque multo aliter in Polycarpo.*

Hoc ex dispensatione misericordia: ceterum ex rigore disciplina intelligitur illud Aurelianensis[a] concilij.

a ¶ Aurelianensis.] *hoc ad verbum habetur in conc. Gerundensi, c. 8.*

¶ Non admittatur ad clerum, qui præter vxorem, aliam cognouerit. C. VIII.

Burch. l. 2. c. 38. Iuo. p. 6. c. 139.

SI quis de laicis post vxorem, aliam cuiuscumq; conditionis cognouerit mulierem, in clericum nullatenus admittatur.

Quod ergo de pellice, & meretrice apud Gregorium, & Innocentium scribitur; propter spem futuræ incontinentiæ constitutum creditur: quia difficile continentiam seruat, qui se illicito concubitu maculare nō metuit. Vel prohibetur ordinari, qui pellicem, vel meretricem cognouerit maritali affectu: vel quia corrupta florem virginitatis amiserit, vel quia meretricari non desinit, licet in vxorem ducatur. Vtrumque enim, impedimentum cuilibet præstat, quominus ad sacros ordines pertingere valeat.

al. &

Vnde Hilarius Papa in synodo Romana, c. 2. scribit dicens.

QVOD ERGO. Hęc est quarta pars huius dist. in qua probat per sex auctoritates sanctorum patrum, q̄ nullus eps̄ debet ordinare bigamū, vel viduæ maritum, illiteratum, pænitentem, obnoxiū curiæ: nec illū qui cognouit vxorem suam postquam sciuit illā adulteram. Ioan. de Fan.

CASVS. Dictum est s̄. in cap. fraternitatis. q̄ ille, qui fornicatus est, potest promoueri. sed q̄a videbatur c̄trium ei quod dictum est s̄. in 33 dist. in cap. maritū. & cap. laici. ideo constitutum est, q̄a tales cū difficultate cōtinentiā seruant: vel q̄a corruptæ erant cum quibus contraxerunt: vel meretricari non cessant, licet in vxores ducātur. & hoc probatur p cap. quæ sequuntur.

d ¶ *Meretricari.*] hæc ratio non ualet: quia numquam maritus corruptæ promouetur.

Bub. & illud. 1. q. 7. si quis omnium.

¶ Qui virginem non duxit vxorem, ad sacros ordines non accedat. C. IX.

Ans. l. 7. c. 14. al. 15. Pann. l. 3. c. 50. canendum] orig. gradus] orig.

CAuendum ergo in primis est, ne ad sacros ordines (sicut gestis prioribus ante præscriptum est) quisquam, qui vxorem non virginem duxit, aspiret.

forte] Scyllatino

Item Gregorius vrbis Romanæ præsul Squilatino Epis. lib. 2. epi. 25.

¶ Bigamus, vel pænitens, corpore vitiatus, vel literarum ignarus, curiæ vel conditioni obnoxius, clericus non fiat. C. X.

Ans. l. 7. c. 35. al. 42. Poly. l. 2. tit. 31. Iuo. p. 8. c. 188.

PRæcipimus, ne umquam illicitas ordinationes facias: nec bigamum, aut qui virginem non est sortitus vxorem, aut ignorantem litteras vel in qualibet parte corporis vitiatum vel pænitentiæ vel curiæ, aut cuilibet conditioni obnoxiū ad sacros ordines permittas accedere: sed si quos huiusmodi repereris, non audeas promouere.

al. pænitentem. al. publicæ pænitentem. al. solenniter pænitentium

Item in Neocæsariensi concilio, c. 8.

¶ Non fiat sacerdos, cuius vxorem euidenter constat adulterium admisisse. C. XI.

Ans. l. 7. c. 19.

SI cuius vxorem adulterium commisisse, cum esset laicus, euidenter fuerit comprobatum; hic ad ministerium ecclesiasticum admitti non potest. Quòd si in clericatu iam eo constituto, adul-

CAVSA. Cauendū] In hoc cap. dicitur q̄ ad sacros ordines p̄mouerì non potest qui uxorem uirginem sortitus non fuerit.

e ¶ *Virginem duxit.*] 30. q. 5. qualis.

PRæcipimus.] CASVS. Septem genera hominum in hoc cap. enumerantur, qui à promotione repelluntur, ut bigamus, &c.

f ¶ *Ignorantem litteras.*] scilicet prorsus, ut 36. dist. illiteratos.

g *Vitiatum.*] enormiter.

h *Vel si quos.*] iam ordinatos supple. aliter idem repeteret.

Ex. 1. q. 1. § ex eo si clericus, ver. hoc. sol. extra li. 6. de temp. or. nullus vor. pœna impo nitur talem ordinanti.

SI cuius.] CASVS. Aliquis accepit virginem in vxorem & ipsa postea adulterium commisit, quærebatur vtrum talis deberet promoueri, vel remanere in ordine iam suscepto. Et rn̄det q̄ si laicus est, non potest postea ad ecclesiasticū ordinem promoueri: si clericus est, dimittat eam: alioquin sit à ministerio alienus. Idem est ex toto casu sequentis capituli.

i *Admitti.*] Sed nonne hic vr̄ nimius rigor, q̄ aliquis sine culpa sua puniatur? Propter hoc intelligunt quidā quod hic dr̄, q̄n ma

Luxuria quandoque plus iuris habet, quam castitas. — Sed quod forni non debet, vt videtur 16. q. 7. inventum 56. distin. facit. 74. distin. quidam ex etiā.

teravit, dato repudio dimittere eam debet. Si vero retinere eius consortium velit, non potest suscepto ministerio perfrui.

Item ex concilio Martini Papæ.

¶ De eodem. C. XII.

Apud Martinũ Bracarensem, cap. 28.

SI laici† vxor in adulterio fuerit deprehensa, hic talis ad ministeriũ ecclesiasticum nullo modo adducatur. Si autem post ordinationẽ alicuius clerici vxor adulterata fuerit, dimittat eam. Si autem cum ipsa voluerit permanere, à ministerio alienus sit.

† *alicuius laici*] orig.

Præmissis auctoritatibus bigami, & qui virgines non sunt sortiti vxores, à sacris ordinibus prohibentur. Sed quæritur, si quis ante baptisma viduam duxerit vxorem, an propterea sit prohibendus à sacris ordinibus.

De his ita scribit Innocentius Papa Victricio Rothomagen. episcopo, epistola 2. c. 5.

¶ Qui ante baptisma, seu post baptisma viduam duxit vxorem, non admittatur ad clerum. C. XIII.

Ans. l. 7. c. 11. Iuo par. 6. c. 55.

SI quis[a] viduam (licet laicus[b]) duxerit vxorem, siue ante baptismũ, siue post baptismum, non admittatur ad clerum: quia eodem vitio[c] videtur exclusus. In baptismo enim crimina dimittuntur, non acceptæ vxoris consortium relaxatur. *& infra.* ¶ Quòd si non putatur vxor esse computanda, quæ ante baptismum ducta est, ergo nec filij, qui ante baptismum geniti sunt, pro filijs habeantur.

C. 6. eiusdem epist.

Prohibentur etiam bigami à quolibet ordine clericatus, iuxta illud Ambrosii epist. 82. ad Vercellensem ecclesiam.

¶ Qui secunda coniugia sortitur, clericus non fiat. C. XIIII.

Iuo p. 8. c. 290. Pann. l. 6. c. 63.

COgnoscamus non solum hoc de episcopo, & presbytero[d] Apostolum statuisse; sed etiam Patres in concilij† Nicæni tractatu addidisse[e], neque clericum quemquam debere esse, qui secunda coniugia sortitus sit.

† *concilio Nicæni tractatus*] orig.

Similiter etiam viduarum mariti, vel ancillarum, vel meretricum, clerici fieri non possunt.

Vnde in canonibus Apostolorum, c. 18. legitur.

¶ Spectaculis publicis mancipatam vel eiectam, vel ancillam ducens vxorem, diaconus non fiat. C. XV.

SI quis viduam, aut eiectam acceperit, aut meretricem, aut ancillã, vel aliquam de iis, quæ publicis spectaculis mancipantur, non potest esse episcopus aut presbyter, aut diaconus, aut ex eorum numero, qui ministerio sacro deseruiunt.

Quæ autem sit vidua, quæ eiecta, vel meretrix, Hieronymus epist. 128. ad Fabiolam de veste sacerdotali ostendit dicens.

---

ritus patronus est turpitudinis, & leno: sed certe sic repelleret ꝑ ꝓpriũ delictũ, vt 32. q. 1. cap. 1. & 2. Dic ergo ꝙ ideo prohibet, q̃ est maritus corruptæ: tñ si non cognouit eam post adulterium perpetratũ, promouet, vt j. ea. cap. vlt. Sed pone ꝙ vir accuset vxorem de adulterio: nũqd pendẽte accusatione tenet ei reddere debitũ, si talis est q̃ vult ꝓmoueri? Dicunt qdam ꝙ nõ: qa si reddit, fit ei ꝓiudicium: sicut nec cogitur reddere debitũ ei quã audiuit esse ãcillã, vt extra de cõiugio seruorũ, proposuit[c]. Sed tñ ibi alia ratio est: qa cum serua non est matrimonium, sed hic est matrimoniũ: vnde melius vr̃ ꝙ sibi præiudicet cognoscendo eã, q̃ ꝙ illi iniuriam faciat, scilicet denegãdo ei debitũ. & sm hoc sequit ꝙ aliqs punitur ex eo qd̃ tenet facere ex necessitate, & est ʒ 11. 23. q. 4. Nabuchodonosor[a]. vbi dr̃ ꝙ nemo puniendus est ex eo, qd̃ necesse habet facere. Item ex hoc sequeret ꝙ aliquis ꝓ vno facto mereret pœnã & præmium: quod est ꝯ 1d 8. q. 1. sciendum. Item ex hoc sequitur, ꝙ aliqs pro vno facto & meretur & demeretur: quod est contra id ff. de neg. gest. siue. meretur enim dum cognoscit vxorẽ, vt 33. q. 5. cap. 1. Et ꝙ vna res habet ꝯrios effectus: quod est ʒ id ff. de sol. qui hominem. §. vlti. Ioan. Posset tñ dici ꝙ si maritus reddat debitũ vxori corruptæ, nõ ꝓiudicet sibi quin possit promoueri: quia tũc potius dr̃ cognosci ab vxore, quãm cognoscere ipsam, vt 32. q. 5. ita ne. sicut nec facit sibi præiudicium qn possit eã accusare de adulterio: licet sit argu. contra 33. q. 1. si quis. ff. sol. mat. cum mulier. ff. de adul. si vxor. §. vlti. quid iuris sit de hoc, in quæstione notaui, ibi videas, &c. Posset tñ probabiliter dici, ꝙ sibi præiudicat quo ad legẽ promotionis quæ factum solum requirit, non quo ad legem Mosaicam, vt 15. q. 1. §. sit. non obstat ꝙ inuitus hoc fecit, vel passus fuit: arg. 16. dist. acutius. hoc totum determinat decre. extra vt lite pen. c. 2. Barth.

S. *I laici.*] PRAEMISSIS. Casus. Ex supradictis infert Gratianus, ꝙ bigami, & qui virgines non habuerunt vxores, ꝓmoueri non possunt. Nunc incidenter quærit an ille, qui ante baptisma viduam duxerit vxorem, possit promoueri: & probatur ꝙ non, per seq. c.

S. *I quis viduam.*] Casus. Quidam dicebat, ꝙ si quis ante baptisma viduam duxerit in vxorem, ꝙ propter hoc non debet repelli a promotione: quia illa vxor non reputat. quare Victricius Rothomageñ. eps quæsiuit an hoc esset verum? Et respõdet Inno. siue ante baptisma, siue post viduã duxit vxorẽ, repelli debet a ꝓmotione: quia eadem causa videtur exclusus qui ante baptisma duxit eam, qua is qui post baptisma. Nam in baptismo vitia dimittuntur, & non consortium vxoris: alioquin qui ante baptisma nati sunt, non debent filij reputari. Omnia quæ sequuntur vsque ad

cap. si subdiaconus per te videre potes.

a *Si quis.*] hoc bene habes in Authen. de san. episc. §. clericos autem non aliter ordinari. coll. 9.

b *Laicus*] Ideo dicit de laico, qa minus videret de eo: vel ideo q̃ si clericus hoc faceret, non solũ non promoueretur, sed omni priuilegio ecclesiasticæ dignitatis priuaretur, vt 84. dist. quisquis.

c *Vitio*] id est, defectu, s. 56. dist. quia simpliciter. & 26. dist. acutius.

d C. *Ognoscamus.* *Et presbytero.*] supple & diacono. 81. dist. c. 1.

e C. *Addidisse.*] Augu. tamen dicit ꝙ secundũ interpretationem apostolus intellexit, de quolibet ordine, vt 8 ...

SIMILITER. Hæc est 5. pars dist. in qua dicit, quòd qui contrahit cum ancilla, vel cum ioculatrice, non potest fieri episcopus vel presbyter. Io. de Fan.

S. *I quis.*] *Ancillam.*] Sed quare hic prohibetur, cũ tamen eo ipso quod aliquis ducit ancillam suam in vxorem, ipsa libera efficiatur? vt C. de la. li. tol. Authen. ad hoc. & C. de oper. lib. libertæ. similiter tenet matrimonium cum aliena ancilla, vt 29. q. 2. cap. 1. & 2. Respondeo propter prærogatiuam sacerdotij. Vel ideo quia non videtur ibi esse plenum matrimonium, vt 32. q. 2. sicut non omnis. & ideo non videtur ibi esse plenum sacramentum. Vel hoc ideo contingit: quia vilis persona præsumitur qui contrahit cum ancilla.

Vidua

a *Vidua est.*] Vt hoc melius intelligas, dic quod vidua dicitur quæ à viro idua, id est, diuisa vel separata est. Nā iduo, as, dicitur separare vel diuidere. & dicit sic ab idus qd est diuisio vel separatio, secundum Pol. & dic vidua, scilicet ea cuius copula quis impeditur. Hug. Ioan. de Fan.

ti deberet? Et respondet Martinus Papa, quod debet redigi inter minores ordines: epistolam vero postea legere non debet. Sequens autem S. patet.

e *Si subdiaconus.*] collige casum ex eo quod habetur §. 31. dist. 5. similiter in fine.

Ma-

Iuo p. 8. c. 297. Pann. l. 6. c. 68.

¶ Quæ sit vidua, vel eiecta, vel meretrix. C. XVI.

Vidua est [a], cuius maritus [b] est mortuus: Eiecta est, quæ a marito viuente proijcitur. Meretrix [c], quæ multorum [d] libidini patet.

Apud Martinū Braca. c. 44. Ex concil. Toletano 1. c. 4.

† Hæc verba, non regulam præfigēdo, alibi sunt ab aliquot exemplarib.

7 *Sed postea temporum defectui condescendens Papa Martinus in minoribus ordinibus eos constitui permisit, non †regulam præfigendo, dicens.*

¶ Inter lectores, vel ostiarios deputetur subdiaconus secundam duxerit vxorem. C. XVII.

Si subdiaconus [e] secundam vxorem duxerit, inter lectores [f] vel ostiarios habeatur, ita vt Apostolum non legat.

Necessitate tamen exigente bigamus vsque ad subdiaconatum potest promoueri.

Vnde Martinus Papa ait.

Ibidem. c. 43. Ex concil. Tolet. 1. c. 3.

¶ Viduam ducens vxorem, subdiaconus, si necessitas exigat, fieri potest. C. XVIII.

Lector, si viduam alterius, vxorē acceperit, in lectoratu permaneat; aut si forte necessitas fit, subdiaconus fiat [g]; nihil autem supra. Similiter, & si bigamus fuerit.

8 *Quibus autem propria coniugia prohibentur, interdicitur etiam nuptialibus conuiuijs interesse.*

Vnde in Agathensi concilio, cap. 39. legitur.

Burc. l. 2. c. 134. Iuo p. 6. c. 208. Poly. l. 4. tit. 31.

¶ Nuptiarum conuiuijs presbyteri interesse non debent. C. XIX.

Presbyteri [h], diaconi, subdiaconi, vel deinceps, quibus ducendi vxores licentia [*] non est, etiam alienarum [h] nuptiarum euitent conuiuia; nec his cœtibus misceantur, vbi amatoria cantantur, & turpia; aut obscœni motus corporum choreis, & saltationibus efferuntur; ne auditus, aut obtutus sacris mysterijs †deputati turpium spectaculorū, atque verborum contagione polluantur.

† al. ministerijs

* Licentia non est.] *In codicibus impressis legebatur*, licentia modo non est. *Expuncta est dictio*, modo, *quæ neque in originali, neque in vetustis exemplaribus Gratiani, aut Burch. Iuonis, concilio Veneto c. 11 (vbi hoc idem repetitur) habetur. Ac presbyteris quidem numquam, ne apud Græcos quidem, licuit ducere vxores.*

Vidua vero intelligenda est, si post solenne fœdus nuptiarum, morte interueniente, à viro suo diuisa fuerit. Cæterum, si antequam conueniant, fatali necessitate ab alterutro diuisi fuerint; licet ex sponsalibus vxor sit appellata, non tamen post mortem sponsi, etiam si in propria sit ducta, & cum eo velata, vidua appellatur; nec ex eius copula à sacris ordinibus aliquis prohibetur.

Vnde Pelagius Papa scribit.

Simile 27. q. 2. c. qd autem §. item si sponsa. Iuo p. 6. c. 113.

† al. sponsa
† al. interim

¶ Qui cum alio velatam, non tamen illi nuptam, vxorem duxit, sacerdos fieri non prohibetur. C. XX.

Valentino [i] clerico, cui mulier cum alio ante velata, non tamen et nupta, sed virgo permanens, post mortem eius, cum quo velata erat sponsa†, coniugali est copula sociata, quia iterum velamen accepit, nullum in promouendo generetur obstaculum; quia nihil est (quantum ad hunc articulum pertinet) quod ei de canonicis obuiet institutis.

f *Inter lectores.*] hoc ex dispēsatione: sed de iure communi perdit priuilegium clericale, vt 84. distin. quisquis. ideo fit hoc ex dispensatione, quod remanet in lectoris minorib. ordinib.

Dispēsatio vero potest esse bigamo factam.

Ebor.] Dicitur in hoc c. quod si aliquis in minoribus ordinibus constitutus viduā duxit in vxorē, vel bigamus fuerit, ex dispensatione poterit ad subdiaconatū promoueri, alias non.

g *Fiat.*] Sic ergo Papa dispēsat contra Apostolum, vt hic, & 32. dist. presbyter. Innocentius tamen dicit, quod non licet dispensare cum bigamo, vt extra de bigamis, nuper. & hoc idē dicit Martinus. 50. dist. si quis viduam. Lucius tamen dispēsauit cum Panormitano archiepiscope, q fuit bigamus. Item habes hic, quod licet fit dispensatum in vno ordine, non ideo intelligitur dispēsatum in ceteris, vt 12. dist. nos cōsuetudinem. & 50. dist. quicumque pœnitens. sic dispēsatur in primo matrimonio, & non in secundo, vt 36. q. 2. si autem.

* Non est ab surdū quod ad ius positum. Vide B. Tho. 4. dist. 2. q. 3. 3.

Presbyteri.] Dicitur in hoc cap. quòd illi quibus non est licitum contrahere matrimonia conuiuijs nuptiarum interesse nō debēt, ne propter motus obscœnos & turpia cantica visus & auditus eorum contaminentur.

h *Etiam alienarum*] Et si clerici fuerint in aliquo cōuiuio, & adueniāt ioculatores, surgant, & recedant de mensa. vt de consec. distin. 5. non oportet.

Vi... Dictum est supra quòd qui viduam habuit vxorem, repellitur à promotione. Nūc vero dicit, quòd vidua

b *Maritus*] qui in eam gessit maris ritus, eam carnaliter cognoscendo. Lau.

c *Meretrix.*] alibi dicitur meretrix cuius turpitudo publice venalis est. 32. q. 4. meretrices.

d *Quæ multorum.*] quæ admiserit plures quàm 23. millia hominum, vt 45. dist. disciplina. vel quæ admisit 60. vt extra de clerico. excom. cap. latores.

Adde glo. de spon. inter opera gl. & cyn. in leg. mercā em. C. de cō. ob tur. causam. Bald. in l. neque natales. C. de prob.

... Hæc est vij. pars huius dist. in qua ponit quomodo olim cum bigamus dispensatum fuit, vt subdiaconus esset. Ioan. de Fan.

e *Subdiaconus.*] Quidam promotus ad subdiaconatum secundam duxit vxorem, quærebatur quam pœnam pati

est cuius vir post copulam carnalem est defunctus. Verumtamen si ante quam cognosceretur à viro suo, mortuus fuerit vir eius, non debet propter hoc vidua appellari, licet traducta fuerit & velata. Et si quis cum tali contraxerit, non repellitur à promotione. quod probatur seq. cap.

Valentino.] Valentinus duxit quandam in vxorem quæ antea fuit alteri desponsata, & cum illo velata: sed non fuit ab eo cognita, quia fuit morte præuentus, & sic virgo permansit. Dicitur hic, quod propter hoc Valentino nullum impedimentum generatur quin valeat promoueri post mortem vxoris, vel ea viuente de consensu ipsius.

i *Valentino.*] hunc casum habes extra de biga. debitum.

DISTINCTIO XXXV.

A Quibus[a] ordinibus bigami prohibeantur, & utrum reputentur bigami, qui ante baptismum habuerunt unam, & post baptismum alteram, & an liceat sortiri uxores in sacris ordinibus constitutis, multorum auctoritatibus breuiter monstratum est. [b] Sequitur autem in descriptione illa Apostolica, ut sit sobrius, qui ordinandus est, non vinolentus: quod ex auctoritate veteris testamenti introductum est. Ministri enim templi prohibentur vinum, & siceram bibere, ne ebrietate grauentur corda eorũ, & ut sensus eorum vigeat semper, & tenuis sit, vel quia venter[b] mero æstuans facile despumat in libidinem. Unde Noe in ebrietate nudauit fœmora: Loth, quẽ Sodoma non vicit, vina vicerunt. ¶ Quòd tamen † vinolentus esse prohibetur, non semel, sed frequẽter vino repletus debet intelligi.

Prima Tim. 3. & in glossa ad eũ locum habẽtur hæc omnia ex Hiero. epist. 83. 1 Tim. 3. Leuit. 10. ȷ. ead. c. venter. Gen. 9. & 19. Gi ... 2. Tim. 3.

Hinc etiam in canonibus Apostolorum can. 43. & 42 legitur.

¶ Diaconus, presbyter & episcopus ebrietati, & aleæ deseruientes, nisi desierint, deponantur †. C. I.

EPiscopus, aut presbyter, aut diaconus, aleæ[c], atque ebrietati deseruiens aut desinat[d], aut certe damnetur †, Subdiaconus, aut lector, aut cantor similia faciens aut desinat, aut communione priuetur[f]. Similiter etiam laicus.

† communione priuentur. Burch. lib. 4. c. 5. Poly. l. 6. tit. 17. Iuo p. 13. c. 73. Pann. l. 3. c. 730. Rab. pœn. c. 28.

Item Hieronymus libro primo contra Iouinianum.

¶ Esus carnium, & vini potus, post diluuium concessus legitur, post Christi aduentum inhibitus. C. II.

AB exordio cõditionis humanæ nec carnibus[g] vescebamur, nec dabamus repudium, nec præputia nobis eripiebantur in signum[h]. Hoc cursu ad diluuium usque peruenimus. Post diluuium autem cũ datione legis, quam implere[i] nullus potuit, carnes ingestæ sunt ad vescendum, & repudia concessa duritiæ[k], & cultellus circumcisionis appositus, quasi Dei manus plus in nobis creauerit quam necesse est. Postquam autem Christus venit in fine temporum, & ω[l] reuoluit ad α[m], & extremitatem retraxit ad principium, nec repudium nobis dare permittitur, nec circumcidimur, nec comedimus[n] carnes, dicente Apostolo [Bonum est vinum non bibere, & carnes non comedere]. Et vinũ enim cum carnibus post diluuium dedicatum est[o].

Mat. 19. Act. 15. Gal. 5. Rom. 14.

Idem lib. 2. contra Iouinianum.

¶ Alienum est a sapiente potationibus & ebrietatibus vacare. C. III.

LUxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas; omnis, qui cum his miscetur, non erit sapiens.

Prouerb. 20.

Idem in Micheam ad c. 2.

A Quibus.] Casus. Dictum est supra a quibus ordinibus bigami prohibeantur, & utrum bigami reputentur, qui ante baptismum unam, & post baptismũ alteram, uxores habuerunt, & an liceat sortiri uxores in sacris ordinibus constitutis. In hac vero 35. distin. prosequitur Gratianus tertiũ cap. Apostolicæ regulæ, scilicet, oportet ordinandũ nõ esse vinolentũ, sed sobrium, quia in vete. testa. ministris tẽpli prohibebatur vinum & siceram bibere, ne propter ebrietatem corda eorũ grauarentur: & quia vẽter mero æstuãs despumat in libidinẽ. & hoc probatur exẽplo Noe, & exẽplo Loth: & dicit quòd vinolentus est qui frequenter vino repletur. Sequẽs cap. patet.

a ¶ A quibus] Hic agitur de tertio cap. apostolicæ regulæ, oportet ordinandũ non esse vinolentũ, sed sobrium. & introducit multa in cõmẽdationem abstinentiæ, & in reprobationẽ ebrietatis. interserit etiã de pœna illorũ, qui hic quieti indulgent ... & dicit ꝙ minores corporaliter puniuntur, maiores post admonitionẽ xxx. dieb' cõionẽ priuantur, ut ȷ. ea. c. vl. 3.

b ¶ Quia venter.] pinguis venter grossum generat sensum. 44. dist. §. hi ergo.

c ¶ Episcopus.] ¶ Aleæ] clerici non debent ludere, vel ludis interesse, ut extra de vi. & ho. cler. clerici. nec participes erunt ludentibus, nec inspectores ludi, ut in Auth. de sac. episco. §. interdicimus. coll. 9. sed nũquid potest repeti id, quod in alea perditur? Dicunt quidam ꝙ non, sed pauperibus est eroganda pecunia illa. arg. 14. q. 5. non sane. cũ enim turpitudo vertitur ex parte utriusque, melior est conditio possidentis. ff. de cond. ob tur. cau. l. si ob turpẽ. tamen ... credo ꝙ possit repeti, ut ff. de aleatoribus. l. vlt. in fi. etiã usque ad quinquaginta annos, ut dicit græca constitutio. C. de religio. & sump. fun. & de alea. Et si quis existens in alea rem suam vendiderit, tenetur de euictione, ut ff. quarerum actio nõ da. si filio. §. 1. licet autem hic prohibeatur ludus, tamen pro conuiuio habendo potest ludi. ff. eo. l. vlt.

d ¶ Deseruiens.] id est, valde seruiens, ut illa præpositio, de, augmentet. ff. de pe. ... l. 1. in princ. quãdoque priuat, ut ibi,

Sæpe precor mortem, mortem quoque deprecor idem.

e ¶ Aut desinat.] Non ergo pro quouis delicto statim episcopi debent fulminare, ut vel excõmunicent, vel deponant. 45. ad idem facit 67 distin. episcopus. & 92. dist. cap. vlt. Si quoties peccant homines, sua fulmina mittat Iupiter, exiguo tempore inermis erit.

f ¶ Priuetur.] aut verberetur, ut infra ea. cap. vlt.

AB exordio] Casus. In hoc cap. triplex status humani generis denotatur. Nam a principio mundi carnes non comedebamus, nec dabamus libellum repudij, nec circumcidebamur. post diluuium vero data lege vinum cum carnibus est assumptũ; & repudij licentia est concessa, & cultellus circumcisionis est datus. Postquam vero Christus venit, ω reuoluit ad α, id est, finis ad principium: quia hodie non circumcidimur, nec damus repudij libellum, nec carnes omni die comedimus, dicente Apostolo, Bonum est vinum non bibere, & carnes non comedere.

g ¶ Nec carnibus.] tamen Lamech fuit venator, sed illud fuit propter pelles, non propter carnes. 31. q. 1 quomodo.

h ¶ In signum.] ut per eam homines discernerentur ab alijs. vel fuit signum interioris circumcisionis, vel fuit signum futuri baptismi: quia tunc per circumcisionem tollebantur peccata, sicut nũc per baptismum, ut ȷ. de consecra. dist. 4. ꝙ autem apud nos.

i ¶ Implere] 5. dist. 4 erit contra. Sed dic, ꝙ facile non potest impleri. Vel dic ꝙ tunc nullus potuit eã implere quo ad hoc ut adipisceretur vitã æternã; q̃a per circũcisionẽ nõ aperiebatur ianua cæli, licet ianua inferni esset præclusa. secus hodie per baptismũ. extra de bap. maiores. Vel ideo istud dicit, q̃a p̃rietas fuit in lege. cum enim p̃ceptũ fuit ꝙ sabbati die nõ fieret aliqđ opus, itẽ p̃ceptũ fuit ꝙ viij. die circũcideretur puer, potuit cõtingere ꝙ sabbatum esset dies viij. ab ortu pueri, sed tñ i hoc nõ peccabãt, quia excusabãt p p impossibilitate: ideo aũt fuerũt eis data dura p̃cepta, q̃a ex superbia eorũ dixerũt, nõ deest qui impleat, sed deest q̃ iubeat.

k ¶ Duritia.] tamẽ peccatum erat, ut extra de diuor. gaudemus.

l ¶ Et ω] quæ est ultima littera Græcorum.

m ¶ Ad α] quæ est prima Latinorum & est argu. ꝙ restituta re ad pristinum statum, priora iura restituuntur, ut 16. q. 6 si quis de corpore. ff. de ser. rusti. præd. hi qui. alias. & Attilicinus. itẽ argu. ꝙ non fit iniuria rei, si restituitur ad pristinum statum. ff. de pac. si voiis. §. quod & in specie dotis.

n ¶ Nec comedimus] id est, suademus non comedere, cõsiliũ est.

o ¶ Dedicatum est] id est, in usum assumptum.

Lamech fuit venator. Circumcisio & baptismus differunt. Hoc sententia ... primo lib. reg. cap. 8.

Eccles

E *Ecclesiæ principes.*] CASVS. Quidam prælati cum populum admonere deberent ad ieiunia seruanda, fartis corporibus & rubentibus buccis prædicabant: quos inuehitur Hiero. & aucto ritate Micheæ prophetæ probat eos deijciendos à prælaturis suis in tenebras exteriores: quas vitare possunt, si imitentur apostolos non solum sermone, sed etiam vitæ conuersatione. Quæ autem se quuntur, plana sunt vsque ad cap. sexto die.

a ¶ *Principes*] id est, prælatos, vt de consec. dist. 1. corpora.
b ¶ *Propheticus.*] scilicet Micheæ.
c ¶ *Lautisque.*] id est, delicatis.
d ¶ *Epulis conquisitis.*] id est, terrenis deliciis, quæ multo labore quæruntur. de conse. dist. 5. ne tales.
e ¶ *Exteriores.*] id est, ex toto extra lucem. arg. 40 dist. qualibet.
f ¶ *Buccas.*] Plenus venter facile de ieiuniis disputat. 11. q. 3. gloria epi. Arg. quod archidiacono cum visitat parochias non est exhibenda procuratio, vt 10. q. 3. illud. Hoc verum est ante visitationem factam. extra de cens. exigit. Grego. x.

S *Sexto die.*] CASVS. Secundum H. cap. istud diuidit in tres partes. In prima parte Ambr. detestat vinū gulæ, & cōmendat abstinentiam in cibo: & hoc probat per Adam, quod dum voluit abstinere à cibo vetito, perseuerauit in bono. sed postquam non abstinuit, spoliatus est omni bono gratuito, & vulneratus est in naturalibus. In sa parte quæ incipit ibi, *Et infra*: detestatur ebrietatem: & hoc per Noe, quod propter ebrietatē nudatus est: ex qua ebrietate seruitus est secuta. & per Loth, qui propter ebrietatem cōmisit incestū cū duabus filiabus suis. In tertia parte, quæ incipit ibi, *At non Abraham* cōmendat sobrietatē in vino: & hoc per Abraham, qui angelis hospitibus suis non vinū, sed lac apposuit. Et per Ioannem Baptistam, qui nec vinū bibit, nec panem comedit. Beneuentanus autē sic ponit casum. In hoc cap. probat Ambro. vij. rationibus & exēplis esse abstinendum a superfluitate ciborū & vini: quia multa mala inde proueniunt. Prima ratio est in prin. cap. Secunda ibi, *Vt sciamus*. Tertia ibi, *In prin.* Quarta ibi, *Manebat*. Quinta ibi, *Legimus*. Sexta ibi, *At non Abraham*. Septima ibi, *Denique communicauit*.

g ¶ *Sexto.*] Illud inducitur ad detestandam ebrietatem siue gulam. Primo, quia per eam degenerauit humana cōditio. Secūdo, exemplo Noe. Tertio, quia seruitus est inducta propter eam. Quarto exemplo Loth. Deinde commendat sobrietatem exemplo Abrahæ, qui cibum ministrauit angelis sine vino: & exemplo Ioan. Baptistæ.

Ebrietatis mala.

g ¶ *Sexto die.*] id est, die veneris. nam Dominico die Dominus cœpit facere mūdū, vt 75. distinctio. quod die. Alij dicunt, quod omnia simul creauit. vnde Salomō, [s] Qui viuit in æternum, omnia simul creauit. sed licet omnia simul facta fuerint, non simul dici omnia poterant: & ideo scriptura vtitur tali dist. extra de sum. tri. cap. 1.

Die Dominico incœpit Dominus mundum facere.

s Ecclesiastici 18. cap.

h ¶ *Bestiæ.*] id est, animalia in terra. nam v. die fuerunt creata volatilia & pisces. Gene. 1.
i ¶ *Cœpit.*] mundus.
k ¶ *Feriari.*] id est, cessare.
l ¶ *Desijt.*] tunc fuit homo spoliatus gratuitis, & vulneratus in naturalibus. de pænit. dist. 1. Adam.
m ¶ *Ieiunium.*] id est, abstinentia.
n ¶ *Præuaricatio.*] scilicet fuit.
o ¶ *Latebra.*] quia abscondit se Adam a facie Domini. de pænit. dist. 1. & venit.

¶ Ignominiosum est sacerdoti affluere delicijs, epulis, atque lasciuijs. C. IIII.

Micheæ 2.

Matt. 22.

ECclesiæ principes[a], qui delicijs affluunt, & inter epulas, atque lasciuias pudicitiam seruare se credunt, propheticus[b] sermo describit, quòd eijciendi sint de spatiosis domibus, lautisque[c] cōuiuijs, & multo labore epulis cōquisitis,[d] & eijciendi propter malas cogitationes, & opera sua. Et, si vis scire, quo eijciendi sunt; Euangelium lege: in tenebras scilicet exteriores[e], vbi erit fletus, & stridor dentium. An non confusio, & ignominia est, Iesum crucifixum, magistrum pauperem, atque esurientem fartis prædicare corporibus? ieiuniorumque doctrinam rubentes buccas[f], tumentiaque ora proferre? Si in Apostolorum loco sumus, non solum sermonem eorum imitemur, sed conuersationem quoque, & abstinentiam amplectamur.

Idem ad oceanum, epistola 83.

¶ De eodem. PALEA. C. V.

¶. initio dist. Hiero. in epist. ad Titū ad c. 1.

VEnter mero æstuans cito despumat in libidines. Vbi ebrietas, ibi libido dominatur, & furor.

[*Idem ad Nepotianum de vita clericorum.*]

¶ De eodem. PALEA. C. VI.

in epist. ad Oceanum.

† altario deseruiunt] orig.

Leuit. 10 num. 6.

Ad Nepotianū.

Ephes. 5.

Ad Eustochiū: epist. 22.

VInolentum sacerdotem & Apostolus damnat, & vetus lex prohibet. Sacerdotes qui ministrant † in tēplo Dei, prohibentur vinū, & siceram bibere, ne in crapula, & ebrietate aggrauentur corda eorū. Sicera hebræo sermone omnis potio nuncupatur, quæ inebriare potest. *& infra.* ¶ Quidquid inebriat, & statum mentis euertit, fuge similiter vt vinum. [Nolite, ait Apostolus, inebriari vino, in quo est luxuria.] *& supra.* ¶ Qui altario deseruiunt, vinum, & siceram non bibant. Sponsa[a] Christi vinū fugiat vt venenū: vinū, & ebrietas incendiū est.

a ¶ Sponsa Christi.] *In epistola ad Eustochium sic habetur*: Hoc primum moneo, hoc obtestor, vt sponsa Christi vinum fugiat pro veneno. *& paulo post*: vinum, & adolescentia duplex est incendium voluptatis.

Item Prosper de vita contemplatiua, lib. 2. c. 22.

¶ De eodem. C. VII.

LVxuriam facit, & nutrit vini perceptio nimia, non natura.

Item Ambrosius in libro de Elia, & ieiunio, c. 4. & 5.

¶ In paradiso abstinentia, post paradisum edendi lascivia incœpit. C. VIII.

† vbi] orig.
† ibi] orig.

SExto[g] die bestiæ[h] sunt creatæ, & cum bestijs orta edendi potestas est, & vsus escarum. Vbi cibus cœpit[i], ibi finis factus est mundi: ibi† cœpit sua incrementa nescire, vbi† cœperunt diuina opera circa eum feriari[k]. Quo indicio declaratum est, quòd per cibos mundus haberet imminui, per quos desijt[l] augeri. *& infra.* ¶ Et vt sciamus nō esse nouum ieiunium[m], primam illic legem constituit de ieiunio. *& infra.* ¶ Eousque nemo præuaricari nouerat, vt adhuc orta non esset, quæ prima est præuaricatio Indictum ieiunium, abstinentiæ lex à Domino Deo: præuaricatio[n] legis à diabolo; culpa per cibum, latebra[o] post cibum: cognitio infirmitatis in cibo, virtus firmitatis in ieiunio. *& infra.* ¶ Serpens gulæ persuadet, Dominus ieiunare decernit. Itaque gula de paradiso regnantem expulit; abstinentia ad

a ¶ *Reuocauit.*] arg. q primi parentes saluati sunt, vt de pœni. dist. 3. sicut primi. & de consecratio. dist. 1. hic duo.
b ¶ *Iumentum.*] id est, carnē suam quam pascit homo quasi iumētum. Vel dicitur corpus iumentum, quasi iuuamentum.
c ¶ *Non esset.*] 5. dist. 1. ius gentium. contra. sed ibi soluitur.
d ¶ *Fraternæ prælationis inuidia.*] quia Cain interfecit fratrem suum.
e ¶ *Pietas.*] paterna.
f ¶ *Ebrietas.*] id est, ebrius.
g ¶ *Tentant.*] id est, inebriant.
h ¶ *Partus.*] id est, effectus. illud vult dicere, q vinum ex se duos producit effectus: primo ebrietatem: deinde incestum. & ebrietas fuit deterior effectus vini. Vel aliter: ex ebrietate processit seruitus. Itē ex ea processit incestus, qui deterior est. Vel illud vult dicere, q filia est deterior, q mater: quia Moabitæ & Amonitæ, quę ab illis processerunt, fuerunt deteriores, quam matres.
i ¶ *Materia peccati.*] scilicet vinum.
k ¶ *Remissio.*] id est, Deus remittens peccata.
Nte omnia.]
A CASVS. Dictū fuit in concil. Agathen. vt prius à clericis vitetur ebrietas, q alet, quę cūctorū nutrix est vitiorum. si qs clericus fuerit inebriatus, si est in sacro ordine, xxx. diebus à communione remoueatur: si est in minoribus ordinibus, verberibus subijciatur.
l ¶ *Aut corporali.*] recipiat 40. ictus. sed eps non verberabit clericū per laicum, vt extra de senten. excom. vniuersitatis. nisi sit incorrigibilis, vt extra de sen. excom. vt famæ.
Portet igitur.] CASVS. Hic intitulat 36. dist. in qua prosequitur quartū c. scilicet, oportet epm esse prudentē, quod verū est non solum in litteratura, sed etiā in sęcularibus negotijs. Et hoc dictū est pp eos qui sub nomine simplicitatis stultitiā sacerdotum excusant. De litteratura tractatur in his tribus dist. continuis. De peritia vero secularium negotiorum tractatur in 39. dist.
m ¶ *Oportet.*] Ab hoc loco vsque ad 40. dist. ostendit quam peritiā debent habere clerici: & in hac ostendit q habebunt peritiam litterarum sacrarum. in proxi. dist. ostendit, q etiam habebunt peritiam sęcularium scientiarum. & inde sumpta occasione ostendit in 38. dist. q ignorantia est periculosa clericis. in 39. dist. dicit q habebunt peritiā sęcularium negotiorum. Et agit hic de quarto cap. apostolicæ regulæ.
n ¶ *Simplicitatis.*] Nec simplicitas, nec aliud potest excusare sacerdotis imperitiam, vt 38. dist. si in laicis.
o ¶ *Secularium.*] cū enim eps sit iudex & corporū, vt 11. q. 1. de persona. & 12. q. 1. pcipimus. & animarū. 10. q. 1. quęcūq. oportet ipsum tam spirituali, q sęculari scientia ornari. 39. dist. circa prin.
Litteratos.] CASVS. Quæsitum fuit à Gelasio, verum illiterati & corpore vitiati, qui seipsos sponte absciderunt, possint promoueri. Et respondet q non; quia secundum legem Moysi nihil vitiosum Deo debeat offerri.
p ¶ *Illitteratos.*] scilicet penitus. Sufficit tamen mediocris sciētia: vt extra de elec. cum nobis olim. non enim requiritur in clerico summa perfectio. sic ff. de ædil. edi. sciendum. §. illud. & l. si quis venditor. licet sit arg. contra. extra de pur. ca. constitutus. Sed quid si penitus laicus ordinaretur, numquid reciperet characterem? Sic, argu. 1. q. 1. ventum. ibi, sed dicitur. De hoc not. 40. dist. sicut. & extra de cle. per sal. promo. cap. vno.
q ¶ *Imminutos.*] enormiter.
r ¶ *Seipsos.*] ex indignatione. Ioan.

Corpus est iumentum.

Effectus vini est duplex.

Et secundum hoc expone regenerationis, id est, vini quod generauit ebrietatem in incestu Arch.

Episcopus per laicum non verberet clericum.

De hoc etiam nota. 11. q. 3. c. 1. in fine.

Sacerdotis imperitia est inexcusabilis.

paradisum reuocauit[a]. errantem. *& infra.* ¶ In principio generis humani ignorabatur ebrietas: primus Noe vineam plantauit: dedit naturam, sed ignorauit potentiam. Itaque vinum nec suo pepercit auctori. *& infra.* ¶ Sed illius ebrietas nobis suadet sobrietatem. Semel enim inebriatus est Noe. Vbi enim malum ebrietatis agnouit, iumentum † [b] suum ad remediū temperauit: non effudit ad vitium. ¶ Manebat, antequam vinum inueniretur, omnibus inconcussa libertas: nemo sciebat à consorte naturæ suæ obsequia seruitutis exigere. Non esset [c] hodie seruitus, si ebrietas non fuisset. Obrepserat quidē iam fraternæ prælationis inuidia [d], manebat tamen adhuc paternæ pietatis reuerentia. Læsa pietas [e] est, dum ridetur ebrietas [f]. Non illis itaque solis nocent vina, quos tentant [g], sed & illis amplius, quorum oculis temulenta ebriorum membra nudantur. ¶ Legimus etiam, quòd patrem Loth inebriauerint filiæ in monte, ad quem timentes incēdium sodomitarum confugerant, & habitabant in spelunca. *& infra.* ¶ Fuit itaque ebrietas origo incesti, pessimæ regenerationis partus [h] deterior. ¶ At non Abraham vina in suo conuiuio ministrabat: sed immolabat vitulum: butyrum, & lac, etiam angelis hospitibus exhibebat. Cæli dominum, mundi agnoscebat auctorem. Vinum ergo exhibere non poterat. Sed recte illic deerat materia peccati [i], vbi erat remissio [k] peccatorum. Deniq; annunciauit eum Ioannes non manducans panem neque bibens vinum. Qui enim Christum annunciat, ab omni vitiorum incentiuo præstare se debet alienum.

Ibidem. c. 5.

† *Iumentum*] nostra lectio.

Gen. 19.

Gen. 18.

Matt. xi c.

¶ *Item ex concilio Agathensi, c. 41.*

¶ Triginta diebus a communione abstineat clericus, [quem] ebrium fuisse constiterit. C. I. X.

ANte omnia clericis vitetur ebrietas, quæ omnium vitiorum fomes, ac nutrix est. Itaque eum, quem ebrium fuisse constiterit, (vt ordo patitur) aut triginta dierum spatio à communione statuimus submouendum, aut corporali [l] subdendum supplicio.

Burc. l. 14 c. 11. Iuo p. 13. c. 79.

DISTINCTIO XXXVI.

[m] [n] OPortet etiam ordinandum esse prudentem. Quod contra eos notandum, qui sub nomine simplicitatis excusant stultitiam sacerdotum. Prudentem autem episcopum oportet intelligi non solum litterarum peritia, verumetiam sæcularium [o] negotiorū dispositione †. Vnde in epistola Gelasii Papæ ad episcopos per Lucaniam, c. 18. & 19.

Glo. ordinaria. 1. Timo. 3.

† *alias dispensatione.*

¶ Illitterati, & corpore uitiati non promoueantur ad clerum. C. I.

ILlitteratos [p], aut aliqua parte corporis vitiatos [a], vel imminutos [q] nullus præsumat ad clericatus ordinem promouere; quia litteris carens sacris non potest esse aptus officijs: & vitiosum nihil Deo prorsus offerri legalia præcepta sanxerūt. ¶ Similiter qui seipsos [r] abscindūt.

Burch. l. 2. c. 8. Iuo. p. 6. c. 37. & 75. Pann. l. 3. c. 46. Leuit. c. 22. Ibidem c. 19.

a ¶ Vitiatos, vel] *Istæ duæ voces absunt à plerisq. vetustis exemplaribus Gratiani, & originali, cuius expressa est potius sententia, quàm verba relata.*

Item Zosimus Papa epist. ad Isichium episcopum Salonitanum.

Scientia mediocris sufficit.

De hoc etiam no. 40. dist. sicut. & extra de cle. per sal. promo. cap. 1.

Qui ecclesiasticis. Casus. Quidam archiepiscopus promouit quemdam ad episcopatum, qui non erat litteris eruditus, nec disciplinis ecclesiasticis imbutus. quæsitum est de eo & de ordinatoribus quam pœnam debeant pati. Et respondet Zosimus, quod ordinatus debet remoueri ab ordine quem suscepit, nos. vel dic vt not. 1. q. 1. in summa. in fin. Consueuit distingui, quod si ex negligentia ordinat quis indignum, tunc suspenditur: si ex certa scientia, tunc deponitur. Vel aliter, aut ordinat illũ cũ quo de facili dispensare potest, vel cum quo dispensare non potest, vt secundum hoc magis vel minus puniatur. hodie tamen mitius agitur cum talibus, vt extra de præbend. graue.

¶ Ad summum sacerdotium non aspiret, qui diuinis stipendijs, vel disciplinis non est eruditus. C. II.

Infra di. 59. c. 1. Ansel. l. 6. c. 28. Iuo p. 5. c. 104.

Qui ecclesiasticis disciplinis per ordinem non est imbutus, & temporum approbatione diuinis stipendijs [a] eruditus, nequaquã ad summum ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumat; & non solum in eo ambitio inefficax habeatur, verum etiã ordinatores eius careant eo ordine [b], quem sine ordine contra præcepta patrum crediderant præsumendum.

Ecce quòd sacrarum litterarum oportet episcopũ habere peritiam: unde in veteri testamẽto inter cetera ornamenta pontifex rationale ferebat in pectore, in quo scribebatur manifestatio, & veritas: quia in pectore pontificis manifesta debet esse cognitio veritatis. ¶ Hinc etiam vectes, quibus arca portabatur, iugiter annulis erant inserti, vt cum arca esset portanda, nulla fieret mora de intromittendis vectibus: quia prædicatores, per quos Ecclesia circũfertur, sacris litteris semper debent insistere, ne tunc quærant [c] discere, cum ex officio alios debeant docere. ¶ Hinc etiam David prius ex gratia spiritus sancti donum scientiæ percepit, & postea administrationem regni assecutus est. ¶ Salomon quoque non diuitias, non longa tempora huius vitæ, sed sapientiam à Deo petijt, & impetrauit. ¶ Hinc etiam Dominus prius ponit verba sua in ore prophetæ, & postea constituit [d] eum super gentes, & regna, dicens ad Hieremiam [Ecce dedi verba mea in ore tuo; ecce constitui te hodie super gentes, & super regna.] ¶ Hinc etiam Malachias ait [Labia sacerdotis custodient [e] scientiam, & legem requirent de ore eius; quia Angelus Domini exercituum est.] ¶ Hinc etiam Saluator noster prius in medio doctorum sedit audiens illos, & interrogans, & postea prædicare cœpit: quia prius quisque discere, & postea prædicandi officium vsurpare debet. ¶ Hinc etiam Salomon prius ait [tempus tacendi] & postea [tempus loquendi]; quia veritas prius tacendo discitur, & postea loquendo prædicatur. ¶ Hinc idem Dominus ait [Qui audit [f], dicat, veni [g]]. ¶ Hinc etiam prius Apostolos docuit, deinde eos ad prædicandum misit, dicens [Estote ergo prudentes, sicut serpentes [h], & simplices [i] sicut columbæ]. Sic etiam post resurrectionem prius illis sensum aperuit, & scripturas explanauit; & postea dixit eis [Euntes in mundum vniuersum, &c.] Vnde, cum de quinque panibus quinque millia hominum vellet reficere, prius panes accipiens fregit, & postea discipulis dedit, & per eos demum turbis apposuit: quia sacramenta legis, & prophetarum prius disserendo exposuit, & postea eorum scientiam discipulis dedit, & per eos tandem illam fidelibus dispensauit. ¶ Hinc & Petrus, cum rectoribus ecclesiæ scriberet, ait [Parati esse debetis reddere rationem omni poscenti vos satisfactionem [k] de ea fide [l] & spe [m], quæ in vobis est]. ¶ Hinc etiam Paulus scribens ad Timotheum ait. [Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ.] ¶ Ex quibus omnibus liquido colligitur, quòd non sufficit prælatis bona conuersatio, & morum honestas, nisi addatur scientia doctrinæ. ¶ Vnde sacerdotes ingressuri tabernaculum, prius lauabantur in labro æneo, quod fecerat Moyses ex speculis mulierum, ¶ Hinc etiam in canticis canticorum oculi [n], per quos prælati ecclesiæ intelliguntur, assimilantur columbis, quæ resident iuxta fluenta plenissima [o].

Exo. 28.] ex interpre. lxx. Exo. 25. 2 Reg. 5. 3. Reg. 3. 2 Paral. 1. Hier. 1. Mal. 2. Luc. 2. Eccle 3. Eccle. 3. Apocal. 22. Matt. 10. Marc. 16. Matt. 14. 1. Pet. 3. 1. Tim 4. Exo. 38. Cant. 5.

Ecce. Casus. Benene. sic ponit casum huius §. in hoc §. probat Gratianus rationibus vel auctoritatibus, quòd episcopus debet esse peritus in litteris. Prima est in principio. Secunda incipit ibi, *Hinc etiam vectes*. Tertia, *Hinc etiã David*. Quarta, *Salomon quoque*. Quinta, *Hinc etiam Dominus*. Sexta, *Hinc etiam Malachias* Septima, *Hinc etiam idem saluator*. Octaua, *Hinc etiam Salomon*. Nona, *Hinc idem Dominus*. Decima, *Hinc etiam prius*. Vndecima, *Hinc Petrus*. Duodecima, *Hinc etiam Paulus*. Decimatertia, *Vnde sacerdotes*. Decimaquarta, *Hinc etiam in canticis*.

c ¶ *Quærant.*] nec enim episcopus debet egere doctrina aliorum, quoniam alios debet instruere, vt 1. q. 7. conuenientibus. sic 16. q. 1. sic viue. Ioan. in Auth. de sanc. episc. circa princ.

Additio. Si tamẽ episcopus minus sit eruditus, ab alio doceri non contemnat, vt patet 18. distin. non oportet. & 22. dist. de Constantinopolitana. & 20. q. 3. si habes.

Episcopus alterius doctrinam non debet egere.

d ¶ *Constituit.*] No. ex ordine loquendi probari ordinem factorũ. sic, 13. dist. sit rector. & 20. dist. § 1. Ioan. Ar. 4. q. 1. vt euidenter.

e ¶ *Custodient.*] quia videre debet quibus prædicet, & quibus non, vt 43. dist. in mandatis. & 32. quæst. vlti. c. penul.

f ¶ *Qui audit.*] discendo.

g ¶ *Veni*] docendo.

h ¶ *Serpentes.*] ne eorum dolis supplantemini.

i ¶ *Et simplices.*] ne alijs dolos machinemini. Ioan. vt 16. quæ. 1. si cupis.

1. 16. q. 1. si cupis.

ordinatores vero careant potestate ferendi eumdem ordinem, quẽ illicite tradiderunt.

a ¶ *Stipendiis*] id est, officijs.

b ¶ *Ordine*] Hic habes quod qui iniuste confert aliquem ordinem, priuatur potestate conferendi illum. 1. q. 1. si quis episcopi. alibi suspenditur a celebratione Missæ per annum, vt 55 dist. nullus. alibi deponitur, vt 51. dist. c. 1. & 61. dist. c vltim. & 81. dist. tantis. cũ in hoc sit pœnarum varietas, forte minor amplectitur. 50. distin.

Ordinandis in hunc punitur.

k ¶ *Satisfactionem.*] scilicet respondendo eis satisfaciatis. Et est arg. quod prælati tenentur respondere ad omnes quæstiones: nam tm̃ debent differre prælati à subditis, quantũ granũ à palea. vt 25. dist. §. nomine autem criminis. 1. q. 1. vilissimus. & 8. q. 1. licet Ioan.

l ¶ *De ea fide*] id est, de articulis: quod creditis & tenetis. Ioan.

m ¶ *Spe.*] id est, de his quę speratis.

n ¶ *Oculi.*] scilicet sponsæ.

o ¶ *Plenissima.*] sic semper prælati sedebũt iuxta fluẽta Euãgeliorum

Hinc etiam Hieronymus [a] *in Leuit.*

¶ Sacerdotis est legis scientiam habere; non bellis, sed orationibus vacare. C. III.

SI quis vult pontifex non tam vocabulo esse, quàm merito, imitetur Moysem, imitetur Aaron. Quid enim dicitur de eis? quòd nõ discedunt de tabernaculo Domini. Erat ergo Moyses indesinenter in tabernaculo Domini. Quod autem opus eius erat? vt, aut à Deo aliquid disceret, aut ipse populum doceret. Hæc duo sunt Pontificis opera, vt, aut à Deo discat legendo scripturas diuinas, & sæpius meditando; aut populum doceat. Sed illa doceat, quæ à Deo ipse didicerit, non ex proprio corde, vel humano sensu, sed quæ spiritus sanctus docet. Est & aliud opus, quod facit Moyses: ad bella non vadit [a], non pugnat contra inimicos. Sed quid facit? orat, & donec ille orat, vincit populus eius: si relaxauerit, & demiserit † manus, populus eius vincitur, & fugatur. Oret ergo & sacerdos ecclesiæ indesinẽter [b], vt vincat populus, qui sub ipso est, hostes inuisibiles Amalechitas, qui sunt dæmones impugnãtes eos, qui volunt pie viuere in Christo.

Leuit. 8.

Exo. 17.

† al. dimiserit

a ¶ Hieronymus.] *Citatur ex B. Hieronymo, & extat in homilia sexta Origenis in Leuiticum: quas quidem homilias cum aliis multis. B. Hieronymus Latinas fecit; sed ita, vt noxia quæque detruncarit, vtilia transtulerit. Quod ipsemet ad Theophilum epist. 62. ad Vigilãtium epist. 75. & in prologo secundi libri in Michaam professus est. Ac frequenter Gratianus ea, quæ sunt Origenis, Hieronymi nomine citat; vel quia præcipui ecclesiæ doctoris auctoritas maius pondus habet, vel quia Hieronymus ea, quo dictum est, modo illa vertendo, pene sua fecerat.*

DISTINCTIO XXXVII.

SEd quæritur [c], *an sæcularibus litteris oporteat eos esse eruditos. De his ita scribitur in concilio Carthaginensi 4. c. 16.*

¶ Libros gentilium non legat episcopus. C. I.

EPiscopus gentilium [d] libros non legat: hæreticorum autem, pro necessitate, aut tempore.

Ansl. 7. c. 202. Burch. l. 3. c. 95. Iuo p. 4. c. 160. & p. 3. c. 197. Pann. l. 3. c. 130. Poly. l. 4. tit. 7.

Item Hieronymus ad Damasum Papam de filio prodigo, epist. 146.

¶ Reprehenduntur sacerdotes, qui omissis Euangelijs comœdias legunt. C. II.

SAcerdotes Dei omissis Euãgelijs, & prophetis videmus comœdias legere, amatoria bucolicorum versuum verba canere, Virgilium tenere †; & id, quod in pueris necessitatis [e] est, crimen in se facere voluptatis.

Iuo p. 4. c. 162. Pann. l. 3. c. 131.

† al. tenere in manibus

Idem ad cap. 4. epist. ad Ephesios, lib. 2. comment.

¶ In vanitate, & obscuritate sensus ambulant, qui sæcularibus disciplinis occupantur. C. III.

NOnne vobis videtur in uanitate sensus, & obscuritate mentis ingredi, qui diebus, ac noctibus in dialectica arte torquetur? qui physicus perscrutator oculos trans cælum leuat, & vltra profundum terrarum, & abyssi †, in quoddam inane demergitur, qui iambum ferit [a]? qui tãtam † metrorum siluam in suo studiosus corde distinguit, & congerit? & (vt ad alteram partem transeam) qui diuitias per fas, & nefas quærit? qui adulatur regibus, hereditates captat alienas, & opes congregat, quas in momento, cui sit relicturus, ignorat?

Eph. 4.

† al. abyssi quoddam tantum demergit]

† al. tantum

a ¶ Ferit.] *Antea legebatur,* iambum feruet. *In originali autem impresso est,* Iambum struit. *Emendatum vero est ex antiquo Gratiani exemplari. Nam Terentianus de Iambo sic scribit:*

Iambus ipse sex enim locis manet,
Et inde nomen indidum est senario;
Sed ter feritur, hinc trimetrus dicitur,
Scandendo binos quòd pedes coniungimus. *Ac de ijsdẽ senarijs Isidorus l. 1. Etymol. c. 38. ait,* hos græci, quia geminos feriunt, trimetros dicunt.

---

rum & sacræ scripturæ: & sicut columba sedet ex natura iuxta aquam vt videat in ipsa aqua vmbram superuenientis accipitris, & sic sibi præcauere consueuit: sic prælatus sibi per scripturam præcauebit contra hæreticos. 10. dist. in fi. 11. dist. nolite.

Prælatus columbæ imitetur.

S Iquis vult.] CASVS. Tria sunt opera, quæ Moses & Aaron faciebant, scilicet legere, docere populũ, & orare: hæc tria opera debet episcopus facere, si vult imitari Mosen & Aarõ. & si orauerit episcopus, vincet populus eius dæmones, sicut populus Israel vicit Amalechitas orãte Mose.

a ¶ *Non vadit.*] Numquid ergo episcopi nõ intererunt bellis? immo [1], quia etiam possũt alios hortari ad bellum, vt 23. q. 7. igitur. & c. hortatu. Ioan.

1 No. f. c. hic al lega. 23. q. 8. igitur. in fi. Arch.

b ¶ *Indesinenter.*] omnino, vel horis statutis. sic 21. q. 3. hi qui. de cõsecra. dist. 1. numquam. 31. distin. si laicus. ff. de condi. & demonst. si quis ita. 12. dist. sacrosancta.

S *Ed quæritur.*] Hæc dist diuiditur in quinque partes. Secunda ibi, *Cur ergo.* Tertia ibi, *Relatum.* Quarta ibi, *Ideo.* Quinta ibi, *Vt itaque.*

CASVS. Ponitur hic 37. dist. in qua quæritur an oporteat clericos esse eruditos litteris sæcularibus, scilicet libris gentiliũ: Et primo probat eos non esse legendos, vsq; ad §. sed econtra. deinde probat contrarium. postea dat solutionẽ j. eo. §. cur ergo. Prima duo cap. plana sunt.

c ¶ *Sed quæritur.*] in hac 37. dist. quærit [2]. G. an ordinandus debeat habere peritiam sæcularium scientiarũ. Primo autem ostendit, q clerici nõ debent respicere libros gẽtiliũ 3. Secundũ ponit argu. in contrarium, & talem dat solutionem, q quidam legunt libros gentilium causa delectationis & voluptatis, & hoc est prohibitũ: quidam legunt ad eruditionem, & illud licitũ est, vt per eos sciant recte loqui, & discernere verum à falso. Io. vt j. eo. §. cur ergo. Et no. q in omnibus vsque ad §. sed contra. videtur sola voluptas prohiberi.

2 Scilicet incidenter. Hug.

Clerici an libros gentilium respicere possint.

Et hoc facit vsque ad § j. eod. sed econtra.

d ¶ E *Piscopus gentilium.*] ergo nec leges audire debent. oñ opprobrium est eis, si si velint esse peritos disciplinarum forensium. C. de testa. consulta diualia. Sed contra, leges sunt per ora principum diuinitus promulgatæ, vt 16. q. 3. nemo [4]. Dic quòd ad hoc licet audire leges, vt per eas melius intelligantur canones. argum. j. ea. d. dist. §. sed sæculares. Ioan.

Episcopis an liceat leges audire.

4 Ad idẽ C. de long. temp. præscrip. l. si. 23. q. 4. ideo. Arch.

e S *Acerdotes.*] ¶ *Necessitatis.*] vt sciant recte loqui.

N *Onne.*] CASVS. Quattuor genera hominum in hoc cap. reprehenduntur, scilicet dialectici, qui quotidie in arte dialectica torquentur, & physici, qui oculos trans cælum leuant, & versificatores, & cupidi, qui diuitias per fas & nefas acquirunt, quas in momento cui sint relicturi, ignorant.

V*ino.*] CASVS. In hoc cap. exponit quinque Hierony. Dicit enim, quòd illi inebriãtur vino, qui sacras scripturas male intelligunt, atque peruertunt. Secundo inebriantur sicera, qui sæculari sciencia abutuntur. Tertio exponit, qui dicãtur pseudo prophetæ. Quarto, qui sint diuini. Quinto q̃ ille comedit vuam acerbam, qui aliter exponit scripturam, quàm veritas habet, etsi non contra fidem.

a ¶ *Male intelligunt.*] Talibus qui male intelligunt dicta magistri, essent aures præcindendæ. vt 24. q. 3. si Petrus.

b ¶ *Secundum tropologiam.*] id est, secundum moralem intellectũ à tropos, quod est conuersio ι, quando verba nostra conuertimus ad mores informãdos. 43. dist. sit rector.

ADDITIO. Illi contrarium faciebant. & facit de pœnit. dist. 2. sup tribus. Arch.

Aures male intelligentibus sunt [illegible].

ι Et λόγος sermo. unde tropologia id est conuersio sermonis. Huius de hoc no. 76. dist. [illegible] in [illegible].

Idem lib. 9. ad c. 28. Esaiæ.

¶ Qui scripturas sacras male intelligit, vel sæculari sapientia abutitur, vino inebriatur, & sicera. C. IIII.

V Ino inebriantur, quando scripturas sanctas male intelligunt [a], atque peruertunt: sicera, quando sæculari abutuntur sapientia, & dialecticorum tendiculis, quæ non tam vincula † sunt appellanda, quàm phasmata, id est vmbræ quædam, & imagines, quæ cito pereunt, atque soluuntur. *Idem.* ¶ Secundum tropologiam [b] pseudoprophetas eos debemus accipere; qui aliter scripturarum verba accipiunt, quàm spiritus sanctus sonat; & diuinos eos, qui coniectura mentis suæ incerta futurorum quasi vera pronuntiant absque diuinorum auctoritate verborum. *Idem.* ¶ Quicumque scripturas non ita intelligit, vt rei veritas habet, vuam acerbam comedit.

† *al. tendicula*

Hie. l. 5. ad c. 59. Ier.

Hier. l. 6. comment. ad c. 31. Ier.

Idem lib. 3. ad c. 6. epist. ad Ephesi.

¶ Reprehenduntur episcopi, qui filios suos sæcularibus erudiunt litteris. C. V.

L Egant episcopi, atq; presbyteri, qui filios suos sæcularibus litteris erudiunt, & faciunt illos comœdias legere, & mimorum turpia scripta cantare, de ecclesiasticis [c] forsitan sumptibus eruditos. Et quod in corbonam pro peccato virgo, vel vidua, uel totam substantiam suam effundens quilibet pauper obtulerat, hoc in kalendariam strenam [d], & saturnalitiam sportulam [e], & mineruale munus grammaticus, & orator, aut in sumptus domesticos, templi stipes, aut in sordida scorta conuertit. Heli sacerdos, ipse sanctus fuit: sed quia filios [f] suos non erudiuit in omni disciplina, & correptione, supinus cecidit, & mortuus est.

Iuo p. 4. c. 166.

1. Reg. 2.

L*egant.*] CASVS. In hoc cap. reprehenduntur sacerdotes a Hieronymo, qui filios suos & nepotes faciebant legere comœdias & poetica carmina, & quia ad hoc pecuniam ecclesiasticam & ad alios turpes vsus conuertebant: vnde dicit eos presbyteros puniẽdos ad instar Heli, qui cecidit de sella supinus, & mortuus est, quia suos filios nõ correxit. Quæ sequuntur, plana sunt vsque ad §. sed è contra.

c ¶ *Ecclesiasticis.*] arg. 3 §. 32. dist. omnino.

d ¶ *Strenam.*] Strena est primũ donum, q̃d datur in principio calendarum. & datur pro augurio. 26. q. vlt. non obseruetis. & dicit strena quasi sine threna, id est, sine lamentatione.

e ¶ *Sportulam.*] quæ datur pro tabulis saturni, vel p̃ festis saturni celebradis, vel p̃ ludis saturni bonæ fortunæ.

f ¶ *Sed quia filios.*] Talis repellitur a testimonio, vt 6. q. 1. qui crimen. Item nec potest esse episcopus, vt 48. distin. §. necesse. immo potius dicitur canis, q̃ episcopus, vt 2. q. 7. qui nec. Ioan.

[*Item ex responsione Hadriani* [a] *Papæ ad Carolum, c. 49.*]

PALEA. C. VI.

O Mnem vim venenorum † suorum in dialectica disputatione constituunt hæretici, quæ, philosophorum sententia, definitur non adstruendi vim habere, sed studium destruendi. Sed non in dialectica complacuit Deo saluum facere populum suum. Regnum enim Dei in simplicitate fidei est, non in contentione sermonis.

Iuo p. 4. c. 159.

† *al. eruentorũ*

a ¶ Hadriani.] *Hoc caput antea tribuebatur Vrbano. Sed est in scripto Hadriani de imaginibus ad Carolum magnum, c. 49. & inde emendatum est. Eadem vero habentur apud B. Ambrosium lib. 1. de fide ad Gratianum Imper. c. 3.*

Item Rabanus de pressuris ecclesiasticis.

¶ Beatus Hieronymus ab angelo verberatur; quia Ciceronis libros legebat. C. VII.

L Egimus de beato Hieronymo, quòd cum libros [g] legeret Ciceronis ab angelo est correptus, eo quòd vir Christianus paganorum figmentis intenderet.

Ex Hieronymo ad Eustochium d̃ custodia virg. Iuo p. 4. c. 164. Pãn. l. 5. c. 132.

g L*egimus.*] ¶ *Libros.*] quia legit eos causa delectatiõis, non causa eruditionis, vt de conse. dist. 5. non mediocriter.

Hinc etiam filius ille prodigus in Euangelio reprehenditur; qui de siliquis [h], *quas porci manducabant, ventrem suum replere cupiebat.* ¶ *Hinc etiam Origenes* [a] *ciniphes, & ranas, quibus Aegyptij sunt percussi, vanam dialecticorum garrulitatẽ, & sophistica argumenta intelligit. Ex quibus omnibus colligitur, quòd non est ab ecclesiasticis sæcularium litterarum quærenda peritia. Sed contra legitur, quòd Moyses, & Daniel omni scientia Aegyptiorum, & Chaldæorum eruditi fuerunt. Legitur etiam, quòd præcepit Dominus filiis Israel, vt exspoliarent* [i] *Aegyptios auro, & argento, moraliter instruens, vt siue aurum sapientiæ, siue argentum eloquentiæ apud poetas inuenerimus, in vsum salutiferæ eruditionis vertamus.* ¶ *In Leuitico etiam primitias* [β] *mellis, id est dulcedinem humanæ eloquentiæ, Domino iubemur offerre.* ¶ *Magi quoque tria munera obtulerunt Domino, in quibus nonnulli tres partes* [k] *philosophiæ volunt intelligi. Denique (vt in expositione psalterij* [γ] *Cassiodo-*

Luc. 15.

Actorum 7. Dan. 1.

Exo. 3. & 11.

Leuit. 2.

Matt. 2. Rab. ad hunc locum Matt.

h ¶ *De siliquis.*] id est, sæcularibus scientijs, quæ inflant, nõ satiãt [α].

SED E CONTRA. CASVS. A modo p̃bat Gratianus, q̃ clerici sæcularibus scientijs debent esse eruditi. Et hoc probatur sex rationibus. Prima est in principio. Secunda ibi, *Legitur etiam.* Tertia ibi, *In Leuitico.* Quarta ibi, *Magi.* Quinta ibi, *Denique.* Sexta ibi, *Hinc etiã Ambrosius.*

i ¶ *Vt expoliarẽt.*] 14. q. 5. dixit.

k ¶ *Tres partes.*] scilicet

Scientiæ sæcularium non satiant.

α Sicut enim siliquæ onerãt ventrem & inflant, sed non satiant, sic & illæ a spirituali fame non liberant nec caecitate expellunt, sed onere peccatorum & gehennæ reatu grauãt. quicũque ergo ad reuocandã excelsiorem ignorantiæ illas artes & sententias discere appetit, quasi siliquis ventrem suum replere cupit. & eundem [illegible].

ter moralem, naturalem, rationalem.

a ¶ *Despecta*] respectu aliarum scientiarum. Ioannes.

T *Vrbat.*] CASVS. Quidam prohibebant Christianos ne legerent libros gentilium, quos Beda reprehendit, dicēs quòd bene possunt legi sine peccato, vt vtilia inde sumantur, ad instar Mosi & Danielis, & ēt Pauli, qui suis epistolis inseruit versus poetarum, scilicet, Cretenses, &c.

b ¶ *Si qua.*] arg. q̃ vtile non vitiatur per inutile, vt 16. q. 4. q. 1. ī. dist. 9. si ad scripturas. contra. Ioan.

c ¶ *Magister*] Nam legitur q̃ cum Paulus venisset Athenas, vidit aram ignoti Dei, ī qua erat scriptum, Hæc est ara ignoti Dei; .i quo viuimus, mouemur, & sumus. a qua scriptura Apostolus incepit prædicationem sua, & aperuit illis Atheniensibus sensum illius scripturæ, prosequens de Deo nostro, & dicens: Quē vos dicitis ignotū, ego prædico & colo. tunc Dionysius areopagita videns quemdam cæcū transeuntem dixit illi: Si illuminaueris istum cæcum, credam tibi, q statim inuocato nomine Christi illuminatus est, & ille credidit.

a Alii, ignoto Deo dicatū ca°.

Dionysius per prædicationē Pauli fuit conuersus.

d ¶ *Indidisset.*] In epistola Pauli ad Titum illud Epimenidis poetæ, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ, ventres pigri. 1. q. 1. Dominus declarauit. Inseruit etiam in prima epistola ad Corinthios illud Menandri, Sæpe bonos mores corrumpunt colloquia praua. 28. q. 1. sæpe. Item vius est illo versu. Odero si potero, si non, inuitus amabo. sed Hiero. de consecra. dist. 5. nonnumquam vsus est versibus Virgilij, & Augu. illo Lucani, mens hausti nulla, &c. 26. q. 5. nec mirum. & iurisperitus auctoritate Virgilij ff. de rerū diuisione. intantū. § cenotaphiū. & Homeri. insti. de con trah. emp. §. pretium.

Apostolus vsus est versibus poetarum.

CVR ERGO. CASVS. Soluit Gratianus contrarietatem hanc, dicens q̃ sæculares scientias debet q̃s addiscere non ad voluptatem, sed ad eruditionem, vt quæ in eis vtilia inueniuntur, ad vsum sacræ eruditionis conuertantur, Vnde Gregorius quēdam episcopum reprehendit, non quia sæculares scientias didicerit: sed quia ad voluptatem grammaticam loco Euangelij exponebat.

e ¶ *Sed sæculares.*] Vnde beatus Gregorius infra 86. distinct. cum multa.

L *Egimus aliqua.*] CASVS. Totum hoc cap legi pōt de sæcularibus scientijs s̄m H. & ostenditur ratio triplex quare legan-

tur, scilicet negligantur, ne ignorentur, & vt repudientur. Vel sic legimus aliqua vt nouum & vetus test. ne negligamus. Legimus aliqua, vt artes, ne ignoremus. Legimus aliqua, vt scripturas hæreticorum, vt repudiemus.

f ¶ *Nō negligamus.*] vt vetus testamentum.

No-

rus testatur] *omnis splendor rhetoricæ eloquentiæ, omnis modus poeticæ locutionis, qualibet varietas decoræ pronuntiationis à diuinis scripturis sumpsit exordium.* ¶ *Hinc & Ambrosius ait super epistolam Colossensium.* C. 2.

[*Omnis ratio scientiæ superna, vel terrenæ creaturæ in eo est, qui est caput earum, & auctor: vt qui hunc nouit, nihil vltra quærat, quia hic est perfecta virtus, & sapientia; quidquid alibi quæritur, hic perfecte inuenitur. In Daniele, & Salomone ostendit infidelibus se totius auctorem sapientiæ. Quod infideles non putant, quia non legunt in Euangelijs, & Prophetis astrologiam, geometriam, & alia huiusmodi: quæ ideo despecta* [a] *sunt à nostris, quia nihil valent ad salutem, sed mittunt in errorem, & dum his student, curam animæ non habent. Qui vero Christum nouit, thesaurum sapientiæ, & scientiæ inuenit; quia id nouit, quod vtile est.*]

α ¶ Origenes.] *In homilia 4. ad cap. 7. Exodi, ranas quidem comparat poetis; sciniphes autem dialecticis.*

β ¶ Primitias] *Leuitici c. 2. prohibetur fermentum, ac mel adoleri in sacrificio Domini: primitiæ tamen eorum iubentur offerri, sed non super altare imponi. Vbi in glossa ordinaria mel exponitur gentilis eloquentia, ab Isychio autem paganorum doctrina, cuius primitia ad imitationem beati apostoli Pauli possunt Deo offerri.*

γ ¶ Cassiodorus.] *In prologo psalterij, c. 15. & sequenti multis verbis Cassiodorus diuinæ scripturæ eloquentiam explicat, & commendat. Sed quæ affert in principio explanationis psalmi 6. videntur his, quæ nunc referuntur, conuenire.*

δ ¶ Ambrosius.] *Ex B. Ambrosij principio expositionis capitis secundi epistolæ ad Colossenses, hæc summatim collecta sunt, referunturque in glossa ordinaria, & ab Anselmo ad idem caput secundum, cuius Anselmi verbis Gratiani verba magnopere sunt similia.*

Hinc etiam Beda libro 2. Regum, c. 9. in Samuelis allegoricis expositionibus.

¶ Non prohibeantur clerici sacras litteras legere. C. VIII.

TVrbat acumen legentium, & deficere cogit, qui eos à legendis sæcularibus litteris omnimodo æstimat prohibendos; in quibus [al. quibus vbilibet inuenta vtilia] si qua [b] inuenta sunt utilia, quasi sua sumere licet. Alioquin nec Moyses, & Daniel sapientia, uel litteris Ægyptiorum paterentur erudiri; quorum tamen superstitiones simul & delicias horrebant. Nec ipse magister [c] gentium aliquot uersus poetarum suis uel scriptis indidisset [d], vel dictis.

Iuo par. 4. c. 85. Pann. l. 5. c. 133.

2 *Cur ergo legi prohibentur, quæ tam rationabiliter legenda probantur? Sed sæculares* [e] *litteras quidam legunt ad voluptatē, poetarum figmentis, & verborum ornatu delectati: quidam vero ad eruditionem eas addiscūt; vt errores gentilium legendo detestentur, & vtilia, quæ in eis inuenerint, ad vsum sacræ eruditionis deuote conuertant. Tales laudabiliter sæculares litteras addiscunt. Vnde B. Gregorius quemdam episcopum non reprehendit, quia eas didiceras; sed quia contra episcopale officium pro lectione Euangelica, grammaticam populo exponebat.*

l. 9. reg. epist. 48. Infra 86. dist. c. cum multa.

Hinc etiam Ambrosius scribit super Lucam in explanatione proœmij.

¶ Sæculares litteræ legendæ sunt, ne ignorentur. C. IX.

LEgimus aliqua, ne negligantur [f]; legimus, ne ignoremus [g]; legimus, non ut teneamus, sed ut repudiemus [h].

Pann. l. 2. c. 134.

a ¶ Negligantur.] *Sic etiam in Panormia, sed in originali & in vno Gratiani manuscrip. ne legantur. Ibi enim agitur de pseudeuangelijs. Sed non est mutatum ob glossam.*

Item Hieronymus ad c. 1. epistolæ ad Titum.

¶ Grammatica legenda est, vt per eam sacræ scripturæ intelligantur. C. X.

SI quis artem grammaticā nouerit, uel dialecticam, ut rationē recte loquendi habeat, & inter falsa & uera dijudicet, nō improbamus [a].

Pann. l. 2. c. 135.

g ¶ *Nō ignoremus.*] Nam quamuis nullus sit vsus, tamen scientia necessaria est, vt 8. dist. 7. cap. vlt.

h ¶ *Repudiemus*] vt libros hæreticorum, vt 24 q 3. c. vlt.

S *I quis.*] CASVS. Ca. istud diuidit in duas partes. In prima parte dicitur, q̃ nō est reprobandū, si quis addiscit grāmatica vel dialecticam, vt inter verum & falsum discernat. In secunda parte quæ incipit ibi, *Geometria.* dicitur quòd quadriuiales scientiæ veritate-

veritatem in se habent: sed non sunt scientiæ pietatis, & assumendæ. Sed vetus & no. test. sunt scientiæ pietatis, & assumendæ: & grammatica in bonos vsus assumpta proficere potest.

a ¶ *Geometria.*] De astronomia non facit mentionem: quia hæc abijt in desuetudinem, vt 26. q. 2. §. his ita.

Qui

d ¶ *Prædicta.*] scilicet de incarnatione, vt illud Virgilij.

Iam noua progenies cælo demittitur alto.

e ¶ *Contineri.*] vt illud Ouidij.

Odero si potero; si non, inuitus amabo.

Virgilius. Ouidius.

¶ Geometria a quoq;, & arithmetica, & musica habent in sua scientia veritatem: sed non est scientia illa, scientia pietatis. Scientia pietatis est nosse legem, intelligere prophetas, Euangelio credere, Apostolos non ignorare. ¶ Grammaticorum b autem doctrina etiam potest proficere ad vitam; dum fuerit in meliores vsus assumpta.

Iuo p. 4. c. 167. Pann. l. 2. c. 136

a ¶ Non improbamus.] *Absunt ista duæ voces ab originali. Exponens enim B. Hieronymus verba illa ex principio epistolæ ad Titum, & cognitionem veritatis, quæ est iuxta pietatem, ita scripsit; Est plane veritas, quæ non habet pietatem; si quis grammaticam, &c.*

b ¶ Grammaticorum.] *Hæc non sunt B. Hieronymi, sed Isidori lib. 3. de summo bono, c. 13. ex quo citat Iuo.*

Item Hieronymus in primum caput Danielis.

¶ Exemplo Danielis probatur non esse peccatum sæcularibus litteris erudiri. C. XI.

Poly. l. 4. tit. 7. *non mult.*] orig. & Polyc. & sic deinceps.

Qui de mensa b Regis, & de vino potus eius nolunt † comedere, ne polluantur; vtique si ipsam sapientiam, atque doctrinam Babyloniorum scirent c esse peccatum; numquam acquiescerent discere, quod non licebat. Discunt autem, non vt sequantur; sed vt iudicent, atque conuincant: quomodo si quispiam aduersus mathematicos velit scribere imperitus mathematis, risui pateat: & aduersus philosophos disputans, si ignoret dogmata philosophorum. Discunt ergo ea mente doctrinam Chaldæorum, qua & Moyses omnē sapientiam Aegyptiorum didicerat. *Idem.* ¶ Si quando cogimur litterarum sæcularium recordari, & aliqua ex his dicere, quæ olim omisimus; non nostræ est voluntatis, sed, vt ita dicam, grauissimæ necessitatis; vt probemus ea, quæ à sanctis prophetis ante sæcula multa prædicta d sunt, tam græcorum, quàm latinorum, & aliarum gentium litteris contineri e.

Act. 7. Hier. in prologo in Danielē.

Item ex synodo Eugenij a Papæ secundi.

¶ Magistros, & doctores episcopi congruis locis constituant. C. XII.

Ioo p. 4. c. 214. Ans. l. 7. c. 2. Poly. l. 4. tit. 32.

De quibusdam locis ad nos refertur neque magistros f, neque curam inueniri pro studio litterarum. Idcirco in vniuersis episcopijs, subiectisque g plebibus, & alijs locis, in quibus necessitas occurrerit, omnino cura, & diligentia adhibeatur, vt magistri h & doctores constituantur; qui studia litterarum, liberaliumque artium dogmata assidue i doceant: quia in his maxime diuina manifestantur, atque declarantur mandata.

a ¶ Eugenij.] *Apud Anselmum citatur ex synodo habita Romæ in consist. Lateran. à Beato . . . . . . In Polycarpo eodem modo, & additur nomen Eugenij: ex quo etiam citat Iuo. Inuentum vero est in synodo Eugenij Papæ II. & in synodo Leonis IIII. quarum synodorum, vt alibi dictum est, exemplaria sunt in Vaticana bibliotheca. In indice etiam synodi à Gregorio VII. Romæ habitæ, talis cuiusdam capitis hæc ponitur summa,* Vt omnes episcopi artes litterarum in suis ecclesiis doceri faciant.

† *sed ibi fusius.*

Item Augustinus contra Faustum Manichæum, lib. 13. c. 15.

D*E quibusdam.*] C A S V S. Relatū fuit Eugenio in synodo sua, q̃ in quibusdā locis nō erā: magistri, qui erudirent alios in liberalibus artibus: & ideo præcepit omnibus episcopis, vt in cōgruis locis magistros cōstituāt, q̃ quotidie in doctrinis liberalib' alios doceāt.

f ¶ *Neque magistros.*] Arg. q̃ scholares in scholis de ecclesiis suis debent habere præbendas. s. dist. 32. si qui. ff. ea quibus causis maiores in integrū. necnon. ff. de de negotijs gestis. l. 1. extra de clericis nō resi. inter quattuor. 1. q. 2. sacerdos. Sed cōtra 1. q. 2. placuit. ī. de consec. dist. 1. nemo. ī. 12. q. 2. concessa. 16. q. 1. generaliter.

Intellige aliquē esse in scholis, licet aliquando diuertat causa eundi ad curiam Romanam vel alibi, ... de pe. dist. 1. ... Archid.

g ¶ *Subiectisque.*] idest, baptismalib' ecclesiis.

h ¶ *Vt magistri.*] Quid iuris sit de magistris, habes extra de magist. quia nonnulli. & extra de magist. cap. 1. quia à clericis ipsius ecclesiæ, & à pauperibus nihil petēt, vt ibi dicitur. Sed numquid magister iure licito potest facere collectā? Videtur q̃ nō: quia scientia donū Dei est: vnde vendi nō potest, vt 1. q. 3. nō solū. quia professores iuris & si honeste accipiūt, tñ ihoneste petūt, vt ff. de va. & extraor. co. l. 1. §. est quidē. Itē quia potius debēt proiicere pecuniā exēplo Cratis. 12. q. 2. gloria. §. Crates. Itē quia propter honorē adipiscendum legūt: nō propter vtilitatem aliorū, quare tamquam suorū negotiorum gestores nihil ab auditoribus petere debent, vt ff. de neg. gest. si pupilli. §. 2. Sed contra: qui pro tēpore præstat obsequiū, debet cōsequi beneficium, vt 11. q. 3. charitatem. Item quare non posset magister vendere doctrinam suā, sicut iurisperitus consilium, vt 14. q. 5. non sane? Item omnis testis gratis testatur: & tamen recipit procurationem, id est pecuniam procurationis nomine, vt 4. q. 3. c. venturis. & episcopus gratis consecrat ecclesiam: tamen recipere potest procurationem: vt extra de simo. cum sit. & officium magistri remunerandum est, vt ff. de dona. Aquilius? So. tunc petat magister collectam cum ei sua plenissime non sufficiunt, vt 10. quæst. 3. precis. & 12. q. 1. episcopus ecclesiasticarum rerum. Ioan. Ego credo quidquid dicat Ioan. quòd magister potest facere collectam de qua viuat, & procuretur, etiam si abundet [a]; quia episcopus cum consecrat ecclesiam, & cum visitat, recipit procurationem etiam si abundet, vt in decre. de si. cum sit Romana. & extra de censi. cum Apostolus. & eo titu. sopite. nec vendit magister scientiam, quia æstimari non potest: sed pro labore suo promittitur ei præmiū. nā prædicator non dicitur vendere prædicationem: & tamen petere potest sustentationem, vt extra de præscrip. cū ex officij. & de cēsi. cum venerabilis. & 13. quæstio. 1. §. quia ergo. & §. his ita. Bar. [b]

Magister pro docendo an possit collectā facere.

[a] Arg. contra ... ... vbi de hoc. & ibi dicta. Archid.

[b] De hoc etiam ... tra de m. ... Archid.

i ¶ *Assidue.*] idest, horis competentibus sic ī. 31. dist. sacerdotibus. ff. de condi. & demon. si quis ita legauerit.

Q*Vi de mensa.*] C A S V S. Duæ quæstiones factæ fuerunt Hieronymo. Prima fuit, an sit peccatum discere doctrinam & scientiā paganorū? Et respondet Hieronymus, q̃ non: & hoc probat exemplo quattuor puerorū, scilicet Danielis, Ananiæ, Azariæ, Misaelis, & exēplo Mosi: qui si sciuissent esse peccatū, nūq̃ didicissent. Discebant enim vt cōuincerent incredulos: aliter risui paterent, si de dogmatibus eorū cū eis disputarent, cū inde nihil scirent. Secunda quæstio fuit, an sit peccatū recordari sæcularium legū in prædicatione vel disputatione? & respondet, q̃ nō: quia hoc fit ex necessitate, vt probēt quæ, q̄ sācti dixerūt, ī libris gentiū cōtineri.

b ¶ *Qui de mensa.*] Daniel, Ananias, Misael, Azarias [1]. nam turpe est alicui decretanti ius in quo versatur ignorare, vt ff. de origine iuris. l. 2. §. Seruius.

c ¶ *Scirent esse peccatum.*] Ex eo q̃ Hieronymus hic inducit exemplum Danielis, colligitur arg. q̃ in dubijs recurrendū est ad exēpla maiorū & aliorū. 16. q. 1. sunt nonnulli. 22. q. 1. vt nouerimus. 1. q. 7. conuenientibus. 12. q. 2. questa. 16. q. 3. præsulū. 14. q. 1. c. vlt. 26. q. 2. non statutū. & c. non exēplo. C. de sen. & interlo. nemo [2]. cōtra Sol. vbi iura deficiunt, recurrendū est de similib' ad similia: alias non. 20. dist. de quibus. dic vt ibi. Itē arg. præsumi eo ipso bonū, q̃ ab aliquo bono sit factū, vt 7. q. 1. omnis q. & 34. q. 1. cū beatissim' 9. q. 2. Lugdunensis. 12. q. 2. expedit. 28. q. 1. sic. n. 31. dist. omnino. Io.

Daniel & socij sui.

[1] Ibi alio nomine dicti sunt Balthasar, Sidrac, Misac, & Abdenago: secūdum Hugo. & Lau.

[2] Vt not. 20. dist. ... Rationes quæ duquæ de similibus ad similia.

Si quid

S *I quid veri.*] CASVS. Manichæi dicebant, q si Orpheus & Sybilla, & alij vates & philosophi gentilium de Deo aliquid dixerunt, tantæ est auctoritatis quantæ sunt verba prophetarū. Et respondet Augu. dicens, q si quid veri ibi reperitur, valet ad conuincendū eos: sed non vt habeatur in auctoritate sicut verba prophetarum. Et hoc probat similitudine Dæmonum & Angelorū: qui dæmones, licet vera dixerint de Christo, non tamen sunt tantæ auctoritatis quātæ verba Angelorum.

a *Si quid veri.*] Arg. q testes vel instrumenta possunt pro parte rata haberi, pro parte nō, vt dixi s. dist. 9. si ad sacras. sed illud verū est, quando reprobātur ratione personæ: secus si reprobētur propter dicta. Itē argu. q si aliquid induaci o pro me, q non teneor recipere contra me. s. dist. 19. si Romanorū. contra. Ioan. Sol. si vtor aliquo contra me, & pro me vti debeo: nisi in casib. specialibus. 2. q. 7. si hæretic. Dic vt ibi. Bart.

b *Valet quidem.*] Argumen. esse argumentandū ab exemplis paganorum, & in dubijs ad ea recurrēdū. j. 13. q. 2. questa. s. dist. 21. submittitur.

c *Dæmoniorum.*] Cū dixerunt filio Dei, Ad quid venisti ante tēpus torquere nos? Apostolus tamē in epistola ad Corinth. videtur contrarium dicere, cū dicit: Si cognouissent eū, numquā dominū gloriæ crucifixissent. Dic q sic perfectè eum nō nouerunt: tamē credebant eū filiū Dei, cum viderunt eū ambulantem super aquas; cum viderunt eum esurire, non credebant.

Instrumenta possunt pro parte approbari, & pro parte reprobari.

Diaboli verū cognouerunt Christum esse filium Dei.

¶ Auctoritatibus gentilium, eorum vanitas retunditur, atque conuincitur. C. XIII.

S I quid veri[a] de Deo Sybilla, vel Orpheus, aliique gentium vates, aut philosophi prædixisse perhibentur, valet quidem[b] aliquid ad paganorum vanitatem reuincendam; non tamen ad istorum auctoritatem amplectendam. Quantum enim distat de Christi aduentu inter prædicationem Angelorum, & confessionem dæmoniorum[c]; tantum inter auctoritatem prophetarum, & curiositatem sacrilegorum.

Ibidem infra

Item Clemens Papa I. epist. 5. ad suos discipulos.

¶ Ad intelligentiam sacrarum scripturarum, sæcularium peritia necessaria ostenditur. C. XIIII.

3 R Elatum est nobis, quòd quidam in vestris partibus cōmorantes aduersantur sacris[†] doctrinis: & prout eis videtur, nō secundum traditionem[d] patris, sed iuxta sensum suum, docere videntur. Multas enim quidam, vt audiuimus, vestrarū partium ingeniosi[†] homines ex ijs, quæ legunt, verisimilitudines[e] capiunt. Et ideo diligenter obseruandum est; vt lex Dei cum legitur, non secundum propriam ingenij intelligentiam legatur, vel doceatur. Sunt enim multa verba in scripturis diuinis, quæ possunt trahi ad eum sensum, quem sibi vnusquisque sponte præsumpsit; sed fieri non oportet. Non enim sensum[†], quem extrinsecus adulteretis, alienum[f], & extraneum debetis quærere; aut quoquo modo ipsum scripturarum auctoritate confirmare: sed ex ipsis scripturis sensum capere veritatis. Et ideo oportet ab eo intelligentiam discere[g] scripturarum, qui eam à maioribus secundum veritatem sibi traditam seruanit; vt ipse possit ea, quæ rectè suscepit, competenter asserere. Cum enim ex diuinis scripturis integram quis, & firmam regulam veritatis susceperit, absurdum non erit, si aliquid etiam ex eruditione communi, ac liberalibus studijs, quæ forte in pueritia[h] attigit, ad assertionem veri dogmatis conferat: ita tamen, vt vbi vera didicerit, falsa & simulata declinet.

† al. sanis

† secundum ingenium hominum. Iorg.

† al. sensum extrinsecus alienū

Item Isidorus in lib. 3. sententiarum de summo bono, c. 13.

¶ Quare prohibetur Christianus poetica figmenta legere. C. XV.

4 I Deo prohibetur Christianus figmenta legere poetarum; quia per oblectamenta manium fabularum mentē excitant ad incentiua libidinum. Non enim solum thura[i] offerendo, dæmonibus immolatur; sed etiam eorum dicta libentius capiendo.

Ino p. 4. c. 167. Pann. l. 2. c. 137.

Vt itaque ex præmissis apparet, imperitia sacerdotibus semper esse debet aduersa: quia cum per ignorantiam cæcati alijs ducatum præstare cœperint, ambo in foueam cadunt: vnde dicitur in psalmo [Obscurentur oculi eorum[k], ne videant; & dorsum[l] eorū semper incurua.] Cum enim obscu-

Ex Greg. in l. 1. pastor. c. 1. Matt. 15. Psal. 68.

R *Elatum.*] Hæc est 3. pars huius dist. in qua dicit quòd a sapientibus debemus audire, quæ leguntur in sacra scriptura. Ioan. de Fan.

CASVS. Quidam erant, qui cū veritatis doctorē non haberent, diuinā scripturā exponebant pro suæ voluntatis arbitrio: & non secundum traditionē sanctorum patrum: ex suo ingenio quasdam similitudines capientes: quos Clemēs reprehēdit, ostēdens, q diuina scriptura nō debet intelligi secundū arbitriū alicuius, nec extraneus sensus debet quæri, vel a littera alienus: licet multa sint in diuinis scripturis, quę possunt trahi ad varios & diuersus intellectus. Et ideo docet scientiā esse discendā ab eo, q veritatē à suis maioribus percepit: vt possit postea veritatē prædicare, & alios rectè docere: & ad assertionem veri dogmatis artibus liberalibus poterit vti, vt falsa & simulata declinet. Sequens cap. patet.

d *Traditionem.*] Tales dicuntur transferre terminos patrum, vt 24. q. 3. transferunt.

e *Verisimilitudines.*] idest, statim volunt per similitudines procedere in alijs. & licet per similia licitum sit argumētari[†], vt 20. dist. de libellis. nō tamen semper, vt 17 q. 1. nuptiarum. & 28. q. 1. sic enim.

f *Alienum.*] nisi illud reperiatur in auctoritate. vt cum inueniatur si pont p dic, vel e cōtra, vt 31. dist. tenere. 33. q. 1. hoc ipsū.

g *Discere.*] Prius enim debet discere quam docere, vt 16. q. 1. si clericatus. & c. sic viue. & 36. dist. §. ecce.

† Ad hoc extra de offi. ordinar. ... & de causa ... extra de ... Aquil. illud. Archidia.

h *In pueritia.*] Argu. q aliquis potest testificari de eo qd vidit in pueritiæ ætate, vt hic, & de consec. dist. 4. cum itaque. & cap. placuit. & 36. dist. deinde. nā & liber factus potest testificari de eo qd vidit, cum esset seruus, vt ff. de verb. sig. ni natione §. vlti. Argu. cōtra, quia hæc ætas nescit quid agat, vt C. de falsa moneta. l. 1. & impubes nihil intelligitur scire, vt ff. de iur. & fac. igno. l. vlti. Dic q si fuerit capax doli, bene potest de eo quod tunc vidit, testari de puro facto sed de circumstantijs, scilicet qualiter qd factū sit, nō: quia in hoc facile potuit falli memoria. Ioan. quod satis credo. argu. instit. de inuti. stipu. §. pupillus. ff de regu. iur. l. in negotijs. Bart.

Testificari potest quis de eo quod vidit in ætate pueritiæ.

† Ad idem facit ... extra de testi. ... pupillus.

I *Deo prohibetur.*] Hæc est 4. pars huius dist. in qua dicit causam quare fuit prohibitū studere in libris gentilium. Ioan. de Fan.

i *Thura.*] quasi dicat non refert. an quid fiat, an eius simile, vt 11. q. 3. existimant. & 86. dist. pasce. ff. man. l. vlti.

VT ITAQVE. CASVS. Concludit Gratia. ex supradictis, q sacerdotes debēt ignorantiā omnino vitare: quia si sacerdotes cæci & ignorantes velint docere subiectos, ambo in foueam cadūt: qd probatur auctoritate psal. Et licet quis velit se excusare auctoritate Euangelij dicentis, Seruus nesciens voluntatē domini, &c. non tamen prodest. & hoc probatur auctoritate Apostoli, Qui ignorat, &c. quod debet intelligi de eo, qui inuenit a quo potuit discere: aliàs punitur. quòd probatur auctoritate Augustini, Non omnis, &c. Sequens capitulum patet.

k *Oculi eorum.*] idest, prælati[†], qui regunt alios.

ADDITIO. vt 36. dist. §. ecce. in fi.

l *Dorsum.*] idest, subditos qui sustentari debent à prælatis quasi in dorsu: vel quia sequuntur dorsum ipsorum. vndecima quæst. 3. præcipue.

† Aliàs oculi eorum, i. prælati ...

a Qui

a ¶ *Qui ignorat.*] idest, qui negligit scire, vel contemnit scire. ADDITIO. Nã ignorãtia q̃ est ex culpa, nocet. 38. q. 1. §. ex his. b ¶ *Qui noluit.*] Videtur ergo quòd illis fiat excusatio ad quos prædicatio Apostolorum non peruenit, vt 83. dist. proposuisti. sed non est ita: quia in omnem terram exiuit sonus eorum. 19. dist. ita ideo magister annectit istam 38. dist. in qua ostendit quòd ignorantia periculosa est, maxime sacerdotibus. Notandum est ergo, quòd ignorantia iuris alia est iuris naturalis, alia ciuilis vel canonici. Ignorantia iuris naturalis neminem excusat, si est adultus, vel discretus: quia in his parum interest decipere vel decipi posse, vt

Ignorãtia iuris est multiplex.

rantur illi, qui praeunt; ad ferenda onera peccatorum facile sequentes inclinantur. Elaborandum est itaque sacerdotibus, vt ignorantiam à se, quasi quamdã pestem abijciant. Licet enim seruus nesciens voluntatem domini sui, & non faciens, dicatur vapulare paucis; non tamen hoc de omnibus generaliter intelligitur. Ait enim Apostolus: Qui ignorat[a], ignorabitur. Quod de eo intelligendũ est, qui noluit[b] intelligere, vt bene ageret.

Luc. 12. 1 Cor. 14. Psal. 35.

Vnde Augustinus ait in lib. quæst. veteris, ac noui testamenti, quæst. 67.

C. XVI.

NOn omnis ignorans immunis est à pœna. Ille enim ignorans potest excusari à pœna[c], qui à quo disceret, non inuenit. Istis autẽ hoc ignosci petit, qui habentes à quo discerent, operam non dederũt. Huiusmodi non licet ignorare: accipiant ergo ueniam, si conuertãtur.

¶ *Caput hoc in plerisque vetustis Gratiani exemplaribus coniunctum est superiori. Est autem responsio ad quæstionem, quam præmisit B. Augustinus his verbis:* Quid est, quod in carne positus Saluator ait: Pater ignosce illis: non enim sciũt quid faciunt. Si enim nesciũt quid est, quod ignoscitur? maxime cũ dicat Rex Abimelech ad Deũ: Numquid gentem ignorantem perdes? Non omnis ignorans, immunis est, &c. *In extremo autem addita sunt nonnulla ex ipso B. Augustino, quò sententia sit integrior.*

Luc. 23. Gen. 20.

DISTINCTIO XXXVIII.

CVm[d] *itaque voluntaria ignorantia omnibus noxia sit, sacerdotibus est periculosa.*

Vnde in concilio Tolet. 4. c. 24. legitur.

¶ Sacerdotibus maxime ignorantia vitanda est. C. I.

IGnorantia mater cunctorum errorum maxime in sacerdotibus Dei uitanda est, qui docendi officium in populis susceperunt. Sacerdotes enim legere sanctas scripturas frequenter admonet Paulus apostolus dicens ad Timotheum[e] [Attende lectioni, exhortationi, & doctrinæ; & [semper permane in his.] Sciant igitur sacerdotes scripturas sanctas & canones, ut omne opus eorum in prædicatione, & doctrina cõsistat: atq; ædificent cunctos tã fidei scientia, quàm operũ disciplina.

Burc. l. 1. c. 109. Ivo p. 5. c. 202. Ans. l. 7. c. 119. 1. Tim. 4. Ibidem inferius Conc. Arel. 4. c. 3.

Item ex eodem Tolet. 4. c. XXV.

¶ Officialem libellum ab episcopo accipiant presbyteri, cum ordinantur. C. II.

QVando presbyteri in parochijs ordinantur, libellum officialem[f] à suo sacerdote[g] accipiant, ut ad ecclesias sibi deputatas instructi succedant; ne per ignorantiam etiam in ipsis diuinis sacramentis offendant. Cum uero ad Litanias[h], uel ad concilium[i] uenerint, rationem episcopo suo reddant, qualiter susceptum officium celebrent, uel baptizent.

Burc. l. 2. c. 157. Ans. l. 7. c. 113. Ivo p. 3. c. 129. Pann. l. 3. c. 83.

Item Leo episcopus ad clerum, & plebem Constantinopolitanæ vrbis, ep. 22.

16. q. 1. si cupis. de hac dicitur, Ignorans ignorabitur. Ignorantia iuris ciuilis vel canonici neminẽ excusat, vt j. ea. si in laicis. &c. quæ ipsis. aliquos tamẽ excusat, vt milites, mulieres, rusticos, minores. Ioan. In damno tamen vitãdo nulli nocet, vt ff. de iuris & facti igno error. in fi. nisi in ijs quæ introducta sunt ad rigorem iuris conseruandum, vt in cõstitutione, si quis in tantã. C. vnde vi. & in præscript onibus. Bar. Ignorantia facti alia probabilis, & hæc excusat: quia etiã peritissimos fallit, vt j. 1. q. 2. si quis a simoniacis. & 9. q. 1. ordinationes, alia ẽ crassa & supina, vt cum quis ignorat id quod publice factum est in ciuitate. hæc neminem excusat, vt 16. dist. quod dicitis. 12. quæst. 2. qui & humanis. Hoc plenius inuenies 1. q. 4. §. vlti. in fi.

Ignorantia facti est multiplex.

IGnorantia] CASVS. Docet hic conciliũ Toletan. q̃ ignorantiã sacerdotes Dei debent vitare, quæ mater est cunctorum errorum: & ideo maxime in sacerdotibus est vitanda. Vnde sacras scripturas legere debent, quibus populos sibi commissos valeant erudire tam in scientia fidei, quàm in moribus: & hoc probatur auctoritate Apostoli dicentis: Attende lectioni, &c.

e ¶ *Ad Timotheum.*] Arg. quod vni dicitur, ad omnes extenditur, vt 24. q. 1. quodcunq;. & 16. q. 1. prædicator. 61. dist. miramur. de pœniten. dist. 1. §. his auctoritatibus. C. de pactorum. Argumen. contra 25. dist. qualis.

dominus. nec excusatur quis per ignorantiam, qui potest habere copiam peritorum ff. de iuris & facti ignorantia. l. regula. vel si sua prudentia facile potuit illud scire. C. de ingenuis manomissis. l. 3. & ff. quis ordo in bonorũ possessione seru. l. 1. §. in bonorũ.

c NOn omnis.] ¶ *A pœna.*] id est, à peccato pro quo debetur pœna, vel a pœna æterna. aliter non congrue diceret, nec verum, etiam cum in quolibet ignorante sit pœna eo ipso quòd ignorat, secundum Hugo.

CVm itaque.] Hæc dist. diuiditur in tres partes. In prima intendit probare, q̃ omnes sacerdotes & alij maiores & minores debent esse instructi in lege diuina, & præcipue in canonica, & probat hoc per 2. auctoritates. Secũda ibi, *Quamuis.* Tertia ibi, *Sed licet.* Ioã. de Fan. CASVS. Facta mentione supra de ignorantia in 4. vtraque. & ibi. non omnis. supponit Gra. 38. dist. in qua ostendit q̃ ignorantia periculosa est, maxime sacerdotibus.

d. ¶ *Cum itaque.*] Superiori dist. facta fuit mentio de ignorantia diuer. rescrip. l. 1. ff. de pac. iurisgentium. §

QVando] CASVS. Docet concilium Toletan. quòd quando episcopi ordinant presbyteros in capellis, debent eos docere qualiter officia debeant celebrare, ne per ignorantiam in diuinis sacramentis offendant. & cum ad litanias venerint, vel ad concilium, debent episcopo suo reddere rationem qualiter baptizauerint, vel officia celebrauerint. Sequens cap. patet.

f ¶ *Officialem.*] in quo continetur officium ecclesiasticum.

g ¶ *A sacerdote.*] idest, episcopo.

h ¶ *Ad litanias*] idest, in rogationib⁹. Et sic patet quòd omnes sacerdotes veniant ad cathedralem ecclesiam in festo rogationũ. hc]. de conse dist. 3. c. 3. de conse. dist. 3. & hoc.

Processionem rogationum.

i ¶ *Vel ad concilium*] Sic patet, quòd conuentus quem habet episcopus cum clericis suis, dicitur concilium, vt 18. q. 2. abbates. & q. 2. placuit. 18. dist. propter. &c. placuit.

¶ Inscitia sacerdotum nec excusatione digna est, nec venia. C. III.

SI in laicis[a] vix tolerabilis videtur inscitia; quanto magis in ijs, qui præsunt, nec excusatione digna est, nec venia?

Item Cælestinus vniuersis epis per Apuliã, & Calabriã constitutis, ep. 3.

¶ [C]anones n[ulli] [sacerdotum lic]et sacerdotibus ignorare. C. IIII.

NVlli sacerdotum liceat canones[b] ignorare, nec quicquam facere, quod patrum possit regulis obuiare. Quæ enim à nobis res digne seruabitur; si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libitu, licentia populis permissa, frangatur?

Item ex dictis Augustini.

¶ Quæ sint sacerdotibus necessaria ad discendum. C. V.

QVæ ipsis sacerdotibus necessaria sunt ad discendum[c]; id, est liber sacramentorum[d], lectionarius, antiphonarius, baptisterium, computus[e], canon pænitentialis, psalterium, homiliæ per circulum anni Dominicis diebus, & singulis festiuitatibus aptæ. Ex quibus omnibus si vnum defuerit[f]; sacerdotis nomen vix[g] in eo constabit: quia valde periculosæ sunt euangelicæ minæ; quibus dicitur [Si cœcus cœco ducatum præstet: ambo in foueam cadunt.]

Ceteri etiam Collectores Augustinum citant. Fere autem omnia hæc habentur in pænitentiali Bedæ, & in libro de offi. ys ecclesiasticis, & alibi.

Item ex 7. synodo, c. 2.

¶ [Qu]æ oportet scire eum, qui episcopus est ordinandus. C. VI.

OMnes psallentes repromittimus[h] Deo [In iustificationibus tuis meditabor: non obliuiscar sermones tuos.] Quod omnes quidẽ Christianos obseruare saluberrimum est; sed præcipue hos, qui hierarchicam consecuti sunt dignitatem. Vnde definimus omnem, qui ad episcopatus prouehendus est gradum, modis omnibus psalterium[i] nosse; vt ex hoc & omnis clerus, qui sub ipso fuerit, ita moneatur, & imbuatur. Inquiratur autem diligenter a metropolitano; si in promptu habeat legere scrutabiliter, & non transitorie tam sacros canones, & sanctum Euangelium, quam diuini Apostoli librum, & omnem diuinam scripturam; atque secundum mandata Dei conuersari, & docere populum sibi commissum. Substantia[k] enim summi sacerdotii nostri sunt eloquia diuinitus tradita, id est vera diuinarum scripturarum disciplina, quemadmodum magnus perhibet Dionysius. Quòd si disceptauerit[l], & ita libenter facere, & docere minime spoponderit; nullatenus consacretur. Ait enim prophetice Deus. [Tu scientiam repulisti, & ego repellam te, ne sacerdotio fungaris mihi.]

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 3.

¶ [...]m. C. VII.

PLacuit†, vt ordinandis episcopis, vel clericis prius ab ordinatoribus suis decreta conciliorum auribus eorũ inculcentur[m]; ne se aliquid contra statuta concilij fecisse pæniteat ‡.

Item Zepherinus Papa epist. 1. ad episcopos Siciliæ.

¶ [...]m[un]dana. C. VIII.

SIcut stellas cæli non extinguit nox; sic mentes fidelium, firmamento[n] inhærẽtes sanctæ scripturæ non obscurat mundana[o] iniquitas.

Item Hieronymus ad Eustochium in proœmio comment. in Esaiam.

¶ [...]rum est, ign[oratio Chr]isti. C. IX.

SI iuxta apostolum Paulum, Christus Dei virtus est, Deique sapientia, & qui nescit scripturas, nescit Dei virtutem, eiusque sapientiam[p]; ignoratio scripturarum, ignoratio Christi est.

Margin: Ansel. 7. c. 119. Polyc. l. 4. tit. 4. — Burc. l. 2. c. 160. Iuo p. 6. c. 251. Ansel. l. 7. c. 108. Poly. l. 4. tit. 4. † al. suos canones ‡ al. digne — Burc. l. 2. c. 2. & l. 19. c. 8. Ansl. l. 7. c. 109. Poly. l. 4. tit. 31. Iuo par 6. c. 22. Pann. l. 3. c. 24. — Matth. 15. — Mutat⁹ est periodi ductus. Iuo p. 5. c. 37 2. — Psal. 118. — Cap. 1. eccl. Hierarchiæ. — Osee. 4. — † al. pœniteant.] al. afferunt — 1. Cor. 1.

a SI in laicis.] Videtur ergo quod laici habebunt peritiã iuris maxime si sint iudices, cũ teneantur ferre sententiã in scriptis, vt dixi 20. dist. §. 1. Sed pōt intelligi de iure cõsuetudinario, vel de iure naturali, in quo periculosa ẽ ignorãtia, vt 16. q. 1. si cupis. Nulli sacerdotum.] Multi populi normam canonum & decretorum non seruabant: & episcopi cũ canones ignorarẽt, eos non corrigebãt. Præcepit ergo Cælestinus, vt nulli episcoporũ liceat canones ignorare, quatenus cũ fuerit necesse, corrigã: deliquẽtes.

b Canones.] Pœnitẽtiales, si intelligis de sacerdotibus, vt 26. q. 7. tẽpora. si intelligis de epo, planũ est, vt 23. dist. qui episcopus.

Qvæ ipsis.] Octo exponit in hoc capitulo Augustinus, quæ sunt sacerdotibus necessaria, ad hoc vt ignorantiã vitent: scilicet liber sacramentorum, &c. de quibus octo si vnũ defuerit, vix sacerdotis nomen habebit.

c Ad discendũ.] supple hæc sunt.

d Sacramentorum.] idest, Missale.

e Computus.] quò ad dies & menses.

f Si vnum.] Argu. quod vbi plura requiruntur ex necessitate, si vnum ex his deest, nihil agit, vt de consecra. dist. 4. in synodo. 22. q. 2. animaduertẽdum. hic qui offendit in vno, factus est reus omnium, vt de prouen. dilen. §. consideret. & est simile C. de testamen. si vn⁹. & ff. de transactionibus, cum hi. §. si prætor. Arg. contra 30. q. 5. aliter. ff. de ven. inspi. cien. l. 1. in fin.

g Vix.] quia vbi res deest, nec nomen habebitur, vt 68. dist. corepiscopi. 7. q. 1. fact⁹. C. de fer. à nullo. 35. q. 7. quid est.

OMnes psallentes.] In hoc capitulo statuit synodus, vt omnis qui ad episcopatum promouendus est, psalterium sciat, vt ex eo omnis clerus, qui sub eo fuerit, instruatur: & tempore suæ ordinationis debet metropolitanus ordinandũ epm interrogare, si sciat legere canones sacros & oẽm diuinã scripturã: & si inuenitur ignorãs, repellatur. Et hoc probatur auctoritate prophetæ dicentis: Tu scientiam repulisti, &c. Si vero legere & alia supradicta sciat, nisi promittat se secundum illa victurum, nõ ordinetur. Quæ sequuntur, plana sunt vsque ad capitulum, quamuis.

h Repromittimus.] idest, videmur nos obligare, cum dicimus illa verba: In iustificationibus tuis meditabor.

i Psalterium.] 85. dist. archidiaconum. & 23. distinctione, qui episcopus.

k Substantia.] idest, de substantia sacerdotij videtur esse, quòd ordinandus habeat scientiam.

l Si disceptauerit.] idest, si contradixerit.

m Placuit.] Inculcentur.] similiter cum nouum celebratur concilium, vt 18. dist. decernimus. 11. q. 3. curæ.

n SIcut stellas.] Firmamẽto.] idest, meditationi & lectiõi. Hug.

o Mundana.] Vnde dicitur, Ama sciẽtiã scripturarũ, & carnis vitia nõ amabis. de cõsecra. dist. 5. numquã. Hug. & Lauren.

p SI iuxta.] Sapientiã.] sic argumentatur: Christus est scientia: ergo qui ignorat sciẽtiã, ignorat Christũ: & itellige de tali ignorantia, quæ contemnit discere. ã. proximo cap. si. Ioan.

Qui

Margin glosses: Laici iuris peritiam debent habere. — Vel dic quod hoc potest intelligi de illis laicis, qui in dignitate sunt constituti, de quibus habetur ead. [...] 59. dist. [...] — [...] — Seffiore à principio gl. — [...] Archid. — Alibi incipit. Florentinum.

a Qui ea.] Sapiuntur.] idest, approbantur.
b Ignorat.] Intellige de eo qui contemnit scire, vel de eo quide facili scire posset, si habuisset tractatum cū peritis, vt C. de inge. ma. l. 3. E. dist. proxi.
Q Vamuis.] Hæc est secunda pars huius distin. in qua dicit que

de mensa &c. si quid veri Dic q omnis scientia bona est: sed dicit aliqua scientia mala, qa mala est ... cui dat occasionē peccādi: sicut Adæ fuit malū pomū pa... vt 2. q. 3. quid ergo. & Iudæ buccella. vt 1. q. 1. S. opponuntur. ver. nec mirum. de consecrat. distin. 2. & tanta.

Item Gregorius in pastorali, par. 1. c. 1.

¶ A Domino sciuntur, vel ignorantur, qui ea quæ Dei sunt, sapiunt, vel ignorant. C. X.

QVi ea, quæ Dei a sunt, sapiunt, à Domino sapiuntur: & qui ea, quæ Dei sunt, nesciunt, à Deo nesciuntur, Paulo attestante, qui ait [Si quis ignorat b, ignorabitur.] Idem. Quicumque stultus est in culpa, erit sapiens in pœna.

a ¶ Dei sunt.] In loco indicato legitur: Qui ea, quæ sunt Domini nesciunt, à Domino nesciuntur, Paulo attestante, &c.

1 Cor. 14. Lib. moralium. 31. c. 23. mutato verborum ordine.

Item Augustinus in Enchiridio ad Laurentium, c. xvij.

¶ Non qui aliquid nescit, sed qui putat se scire quod nescit, errare probatur. C. XI.

Senten. l. 3. dist. 38. c. illud. ...

QVamuis errare c, quanta possumus cura, cauendū sit, non solū in maioribus, verumetiam in minoribus rebus, nec nisi rerum ignorantia possit errari; non tamen est consequens, vt continuo erret quisquis aliquid nescit: sed quisquis se existimat scire quod nescit. Pro vero quippe approbat falsum: quod est erroris proprium. Verumtamen in qua re quisque erret, interest plurimum. Nam in vna eademque re, & nescienti sciens, & erranti non errans recta ratione præponitur. In diuersis autem rebus, id est, cum iste scit alia, ille alia, & iste vtiliora, ille minus vtilia, vel etiam noxia; quis non in eis, quæ ille scit, ei præferat nescientem? sunt enim quædam, quæ nescire, quàm scire d sit melius.

3 *Sed licet per ignorantiam grammaticæ artis aliquid vitiosum proferant episcopi, vel presbyteri, non tamen ideo à scholasticis sunt despiciendi: quia morum vitia magis, quàm verborum sunt præcauenda.*

Vnde Augustinus in libro de catechizandis rudibus, c. 9.

¶ Non contemnant scholastici ecclesiasticam simplicitatem. C. XII.

Iuo p. 6. c. 383.

SEdulo monendi sunt scholastici e, vt humilitate induti Christiana, discant non contemnere, quos cognouerint motum vitia, quam verborum amplius deuitare; & cordi casto linguam exercitatam nec conferre audeant, quam etiam præferre consueuerant. & infra. His etiam maxime vtile est, nosse ita esse præponendas verbis sententias f, vt præponitur animus corpori. Ex quo fit, vt ita malle debeant veriores, quàm disertiores audire sermones; sicut malle debent prudentiores, quàm formosiores g habere amicos. Nouerint etiam non esse vocem ad aures Dei, nisi animi affectum. Ita enim non irridebunt, si aliquos antistites, & ministros ecclesiæ forte animaduerterint, vel cum barbarismis, & solœcismis Deum inuocare; vel eadem verba, quæ pronuntiant, non intelligere h, perturbateque distinguere: non quia ista minime corrigenda sunt; vt populus ad id, quod plane intelligit, dicat i, Amen k: sed quia pie toleranda sunt ab eis, qui didicerunt, vt sono l in foro, sic voto in ecclesia benedici. Itaque m, forensis illa n, nonnumquā forte bona dictio o, numquam tamē benedictio dici potest.

nomen] orig.

e ¶ Scholastici.] Vox illa abest ab originali. Sed in eo hæc præcedunt: Sunt item quidam de scholis vsitatissimis grammaticorum, oratorumque venientes: quos neque inter idiotas numerare audeas; neque inter illos doctissimos, quorum mens magnarum rerum est exercitata quæstionibus. His ergo, qui loquendi arte ceteris

SED LICET. Supra dictum est, quod presbyteri debēt ignorantiā euitare: sed licet quandoque per ignorantiā peccentin grammatica, nō tamen propter hoc sunt à grammaticis, idest, scholasticis despiciendi: quoniam vitia sunt magis præcauenda q̄ verba.
S Edulo.] CASVS. Quidā prælati per ignorantiā grāmaticæ lectionis Deū cū solœcismo & barbarismo inuocabant: & propter hoc a peritis scholasticis despiciebātur. quære quęhtū suitab Augustino, an hoc deberent facere? et respondet q nō: & hoc probat trib' rationibus. Prima est, quia diserta ligua scholasticorum casto cordi nō debet præponi. Secunda est, quia scientia præponitur verbis, sicut animus corpori: & sicut prudēs amicus formoso præponitur. Tertia ē quia Deus magis inspicit affectum quàm vocem. ignorantia tamen talis est reprehēdēda: sed ab his toleranda q didicerunt: quia sicut sonus in foro, ita votū in ecclesia benedici.
f ¶ Sententias.] Nota q magis cōsideranda est sentētia q̄ verba, vt 11. q. 3. marchion. 22. q. 5. humanæ. de consec. dist. 4. retulerunt. & si nō sanctificatur. & potius mens est consideranda quàm verba, vt 23. q. 1. paratus. Argu. contra extra de sponsa. ex litteris. Sol. non est à verbis recedendum nisi ex verbis paru' generetur intellectus: & tunc verba sunt interpretanda.
g ¶ Quàm formosiores.] Vnde Seneca. Infirmus

Scientia aliqua dicatur mala.

Sententia potius q verba attendi debet.

Seneca.

g illi errant qui falsa pro vero approbāt, vel e cōtrario. Ioā. de Fā.
CASVS. Quidam contra Aug. ita argumentabantur: non potest quis errare nisi ignorantia rerū: sed omnis ignorātia est nescietia. ergo quicumque nescit, errat. Dicit Aug. q ignorātia est vitāda in maioribus & in minoribus: non tñ sequitur, q quicumque nescit, errat. Sed ille dicit errare, qui putat se scire qd nescit: & qui falsū pro vero asserit. Verūtamē multū refert in quibus rebus qs erret. Nā si in re honesta, & quæ ad salutem animæ proficiat quis erret, sciens præponitur nescienti, & nō errans erranti. In rebus autē diuersis, si ista sint vtilia, illa inutilia & noxia: tunc noxia nesciens præponitur scienti: qua talia melius est nescire quàm scire.
c ¶ Errare.] Errare est aliud p alio putare, vt 22. q. 2. ... qb'.
d ¶ ...] In his quæ spectant ad salutem animæ, nihil interest decipi vel decipere, vt 16. q. 1. si cupis.
c ¶ Quàm scire.] Hic videtur q bonum sit ignorare mala, vt 32. dist. hospitiolū. Sed contra omnis scientia à Deo est, vt 37. dist. hinc. & bonū est scire mala, vt ea vitemus, vt supra dist. proxi. q

non quærit medicum eloquentem: sed curare scientem.
h ¶ Intelligere.] Argu. quod non est deponendus aliquis propter imperitiam, vt 10. q. 1. placuit.
i ¶ Dicat.] Arg. contra extra de fi. presbyte. proposuit. 7. q. 1. illud. sed nec hic populus respōdet, Amen, officiādo ecclesiā vel Missā. Et ita videtur, q nec sine ministro potest presbyter Missam dicere, licet H. dixerit, q bene possit cum populo tantū ecclesiā officiare.
k ¶ Amen.] Videtur ergo sufficere, si populus respondeat sacerdoti in Missa, ... & sic est contra 7. q. 1. illud. Sed dic quòd non respondet populus officiando Missam.
l ¶ Voso.] Hoc est dicere, sicut in concione laici cōpositos sermones & politos considerant: sic viri ecclesiarum votum & intentionem considerare debent sacerdotis.
m ¶ Itaque.] idest, quamuis.
n ¶ Illa.] concio.
o ¶ Bona dictio.] nominetur: non tamen potest dici benedictio. 28. dist. presbyterum.

Imperitia nō facit quē deponi.

Ad idē 71. dist. ... 23. q. ... in Gal. liard in fi. Pro hoc an fi. ... Decis Hugo ...

Nullus.

Nullus] Quidam episcopi dedignabantur discere à iuuenibus, vel ignobilibus propter opprobriũ senectutis, vel nobilitatẽ generis: quos Clemẽs reprehendit, dicẽs ꝙ potius sunt membra diaboli quam Christi: & potius sunt infideles ꝙ̃ fideles.

a Opprobrium] Et dicit Augustinus. Ego senex a puero nondum anniculo paratus sum edoceri, vt 24. q. 3. si habes. & stultus est, qui bona quæ videt, discere contemnit, vt 22. dist. de Constantinopolitanæ. & si vnũ pedem haberem in sepulchro, alium extra: adhuc vellẽ discere, vt ff. de fideicõ. liber. apud Iulianũ. Vnde Seneca. Nulla ætas sera est ad discendum.

74. dist. eporũ. sed pmorũ nõ deijcit: sed dat ei coadiutor, vt 7 q. 1. qa frater. & 12. q. 2 vobis.: amẽ iste Petrus nõ tantũ pp simplicitatẽ fuit remot⁹, sed etiã qa solidos dedit ad vsurã, vt 47. dist. de Petro.

g Extrinseca.] Debet enim cautus circa sua negocia esse, vt 23. dist. qui episcopus. & est simile 86. dist. fratrem. Ioannes.

hominibus excellere videntur, cum veniunt, vt Christiani fiant, hoc amplius, quàm illis illiteratis impartire debemus; quòd sedulo admonendi sunt, vt humilitate, &c.

Item Gregorius ad Leandrum episcopum Hispalensem, in præfat. Moral. ad finem.

¶ De eodem. C. XIII.

INdignum vehementer existimo, vt verba cælestis oraculi restringam sub regulis Donati.

¶ *Hoc, & duo sequentia capita absunt à multis antiquis exemplaribus, neque glossam habent.*

[*Item Augustinus de vera religione, c. 49. & 50.*]

PALEA. C. XIIII.

LOcutio diuinarum scripturarum secundum cuiusque linguæ proprietatem accipienda est. Habet enim omnis lingua, sua quædam propria genera locutionum; quæ cum in aliam linguam transferuntur, videntur absurda.

[*Item Hieronymus ad Pammachium, epist. 52. cuius initium est [Christiani interdum pudoris est.*]

PALEA. C. XV.

ECclesiastica interpretatio, etiam si habet eloquii venustatem, dissimulare eam debet, & fugere; vt non otiosis philosophorũ scholis, paucisque discipulis, sed vniuerso loquatur hominum generi.

Item Clemens Papa, epist. 3.

¶ Propter opprobrium senectutis, à paruulis, & à minimis non erubescat discere episcopus. C. XVI.

NVllus episcopus propter opprobrium senectutis, vel nobilitatem generis à paruulis, vel minimis eruditis, si quid forte est vtilitatis, aut salutis, inquirere negligat. Qui enim rebelliter viuit, & discere, atque agere bona recusat; magis diaboli, quàm Christi membrũ esse ostenditur; & potius infidelis, quàm fidelis monstratur.

DISTINCTIO XXXIX.

ECce plenarie monstratum est, quòd sacerdotes oportet litterarum tam sacrarum, quàm sæcularium esse peritos. Nunc quæritur, an sæcularium negotiorum oporteat eos habere peritiam. Hanc prælatis esse necessariam multis rationibus probatur. Debent namque prælati subditis non solum spiritualia, sed etiam carnalia subsidia ministrare, exemplo Christi, qui turbas sequentes non solum verbo docebat, sed etiam virtute sanabat, & corporalibus alimentis reficiebat. Vt autem prælati hæc omnia plene possint perficere, sæcularium negotiorum oportet eos habere solertiam, vt eorum cautela & ecclesiæ seruentur indemnes, & cuique necessaria pro suo modo ministrentur. Vnde quidam in episcopum electus, à Beato Gregorio pro sua simplicitate repellitur, ne eius occasione res ecclesiæ dilapidarentur. Sic enim scribit Gregorius clero, & nobilibus Neapol. lib. 8. epist. 40.

¶ Sæcularium negotiorum imperiti non sunt in episcopos eligendi. C. I.

PEtrus diaconus, quem à vobis electum asseritis, omnino (vt dicitur) simplex est: & nostis, quia talis hoc tempore in regiminis debet arce constitui, qui non solum de salute animarum, verum etiam de extrinseca subiectorum vtilitate, & cautela sciat esse solicitus.

Ans. l. 6. c. 13. Poly. l. 2. tit. 4.

Ecce.] Hæc dist. breuis est: & ideo non diuiditur.

b Ecce.] In tribus supradictis dist. demonstratum est, episcopum debere esse prudentem in litteris tam diuinis ꝙ̃ sæcularibus. Nunc vero in hac 39. distin. ostendit, quòd oportet episcopũ esse prudentem in negotijs sæcularibus, vt sua cautela reddantur ecclesiæ indemnes: & cuique necessaria pro suo modulo ministrentur, & hoc exemplo Domini, qui turbas sequentes non solum verbis spiritualibus, sed etiam corporalibus alimentis reficiebat: quam peritiam quia Petrus diaconus nõ habuit, est à dignitate repulsus, ad quam fuerat electus, vt probat sequens cap. quod per se patet.

c Habere peritiam.] Et ita hoc est adhuc de illo capitulo, de quo tractatur 36. dist. scilicet, oportet episcopũ esse prudentem. secundum Hugo. & Lau.

d Solertiam.] idest industriam, & solicitudinẽ. Solers enim antiquitus, dicebat ꝙ erat oĩ bona arte instruct⁹. Et dicit solers, ꝙ sit solicitus in arte & vtilis, secundum Papiam.

e Pro suo modo.] qa plus quãdoque conferendũ est vni quam alteri, vt 1. q. 2. clerici. 12. q. 2. vulteranę. ext. de pbẽ. de multa. in fi.

f Asseri.] Simplex est.] Quędã est simplicitas, quæ est cõtraria dolo: & illa ẽ bona, vt 16. q. 1. sic opis. sed hic vocat simplicitatẽ negligẽtiã siue stultitiã, vt 36. dist. in princ. & illa et impedit promouẽdũ, vt hic, & arg. 74. dist.

Studendo operam ad discendũ.

Episcopus debet esse prudens in negotijs sæcularibus.

Simplicitas est duplex.

a q. 7 illa qu rusticitas, id est simplicitas. Aliquando o simplicitas aberrans ... Instit. de fidei commiss. heredit. ... Archid.

Portet.] Hæc dist. diuiditur in sex partes, in quarũ prima probat primo & principaliter, quod ornatus debet esse sacerdos, & omnes alij clerici, vt honorẽ faciant suis cathedris & dignitatibus: & hoc probat per quatuor aucto. Secũda ibi, *Homo christianus*. Tertia ibi, temperantia cibi & potus. de isto ornatu agitur in proxima seq. dist. Interior ornatus est virtus. & de hoc agitur hic: & ostendit quod locus non dat virtutem, nec dignitas: sed vitæ meritum. Ioan.

N On nos.] C A S V S. Quidam dicebant, quod Petrus & successores eius licentiam peccandi à Domino receperunt cũ priuilegio dignitatis. Symmachus autẽ Papa dicit, non esse verum: quia Petrus transmisit ad posteros apostolicã dignitatem cum hereditate innocentiæ, quam per bona opera acquisiuit: verũtamen nullus debet dubitare sanctum esse quem apex tãtæ dignitatis attollit: in quo si bona ꝓpria desint, sufficiunt merita Petri, vt bonæ opinionis habeatur. Quæ sequuntur vsque ad cap. si Papa. plana sunt.

DISTINCTIO XL.

1. Tim. 3. | Psal. 131. | Exo. 28.

Portet[a] quoq; episcopum esse ornatum, & hospitalem: Ornamenta episcopalia, virtutes debent intelligi, quæ à Domino eis repromittuntur, cum dicitur [Sacerdotes eius induam salutari.] Vnde in veteri testamento varijs vestibus ex præcepto Domini sacerdotes ornati leguntur: quia multimodis virtutibus debet splendere vita pontificis, vt gradui conferat decorem, quem ab eo non accepit. Non enim loca, sed vita, & mores sanctum faciunt sacerdotem. Vnde ex suscepto officio non licentiam peccandi, sed necessitatem bene viuendi se nouerint assecutos.

Vnde Symmachus Papa ait.

¶ Officium sacerdotii non confert, sed adimit peccandi licentiam. C. I.

Polyc. l. 3. tit. 7.

NOn nos beatum Petrum, sicut dicitis, à Domino cum sedis priuilegijs, vel successores eius, peccandi iudicamus licentiam suscepisse. Ille perennem[b] meritorum dotem cum hereditate[c] innocentiæ misit ad posteros. Quod illi concessum est pro actuum luce[d], ad illos pertinet, quos[e] par conuersationis splendor illuminat. Quis enim[f] sanctum dubitet esse, quem apex tantæ dignitatis attollit? In quo si desunt bona acquisita per meritum, sufficiunt, quæ a loci decessore præstantur. Aut enim claros ad hæc fastigia erigit: aut qui eriguntur, illustrat[g].

¶ *Caput hoc, quod citatur ex Symmacho, est in libro, quem pro Symmacho Ennodius diaconus scripsit: iure que Symmachi nomine citatur, quòd eum librum Symmachus, & vniuersa quinta synodus pro causa Symmachi habita sic approbarunt, vt pareret ei cum synodo, & Apostolicu decretis auctoritatem tribuerint.*

b ¶ *Perẽnem meritorũ.*] id est, apostolicam dignitatem per bona merita acquisitam.

c ¶ *Cum hereditate*] id est, ad hoc transmisit vt essent heredes bonitatis suæ. (Arg. 24. q. 1. pudenda.)

d ¶ *Pro actuum luce.*] id est, pro bonos actus.

e ¶ *Quos.*] id est, quia eos.

f ¶ *Quis enim.*] quasi dicat, & si quandoque forte Apostolici non essent boni, tamẽ semper præsumũtur esse boni. quis enim, &c. Sed nõne contrarium est 19. dist. Anastasius. 21. dist. nunc autem? Sed non dr hic, quod sancti sunt, sed quod sancti præsumũtur, donec contrarium constet: quia hereditatem innocentiæ recipiunt, vt hic dicit. Sed quid si constet de ipso, quod adulterium cõmisit vel homicidium? Dicit Hug. quod licet non possit accusari, inde tamen peccat: & quod hic dr, bene facere, intelligiẽ de his, quæ possunt æqui retorqueri ad bonũ vel ad malum: quia semper in dubio pro ipsius facto præsumit. Sed hoc certe idem est in quolibet sacerdote, vt 11. q. 3. absit. & 41. dist. cap. 1. & 16. q. 1. si clericatus? Respon. hoc verũ est: sed tñ magis præsumitur pro Papa, vt 93. dist. cap. 1. vnde sacrilegij instar esset disputare de facto, &c. vt 17. q. 4. §. qui autem. Vel dic quòd facta Papæ accusantur, vt homicidia Sampsonis, & furta Hebræorum, & adulterium Iacob, vt extra de diuor. gaudemus. Ioan.

(Papa siue Apostolicus semper præsumitur bonus.)

(Papa de homi. vel adulterio accusari nequit.)

Item Hieronymus ad Heliodorum, epist. 1.

¶ Filij sanctorum sunt, qui exercent opera eorum. C. II.

infra. 2. q. 7. c. non omnes. | Polyc. l. 3. tit. 8. | Burc. l. 1. c. 207. | Iuo p. 5. c. 321.

NOn est facile stare[h] loco Pauli, tenere gradum Petri iam cũ Christo regnantium: quia[a] hinc dicitur; non sanctorum filij sunt, qui tenent loca sanctorum; sed qui exercent opera eorum[i].

a ¶ Quia hinc.] *Hæc vsque ad finem non sunt inuenta apud B. Hieronymum: ex quo tamen, aut ex eius dictis, citant etiam ceteri collectores.*

Item Gregorius.

¶ Morum nobilitas, non loci, vel generis, sacerdotem notificet. C. III.

Burc. l. 1. c. 208. | Iuo. p. 5. c. 322. | Polyc. l. 3. tit. 7.

NOs qui præsumus, non ex locorum[k], vel generis dignitate; sed morum[l] nobilitate[m] innotescere debemus: nec vrbium claritate, sed fidei puritate.

Item Gregorius ad Anastasium presbyterum, lib. 6. epist. 29. vel c. 193.

¶ Non loca, vel ordines, sed merita nos Deo iungunt. C. IIII.

Polyc. ibidem.

NOn loca, vel ordines[n] creatori nostro nos proximos faciunt: sed ei nos merita bona iungunt, aut mala disiungunt.

Item Ioannes Chrysostomus, [id est auctor operis imperfecti, in Matthaeum, homilia 40. ad c. 21.]

Si Papa. Quarta ibi, *Ante omnia.* Quinta ibi, *Illud.* Sexta ibi, *Multi.* Ioan. de Fan.

C A S V S. Hic intitulatur 40. dist. in qua prosequit̃ quintum cap. Apostolicæ regulæ, scilicet, oportet epm esse ornatum: sed p ornamenta virtutes intelligunt̃: & hoc probatur auctoritate Psal. & exemplo sacerdotũ veteris testamenti, qui varijs vestibus vtebãtur, quæ designant vestes interiores, scilicet virtutes & bonos mores, qbus suæ cathedræ conferant decorem, quem ab eo non accipiũt: nec intelligant sibi licentiam peccãdi concessam ex dignitate sibi data, sed necessitatem bene viuendi: quod probat seq. cap.

a ¶ *Oportet.*] Hic prosequit̃ 5. cap. Apostolicæ regulæ, oportet epm esse ornatum. Est autẽ duplex ornatus, exterior, & interior. Exterior ornatus consistit in grauitate, & in incessu, & in habitu, & in

g ¶ *Illustrat.*] id est, dat eis occasionem bene viuendi, vt 81. distin. valet.

h NOn est. ¶ *Stare.*] digne, sicut exigit eminẽtia dignitatis. Hug.

i ¶ *Opera eorum.*] 35. dist. cap. ecclesiæ.

k NOs ¶ *Non ex locorum.*] tantum: ne sit contra 81. dist. valet.

l ¶ *Morum.*] C. de episco. & cleri. si quemquam.

m ¶ *Nobilitate.*] sic 3. 1. q. 1. vilissimus.

n NOn loca, vel ordines.] tantum: quia per ordines confertur gratia, vt 1. q. 1. quidquid. & est simile 23. q. 4. sicut a.

(1 Ista fuit sententia Laur. dicentis, quòd qui de alijs præsumitur, vel dubitat, potest venialiter q de Papa. mor. a litter. ar. huius §. hic allega. qui autem.)

Homo

¶ Magnitudo peccati, vel dignitatis quemque fortiter deijcit. C. V.

2 HOmo Christianus fortiter cadit [a] in peccato propter duas causas, aut propter magnitudinem peccati, aut propter altitudinem dignitatis †.

Item ex dictis [a] *Bonifacij martyris.*

¶ Damnatur Apostolicus, qui suæ, & fraternæ salutis est negligens. C. VI.

3 SI Papa suæ, & fraternæ salutis negligens, deprehenditur inutilis, & remissus in operibus suis, & insuper á bono taciturnus, [b] quod magis officit sibi, & omnibus; nihilominus innumerabiles populos cateruatim secum ducit, primo mancipio [c] gehennæ, cum ipso plagis multis in æternum vapulaturus †. Huius culpas istic redarguere præsumit mortalium nullus: quia cunctos ipse iudicaturus á nemine [d] est iudicandus; nisi deprehendatur á fide [e] deuius: pro cuius perpetuo statu vniuersitas fidelium tanto instantius orat, quanto suam salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertit propensius pendere.

a ¶ Dictis Bonifacij.] *Nauclerus gen. 26. testatur hoc fuisse dictum Bonifacij martyris. Verum Deusdedit presbyter Cardinalis, tit. Apostolorum in Eudoxia, tempore Victoris Papæ iij. libros quatuor de rebus ecclesiasticis composuit, qui in bibliotheca Vaticana seruantur. Et libro primo cap. 231. ex gestis (sic habent etiam multi Gratiani codices, & Iuo) Bonifacij martyris, & Archiepiscopi Moguntini sedis Apostolicæ legati, hæc sanctissimi illius viri de Romano Pontifice, ac sede Apostolica verba refert, in quibus est hoc caput: & quidem ex antecedentibus, & sequentibus valde illustratur.* Sancta Romana ecclesia priuilegio specialis auctoritatis diuinitus, & humanitus caput omnium ecclesiarum post Christum Iesum effecta, secundum Apostolici, vel rectoris sui qualitatem, & valitudinem afficit totius Christianitatis membra, vt illius incolumitati sua respondeant incolumitate, & congaudeant: & nihilominus eius languoribus suo languore consentiant: & sicut eius gloria iuxta Apostolum conglorificantur, sic eius deiectione deijciuntur, vt illud propheticum in eo præcipue compleri deprehendatur [Omne caput languidum, & omne cor mœrens: á planta pedis vsque ad verticem non est in eo sanitas.] Et reuera tanta reuerentia apicem præfatæ Apostolicæ sedis omnes suspiciunt, vt nonnullam sanctorum canonum disciplinam, & antiquam Christianæ religionis institutionem magis ab ore præcessoris eius, quàm á sacris paginis, & paternis traditionibus expetant: illius velle, illius nolle tantum explorant, vt ad eius arbitrium suam conuersationem & ipsi remittant, aut intendant. Quòd si, vt summopere sibi, & omnibus expedit, zelo domus Dei sine intermissione tabescens, fidelis dispensator & prudens existens, Deo & hominibus, opere & sermone irreprehensibilem sese conseruare studuerit, vt vere fatear, vniuersum pene mundum secum attonitum, & solicitum post Deum currere facit; ex vtroque; sicut populos diuersæ professionis, conditionis, & ætatis cateruatim Domino suo super omnia bona ipsius constituendos ducit. Si vero suæ, & fraternæ salutis negligens deprehenditur, inutilis, & remissus in operibus suis, & insuper á bono taciturnus (quod magis officit sibi & omnibus) nihilominus innumerabiles populos cateruatim secum ducit, primo mancipio gehennæ cum ipso plagis multis in æternũ vapulaturus: cuius culpas illic redarguere præsumit mortalium nullus: quia cunctos ipse iudicaturus á nemine est iudicandus, nisi forte deprehendatur á fide deuius: pro cuius perpetuo statu vniuersitas fidelium tanto instantius orat, quanto suam salutem post Deum ex illius incolumitate animaduertunt propensius pendere. Saluo enim diuinæ omnipotentiæ mysterio, vt dignum est, loco ab ipsa secundo illud B. Iob nõ incongrue aptari sanctæ Romanæ Ecclesiæ potest: [Si destruxerit, nemo est qui ædificet: & si incluserit hominem, nullus est qui aperiat ei: si continuerit aquas, omnia siccabuntur: & si emiserit eas, subuertent terram] nec immerito: cum ipsa specialius in Petro cæli, terræque retentet habenas. Hæc cum omnium fidelium in Christo spiritalis sit mater, nemo debet renuere illius feriri disciplina, vel emẽdari censura, iuxta illa prouerbia Salomonis [Ne dimittas legem matris tuæ, liga eam in corde tuo iugiter: qui enim abijcit disciplinam, infelix est: & stultus homo despicit matrẽ suam.] & rursus [Est maledictus á Deo, qui exasperat matrẽ: & maledictio matris eradicat fundamẽta;] illa vtique quæ arrogãt †, diuisa á fide illius, cui dictum est [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meã.] & super arenam concupiscentiæ carnalis, seu humanæ præsumptionis probantur posita; cursus illius minime prosperatur, si á suo fonte diuidatur.

Marginalia: † al. gestis. — Iuo par. 5. c. 23. — † al. vapulaturus. — 2. Cor. 1. — Esa. 1. — Iob. c. 12. — Prou. 1. & 18. — Eccle. 3. — † forsasse] arrogantes — Matt. 16.

Homo.] Hæc est secunda pars huius dist. in qua probat, quòd vnus in eodem genere peccati magis punitur quàm alius: & hoc probat per istud c. Ioan. de Fan.

a ¶ Cadit.] id est, cadere videtur ab ecclesia. Ex hoc capitulo plurimi dicunt, quòd circumstantiæ loci & temporis & dignitatis & scientiæ aggrauant peccatũ [a], vt magis peccet clericus, quàm laicus in eodem genere delicti, & magis litteratus, quàm non litteratus, & magis peccatur in loco sacro vel tempore quàm extra. arg. 19. dist. nulli. & 50. dist. quia tua. & 11. q. 3. præcipue. & 25. q. 1. nulli. de pœni. dist. 5. considerꝫ. & 32. q. 5. qui viderit. & augetur peccatum dignitate peccantis, [b] vt ff. de re milita. omne. §. augetur. Alij dicunt quòd circũstantiæ cũ sint bonæ & á Deo, non debent esse alicui occasio mali. vnde dicunt, quòd circumstantiæ nõ aggrauant peccatũ, sed solus contemptus. si ergo laicus ex maiori contemptu peccat, magis peccat quàm clericus. Sed quia non constat ecclesiæ qualiter quis peccat, an ex contẽptu vel alio modo, 24. q. 3. Deus. ideo non potest iudicare de peccato secundum contemptum: & ideo iudicat per circumstantias, quasi per quasdam præsumptiones: & magis punitur clericus quàm laicus: quia magis præsumitur contra ipsum. & licet hic duæ causæ tantum enumerentur, quæ videntur aggrauare peccatum: tamen plures sunt. de pœn. di. 5. consideret.

SI Papa.] Hæc est tertia pars huius dist. in qua probat, quòd Papa magis punitur quàm alij, si male regit ecclesiam Dei. & hoc probat per hoc cap. Ioan. de Fan.

CASVS. Bonifacius martyr consulius fuit, an Papa ab aliquo possit iudicari, si inueniatur negligens & remissus in operibus suis, cum noceat sibi & omnibus subditis suis: & similiter multos secum trahit. Et respondet quòd non, cum debeat omnes alios iudicare: nisi hæreticus deprehendatur, pro cuius salute, cum ipse sit caput ecclesiæ post Deum, vniuersitas fidelium instantius orat: sed licet iudicari non possit, nihilominus punietur cum ipso diabolo in æternum.

b ¶ Taciturnus.] Taciturnitas mortalis est in prælato, vt 43. dist. c. 2.

c ¶ Mancipio.] id est, diabolo, qui mãcipatus est gehennæ. de pœn. dist. 1. mancipium.

d ¶ A nemine.] Papa á nemine potest iudicari, vt 9. q. 3. nemo, quod intellige nisi ipse se subijciat alij. 2. q. 7. nos si incompetenter. Sed contra 24. q. 2. sane profertur. versiculo, quem Romanorum. vbi dicitur, quòd Dioscorus Papa Romanus fuit excommunicatus, quãuis in hoc non peccauerat. Sed ibi appellat Papam patriarcham Constantinopolitanum. Item adhuc obstat 11. q. 2. non liceat. ibi. vnus Papa iudicat de suo successore. Sed ibi non iudicat de ipso, sed dicit quòd non liceat ei alienare res ecclesiæ.

e ¶ A fide deuius.] Quod intelligit Hugo, cum Papa non vult corrigi: si enim paratus esset corrigi, non posset accusari, vt 24. q. 1. aperte. & cap. ait. & cap. hæc est fides. & 2. q. 3. dixit Apostolus. Sed quare non potest accusari de alio crimine? ponamus quòd notorium sit crimen eius vel per confessionem, vel per facti euidentiam: quare non accusatur vel de crimine simoniæ, vel adulterij: etiam cum admonetur, incorrigibilis est, & scandalizatur ecclesia per factum eius? Certe credo quòd si notorium est crimen eius, quandocumque, & inde scandalizatur ecclesia, & incorrigibilis sit: quòd inde possit accusari. Nam contumacia dicitur hæresis [1], vt 81. dist. si qui presbyteri. & contumax dicitur infidelis, vt 38. dist. nullus. Hic tamen specialiter fit mentio de hæresi, ideo quia & si occulta esset hæresis de illa posset accusari: [2] sed de alio occulto crimine non posset. Item numquid potest denuntiari crimen Papæ secundum regulam istam, Si peccauerit in te frater tuus [3]: cum omnem fratrem quilibet Christianus dicat, vt 11. q. 3. ad mensam. Sed dico quòd non potest denuntiari crimen de ipso, nisi inde posset accusari. nam inutilis esset denuntiatio [4]. Item numquid Papa posset statuere, quòd non posset accusari de hæresi? Respon. quòd non: quia ex hoc periclitaretur tota ecclesia: quod non licet. 1. 25.

Marginalia: Circumstantiæ peccata aggrauant. — a Adde ad hoc text. gl. & dict. 3. & tacta. — b Ad hoc 3. q. 6. ... — Prælati tacere non debent. — Papa iudicatur á nemine. — Papa an de crimine accusari possit. — a Contra. ... — 1 Dic, quòd hæresis dicatur pluribus modis, vt no. 24. q. 1. in text. & extra de hære. firmiter. — 2 Vt 2. q. 1. si peccauerit. — 3 Sub. nam denuntiatio fit ad correctionem, ad quam compelli non potest: cum superiorem non habeat. Archid.

j. 23. q. 1. sunt quidam. quia hoc fit in eo casu quo desinit esse caput ecclesiæ, & ita non tenet constitutio. Sed pro quo peccato potest Imperator deponi? pro quolibet: si est incorrigibilis. vnde deponitur, si est minus vtilis, vt 15. q. 6. alius.

Imperator pro quo peccato deponi possit.

A *Nte omnia.*] Hæc est quarta pars huius distin. in qua dicit, quod dif-

d *Vt secundus locus.*] quia primus locus est papatus, secundus locus est episcopatus. Vel ideo hoc dixit, quia factus est episcopus alteri, vt 7. q. 1. non autem.

Papatus est primus locus.

S *Icut viri.*] CASVS. In hoc cap. notatur similitudo inter matrimonium carnale & spirituale: quia sicut legitima coniunctio, scilicet animorum, vnum facit matrimonium, & sicut duorum commistio vnum facit corpus, ita clericatus & sacerdotium vnum faciunt presbyterum: & electio & consecratio faciunt vnum episcopum. Et hæc omnia supradicta vnum corpus efficiunt, id est ecclesiam, quod cito rumpitur, nisi legaliter obseruetur.

Item Augustinus ad Valerium, epist. 148.

¶ Non ordines, sed vitæ meritum nos Deo commendant. C. VI.

Aug. l. 6. c. 196. Iuo p. 6. c. 389.

ANte omnia peto, ut cogitet religiosa prudentia tua, nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore facilius, & lætius, & hominibus acceptabilius episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio, si perfunctorie[a], atque adulatorie res agatur; sed nihil apud Deum miserius, & tristius, & dānabilius. ¶ Itē nihil esse in hac vita, & maxime hoc tempore difficilius, laboriosius, periculosius[b] episcopi, aut presbyteri, aut diaconi officio: sed apud Deum nihil beatius, si eo modo militetur, quo noster Imperator iubet. Quis autē iste sit modus, nec à pueritia, nec ab adolescentia mea didici; & eo tempore, quo discere cœperam, vis mihi[c] facta est merito peccatorum meorū. Nam quid aliud existimem nescio, vt secundus locus[d] gubernaculorum mihi traderetur, qui remum tenere non noueram.

Aug. l. 6. c. 186.

Item Isidorus.

¶ Corrumpitur, & ad terram sacerdotium trahitur, nisi legaliter, & iuste seruetur. C. VIII.

SIcut viri, & mulieris digna coniunctio vnum facit matrimonium, & sicut duorum copulatio vnum perficit corpus; ita clericatus[e], & sacerdotium vnum faciunt presbyterum; & electio[f] & consecratio vnum faciunt episcopum: quæ omnia vnum efficiunt corpus: quod citius corrumpitur, & ad terram trahitur, nisi legaliter seruetur, nisi iuste viuendo laudetur.

Item Ambrosius lib. de paradiso, c. 4.

¶ Gratia, non locus saluat animam. C. IX.

† Quo loci illud aduerte] orig.

ILlud † autē animaduerte, quia extra paradisum[g] vir factus est, & mulier intra paradisum: vt aduertas, quòd non loci[h], non generis nobilitate, sed virtute vniusquisq; gratiā sibi comparat. ¶ Deniq; extra paradisum factus, hòc est in inferiore loco, vir melior inuenitur: & illa, quę in meliore loco, hoc est in paradiso, facta est, inferior reperitur.

Item Gregorius, lib. 6. reg. epist. 5. seu c. 169.

¶ De eodem. C. X.

† al. Quamlibet

Gen. 19.

QVælibet † occulta[i] loca sine gratia Dei animam saluare nō possunt: quod aliquando in ipsis quoque cōspicimus erratibus[k] electorum. Nam Loth in ipsa peruersa ciuitate[l] fuit iustus; in monte[m] peccauit. Sed ista cur dicimus, cum maiora nouerimus? Quid enim paradiso iucundius? quid cælo securius? & tamen homo ex paradiso, & Angelus de cælo peccando cecidit[n].

Idem.

¶ De eodem. C. XI.

Burc. l. 1. c. 206. Iuo p. 5. c. 320.

ADam primus homo pro peccato de paradiso eiectus est[o]: hoc est, quia Dei nobilitatem à se deiecit, nobilitate loci priuatus est.

¶ *Primo libro B. Gregorij in Ezechielem homil. 9. leguntur hæc verba, quæ nonnihil ad hanc rem facere videntur:* Quia autem loca mentem non muniunt, ipse humani generis primus tentatur parens, qui & in paradiso cecidit.

Item Ioannes Chrysostomus, [id est auctor operis imperfecti, in Matthæum, hom. 43. ad c. 23.]

e *Clericatus.*] id est, minor ordo. hic videtur, quod si laicus promoueretur in sacerdotem, nullum reciperet characterem: sed si haberet aliquē minorem ordinē, & per saltum reciperet superiorem, bene reciperet characterem, vt 52. distin. solicitudo. Alij dicunt, quod laicus verum ordinem reciperet, dum tamen baptizatus fuerit. arg. 1. q. 1. vētum. Io. quod verum esse credo. B.

† Idem no. 16. dist. c. 2. in glo.

f *Electio.*] consueuit istud induci, quod ex sola electione non cōsequitur aliquis ius, vt de hoc dixi 63. dist. quanto.

I *Llud.*] Hæc est quinta pars huius dist. in qua probatur, quod nō est ita magnus, quod cadere nō posset, si gratiā nō haberet: & hoc probat per hoc ca. & duo c. seq. Io. de Fā.

CASVS. Quidā nimis gloriabant de loci nobilitate, sed Ambro. probat nō esse gloriādū; quia in loco nobili pōt esse malus, & in vili loco bonus inueniri, & hoc probat exēplo Adæ & Euæ. nā Adā creatus fuit in agro Damasceno, & tñ melior est inuētus Eua, quę in paradiso est creata.

g *Extra paradisum.*] in agro Damasceno.

h *Non loci.*] ar. quod rōne loci vel dignitatis, vel nobilitatis pro aliquo nō pśumit, vt 12. q. 2. gloria. arg. 3 24. dist. qñ. Et certe pro nobilibus sp debet pśumi in iis, quę spectāt ad nobilitatē. ar. ff. de fid. inst. l. fi. Io.

difficile est bene regere sacros ordines & ecclesiasticas dignitates, sed facile est male regere, & periculosum: & hoc probat per hoc cap. & cap. seq. Io. de Fan.

CASVS. Aug. factus fuit episcopus Hipponensis ecclesiæ. Vnde Valerius referebat gratias creatori. Aug. dicit, quod si quis vtat officio epi, presbyteri, diaconi transitorie & semiplene, nihil est leuius & facilius: sed nihil est ei damnabilius apud Deum. sed si quis militet eo modo quo Christus iubet, nihil est difficilius, sed nihil beatius apud Deum. Et ostendit quod ad tantam dignitatem eligi nō debuit, cū minora officia nō didicerit gubernare. Et hoc probat nauigātis exemplo, cui cura nauis committi non debet, qui remum tenerē non nouit.

a *Si perfunctorie.*] id est, negligenter.

b *Periculosius.*] quia qui episcopatum desiderat in terra, inueniet confusionem in cælo. 8. q. 1. qui episcopatum. & j. ea. c. multi.

Episcopatū desiderare valde periculosum est.

c *Mihi.*] & sic aliquis potest cogi vt fiat eps. quod verū est, si ab initio cogitur, vt fiat de nolente volens, vt 23. q. 4. displicet. sed si perseueraret in voluntate, non esset cogendus, vt 74. dist. vbi illa.

Q *Vælibet.*] CASVS. Quidā dicebāt, quod aliquis nō poterat saluari, nisi in locis solitarijs: sed Greg. dicit hoc nō esse verū. & hoc probat exēplo triū. Nā Loth in ipsa ciuitate fuit iust⁹, & in mōte peccauit. Adā in paradiso deliciarū peccauit, quo nihil ē iucūdius. Et angelus de cælo per peccatū descēdit. Cap. qđ sequit, patet.

i *Occulta.*] arg. contra eremitas.

k *Erratibus.*] id est peccatis vel delictis.

l *Peruersa ciuitate.*] arg. quod non nocet bono malorum conuersatio, vel cohabitatio.

m *In monte.*] 15. q. 1. inebriauerunt.

n *Cecidit.*] Nam ex uarietate locorū nullū discrimē inducit. C. de tēpo. in integ. restit. l. ult. arg. contra. 32. q. 5. qui uiderit.

Et 33. distin. fere di.

n *Cecidit.*] Et hæc est causa, quare nos persequitur, quia nos illuc debemus ascendere, unde ipse descendit. 16. q. 2. c. 1.

Dæmon quare nos psequatur.

o A *Dam.*] *Eiectus est.*] Gen. 4. de pæ. dist. 1. Adā. & priuatus, vt de pæn. dist. 2. c. serpens. & c. sicut primi.

De casu eius habetur de pæ. dist. 2. in prin. Loc.

M *Vlti.*] Hæc est sexta pars huius distin. in qua dicit, q nomẽ sacerdotis debet consistere in re,& non tantum in nomine, vt per hoc cap. probatur. Io. de Fan.

CASVS. Reprehenduntur hic quidã qui erant presbyteri, vel sacerdotes nomine tantũ,& non re vel vita, qui pp cathedrã se sanctificatos putabant: sed male, q a locus nõ sanctificat hominem, sed homo locum. vnde dicit Ioan. Chrysosto. q si bene docent, & bene viuunt, populum instruunt, & bene habebunt: & si bene docent & male viuunt, seipsos condemnant.

a ¶ *Sed homo locum.*] sed res accedere debet hominibus, & non homo rebus. ff. de ædil. e. dic. iustissimæ.

IDEM QVICVMQVE. CASVS. Quidam desiderabãt dignitatem, vt præessent tantum, & non vt prodessent: sed dicit Io. Chrysost. q tales inuenient confusionem in cælo, nec inter seruos Christi computabuntur. Nõ enim debet aliquis festinare qualiter appareat maior alijs: nam q iustior est, maior est: & nõ qui maior est dignitate, est iustior.

b ¶ *Desiderauerit.*] Ad hoc vt præsit, non vt prosit, ne obsit. 8. q. 1. qui episcopatum.

c ¶ *Tractauerit.*] No. q eo solo q aliquis loquitur de episcopatu, punitur, sic eo ipso, q quis loquitur ambitiose de minimis, peccat. 16. q. 1. si cupis. & q loquitur de mulieribus, vt 32. dist. hospitiolũ.

d ¶ *In honore.*] quia nõ gradus elegantior, sed vitæ melioris actio cõprobatur. 23. q. 4. sicut hi. & 16. q. 1. sunt nonnulli. Et est hic arg. q illa pars quæ iustiori ratione innititur, maior dicitur, licet sit minor. sic 31. dist. Nicæna. 19. distin. in canonicis. 4. q. 3. §. 2. extra de testibus, in nostra. & 20. dist. §. 1.

Precari qui de minimis ambitiose loquitur.

¶ Non est uerus sacerdos omnis, qui nominatur sacerdos. C. XII.

6 MVlti sacerdotes,& pauci sacerdotes; multi nomine, pauci opere. Videte ergo, quomodo sedetis super cathedrã; quia non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram; non locus sanctificat hominem, sed homo locum[a]; non omnis sacerdos sanctus, sed omnis sanctus sacerdos. Qui bene sederit super cathedram, honorem accipit ab illa; qui male sederit, iniuriam facit cathedræ; ideoque malus sacerdos de sacerdotio suo crimen acquirit, non dignitatem. In iudicio enim sedens, si quidem bene vixeris,& bene docueris, omnium iudex es: si autem bene docueris,& male vixeris, tui solius cõdẽnator eris†. Nam bene viuendo,& bene docẽdo, populum instruis, quomodo debeat viuere: bene autem docendo,& male viuendo, Deum instruis, quomodo te debeat condemnare. *Idem.* ¶ Quicumque desiderauerit[b] † primatum in terra, inueniet confusionem in cælo; nec[c] inter seruos Christi computabitur, qui de primatu tractauerit[c]; nec vnusquisque eorum festinet, quomodo alijs maior appareat, sed quomodo omnibus inferior videatur: quoniam nõ qui maior fuerit in honore[d], ille est iustior: sed qui fuerit iustior, ille maior. Conuersatio ergo melior est desideranda, non dignior gradus.

1. Pet. 5. † al. es. Ibidem homilia 35. ad c. 20. † al. desideras

¶ Nec inter.] *In loco indicato legitur*, vt inter seruos Christi non sit de primatu certamẽ, nec vnusquisque,&c. *Sed obstitit glossa, ne mutaretur.*

DISTINCTIO XLI.

1 Pa. ECce quibus oporteat sacerdotem esse ornatum moribus; sed præterea oportet illum esse ornatum in exterioribus, habitu videlicet & incessu[e]; habitu, vt nec fulgidus, nec sordidis se vestibus ornet. Vt enim ait Hieronymus[a], nec affectata sordes, nec exquisita delicia laudem pariunt; quod tam de vestibus, quàm de cibis intelligendum est.

a ¶ Hieronymus.] *Ad Eustochium de custodia virg. sic scribit*; nec affectatæ sordes, nec exquisitæ munditiæ conueniunt Christiano. *Ad Nepotianum quoque in eamdem fere sententiam*, vestes pullas æque deuita, vt candidas; ornatus, vt sordes pari modo fugienda sunt, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet.

Vnde Augustinus ait lib. 3. de doctrina Christiana, c. 12.

¶ Pro moribus eorum, cum quibus viuimus, etiam vti debemus alimentis. C. I.

QVisquis rebus prætereuntibus restrictius vtitur, quàm sese habẽt mores eorum, cum quibus viuit[f]; aut intemperans[g], aut superstitiosus[h] est. Quisquis vero sic eis vtitur, vt metas consuetudinis bonorum, inter quos versatur, excedat; aut aliquid significat[i], aut flagitiosus[k] est. In omnibus enim talibus non vsus rerum, sed libido[l] vtentis in culpa est. *& infra.* ¶ Quid igitur locis,& temporibus,& personis conueniat, diligenter attendendum est, ne temere flagitia[m] reprehendamus. Fieri enim potest, vt sine aliquo vitio cupidinis, vel voracitatis, pretiosissimo cibo sapiens vtatur; insipiens autem fœdissima gulæ flamma in vilissimum olus ardescat,

Iuo p. 4. c. 24. Pan. l. 2. c. 195.

ECce.] Supra in præcedenti distin. dictum est, q oportet episcopum esse ornatum moribus & virtutibus. In hac vero 41. distin. dicitur, q oportet episcopũ esse ornatum in exterioribus,& in habitu scilicet & incessu. in habitu, ne fulgidis vel sordidis vestibus se exornet: quod probat auctoritate Hieronymi dicẽtis: Nec affectatæ sordes, nec exquisitæ deliciæ laudes pariunt. quod tam de vestibus quam de cibis est intelligendum. Et ad hoc inducit sequens cap. De incessu autem dicet 3. ea. §. vlt.

Extra de elect. ecclesia vestra 1. ibi videas.& dist. plene 31. distin. Nicæna. Archidia.

Ornat^9 exterior sacerdotum.

e ¶ *Et incessu.*] vt grauitate itineris ostendat grauitatem mentis, vt 3. ea. §. vlt.

Q *Visquis.*] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, quòd nullus debet vti rebus transitorijs strictius vel abundantius quam socij, cum quibus viuit; quia remissius vtendo aut hypocrisim significat, aut intemperantiam: abundantius vtendo, vel laudem significat, vel quia est gulosus vel prodigus. In secunda parte quæ incipit ibi, *In omnibus*, ostendit vsum illorum pretiosorum non esse repudiandum, si tranquille,& sine turpitudine, vel voracitate assumantur. Et hoc probatur exemplo Christi, qui cibum delicatum, scilicet piscem comedit,& reprehẽditur vius vilium ciborum, si nimis ardenter & cum voracitate assumãtur, qđ probatur exẽplo Esau & Israelitarum.

f ¶ *Viuit.*] Nota q quilibet se conformabit socijs suis in cibo & in moribus, vt dist. 8. quæ cõ. 12. dist. illa. Et est arg. quòd rõne societatis toleratur excommunicatus, quia excõicatus rõne cõctus ad communionem admittitur. extra de senten. excom. si uere.

g ¶ *Aut intemperans.*] scilicet nolens conformare se alijs.

h ¶ *Superstitiosus.*] id est, inanis gloriæ cupidus, vel hypocrita.

i ¶ *Significat.*] forte habet uentrem insatiabilem, uel causa infirmitatis hoc facit.

k ¶ *Aut flagitiosus est.*] prodigus uel hypocrita.

l ¶ *Sed libido.*] q.d. potius considerabimus cãm facti, q ipsum factũ. sic 23. q. 8. occidit.& 29. dist. sciẽdum. arg. 32. q. 4. origo.

m ¶ *Flagitia.*] id est, non statim dicamus aliquid esse uitiosum. nam dubia in meliorem partem sunt interpretanda. extra de regu. iur. estote.

Excommunicatus ratione societatis toleratur.

a ¶ Pisces

a ¶ *Pisce vesci.*] hanc historiā habes de pæ. dist. 2.5. opponitur. dist. peruenit 50. dist. contumaces. 26. q. 7. tēpora. Argu. 3 22. q. 5. qui compulsus. Dic q ignobiles magis puniuntur corporali pœna, quam nobiles: sed pecuniariter magis punitur nobilis quam ignobilis, vt 24. q. 3. qui contra. & ff. de pœ. si quis aliquid. & l. quædam.

b ¶ *Sed ex consu.*] vt j. 21. q. 4. omnis iactantia.

Nobiles in spiritualibus pœna … est æqua.

DElicia.] C a s v s. Dicitur in hoc cap. q si quis vtitur cibo delicato sine immenso desiderio, non peccat, vt Helias qui carnes comedit. Si quis autem vilem cibum nimis ardenter appetit, reprehenditur, vt Dauid, qui aquam de cisterna Bethleem cōcupiuit nimis ardenter.

† al. sanius — Luc. 24. — Gen. 25.

& sanius † quisque maluerit, more Domini, pisce vesci [a], quàm lenticula more Esau nepotis Abrahæ, aut ordeo, more iumentorum. Non enim propterea continentiores nobis sunt pleraque bestiæ; quia vilioribus aluntur escis. Nā in omnibus huiuscemodi rebus non ex earum rerum natura, quibus vtimur, sed ex causa [b] vtendi, & modo appetendi, vel probandum, vel improbandum, quod facimus.

* ¶ Intemperans.] *Apud sanctū Augu. & Iuonē legitur: tēperans. Sed ob glossam non est mutatū.*

Idem super Epistolam Ioannis.

¶ Non cibus, sed appetitus in culpa est. C. II.

2. Reg. 23. — 3. Reg. 17.

DEliciæ quælibet, si absque desiderio percipiantur, non officiunt: & viles cibi appetenter accepti impediunt profectum abstinentiæ. Dauid enim aquā male cōcupitā effudit, & Helias carnes comedit.

¶ *In operibus beati Augustini aut impressis, aut manuscriptis, quæ habemus ad manus verba hæc non sunt inuenta. Ceterum apud Prosperum de vita contemplatiua l. 2. cap. 22. eadem ferè leguntur:* Nec deliciæ quælibet, si absque desiderio percipiantur, officiunt: & viles cibi plerumque abstinentiæ profectum, si appetenter accipiantur, impediunt. Hinc est, q sanctus Dauid aquæ in se concupiscentiam castigauit at que eam sibi à suis oblatam, ne desiderio suo ea satisfacere videretur, effudit: & sancto Heliæ perceptio carnium non concupita non nocuit.

ad illa verba] petite, & dabitur vobis] *sed paulo aliter.*

Idem de verbis Domini secundum Matthæum, serm. 5. †

¶ Contra suæ infirmitatis consuetudinem, aliquibus cibis diuites vti non cogantur. C. III.

NOn cogantur [c] diuites [d] pauperum cibis vesci: vtantur consuetudine infirmitatis suæ; sed doleant aliter se non posse: si consuetudinem [e] mutant, ægrotant. Vtantur superfluis [f] dent inopibus necessaria. Vtantur pretiosis, dent pauperibus [g] vilia.

Idem lib. 2. quæst. Euang. c. xi.

¶ Aequanimitas tolerandi, non vsus vel abstinentia cibi iustitiam facit. C. IIII.

Iuo par. 4. c. 13. — Matt. xi. & Luc. 7.

QVod dicit Dominus in Euāgelio [h] [Iustificata est sapiētia ab omnibus filiis suis] ostendit filios sapientiæ intelligere nec in abstinendo, nec in manducando esse iustitiam, sed in æquanimitate tolerandi inopiam, & in temperantia per abundantiam non se corrumpendi, atque opportune sumendi, vel non sumendi ea, quorum non vsus, sed concupiscentia reprehendenda est. Non enim interest omnino, quid alimentorum sumas, vt succurras necessitati corporis, dummodo congruas in generibus alimentorum his, cum quibus tibi viuendum est. Neque quantum sumas, interest multum: cum videamus aliorum stomachum citius saturari; & eos tamen illi ipsi [i] paruo quo satiantur, ardenter, & intolerabiliter, & omnino turpiter inhiare: alios autem plusculo quidem satiari, sed tolerabilius inopiam perpeti; & vel ante ora positas [k] epulas, si id in tempore [l] opus sit, cū tranquillitate aspicere, neque [m] tangere. Magis ergo interest, non quid, vel quantum alimentorum pro congruentia hominum, atque personæ suæ, & pro suæ valetudinis necessitate quis capiat: sed quanta facilitate, & serenitate animi careat, cum [n] his [o] vel oportet, vel necesse est carere, vt illud in animo Christiani compleatur, quod Apostolus dicit. [Scio [p] & minus habere: scio & abundare: vbique & in omnibus imbutus sum, & satiari, & esurire, & abundare, & penuriam pati: omnia possum in eo, qui me confortat.]

Philipp. 4.

NOn cogantur.] C a s v s. Quæsitum fuit ab August. qd debeat fieri de diuitibus, qui tempore pænitentiæ non possunt vti cibis vilibus & aridis vt alij pænitentes? Rñdet Augu. q non debent ad hoc cogi, sed vtantur pretiosis, & dent pauperibus vilia: quia si consuetudinem mutant, ægrotant: dolere tamen debent q non possunt sicut alij abstinere.

c ¶ *Non cogantur.*] Arg. q mitius agendum est cum diuitibus & nobilibus, quàm cum pauperibus, vt 86. distin. non satis. & 84.

Ad idem qd legitur & notatur de vo. c. i.

d ¶ *Diuites.*] cum sunt in pænitentia.

e ¶ *Si consuetudinem.*] Arg. quòd commutationes pœnarum possunt fieri in spiritualibus. 82. dist. presbyter.

Pœnæ in spiritualib⁹ possunt commutari.

f ¶ *Superfluis.*] id est, pretiosis.

g ¶ *Pauperibus vilia.*] Argu. contra j. 49. dist. c. vlt. in fine.

QVod dicit.] C a s v s. Augu. exponit hic illū locum Euangelij super Math. venit Ioannes non manducans neque bibens: & dicunt, dæmonium habet. Venit filius hominis manducās & bibens, & dicunt: Ecce homo vorator est, & potator vini. Sed iustificata est sapientia a filijs suis, id est, Christus iustus est ostensus à suis Apostolis. Est ergo casus. Quæsitum fuit ab August. verum sit virtus in abstinendo vel manducādo, & respondet q oñs sed iustitia est in æquanimitate tolerandi inopiam, & temperandi se in abundātia ciborum & non se corrumpendi. Et hoc probat exemplo Apostoli dicentis: Scio esurire, & scio abūdare. in cibis. n. non multū interest siue parum siue multum sumat quis: cum ille qui parum sumit, & ardenter, reprehendatur: & is qui paulo plus & ante horam cum oportet sumit sine auiditate, commendetur.

h ¶ *In Euangelio.*] Tangit hic quod Christus in Euangelio Math. xj. dicit de Iudæis: Venit Ioannes non manducans carnes, neque bibens vinum: & dicitis, dæmonū habet. venit Iesus manducans & bibens, & dicitis, ecce vorator & potator vini. sed licet alij male opinarentur de ipso: tamē iustificatus est ab Apostolis suis.

Abstinētia Christi & Ioannis … posita …

i ¶ *Ipsi.*] datiui casus.

Id est Christus iustus est ostensus à suis discipulis siue apostolis secundum B. Brixien. qui ipsum omnino iuste facere intellexerunt.

K ¶ *Positas.*] coram alijs.

l ¶ *Si id in tempore.*] id est, pro tempore, scilicet cum coram aliquibus tempore necessitatis eius proponitur cibus.

m ¶ *Neque.*] id est, nō adeo debet quis statim comedere, q videt alios necessitate exigente comedere, & proponitur cibus.

n ¶ *Cum.*] id est, quando.

o ¶ *His.*] id est, eis.

p ¶ *Scio.*] sic faciunt episcopi, cum veniunt ad pauperes ecclesias: ne breui hora consumat victum longi temporis. extra de censi. cum Apostolus.

Parsimonia.

P *Arsimoniam.*] C A S V S. Octo enumerantur in cap. quorũ sex commendantur, & duo reprobantur. & scire debes, quòd parsimonia est vsus rerum temporalium cum moderatione.

a *Parsimoniam.*] id est, temperatum vsum.

b *Diligentiam*] id est, voluptatem.

c *Infucatum.*] id est, pretiosum: vel infucatum, id est non pretiose fucatum

d *In priuatis.*] Arg. contra illos qui dicunt melius esse orandum in priuato loco, & non corã hominibus, quàm in ecclesia, ex illa auctoritate: Tu autem cũ oraueris intra in cubiculũ tuum, & clauso ostio ora patrẽ: sed illud de cubiculo mentis intelligitur.

Orare publicè quàm aliàs melius est.

e *Quæ supra.*] Nam quidquid super erogaueris, reddam tibi, sic 86. distin. non satis.

S *Aepe.*] C A S V S. Dicit Hic Grego. quòd vitia diligenter sunt præcauenda, quia sæpe sub specie virtutum vitia latenter subintrant.

f *Sæpe se vitia*] Stulti dum vitant vitia in contraria currunt.

g E *Piscopus Supellectilem.*] hoc hodie nõ tenet: quia modo habent amplas possessiones, vt 12. q. 1. expedit. & sic nõ est ꝓ. de cõse. dist. 1. vasa. & extra de cẽs. cum Apostolus. vbi cõ quòd archiepi quinquagita equitaturas habebũt in visitationibus.

S I C V T E R G O. Cõcludit Gratianus ex supradictis, quòd sicut mores eorũ cum quibus viuimus, seruãdi sunt in cibis: sic etiam in indumẽtis, & in incessu etiã debet esse sacerdos ornatus, vt grauitate itineris mentis ostendat maturitatem. Si enim incõposite & nõ decẽter incedit (vt dicit Aug.) mentis inæqualitas indicatur. Et hoc probatur exemplo Catilinæ, qui propter variũ incessum fuit a Sallustio notatus.

h *Vnde historiographus.*] Sallustius.

i *Mutabilitatem.*] Catilinæ

H *Ospitalẽ.*] Hæc dist. diuidit in quattuor partes: in quarum prima dicitur, quòd sacerdotes debent esse hospitales, & recipere pauperes Christi. & hoc probatur per id quod sequitur vsque ad cap. quiescamus. Secunda ibi, *Quiescamus*. Tertia ibi, *Sed licet*. Quarta ibi, *Non oportet*. Ioan. de Fan.

C A S V S. In hac 42. distin. prosequitur Gra. sextum cap. Apostolicæ regulæ: scilicet, oportet sacerdotem esse hospitalem. quod probat 8. rationibus. Prima est in principio. Secunda incipit ibi, *Qui enim Apostolum*. Tertia ibi, *Si enim sacerdos*. Quarta & quinta incipiunt ibi, *Ordinandus itaq.* Sexta ibi, *Quomodo etiam secundum literam*. Septima ibi, *Vnde Apostolus*. Octaua ibi, *Si enim vidua*. Casus autem sequentis cap. planus est.

K *Hospitalem.*] In hac distin. ostendit Gratianus, quòd hospitalis erit ordinandus: quia non haberet frontẽ inuitandi alios ad hospitalitatem, si domum suam hospitibus clauderet: & quia hæc pietas remuneratur æternaliter & temporaliter. Item exemplo Abrahæ & Loth: qui quoniam hospitales erant, Angelos hospitio recipere meruerunt ¹. Addit etiam quòd in hospitalitate nõ erit electio vel delectus personarum ². adiungit etiam de conuiuijs in ecclesia non faciendis ³. In fine breuiter tangit 7. cap. Apostolicæ regulæ: scilicet, oportet episcopum esse pudicum ⁴.

l *A seipso.*] ff. de negn. gest. si pupilli. §. vlt. ff. de fideiuss. tutor. ff. de pa. cum in eo. 47. dist. §. necesse. in princ.

Item ex concilio Gangrensi, c. vltimo.

Temperantia ciborum, & vestium, non dissolutio eorum laudatur. C. V.

PArsimoniam a cum veste humili non reprobamus: sicut etiam ornatum [a] præter corporis diligentiam b infucatum c laudamus. Dissolutos autem, & fractos in vestibus incessus non recipimus: & domos Dei honoramus, & cõuentus, qui in his fiunt, tamquam sanctos, & vtiles recipimus; pietatem in priuatis d domibus nõ concludentes, sed omnem locum in nomine Dei ædificatum honorantes: & cõgregationem in ecclesia factam ad vtilitatem communem recipimus, & bona opera, quæ supra e vires [β] in fratres pauperes exercentur, secundum ecclesiasticas traditiones beatificamus: & omnia, quæ cõueniunt traditionibus Apostolicis, & sanctarũm scripturarũ præceptis, in ecclesia fieri exoptamus.

Iuo p. 8. c. 321.

a *Præter corporis.*] *Est ex prisca versione. Græce est*: δι᾽ ἐπιμέλειαν μόνον τοῦ σώματος ἀπερίεργον. *id est*: propter corporis tantum curam minime superuacaneã atque operosam. *sed ob glossam non est mutatum.*

β *Supra vires.*] *in prisca illa versione est*: iuxta vires. *Dionysiana habet. vt Grat. Græce autẽ*: Τὰς καθ᾽ ὑπερβολὴν εὐποιίας τῶν ἀδελφῶν τὰς κατὰ τὰς παραδόσεις, διὰ τῆς ἐκκλησίας εἰς τοὺς πτωχοὺς γινομένας; i. eximias, atque excellentes fratrum beneficentias, quæ secundum traditiones per ecclesiam in pauperes fiunt.

Item Gregorius Ioanni Constantinopolitano, lib. 1. reg. epistola 24.

Sub specie virtutis sæpe se uitia ingerunt. C. VI.

SAepe se vitia f esse virtutes mentiuntur, vt tenacitas, parsimonia, effusio, largitas, crudelitas, zelus iustitiæ, remissio, pietas velit videri.

Item ex concilio Carthaginensi 4. c. 15.

Meritis fidei, & uitæ, non diuitijs episcopalis auctoritas quæritur. C. VII.

EPiscopus vilem supellectilem g, & mensam, ac victum pauperem habeat, & dignitatis suæ auctoritatem fide, & vitæ meritis quærat. ¶ Hospitium quoque non longe ab ecclesia habeat.

Ibid. c. 14.

Item ex eodem, c. 45.

De eodem. C. VIII.

CLericus professionem suam & habitu, & incessu probet: & ideo nec vestibus, nec calceamentis decorem quærat.

Burc. l. 2. c. 209. Iuo p. 6. c. 284. Ans. l. 7. c. 205.

Sicut ergo in cibis mores eorum, cum quibus viuimus, obseruare monemur; sic & de indumentis intelligendum est. Vt enim alibi dicitur; [Quisquis contemptis his, cum quibus viuit, lautiora sibi, vel austeriora præceteris indumenta, vel alimenta quærit, aut intemperans sui, aut superstitiosus est.] In incessu autem debet esse sacerdos ornatus, vt grauitate itineris, mentis maturitatem ostendat. Incompositio enim corporis (vt Augustinus ait) inæqualitatem indicat mentis. Vnde historiographus h ille cum i eius mutabilitatem describeret, cuius conscientia excita † curis mentẽ vastabat †; inter cetera hoc etiã notabile iudicauit, dicens [Citus modo, & modo tardus incessus.

§. ead. c. quisqs.

ep. 109. ad Monachas habetur sensus.

Sallustius de Catilina.

† al. excitatam, al. exagitatam † al. vexabat

DISTINCTIO XLII.

HOspitalem k vero sacerdotẽ esse oportet, ne sit in numero eorum, quibus in iudicio dicetur [Hospes eram, & non suscepistis me.] Qui enim Apostolum secutus, alios ad hospitalitatẽ debet inuitare, quomodo hospitalitatis exhortator poterit esse, qui domum propriam hospitibus claudit? Si enim sacerdos primum à seipso l,

Matt. 25.

Aliena.

a ¶ *Aliena.*] 47. dist. sicut. 93. dist. diaconi. 14. q. 4. quid dicam. sic extra de resti. spo. sæpe. & 16. q. 1. decimæ.
b ¶ *Corporalis.*] sine operibus pietatis.
ADDITIO. Et qđ dicit ad modicū, dicas respectu eorū per quæ habetur vita æterna: vtilis tamen est, quia opportunitatem peccandi

nis quotidianis, non aūt de præmeditatis. aliās si diceret Hierony. 16. q. 1. c. si. vbi dicit, q in paupere magis est attendenda religio, q̃ paupertas. Ioan. de Fan.

CASVS. Quidam dicebant, q in omnibus hospitibus recipiendis facienda erat examinatio. sed dicit Io. Chry. hoc nō esse verum. Nam si petat aliquis tanquam prælatus, facienda est examinatio, qu[i]a forte nō recte petit, vel est meritus, vel excommunicatus. Non enim datur sibi tēporale, sed ēt accipit spirituale. si vero petit amore Dei, indifferenter est omnibus dādū, exēplo Abraham, qui meruit Angelos recipere; quod forte non fecisset, si distinxisset personas. Quæ sequuntur, patent vsque ad distinctionem.

Gen. 18. & 19. Gloss. ord. gen. 19. ex Alcuino.

In regula Monacharū c. de paupertate.

& à domestica ecclesia sua debet exigere quod postea populis imperet: si primum, imitando Christum, ipse debes facere, quæ postea populum doceat, necesse est, vt pauperes hospitio recipiat, quò ad hospitalitatem faciliùs suo exemplo subditos attrahat. ¶ Ordinandus itaque sacerdos ad memoriam reuocet, quomodo Abraham, & Loth per hospitalitatis opera, Deo placuere, & Angelos hospitio meruerunt recipere; quomodo Angeli Sodomis hospitalem domum ingressi, Loth cum familia sua liberauerunt; quomodo clausas domos cum hospitibus ignis ingressus perdiderit. ¶ quomodo etiam secundum Hieronymum, aliena[a] rapere conuincitur, qui vltra necessaria sibi retinere probatur: ac sic per opera pietatis se instruat, vt & præsentis vitæ subsidia, & æternæ claritatis præmia à Deo percipiat; vtrumque enim pietati promittitur. ¶ Vnde Apostolus scribens ad Timotheum ait [Exerce teipsum ad pietatem. Nam corporalis[b] quidē exercitatio ad modicum vtilis est; pietas autem est vtilis ad omnia[c], habens promissionem vitæ, quæ nunc est, & futuræ]. Ab hac[d] quisquis alienus[e] fuerit, in sacerdotem ordinari non poterit. ¶ Si enim vidua[f] in ecclesia recipi prohibetur, quæ pauperes non recepit hospitio, quæ pedes sanctorum nō lauit, quæ omne opus bonum non est executa; multo magis sunt prohibendi à sacerdotio, qui ab opere pietatis probantur alieni. Vnde† hospitalitatis opera despicientes, in Gangrensi concilio excommunicantur. Sic enim in eo statutum est, c. xi.

1. Tim. 4.

1. Tim. 5. 31. q. 1. quomodo.

al. Vnde quidā

¶ Non sunt despiciendi, qui conuiuia pauperibus exhibent. C. I.

Bur. l. 19 c. 124. Iuo p. 15. c. 136 Ansl. 5. c. 76.

SI quis despicit eos, qui fideliter agapas†, id est conuiuia pauperibus exhibent, & propter honorem Dei conuocant fratres, & noluerit communicare huiuscemodi vocationibus, paruipendens, quod geritur, anathema sit.

Epist. 3.

Hinc etiam Ioannes Euāgelista in epistola sua quemdam Diotrephem[g] excommunicat, qui nec pauperes recipiebat, & recipientes de ecclesia eijciebat. In hospitalitate autem nō est habendus delectus personarum; sed indifferenter quibuscumque sufficimus, hospitales nos exhibere debemus.

Vnde Ioannes Chrysostomus in epist. ad Hebræos hom. xi. ad c. 6.

¶ In recipiendis hospitibus nulla debet esse distinctio. C. II.

al. perniciosa

QVIescamus ab hac absurda curiositate[h], & diabolica, & peremptoria†. Si enim in clero se electū esse dicat, si sacerdotem se nominet, scrutare: non enim sine periculo in talibus indiscussa communicatio est circa maiora periculum[i] vertitur; non enim das, sed accipis. Si vero pro nutrimēto postulat[k], nihil in his examines. Inquire, quomodo Abraham hospitalem se circa omnes ostendebat. Si scrutator fuisset circa refugientes ad se, numquam Angelos hospitio recepisset. Fortassis enim non putans eos Angelos esse, cum reliquis & hos repulisset: Sed quoniā omnes[l] recipiebat, suscepit & Angelos. Non enim ex vita eorū, quos accipis, mercedem tibi retributurus est Deus; sed ex voluntate tua, ex liberalitate, ex honorificentia multa, ex misericordia, ex bonitate.

h ¶ *Curiositate.*] Non enim semper erimus curiosi, nam multa sunt dissimulanda. ff. de noua. ldola. in fin.
i ¶ *Periculum.*] si enim in minoribus adhibenda est discretio, fortius in maioribus. sic 7. q. 1. c. vlt. & in Caro. l. 1. §. 3.
k ¶ *Postulat.*] Ergo indistincte omnibus est danda eleemosyna, vt §. ea. ca. proxi. & l. 6. ... & 86. dist. pasce. & 1. q. 2. q̃ pro. & 11. q. 3. quoniā multos. & 16. q. 1. si cupis. & 23. q. 4. duo. alibi dicitur: omni petenti te tribue. Sed ... dñs dicit: Desudet eleemosyna i manu tua, donec inuenias iustum cui des. Et i Cāticis, vbi dicitur: Ordinauit in me charitatem. Et dicit Ambro. Ordinata est charitas vt prīo Deus, secūdo parētes, deinde filii, postea domestici, vltimo extranei diligantur. Et alibi dicit Ambro. q delectus personarū debet esse in misericordia impendenda, vt 86. dist. non satis. & Hierony. dicit, q i pauperibus nō tā paupertas q̃ religio est attendenda, vt 16. q. 1. quā quid. & Augu. dicit. Vt sima esurienti panis tollitur, q̃ de cibo securus, &c. vt 5. q. 5. non omnis. 11. q. 4. nimiū.

Discretione maiore in maioribus opus est.

Eleemosyna q. bus est danda.

Et dicit q hoc dicit ... ...

di aufert. de consec. dist. 5. numquam. Lau.
c ¶ *Ad omnia*] id est, ad tēporalia & æterna, vt 16. q. 1. decimæ.
d ¶ *Ab hac.*] hospitalitate.
e ¶ *Alienus*] vt 85. dist. archidiaconum.
f ¶ *Vidua*] 31. q. 1. quomodo.
S *I quis.*] HINC ETIAM. Adhoc probat Gratianus hospitalitatem esse tenendam, & qui eam nō habuit, abijcitur ab ecclesia, sicut Io. eiecit quemdam Diotrepem, quia pauperes nō recipiebat. Et ostēdit ēt q omnibus indifferēter quibus possumus debemus hospitalitatē exhibere: qđ probat sequenti capitulo.
g ¶ *Diotrepem.*] proprium nomen. vel id est, sacerdotem.
Q *Viescamus.*] Hæc est secunda pars huius dist. in qua dicitur, q in eleemosynis dandis non debet esse differentia cū petitur pro nutrimento. si autem peteretur causa prædicationis, tunc esset discernendum. Hoc autem intelligo de eleemosy-

Distingue ergo: eorū q petūt eleemosynā, alii sunt cogniti, alii nō. Itē alii petūt quasi ex debito, vt prædicatores & plat., alii pro sustentatione corporis. Si ergo qs petat ex debito, & rōne officii, q a dicit se ad hoc missum vt ibi prædicet, & tale officiū cōstat ei cōmissum esse, recipiēdus est. si ē incognitus, ē examinādus an ita sit, vt i hoc capi. Si aūt quis petit pro nutrimēto, tunc indistincte omnibus est danda, vt hic, & 1. q. 2. q̃ pro. & 11. q. 3. qm. nisi qs p securitatē cibi negligat iustitiā: q a tūc subtrahenda est ei, vt 5. q. 5. non omnis. nisi tā fame moriatur, vt 86. dist. pasce. si autē nō possumus omnibus sufficere, tunc dāda est potius bono, q̃ malo: i cōsanguineo, q̃ extraneo. & hic loquitur illud, Desudet eleemosyna, &c. & illud. Ordinauit in me charitatē, vt 86. dist. non satis.
l ¶ *Sed quoniam omnes*] arg. q ratione dubitationis melius est ex abundanti aliquid facere, quam aliquid dimittere, vt 11. q. 3. nolite. 13. q. 2. non æstimemus. 24. q. 3. corripiantur. Et est argum. ad

quæstionem cum dubitatur quis ex duobus occiderit hominem, q potius ambo admittantur ad ordines, quam ambo repellant, arg. contra 23. q. vlt. si quattuor. Quid iuris sit de hoc, notatur in quæstionibus. & est expressum de homi. significasti.

Dubitatio notabilis.

Arg. ad hoc 23. q. 4. q magnum. Lau.

a ¶ Non oportet, &c.] ¶ Partes.] & domum mittere. & est contra episcopos qui nolūt prouincias visitare, & tamen petunt redimi procurationes, vt 10. q. 1. relata.

b ¶ Propter iniuriam.] id est infamiam.

c ¶ Nulli.] ¶ Transeuntes.] Sic in tabernis possunt clerici comedere causa necessitatis, vt 44. dist. clerici. de vi. & honc. cleric. clerici.

Clerici in tabernis possunt quandoque comedere.

d ¶ Oratorium.] ab orando quippe dicitur, vt in eo nihil aliud q oretur & psallatur. j. ead. in oratorio.

e ¶ Quicquam aliud.] tamen ecclesiasticæ causæ possunt & debent tractari in ecclesia, vt 2. q. 2 præceptum.

Sed non forensia, extra de immu. eccl. c. j. & c. decet hoc.

Pudicus quoque.] Hæc di. diuiditur in quattuor partes, in quarum prima dicit, q rector ecclesiæ debet esse discretus in silentio, & vtilis in verbo, ne aut tacenda dicat, aut dicenda subticeat. & ad hoc probandum inducit c. sequen. Secunda ibi, In mandatis. Tertia ibi, Scimus autem. Quarta ibi, Pariter quoque. Io. de Fan.

In hac dist. 43. prosequitur Gratianus 7. cap. Apostolicæ regulæ, scilicet, oportet episcopum esse pudicum: quod verum est non solum factis, sed etiam verbis, vt probatur per cantica canticorum.

f ¶ Pudicus.] Hic breuiter tangit 7. cap. Apostolicæ regulæ, oportet episcopū esse pudicū.

g ¶ Genæ] Sicut enim per genas cibi, sic p prædicationes ecclesiæ fideles incorporantur, vt de consecratio. dist. 2. quia passus.

Scilicet masticantur & masticando incorporantur. Hug.

In hoc §. prosequitur Gratianus 8. cap. Apostolicæ regulæ, scilicet oportet episcopum esse doctorem, id est, talem qui sciat docere. Nam quantum prodest bonis per exempla bonæ vitæ, tantum nocet malis si sileat. Nam prædicatione prælatorum mali sunt arcendi & corripiendi, sed in sua prædicatione debet prælatus esse discretus, ne vel tacenda proferat, vel dicenda taceat. Quod sequentibus capitulis probatur.

h ¶ Debet, &c.] Hic prosequitur viii. cap. Apostolicæ regulæ, oportet ordinandum esse doctorem, id est, talem qui sciat docere & prædicare. considerabit autem prius quibus & quæ prædicet, quia non omnia omnibus sunt prædicanda. hæreticis enim secreta fidei non sunt pandenda, nec nimis alta dicet minus capacibus. & si subditi non obediunt prædicanti, non ideo cessabit á doctrina & correctione eorum.

Vt j. eadi. in mandatis.

11. q. 1. nolite. in fin.

Vt j. ea dist. sancimus. cum duobus c. seq.

i ¶ Silentio.] Expone negatiue. sic 2. q. 7. sancta.

k ¶ Nam latratu] id est, prædicatione.

Sed licet ipsa conuiuia despicienda non sint; non tamen in ecclesiis celebrari, nec clericos ad ea conuocatos ex eis partes sibi tollere oportet.

Vnde in Laodicensi concilio, c. 27.

¶ Clerici ad agapem vocati partes sibi non tollant. C. III.

Ansel. l. 5. c. 77. Iuo p. 3. c. 128.

NOn oportet ministros altaris, vel quoslibet clericos [a] ad agapē vocatos, partes [a] tollere propter iniuriam [b], quæ ex hac occasione ecclesiastico ordini possit deputari.

Vide quod no. Andreas Alcia. lib. præter missorum 1. in dictio. agape.

a ¶ Clericos.] *In concilio græco, & prisca etiam versione additur*, vel laicos.

β ¶ Propter iniuriam.] *græce est*: διὰ τὸ τὴν ὕβριν τῇ τάξει προστρίβεσθαι τῇ ἐκκλησιαστικῇ, *idest*, eo quòd ecclesiastico ordini inuratur contumelia.

Item ex eodem, c. 28.

¶ In locis Deo sacratis nec comedere, nec accubitus sternere liceat. C. IIII.

Burch. l. 3. c. 82. Iuo p. 3. c. 32. Ansel. l. 5. c. 78.

NOn oportet in basilicis, seu in ecclesijs agapem facere, & intus [a] manducare, vel accubitus sternere.

a ¶ Et intus.] *græce est*, καὶ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ: *quod Dionysius vertit*, nec intra domum Dei: *sed apud Balsamonem abest vox*, Dei.

Item ex concilio Carthagin. 3. c. 30.

¶ Nisi necessitate coacti clerici in ecclesia non conuiuentur. C. V.

Burch. l. 3. c. 83. Iuo p. 3. c. 74.

NVlli episcopi, vel clerici in ecclesia conuiuentur, nisi forte transeuntes [c] hospitiorum necessitate illic reficiantur. Populi etiam ab huiusmodi conuiuijs, quantum potest fieri, prohibeantur.

Item ex dictis B. Benedicti Abbatis.

Io reg. B. Benedicti. c. 52.

¶ De eodem. PALEA. C. VI.

Burch. l. 3. c. 81. Iuo p. 3. c. 71.

ORatorium [d] hoc sit, quod dicitur; nec ibi quidquam aliud [e] geratur, vel condatur, quàm quod diuinis ministerijs [1] conueniat.

1 al. laudibus

Item Augustinus epist. 109. de regula monachorum.

Sensus non verba. Isidorus Etymo. l. 15. c. 4. Smaragdus i re. B. Bndicti. c. 52. Burch. l. 3. c. 80. Iuo p. 3. c. 72.

¶ De eodem. C. VII.

IN oratorio præter orandi, & psallendi cultum penitus nihil agatur; vt nomini huic & opera iugiter impensa concordent.

DISTINCTIO XLIII.

PVdicus [f] quoque debet esse sacerdos, vt & moribus, & verbis pudorem indesinenter exhibeat. *Vnde in canticis canticorum genæ* [g] *sponsa, id est prædicatores, turturi comparantur.* ¶ *Debet* [h] *etiam gratiam docendi habere: quia, vt Hieronymus ait,* [*Innocens, & absque sermone conuersatio, quantum exemplo prodest, tantum silentio* [i] *nocet. Nam latratu* [k] *canum* [l], *& baculo* [m] [a] *pastorum, lupi sunt arcendi*]. *In ipsa autem doctrina discretum oportet esse rectorem, ne aut tacenda proferat; aut proferenda taceat.*

Cant. 5. ex glossa interlin. ibi.

Ad Oceanū ep. 83. & glossa or. in 1. Timo. 3. in ver. doctorem

a ¶ Baculo.] *In epistola B. Hieronymi legitur*, baculoque pastoris luporum rabies deterrenda est. *Sed glossa ordinaria cum Gratiano concordat.*

Vnde Gregorius par. 2. sui pastoralis, c. 4. ait.

¶ De discretione prædicationis, & silentij. C. I.

SIt rector discretus in silentio, vtilis in verbo, ne aut tacenda profe-

l ¶ Canum.] infra 2. q. 7. qui nec.

m ¶ Et baculo.] comminationis.

Sit rector.] Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur, quòd rector debet esse discretus, vt sileat vel loquatur cum viderit expedire. Nam sicut incauta locutio ponit hominem in errorem, sic indiscretum silentium in errore relinquit. & hoc probatur ix. auctoritatibus. In secunda parte, quæ incipit ibi, Sed cum rector. dicitur q prædicator debet esse vtilis in verbo, id est,

talia

talia proferat, per quæ corda audientium non lædantur. & hoc probatur tribus auctoritatibus. In tertia quæ incipit ibi, *Prouidendum quoque est.* dicitur q etiam vtilia non debet nimis effundere, quia loquacitas nimia leuis apud homines reputatur, & hoc probatur tribus auctoritatibus.

c ¶ *Hinc rursus.*] Primo conqueritur, & primo ponit verba prophetæ, deinde ea exponit, & sic procedit per totum cap.

d ¶ *Dicere.*] id est, dicitur.

e ¶ *Tacendo.*] Not. q tacens & timens fugere dicitur. vnde etiam tacens pro contumace habetur, vt 65. dist. si forte & ff. de interro. act. de ætate. §. qui tacuit.

... rat, aut proferenda reticescat. Nam, sicut incauta locutio in errorem pertrahit, ita indiscretum silentium eos, qui erudiri poterant, in errore derelinquit. Sæpe namque rectores improuidi humanam amittere gratiam formidantes, loqui libere recta pertimescunt, & iuxta veritatis vocem nequaquam iam gregis custodiæ, pastorum studio, sed mercenariorum vice deseruiunt: quia veniente [a] lupo fugiunt, dum se sub silentio abscondunt. Hinc namque eos per prophetam Dominus increpat dicens [Canes muti, non valentes latrare [b]]. Hinc rursus [c] quæritur, dicens [Non ascendistis ex aduerso, neque opposuistis murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini.] Ex aduerso quippe ascendere, est pro defensione gregis, voce libera, huius mundi potestatibus contraire. Et in die Domini in prælio stare, est prauis decertantibus ex iustitiæ amore resistere. Pastorem enim recta timuisse dicere [d], quid est aliud, quàm tacendo [e] terga præbuisse? qui nimirum si pro grege se obijcit, murum pro domo Israel hostibus opponit. Hinc rursus delinquenti populo dicitur [Prophetæ tui viderunt tibi falsa, & stulta, nec aperiebant iniquitatem tuam, vt te ad pænitentiam prouocarent.] Prophetæ quippe in sacro eloquio nonnunquam doctores vocantur, qui dum fugitiua [f] esse præsentia indicant, quæ sunt ventura manifestant: quos [g] diuinus sermo falsa videre redarguit; quia dum culpas corripere metuunt, incassum delinquentibus promissa securitate [h] blandiuntur: qui iniquitatem peccantium nequaquam aperiunt: quia ab increpationis voce conticescunt. Clauis quippe apertionis est sermo [i] correctionis; quia increpatio culpam detegit, quam sæpe nescit [k] ipse etiam, qui perpetrauit. Hinc Paulus ait [Vt potens sit in doctrina sana exhortari; & eos, qui contradicunt, redarguere.] Hinc per Malachiam dicitur [Labia sacerdotis custodiunt [l] scientiam, & legem requirunt ex ore eius; quia [m] Angelus Domini exercituum est] Hinc per Esaiam Dominus admonet dicens [Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam.] Præconis [n] quippe officium suscipit, quisquis ad sacerdotium accedit, vt ante aduentum iudicis, qui terribiliter sequitur, ipse scilicet clamando gradiatur. Sacerdos ergo, si prædicationis est nescius, quam clamoris vocem daturus est præco mutus? Hinc est enim, quod super pastores [o] primos in linguarum specie spiritus sanctus insedit; quia nimirum, quos repleuerit, de se protinus loquentes facit. Hinc Moysi præcipitur, vt tabernaculum sacerdos ingrediens tintinnabulis [p] ambiatur; vt videlicet prædicationis voces habeat; ne superni inspectoris iudicium ex silentio offendat: scriptum quippe est [vt audiatur sonitus, quando ingreditur, vel egreditur sanctuarium in conspectu Domini; & non moriatur [q]]. Sacerdos namque ingrediens, vel egrediens moritur, si de eo sonitus non auditur; quia iram contra se occulti iudicis exigit, si sine prædicationis sonitu incedit. Apte autem tintinnabula vestimentis illius describuntur inserta. Vestimenta enim sacerdotis quid aliud, quàm recta opera debemus accipere? propheta testante, qui ait [Sacerdotes tui induantur iustitia]. Vestimentis itaque illius tintinnabula inhærent; vt † vitæ viam cum linguæ sonitu ipsa quoque bona opera [r] sacerdotis clament. Sed cum rector se ad loquendum præparat, sub quanto cautelæ studio loquatur, attendat; ne si inordinate ad loquendum rapitur, erroris vulnere corda audientium feriantur: & cum fortasse sapiens videri desiderat, vnitatis compagem insipienter abscindat. Hinc namque veritas dicit [Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos]. Per sal quippe, verbi sapientia designatur. Qui ergo loqui sapienter nititur, magnopere metuat, ne eius eloquio audientium vnitas confundatur. Hinc Paulus ait [Nõ plus sapere, quàm oportet sapere, sed [s] sapere ad sobrietatem]. Hinc in sacerdotis ve-

Io. 10. — Esa. 56. — Ezech. 13. — Thren. 2. — Ad Tit. 1. — Malach. 2. — Esa. 58. — Act. 2. — Exo. 28. — Ps. 131. — † al. si — Mar. 9. — Rom. 12. — Exo. 28.

f ¶ *Qui dum fugitiua.*] id est, transitoria.

g ¶ *Quos.*] simplex relatio, no refertur ad immediate dictum.

h ¶ *Securitate.*] eo ipso q tacetur, promittitur securitas delinquentibus, vt 83. distinct. error.

i ¶ *Sermo.*] doctoris.

k ¶ *Nescit.*] scilicet esse peccatũ illud cum prædicatur, vel cum eius pænitẽtia auditur, quæritur ab eo locus, & tẽpus, & persona cum qua deliquit, quæ forte peccator propter verecundiam vult occultare, vt de pæni. distin. 6 c. 1. in fin: [t] Tamen in quæstionibus vbi fit præiudicium alij, non hent speciales interrogationes, vt ff. de quæst. l. prima. §. qui quæstionem.

l ¶ *Custodiunt.*] id est, custodire debent.

m ¶ *Quia Angelus.*] id est, nuntius Domini.

n ¶ *Præconis.*] infra de consecra. distinct. 4. baptismus.

o ¶ *Pastores.*] id est, Apostolos.

p ¶ *Tintinnabulis.*] octoginta tintinnabula, & totidem mala punica in inferiori margine tunicæ sacerdotalis pendebant.

q ¶ *Non moriatur*] anima scilicet peccando, vel vt fama eius non sit mortua.

r ¶ *Opera.*] Argum. quòd si aliqua permittit se desponsari vel arrhari, licet expresse nõ consentiat, videtur q sponsalia sint contracta. arg. 30. q. 5. feminæ 27. q. 2. c. 2. si quis desponsauerit, 32. q. 2. honorantur. ff. de sponsa. sed ex [u] Nam opera probant, vt 46. dist. cap. 1. 11. q. 3. existimant. 22. q. 5. cauete. vt extra de his quæ fiunt a ma. par. cap. ex ore. argu. ff. de mino. si filius. ff. de inoffic. testa. l. vlt. ff. de ædil. edic. si tamen §. et qui. Ioan. hgn dicit, q si contrahentes possunt loqui, exprimere debent cõsensum suum alioquin non iudicaretur pro matrimonio, cũ necessaria sint verba quantum ad ecclesiam, vt extra de spon. tuæ fraternitatis. quia etiam mutus si contrahit, signis debet exprimere consensum, vt extra de spon. cum apud. Bar.

s ¶ *Sed sapere.*] ad hæc quæ hic dicuntur, bene facit extra de hære. cum ex iniuncto.

t ¶ *Ad sobrietatem.*] id est, sine præsumptione.

t Et de pæ. dist. 5. c. 1. in prin.

u Dicas q si parentes cons[illegible] cum filijs, sufficit eorum taciturnitas, et sit ex tribus prædictis, & extra de despon. impub. accessit. & c. de illis. Arch.

Verba in contrahendo matrimonio, an sint de necessitate.

Casus. Primo dicit, q prædicator, vel rector nec silenda proferet, nec proferenda silebit. & hoc probat 12. auctoritatibus. Secundo dicit, q talia proponat, quæ non deducant homines in errorẽ: & hoc probat tribus auctoritatibus. Tertio ostendit, q etiam vtilia non debet nimis effundere. & hoc probat tribus auctoritatibus.

a ¶ *Veniente.*] iuxta illud.

Nam siluisse nocet, multosque silentia damnant.

b ¶ *Latrare.*] propter pigritiam.

a ¶ Ni-

a ¶ *Nimie.*] id est, in multiloquio.
b ¶ *Leuigatur.*], id est, leuis & inanis ab auditoribus iudicatur.
c ¶ *Est.*] scilicet vsque ad vesperam, vt supra distinct. 6. testamentum.

est vt resipiscat. Si vero nos prouocet dicere quod non decet ipsum audire, debemus eum prudenter eludere; ne si nil responderamus, putent auditores inopia responsionis nos declinare certamen.

g ¶ *Inmandatis.*] scilicet Euangelicis. Matthæi 10. cap. & Mar. 7. ubi

ste iuxta diuinam vocem tintinnabulis mala punica coniunguntur. Quid enim per mala punica, nisi fidei vnitas designatur? Nam sicut in malo punico, vno exterius cortice multa interius grana muniuntur; sic innumeros sanctæ ecclesiæ populos vnitas fidei contegit, quos intus diuersitas meritorum tenet. Ne igitur rector incautus ad loquendum proruat; hoc, quod iam præmisimus, per semetipsam veritas discipulis clamat. [Habete sal in vobis, & pacem habete inter vos:] ac si figurate per habitum sacerdotis dicat; mala punica tintinnabulis iungite, vt per omne, quod dicitis, vnitatem fidei cauta obseruatione teneatis. Prouidendum quoque est sollicita intentione rectoribus, vt ab eis non solum praua nullo modo, sed ne recta quidem nimie[a] & inordinate proferantur: quia sæpe dictorum virtus perditur, cum apud corda audientium, loquacitatis incauta importunitate leuigatur[b]; & auctorem suum hæc eadem loquacitas inquinat, quæ seruire auditoribus ad vsum profectus ignorat. Vnde bene per Moysem dicitur [Vir, qui fluxum seminis patitur, immundus est[c]]. In mente quippe audientium, semen secuturæ cogitationis est qualitas auditæ locutionis; quia dum per aurem sermo concipitur, cogitatio in mente generatur. Vnde & ab huius mundi sapientibus prædicator egregius seminiuerbius[d] est vocatus. Qui ergo fluxum seminis patitur, immundus asseritur; quia multiloquio subditus, ex eo se inquinat: quod si ordinate promeret, prolem rectæ cogitationis edere in audientium corda † potuisset: dumque incautus per loquacitatem defluit, non ad vsum generis, sed ad immundiciam semen effundit. Vnde Paulus quoque, cum discipulum de instantia prædicationis admoneret, dixit [Testificor coram Deo, & Christo Iesu, qui iudicaturus est viuos, & mortuos, per aduentum ipsius, & regnum eius, prædica verbum, insta opportune, importune:] dicturus [importune,] præmisit[e] [opportune;] quia scilicet apud auditoris mentem ipsa sua vtilitate se destruit, si habere importunitas[f] opportunitatem nescit.

Mar. 9. Leuit. 15. Act. 17. † al. corda 2. Tim. 4.

Item Clemens epist. 3. in extremo.

¶ Porcis, & canibus sacra non sunt committenda. C. II.

IN mandatis[g] habemus, vt venientes ad ciuitatem discamus prius, quis in ea dignus sit, vt apud eum cibum sumamus, quanto magis nosse conuenit, quis, qualisue sit is, cui immortalitatis verba credenda sunt? Soliciti enim, & valde soliciti esse debemus, ne margaritas nostras mittamus ante porcos. Sed & ob alias causas vtile est viri huius habere me notitiam. Si enim sciam, quia in his, de quibus non potest[h] dubitari, quod[i] bona sint, emendatus est, & inculpabilis; hoc est, si sobrius, si misericors, si iustus, si mitis, & humanus (quæ vtique bona esse nullus ambigit) tunc consequens videbitur, vt ei, qui obtinet bona virtutum[k], etiam quod deest fidei, & scientiæ, conferatur: & in quibus maculari eius vita videtur, quæ est in reliquis probabilis, emendetur. Si vero in ijs, quæ palam[l] sunt, peccatis inuolutus permanet[m], & inquinatus; non me oportet ei aliquid de secretioribus[n], & remotis

Matth. 10. Mar. 7. Matth. 7.

Seminiuerbius qui dicatur.

d ¶ *Seminiuerbius.*] A presbyteris Atheniensium dictum est de Apostolo, quid sibi vult iste seminator verborum? & secundum hoc erit hic seminiuerbius. sed si habes seminiuerbius, tunc dic quòd obscurus erat, vel quia (vt dicitur) vitium linguæ habebat.

ARCHID. Seminiuerbius, id est, seminans verba, vel id est, abbreuians verba, secundum Lau. Item Paulus in quadam sequentia dicitur spermologus. sperma enim græce, latine dicitur semen, & logos sermo, secundum Hugon.

Argumentum ab ordine verborum sumitur.

Aliàs dicitur quòd de ordine scripturæ nō est curandum. ff. de sol. nec enim. Archid.

e ¶ *Præmisit.*] argum. quòd ab ordine verborum est argumentandum. 20. distinct. §. 1. & 23. quæst. 4. displicet & 1. q. 1. vt euidenter. & 3. quæst. 7. in grauibus. extra de rescrip. cum dilecta. Et si præcedens verbum est dubium, & sequens manifestum, sequens clausula est sequenda. ff. de pet. hæred. vtrum autem quandoque etiam secundum præcedentem exponitur sequēs. ff. de leg. 1. si seruus plurium. in fin.

f ¶ *Importunitas.*] Nota quod propter tria conuenit induci cap. scilicet quòd tacens & timens videtur fugere. Item quòd æque aliquid probatur factis vt dictis. Item ordinem verborum attendendum, vt per notata supra posita patet.

In mandatis.] Hæc est secunda pars huius distin. in qua dicitur, quòd hæreticis & paganis non sunt secreta nostræ fidei manifestanda. & hoc cap. ad hoc probandum inducitur. Si tu quæras quæ dicta Origenis recipiantur? Respon. recipit ecclesia tamquam sua ea, quæ de dictis eius Hiero. recipit. alias sunt cum suo auctore damnata per Papam Gelasium. 15. dist. sancta Romana. versic. item Origenis. Io de Fan.

CASUS. Quæsitum fuit ab Origene, vtrum indifferenter secreta fidei sint cuilibet reseranda? Et respondit quòd non, duabus rationibus. Prima est, quia Christus præcepit vt intrantes ciuitatem examinemus, quis sit in ea dignus, vt apud eum cibum sumamus; multo fortius est hoc faciendum in cibo spirituali, cum non debeamus proijcere margaritas nostras ante porcos. Secunda est: quia si fidelis est, & bonus paratus corrigi, reserare sibi debemus, vt quod in eo deficit, per nos suppleatur, vt si qua in eo macula fuerit, emendetur: si autem perfidus est & incorrigibilis, nulla secreta fidei ei sunt reuelanda, sed monendus vbi Dominus præcepit discipulis suis: In quacumque ciuitatem intraueritis, interrogate quis in ea dignus sit, & sic ibi manete. Ex verbis illis arguitur hic a minori. Lau.

h ¶ *Non potest.*] Nam timor in dubiis deteriora canit. Et Lucanus. *Pessimus in dubijs augur timor.*
i ¶ *Quod.*] id est, quia bona sint.
k ¶ *Virtutum.*] Ergo videtur, quòd qui non habet fidem possit habere virtutem, quod non est verum, vt 24. quæstio. prima vbi.
l ¶ *Quæ palam.*] id est, dubitanter sunt mala.
m ¶ *Permanet.*] sæpius admonitus.
n ¶ *De secretioribus.*] sed ea quæ spectant ad admonitionem, non autem secreta fidei: quia si illa sciret, facilius non inde impugnaret, vt 12. q. 3. nolite.

a ¶ Pruden-

a. ¶ *Prudenter*] transferendo nos callide ad alienam materiam: cū nec ipsi debeant alieni regni scrutari arcana. C. de cōmer. mercatores. & extra de elec. quòd sicut. immo subtili ingenio debemus à barbaris extorquere aurum, vt C. de commercijs, l. 2. & 14. q. 4. ab illo. & q. 5. c. dixit. 3. c prox. vbi dicit, ꝙ prudēter debemus eludere tales. nec etiā illud ob. 24. q. 3. dixit Apostolus, vbi dicit, hæreticum hominem post primam & secundam correctionem deuita. quia virumque illorum obtinet in secretioribus fidei, quæ non debemus pandere illis; sed ab illis quæ faciunt ad correctionem, numquam cessandum est, vt 1. q. 7. conuenientibus, io Hodie autem si hæretici non corrigantur, statim tradendi sunt curiæ sæculari ad puniendum. si autem corrigantur, & iurent stare mandato ecclesiæ: in perpetuo carcere debent detrudi ad agendam pœnitentiam, vt extra de hæreti. c. penul. Bar.

Prælatus ꝓpter persecutionē nō differat prædicationem.

Elu ‹

diuinæ scientiæ proloqui; sed magis protestari, & conuenire eum, vt peccare desinat, & actus suos à vitijs emendet. Quòd si ingesserit se, & prouocauerit nos dicere, quæ eum minus recte agentem nō oportet audire; prudenter a eum debemus eludere b. Nam nihil omnino respondere, auditorum causa vtile non videtur: ne forte existiment nos responsionis penuria c declinare certamen; & fides eorum lædatur non intelligentium propositum nostrum.

Item Anacletus, epist. 1. omnibus episcopis.

¶ Verba prædicationis persecutoribus suis prælati non subtrahant. C. III.

Iuo p. 5. c. 237. circa medium.

3 SCimus autē multos ob id infestare doctores, vt eos perdant d, & placita propriæ volūtatis adimpleant. Non propterea tamen doctores (inquantum vires suppetunt) à recta æmulatione e, & bona intentione † recedere f debent; scientes, quia beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.

† al. institutione
Matt. 5.

Item Gregorius Venantio, lib. 1. epist. 33.

¶ Non est mundus à sanguine subiectorum, qui Dei consilium illis non annuntiat. C. IIII.

Act. 20.

EPhesijs Paulus g dicit [Mundæ sunt manus meæ à sanguine h omnium vestrum: non enim subterfugi, quominus annuntiarem i omne consiliū Dei vobis.] Mundus k ergo à sanguine eorum nō esset, si eis Dei consilium annuntiare noluisset: quia cum increpare delinquentes noluerit, eos proculdubio tacendo l pastor occidit.

Item Nicolaus ad Michaelem Imperatorem in epistola, cuius initium est, [Proposueramus.]

¶ Aeternæ damnationis pœnam incurrit prædicator, qui semen diuini verbi non spargit. C. V.

† *Dispensatione nobis*] orig.
1. Cor. 9.

DIspensatio † est nobis cælestis seminis iniuncta: væ m si non sparserimus: væ si tacuerimus. Quod cum electionis vas formidet, & clamet n, quanto magis o cuilibet exiguo metuendum est: Proinde, sicut non leue discrimen incumbit Pontificibus siluisse pro diuinitatis cultu, & ecclesiæ correctione quod congruit; ita his p (quod absit) nō mediocre periculum est; qui cum debeant parere q, despiciunt.

Glossa ordi. ex Ambr. ser. 2. in psal. 118. in ver. [Abscondi eloquia tua.]

4 *Pariter quoque obseruare debet sacerdos, ne indignis, & non intelligentibus secreta mysteria, sua prædicatione reserare incipiat. Qui enim ea docet, quæ ab auditoribus non valent intelligi; non ad eorum vtilitatem, sed ad sui ostentationem facit. Vnde in expositione [Beati immaculati dicitur.] [Vitium est secreta mysteria vulgare indignis: quod fit vel loqua-*

Dolus bonus.

b ¶ *Eludere.*] Nota dolum esse bonum contra hostem. sic 22. q. 2. vtilem. & ff. de do. l. 1.

c ¶ *Penuria.*] Argu. contra infra 24. q. 3. cum quibus 1.

Dic quòd ibi loquitur de hæreticis dimissis: hic de ex...: vel dic quòd ... qui ... ea quæ possunt ... fidem, vt no. J. c. prox. Arch.

SCimus.] Hæc est tertia pars huius dist. in qua dicitur, ꝙ si prælati non corrigunt suos subditos, sanguis subditorum de prælatorum manibus requiretur. Si autem faciamus quod in nobis est, non imputatur nobis malitia subditorum. & hoc probat per ista tria cap. Ioan. de Fan.

CASVS. Quidam prælati cessabant à correctione, & à recta via, quia infestabantur à suis subditis: sed dicit Anacletus, ꝙ propter hoc à prædicatione cessare non debent, & à recta æmulatione, id est, dilectione: quia beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam.

Aemulor varia significata habet.

d ¶ *Perdant*] i. confundant.

e ¶ *Aemulatione.*] idest dilectione. Vnde no. versum, qui valet ad multas expositiones:

Aemulor inflatur, amat, inuidet, ac imitatur. Bar.

f ¶ *Recedere.*] Not. ꝙ propter subsannationē vel persecutionē nō cessabit doctor à docēdo, vel prælatus à prędicādo, vt hic, & 11. q. 3. nolite. quia etsi illi non proficiant, tamen ipse faciat quod suum est, vt 47. dist. quod apud nos. & 23. q. 4. sicut nō est. nec obstat

EPhesijs.] CASVS. Venantius episcopus suos subditos corrigere nolebat, vel negligebat. de quo eum Gr. reprehendit: quia peccata subditorū nisi eos corrigat, sibi imputantur. & hoc probat auctoritate Pauli: & quia pastor videtur occidere delinquentes, nisi eos corrigat.

g ¶ *Paulus*] in actibus Apostolorum 20. cap.

h ¶ *A sanguine.*] idest à peccato.

i ¶ *Annuntiarē.*] Arg. ꝙ si per te non stat aliquid quo minus fiat, nō est tibi imputandū: vt 24. q. 2. admonere. & 47. dist. c. vlti. & 9. necesse. & C. de inst. & subst. l. 1. Ar. cōtra extra de eo qui mit. in pos. causa rei ser. cap. 1. Ioan. Sed certe ibi stetit non per petentem possessionē. ff. de reg. iur. l. culpa. Bar.

k ¶ *Mundus.*] Arg. à destructione antecedentis, vt 24 q. 2. sane.

Imputandū nō est ei per quē nō stat.

l ¶ *Tacendo.*] infra 83. dist. error.

DIspensatio.] CASVS. In hoc cap. Nicolaus Papa reprehendit prælatos, q nolunt corrigere subditos, & prædicare: quia væ erit eis, si verba cælestis seminis non prædicauerint, & nō sparserint i subiectos: & hoc ꝓbat auctoritate Pauli. Præterea sicut magnū est periculū ꝑlatis silere: sic ꝑiculosū est subditis nō obedire.

m ¶ *Væ*] alias veh, scilicet æterna mors. 11. q. 3. væ qui.

n ¶ *Et clamet*] Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? ff. 6 dist. sed pensandum.

ADDITIO. Vel dic, clamet prædicando: vel se timere æternā damnationem, secundum Hug.

o ¶ *Quanto magis.*] Ar. à maiori, vt 32. q. 5. si Paulus. 8. q. 1. si ergo cunctus.

p ¶ *His.*] idest, subditis.

q ¶ *Parere.*] idest, obedire.

PARITER. Hæc est quarta pars huius dist. Dictum est ff. in ca. io mādatis. ꝙ secreta fidei nō sunt hæreticis reuelāda. Nūc vero dicit Gratianus ꝙ idem est de catholicis indignis, & non intelligentibus. si autē secus fiat non fit ad eorū vtilitatem: sed potius ad ostentationem, vel adulationem, vel scientiæ iactationē, vel propter loquacitatē incautā. Et hoc probat per expositionē, Beati immaculati. Ex quibus omnibus patet, ꝙ si prælatus in prædicando discretionem non seruat, tamquā torto naso, id est, discretione carens, sacerdotis officio videtur indignus.

a ¶ *Irre-*

a Irreuocabile.] Horatius: *Nam semel emissum manet irreuocabile verbum.* extra de verb. sig. forus. & Ouidius.
Nescit vox missa reuerti. iuxta illud:
Voce missa semel, irreducta volat.
b Torto.] infra dist. 49. cap. 1. Hinc etenim nasum comparat discretioni: quia per eum perpendit odor & fetor.

næ nõ est exercenda: sed monendi sunt nõ imperiose, sed benigne, vt Deus in nostro sermone timeatur, & non nos: & vt cetera multitudo frangatur, incipiendum est a spiritualibus, vel spiritualibus proximis.
e Putantur.] a stultis videlicet.

citate incauta, dum sine iudicio volat irreuocabile a verbum; vel adulatione, vt ei placeat, cui secreta reuelat, vel iactatione scientiæ, vt plura scire videatur.] In quibus omnibus profecto datur intelligi, quanta debeat esse discretio in prædicatione sacerdotis: qua si forte caruerit, tamquam torto b naso, sacerdotalis officii iudicatur indignus.

Cum autem.] Hæc dist. diuiditur in tres partes: in quarum prima probat de temperantia gulæ, & hoc probat per quattuor auctoritates sanctorum patrum. Secunda ibi, *Multos.* Tertia ibi, *Non oportet.* Ioannes de Fan.

CASVS. Supra in 35. dist. dictum est, quod sacerdos non debet esse violentus, sed sobrius: quia comessatio & voracitas ebrietatis sunt cohærentia, ideo prohibita ebrietate, prohibet in hac 44. dist. voracitas, & gulæ intemperantia. Et probatur tribus rationibus. Prima est, quia comessatio & ebrietas ab Apostolo enumerantur inter opera tenebrarum dicens: non in comessationibus, &c. Secunda est: quia ventris ingluuies facile prouocat ad luxuriam: & omne opus bonum dissoluit. Tertia probat exemplo Nabuzardam, qui destruxit muros Hierusalem: quia ei multitudo coquorum deseruiit. Sunt autem comessationes noxiæ nõ solum sacerdotibus, sed etiam laicis: qui dies festiuos celebrare non putant, nisi comessationibus deseruiant.

CVM AVTEM. Hæc dist. spectat ad tertium c. apostolicæ regulæ, quæ tractata est 35. dist. oportet ordinandum esse nõ violentum, sed sobrium: sed nõ tractauit ibi nisi de sobrietate potus: ideo resumit eam hic, & tractat de temperantia & sobrietate cibi.

DISTINCTIO XLIIII.

CVm autem violentus esse prohibetur, gulæ intemperantiam nequaquam habere permittitur. Neque enim ebrietas prohibetur, & voracitas permittitur. Vtrumque c enim inter opera tenebrarum Apostolus connumerat scribens Romanis [Non in comessationibus, & ebrietatibus.] Ventris namque ingluuies ad luxuriam prouocat facile; & omne opus bonum dissoluit. Vnde venter, & genitalia sibimetipsis vicina sunt: vt ex vicinitate membrorum confœderatio intelligatur vitiorum.] Hinc etiam Nabuzardam princeps coquorum muros Hierusalem destruxisse legitur: quia venter, cui multitudo coquorum deseruit, ædificia virtutum ad solum redigit. Sacerdos itaque de altari viuere d, non luxuriari quærat, vt ait Hieronymus. [Tibi o sacerdos de altario viuere, non luxuriari permittitur.] Sunt autem comessationes non solum sacerdotibus, sed etiam laicis noxiæ: qui festiuos, & solennes dies non aliter se digne celebrare putant; nisi comessationibus deseruiant.

Rom. 13. — Hier. in epist. ad Amandum, & Aug. de Temp. serm. 65. — Greg. in pastor. par. 3. c. 20. — 4. Reg. vlt. secundum lxx. — Io Michęã c. 3. in extremo.

Vnde Augustinus scribit ad Aurelium episcopum, epist. 64.

§ Non est vacandum comessationibus, & ebrietatibus. C. I.

COmessationes, & ebrietates ita concessæ, & licitæ putantur, ut in honorem etiam beatissimorum martyrum non solum per solennes dies (quod ipsum quis non lugendum f videat, qui hæc non carneis g oculis inspicit?) sed etiam quotidie celebrentur. *& post pauca:* Non ergo aspere, quantum existimo, non duriter, non modo imperioso ista tolluntur: magis docendo, quàm iubendo; magis monendo, quàm minando. Sic enim agendum est cum multitudine h peccantium †. Seueritas autem exercenda est in peccata paucorum. Et si quid minamur; cum dolore fiat, de scripturis comminando uindictam futuram; ne nos ipsi in nostra potestate, sed Deus in nostro sermone timeatur. Ita prius mouebuntur spiritales, aut spiritalibus proximi; quorum auctoritate, & lenissimis quidem, sed instantissimis admonitionibus cetera multitudo frangatur.

Iuo p. 13. c. 68. — † abest ab orig. Iuo, & aliquot manuscriptis Gratiani.

Item ex concilio Laodicensi, c. 24.

§ Nulli clericorum, aut continentium licet tabernas intrare. C. II.

NOn oportet a clericos seruientes à presbyteris usque ad diaconos, & deinceps ordinis ecclesiastici omnes vsque ad ministros,

Côc. Aquisgrã. c. 60. — Burc. l. 2. c. 131. — Iuo p. 6. c. 205.

Annectit quod laici & clerici qui faciũt magna cõuiuia caueant lasciuiam, & aliquãdo. 2. Itẽ addit quod clerici nõ debẽt comedere vel bibere in tabernis, nisi necessitas cogat. 3. Deinde dicit, quod cibum clericorũ semper præcedet & sequetur oratio. Item quod in sacerdotali conuiuio semper debet legi lectio sacræ scripturæ.
c Vtrumque.] Argumentum quod vno prohibito vel permisso, idẽ et eius connexo sibi, vt 5. dist. 4. denique. & 1. q. 1. sicut Christus. Et est hic argu. quod si Papa vel episcopus scienter aliquẽ ordinat, videtur restituere ipsum famæ, cũ fama & sacerdotium sibi sunt annexa. Ioã. Quod falsum est, vt extra de schismate cap. 2. vbi dicitur quòd probare debet secum fuisse dispensatum. Bar.
d Viuere.] Sufficere debet ergo clerico, quod viuat, id est, sola necessaria habeat: & arctatur illa necessitas tantum ad victum & vestitum, vt 12. q. 1. episcopus. Qualiter tamen hoc intelligendum est, dixi 21. quæst. 1. cap. 1.
Comessationes.] CASVS. Quæsiuit Aurelius ab Augustino. vtrũ laici qui in diebus festiuis deseruiũt comessationibus & ebrietatibus, propter hoc debent suspendi vel excommunicari. Et respõdet quod nõ: quia multitudo est in causa, in quam seueritas discipli-

f Lugendum.] id est, nonne vnusquisque hoc lugendum videat?
g Carneis.] scilicet spiritualibus.
h Cum multitudine.] Multi sunt 40. vt extra de cle. excom. latores. Aliquando 23. milia sunt pauci, vt 45. dist. disciplina. Et habes hic quod propter multitudinẽ detrahit seueritati, vt 50. dist. vt constitueretur. & 1. q. 7. quoties. 33. q. 4. ipsa pietas. &c. non potest. Quandoque & cũ paucitate mitius agendũ est, cũ timetur scandalũ. 23. q. 4. cũ quisq; 6. Vbi ergo aliquid male fit: & quasi ex auctoritate defenditur, tũc nõ debet dormire seueritas. quãdo vero nõ defenditur, tũc dissimulari potest propter scandalũ, vt de pœni. dist. 6. c. 1. in fi. & 8. dist. plurimos. & 50. di. domino sancto. sed propter scandalũ nunquã debet deseri veritas ipsa, vt extra de reg. iu. qui scãdalizauerit. 7. sed seueritas pœnarũ põt deseri, vt hic. Io. Itẽ vbi nõ habet locũ dispẽsationis remediũ, vt in matrimonio: propter multitudinẽ nõ ẽ recedẽdũ à seueritate canonica, vt extra de trãsact. ex par. Bar.
Non oportet.] CASVS. Clerici omnes generaliter, & qui votũ continentiæ fecerũt, prohibentur ingredi tabernas, nisi causa necessitatis, vt 1. c. sequenti. Sequentia duo capitula plana sunt.
i Vsque.] improprie ponitur hic, vsque, cum nulli sint in medio.

a ¶ *Qui in proposito.*] vt Deo deuoti conuersi 12.q.1.duo,&c.
b ¶ *Nulli clerico licet.* ¶ *Ergasterium*] idest, stationem.
c ¶ *Quanto magis.*] cui non licet minus, non licebit & maius; vt hic,& 24.q.1.miramur.& 74.dist.gesta.14.q.5.poenale. sicut in casu conuerso, scilicet cui licet maius,& minus.16 q.2.visis.

d ¶ *Aut cesset.*] sic 35.dist.c.1.
e ¶ *Clerici.*] ¶ *Nisi peregrinationis.*] No. quod permittitur viatori, quod alij nõ permittitur. Arg. simile.j.11.q.3. quoniam multos.

Multis.] Hæc est 2. pars huius dist. in qua reprehenditur quidam Natalis episcopus, qui semper erat in comessationibus ita quod officiũ suum nesciebat: & ita alijs detrahebat. & hoc probatur per hoc cap. & per ca. seq. Ioan. de Fan.

aut lectores, aut exorcistas, aut ostiarios, aut psalmistas, aut etiam eos, qui in proposito[a] continentiæ sunt, tabernas[b] intrare.

a ¶ Clericos seruientes.] *Græce est, ἱερωμένους, quod Dionysius vertit,* sacro ministerio deditos: *quam versionem concilium Aquisgranense, Burchardus, & Ivo attulerunt.*

b ¶ Tabernas.] *sequebatur in impressis,* nisi causa necessitatis: *quæ sunt expuncta, quia neque in plerisque manuscriptis, neque in Burchardo, & Iuone, neque in ipso concilio Laodicensi, aut Aquisgranensi (vbi c.60. hoc idem repetitur) leguntur: videntur tamen accepta ex can. Apost. 54.*

Item ex sexta synodo, c. 9.

¶ Deponatur clericus, qui tabernam, aut ergasterium habere voluerit. C. III.

NVlli clerico licet tabernam[a], aut ergasterium[b] habere. Si enim huiusmodi, tabernam ingredi prohibetur; quanto magis[c] alijs ministrare in ea? Si quis vero tale quid fecerit; aut cesset[d], aut deponatur.

a ¶ Tabernam, aut ergasterium.] *Græce est* καπηλικὸν ἐργαστήριον, idest cauponariam tabernã.

Item ex concilio Carthagin. 3. c. 27.

¶ Nisi necessitate compulsi clerici tabernas non ingrediantur. C. IIII.

Aquisgran. conc. c. 90. Burc. l. 2. c. 130. Iuo p. 6. c. 204.

CLerici, edendi, vel bibendi causa tabernas non ingrediantur, nisi peregrinationis[e] necessitate compulsi.

Item Gregorius Natali episcopo, lib. 2. reg. indict. 10. epist. 14.

¶ Corripiendus est episcopus, qui conuiuijs occupatur. C. V.

MVltis ab vrbe tua venientibus, frater charissime, didici, pastorali cura derelicta, solis te conuiuijs occupatũ: quæ audita non crederem, nisi hæc actionum † [f] tuarũ experimentis adprobarem. Nam quia nequaquam lectioni studeas, nequaquã exhortationi inuigiles[g], sed ipsum quoque vsum ecclesiastici ordinis ignores; hoc est in testimonium[h], quòd eis, sub quibus es positus, seruare reuerentiã nescis.

Idem ad eundem, lib. 2. epist. 37.

¶ De eodem. C. VI.

† al. sanctitas

† al. abstinentiæ

COnuiuia, quæ ex intentione impendendæ charitatis fiunt, recte vestra fraternitas † in suis epistolis laudat. Sed tamen sciendum est; quia tunc ex charitate veraciter prodeunt, cum in eis nulla absentium vita mordetur[i]; nullus ex irrisione reprehenditur; nec in eis inanes sæcularium negotiorum fabulæ, sed verba sacræ lectionis audiuntur: cum non plus, quàm necesse est, seruitur corpori; sed sola eius infirmitas reficitur, vt ad vsum exercendæ virtutis habeatur. Hæc itaq; si vos in vestris conuiuijs agitis, abstinentium † [k], fateor, magistri estis.

[*Item ex concilio Nannetensi.*]

PALEA. C. VII.

De consec. dist. 5. c. nullus. Burc. l. 2. c. 161. Iuo p. 6. c. 252.

† al. in amore

† al. fieri permittat

NVllus presbyterorum, quando ad anniuersarium diem, trigesimũ, aut septimum, vel tertium alicuius defuncti, aut quacumque vocatione ad collectam presbyteri conuenerit, se inebriare vllatenus præsumat, nec precatus amore † sanctorum, vel ipsius animæ bibere, aut alios ad bibendum cogere, vel se aliena precatione ingurgitare; nec plausus, & risus inconditos, & fabulas inanes ibi referre, aut cantare præsumat, aut turpia ioca, vel vrso, vel tornatricibus ante se fieri † patiatur: nec laruas dæmonum[a] ante se ferri consentiat: quia hoc diabolicum est, & à sacris canonibus prohibitum.

a ¶ Dæmonum.] *Burchardus addit* quas vulgo Talamascas dicunt.

[*Item ex eodem.*]

¶ De eodem. PALEA. C. VIII.

Burc. l. 2. c. 162. Iuo p. 6. c. 253.

† decanus, aut alius.] Burch.

QVando autem conuenerint presbyteri ad aliquod conuiuium[a], aliquis † prior illorum, versum ante mensam incipiat, & cibum benedicat; & tunc secundum ordinem sedeant, alter alteri honorem præbentes; & per vices cibum, & potum benedicant, & aliquis de illorum clericis aliquid de sancta scriptura legat. Et post refectionem

CASVS. In hoc cap. reprehẽdit Grego. Natalem episcopum, qui tantũ conuiuijs deseruiebat, in quibus vita absentiũ reprehendebatur, & inanes fabulæ cantabant: quod ex eo apparebat, quia neque lectioni neque exhortationi insistebat: neque suis maioribus reuerentiam exhibebat.

f ¶ *Actionum.*] Arg. præsumi contra aliquem quandoque propter crimen præteritum. 18. dist. peruenit. 34. q. 1. cum per bellicam. Quandoque ex præsenti circa præsens, vt hic. quandoque circa futurum. 50. distin. si quis diaconus. Quandoque ex præterito circa præteritum. 22. quæst. 1. nõ est. Quandoque ex præterito circa futurũ. 23. q. 5. si apud. & 82. dist. plurimos.

g ¶ *Inuigiles.*] quæ duo, scilicet lectioni studere, & exhortationi inuigilare, sunt in pontifice. 36. di. c. vlti.

h ¶ *In testimonium.*] hic vnũ tactũ probatalibi, vt 1 q. 1. constat, &c.

Conuiuia.] CASVS. Idem Natalis episcopus excusabat se, quia reprehensus fuit propter conuiuia, quæ faciebat: dicens quod bona intentione & causa impẽdendæ charitatis hoc faciebat. Sed Gregorius dicit, quod tunc fiunt ex charitate, cum vita absentiũ non reprehenditur, nec inanes fabulæ recitantur, sed verba sacræ lectionis, & cũ infirmitas sola reficitur: & qui hæc in suis conuiuijs facit, magister ẽ abstinentiæ. Quæ autẽ sequuntur vsque ad distinctionẽ, plana sunt, & per se patent.

i ¶ *Mordetur.*] Vnde versus.

Quisquis amat dictis absentũ rodere vitã.
Hanc mensam vetitam nouerit esse sibi.

k ¶ *Abstinentiũ.*] Nota quòd abstinens dicitur qui bene comedit: & continens dicitur qui tamẽ cognoscit vxorẽ suã, vt 31. dist. Nicena.

† Vbi de hoc & extra de præsump. literis. & de adult. si quis 12. q. 2. si quis vxorẽ, extra de ele. officij. Archidia.

N*On oportet.*] Hæc est tertia pars dist. in qua dicitur, quòd nullus debet facere conuiuium de confertis, idest, de symbolis: quod in vulgari dicitur, esc 'hot. & ad hoc probandum ista tria capitula inducuntur. Ioan. de Fan.

a ¶ *Non oportet.*] hic habent quidam cap. nullus. quod est infra de conse. dist. 5. nullus.

num: nam qui sunt in minoribus ordinibus constituti, licite verberantur etiam pro minoribus criminibus, vt infra ead. §. Salomon. & 35. distinct. ante. sed maiores non sunt verberandi nisi pro maioribus, vel enormibus criminibus, vt infra ead. cum beatus. & 35. distinctione ante. Sunt tamen alij casus, in quibus

similiter sanctum hymnum dicant ad exemplum Domini; sicut in cœna fecisse legitur: & sic se contineant omnes presbyteri, maxime in talibus locis, vt non vituperetur ministerium illorum.

Matth. 26.

[*Item ex eodem.*]

¶ De eodem. PALEA. C. IX.

QVando presbyteri per kalendas simul conueniunt post peractū diuinum mysterium †, ad necessariam collationem, non quasi ad plenam refectionem, sed quasi ad prandium, ibi ad tabulas resideant: ne per talia inhonesta conuiuia se inuicem grauent: quia indecens est, & onerosum; sæpe etiam tarde ad ecclesiam redeuntes maius damnum de reprehensione consequuntur, quod † de grauedine mutua contrahunt, quàm lucrum ibi † faciant. Nam de huiusmodi conuentu Paulus Corinthios reprehendit: qui inconuenienter cœnam Dominicam manducare conueniebant. Sic & qui ad cœnam Dominicam, idest ad collationem verbi sub occasione conueniunt, & ex veritate † ventris causa coniunguntur; reprehensibiles coram Deo, & hominibus habentur. Et ideo peractis omnibus, qui voluerint, panem cum charitate in domo fratris sui simul cum fratribus frangant, & singuli singulos bibere faciant; & maxime vltra tertiam vicem poculum non contingant; & sic ad ecclesias redeant.

Burc. l. 2. c. 164. Iuo p. 6. c. 255. *al. ministerium* | † & | † *al. cibi* | 1. *Cor.* 11. | † *al. ingluuietate*

Item ex concilio Laodicensi, c. 55.

¶ Christiani ex symbolis conuiuia non celebrent. C. X.

3 NOn oportet [a] ministros altaris, vel quoslibet clericos, aut etiam laicos Christianos ex symbolis [b] [quæ] vulgus comessalia appellat] conuiuia celebrare [c].

Conc. Aquisgr. c. 83. Rab. l. pen. c. 17. † *ista sunt addita loco cuiusdam glossæ*

Item ex concilio Toletano 3. c. 7.

¶ Sacrarum scripturarum lectio sacerdotalibus semper conuiuijs misceatur. C. XI.

PRo reuerentia [d] Dei, & sacerdotum id vniuersa sancta constituit synodus, vt (quia solent crebro mensis otiosæ fabulæ interponi) in omni sacerdotali conuiuio lectio diuinarum scripturarum misceatur. Per hoc enim & animæ ædificantur ad bonum; & fabulæ non necessariæ prohibentur.

Burc. l. 2. c. 169. Iuo p. 6. c. 260. Rab. l. pen. c. 28.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 61. & 66.

¶ De confertis nec conuiuia facere, nec ante horam diei tertiam clericis comedere licet. C. XII.

NOn liceat sacerdotes, vel clericos, sed nec religiosos laicos conuiuia facere de confertis. ¶ Nec oportet clericos, vel laicos religiosos ante sacram horam diei tertiam inire conuiuia, nec aliquando clericos, nisi hymno [e] dicto, comedere panem; & post cibos gratias auctori Deo referre.

Apud Martin. Braca. Burch. l. 2. c. 165. Iuo p. 6. c. 256. C. 66.

Si ergo laicis comessationes damnabiles sunt, multo magis sacerdotibus imputantur ad gehennam. Venter enim pinguis (vt Hieronymus ait) crassum sensum generat: cum sacerdotalis sensus contra vigil esse debeat, & tenuis: atque idea edacitatis vitio obnoxij in sacerdotes vngi non debent. Hi enim (vt ait Gregorius in moralibus) qui adhuc vitiorū bello subiacent, nequaquā per prædicationis vsum præesse magisterio ceterorū debēt.

Epist. ad Nepotianum. | Lib. 23. c. 12.

DISTINCTIO XLV.

1 p. SEquitur (*non percussorem.*) *Non enim oportet episcopum ita esse irascibilem, & perturbati sensus, vt percutiat; qui debet esse patiens: sed sequatur eum, qui dorsum posuit ad flagella.*

Vnde Gregorius scribit Ioanni episcopo Constantinopol. lib. 2. epist. 52. al. c. 91.

1. *Tim.* 3. & *ibi glossa ordin.* & *Aug. ex Hier. ad Oceanum*

b ¶ *Ex symbolis*] symbolum est quando plures conferunt ad conuiuia facienda. idem est confertum.

c ¶ *Celebrare.*] Nā vt ait Iuuenalis. Miserū ē aliena viuere quadra.

d P*Ro reuerentia.*] infra de consecra. dist. 5. in omnibus.

N*On liceat.*]

e ¶ *Hymno.*] j. de consec. dist. 2. panis & calix. & c. didicimus.

S*Equitur.*] Hæc dist. diuiditur i quattuor partes. In quarū prima probatur per septé auctoritates, q prælati nō debēt esse accensi ad irā vel pturbationē. Secūda ibi, *Salomon.* Tertia ibi, *Ex his.* Quarta ibi, *Percussor.* Ioan. de Fan.

CASVS. In hac 45. dist. prosequitur 9. cap. apostolicæ regulæ, oportet epm non esse percussorem: q nō debet esse irascibilis & pturbati sensus, sed patiens exemplo Christi, qui dorsū posuit ad flagella. Et primo probat q plati nō debent aliquē percutere vsq; ad §. *Salomon.* postea allegat in contrariū vsque ad §. *Ex his.* Not. ergo q est percussio spiritualis: & est percussio corporalis. Spiritualis est, cū qs indiscreto sermone corrigit aliquos. ista prohibetur, vt j. c. vlt. Corporalis est illa, quę manu fit. & ista vbi fit ex ira vel odio, vel ad hoc vt magis timeat, peccatum est, vt j. ea. ca. 1. sed si fit causa correctionis: , licita est ei qui habet potestatē in eū, vt j. ead. cū beatus. & 35. dist. ante omnia. hoc tamen scias, q episcopus suis manibus neminem verberabit, vt 80. dist. non liceat. sed per alium potest, vt 15. q. 5. illi. nō tamen per laicū, sed per clericū, si cleric' fuerit verberandus, vt extra de sent. excom. vniuersitatis. nisi penitus sit incorrigibilis. tunc etiā per laicum potest, vt extra de sentent. excommunic. c. vt famæ. Item distinguendum est circa qualitatem ipsarum personarum, quæ corrigendæ sunt, & etiam circa quantitatem criminum, quibus licite percutitur clericus, vt not. 17. quæstio. 4. si quis suadente.

Percussio est duplex. | De hoc membro dic vt legi. & no. extra de sen. excom. cū voluntate. vel. gratū de his. | Corrigens debet multa audere. | Clericus an possit verberari.

Quod

Quidam autem.] c Quidam prælati erant, qui vt magis timerentur, suos clericos verberabant. Et præterea homines ad fidem verberibus, & non prædicatione cogebāt: sed dicit Grego. in hoc cap. q. hoc facere nō debent. & hoc probat auctoritate Pauli dicētis: Argue, obsecra, increpa in omni patiētia &c.

d Triduo] similis suspensio est 5. q. 3. in loco, &c.

Vt sincera.] c Neapolitani verberabant Iudæos vt ad fidem conuerterentur: nec permittebant eos suas festiuitates celebrare. De hoc conquesti fuerunt Iudæi Papæ. Præcepit ergo Papa Neapolitano archiepiscopo, ne hoc fieri permittat: quoniam non asperitatibus, sed rationibus & auctoritatibus vete. test. sunt commonendi, & admonitionibus ad fidem sunt conuertendi: aliàs eorum conuersio erit inutilis. si autem conuerti noluerint, in ferijs & festiuitatibus suis, quas ipsi & parentes eorum hactenus coluerunt, inquietari non permittat, sed liberam habeant licentiam celebrandi.

¶ Verborum correptione, non verberibus timeri debet episcopus. C. I.

Io. Diac. l. 3. c. 9. Poly. l. 4. tit. 9. 2. Tim. 4.

Quid autem de episcopis, qui verberibus timeri volunt, canones dicant, bene fraternitas vestra nouit. Pastores etenim facti sumus, non percussores: & egregius prædicator dicit [Argue, obsecra, increpa in omni patientia, & doctrina.] Noua vero, atque inaudita est ista prædicatio, quæ verberibus exigit fidem.

Arg. quòd fas sit allegatio gentilium non exempla lib. d quo per gl. in verbo, ... contradicitur. in c. ... de dispen. impub.

Item in concilio Romano sub Silvestro, c. 17.

¶ De eodem. C. II.

Nemo Iorig.

Neminem, quisquam peccantem clericum cæde attingat, non presbyter, non diaconus, non episcopus clericum, vel seruitorem ecclesiæ ad cædem perducat. Sed si ita causa exigit clerici; triduo priuetur honore, vt pænitens redeat ad matrem ecclesiam.

Item Gregorius Paschasio episcopo Neapol. lib. 11. epist. 15.

¶ Non asperis, sed blandis verbis, ad fidem sunt aliqui prouocandi. C. III.

al. à plano

Iuo p. 13. c. 105.

al. adhibere

Qui sincera intentione extraneos à Christiana religione ad fidem cupiunt rectam perducere, blandimentis, non asperitatibus debent studere; ne quorum mentem reddita ad planum ratio poterat reuocare, pellat procul aduersitas. Nam quicumque aliter agunt, & eos sub hoc velamine à consueta ritus sui volunt cultura suspendere; suas illi magis, quàm Dei causas probantur attendere. Iudæi siquidem Neapoli consistentes questi nobis sunt, asserentes, quòd quidam eos à quibusdam feriarum suarum solennitatibus irrationabiliter nitantur arcere: ne illis sit licitum festiuitatum suarum solennia colere: sicut eis nunc vsque, & parentibus eorum longis retro temporibus licuit obseruare. Quòd si ita se veritas habet, superuacuæ rei videntur operam dare. Nam, quid vtilitatis est, quando, & si contra longum vsum fuerint vetiti, ad fidem illis, & conuersionem nihil proficit? Aut cur Iudæis, qualiter cæremonias suas colere debeant, regulas ponimus, si per hoc eos lucrari non possumus? Agendum ergo est, vt ratione potius, & mansuetudine prouocati sequi nos velint, non fugere: vt eos, ex eorum codicibus ostendentes, quæ dicimus, ad sinum matris ecclesiæ Deo possimus adiuuante conuertere. Itaque fraternitas tua eos monitis quidem, prout potuerit, Deo adiuuante, ad conuertendum accendat, & de suis illos solennitatibus inquietari denuo non permittat: Sed omnes festiuitates, feriasque suas, sicut hactenus tam ipsi, quàm parentes eorum per longa colentes retro tempora tenuerunt, liberam habeant obseruandi, celebrandique licentiam.

e Blandimentis.] vel etiam muneribus, vt 23. q. 4. c. vlt. licet arg. sit contra. 1. q. 1. quam pro. 23. q. 2. primum.

f Cæremonias.] cæremoniæ dicuntur sacrificia Iudæorum: quia cereis exercebantur. 8. dist. 6. 5. his ita.

g Licentiam.] Sed nonne Iudæi mortaliter peccant illa faciendo? quomodo ergo datur eis licentia peccandi mortaliter? Item si peccant mortaliter, quare non puniuntur, cum ipsi in alijs delictis puniantur, vt 17. q. 4. constitutum. extra de vita post miserabilem? Sed dic quòd non datur eis hic licentiam peccandi: sed liberatione à pœna. & est simile 4. dist. denique. & 32. q. 2. placuit. 23. q. 1. paratus. Ad aliud respondeo, quòd si Iudæi ab hoc prohiberentur, ergo iam cogerentur ad fidem. & hæc vera sunt, dumtamen ipsi ita con tempum nostræ fidei non exerceant talia, vt C. de Iudæ. Iudæos. & extra de Iudæis, & si Iudæos.

Ecclesia quare permittit Iudæos mortaliter peccare.

Nam celebrare & exercere illa cæremonialia est peccatū mortale. vnde Magister: Cultus legis ab aduentu Christi non differt ab idololatria. arc.

Item Gregorius iiij. in epistola episcopis per Galliam, & Germaniam constitutis.

¶ Non seueritate, sed beneuolentia subditos prælati corripiant. C. IIII.

3. ead. c. licet. Iuo p. 5. c. 368. al. commotio

Matth. 26.

Licet plerumque accidant in sacerdotibus, quæ sunt reprehendenda; plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia, quàm seueritas; plus cohortatio, quàm comminatio; plus charitas, quam potestas: cum nemo nostrum sine reprehensione, aut sine peccato viuat. Nam si Dominus statim post trinam negationem beatum Petrum apostolum præceptorem nostrum iudicasset; non tantum ex eo fructum, sicut fecit, recepisset. Expectandi ergo, atque corrigendi ...

Licet plerumque accidant.] Episcopi in Gallia, Germania & Europa statim cum perpendebāt clericos suos delinquere, eos iudicabant, & ejiciebant de ecclesia sua: de quo Papa eos reprehendit, & docet, q si aliquando clerici delinquant, non statim fulminent illos, sed supportent: cum nec ipsi sint sine reprehensione & peccato. & hoc probat exemplo Christi, qui si Petrum post trinam negationem statim iudicasset, non tantū fructū ex eo recepisset. Et auctoritate Euangelij dicentis: Quod tibi nō vis fieri, &c.

& doctrina. Et auctoritate concilij, in quo statuitur, vt nullus clericus percutiatur: qui contra fecerit, triduo suspendatur.

a Canones.] 86. distin. non liceat.

b Fidem.] Ad fidem enim nemo cogendus est, vt 23. q. 5. ad fidē. & 3. c. de Iudæis. sed fidem receptam cogitur quis retinere. & sic non obstat 23. q. 4. quis nos. & q. 6. iam vero.

c Neminem.] q. Peccantem.] dum tamen non nimis, enormiter excedat: vel intellige q clericus in sacris ordinibus constitutus non est grauiter & immoderate verberandus. & sic non obstat extra de sent. excom. vniuersitatis. Ioan.

Fidem suscipere nemo cogitur.

Et sic non ob. ... extra de sen. ex. ... vt ... fam.

h Beneuolentia.] Nam sententia, quæ misericordiam vetat, fugienda est. 50. dist. ponderet.

i Sine peccato.] vt 8. t. dist. Apostolus. & 25. dist. §. nunc autem.

k Expectandi.] Ar. q semper iudex potius sequatur misericordiā q iudiciū: vel æquitatē quam rigorē, vt 86. dist. nō satis. 50. dist. pōderet. 26. q. 7. alligat. & 35. q. 9. veniam. Ad idem 9. dist. sana. Iudi-

Sententia sit ... misericordia ...

Iudex sit emulator æquitatis. & misericordiæ.

a ¶ *Iudicandi.*] idest, damnandi.
b ¶ *Scandalorum.*] nam scandalum est, clericum statim puniri post delictum. sic. 11.q.3.rursus.
c ¶ *Non vult.*] sic 2.q.6. qui se scit.

D ¶ *E Iudaeis.*] Casus. Quidam cogebant Iudaeos ad fidē: & ideo statutū fuit in cōcilio Toletano, ne de cetero ad fidē per vim adducantur: quia cui vult, Deus miseretur: & quem vult indurat. Admonendi ergo sunt, & non cogendi. Verūtamen si iā coacti sunt ad fidē, sicut factum fuit temporibus principis Sisebuti: qa iam sacramenta diuina receperunt: cogendi sunt ea seruare: ne nomen Domini blasphemetur in eis: & fides quam susceperūt, contemptibilis habeatur. Sequēs c. satis planū ē.
d ¶ *Saluandi sunt.*] qa nullus inuitus fit bonus, vt 23.q.6. vides.
e ¶ *Coacti sunt.*] Coactio conditionalis de qua hic loquitur, non impedit sacramentum baptismi: nec etiā sacramentū ordinis, vt 74. dist. vbi impedit tamē sacramentū matrimonij: vt extra de spon. cū locū. sed si fuerit absoluta coactio, nullus character imprimitur, vt extra de baptis. maiores. sed in dormientibus & amentibus distinguitur: q si prius habeant propositū baptizandi, recipiūt characterem: aliter nō, vt ibidē dicitur in fin. eo quòd dormiens possessionem nō acquirit, vt ff. de acqui. pos. l. 1. §. 1.

Coactio est duplex.

Arg. cōtra. 15. q. 4. inter. vbi de hoc, ibi videas.

f ¶ *Vilis.*] Non propter vilitatem vitandā aliquid fieri. 100. dist. prisca. & c. seq.
g ¶ *Licet.*] ¶ *Et quod prouisum est.*] simile est quod dicit decret. qood alicui pro pietate cōceditur, nō debet redundare in alterius iniuriam, vt extra de ecc. aedi. c. 2. & extra de app. reprehēsibilis.
h ¶ *Concordiam.*] scilicet vt vnus praeesset alijs, ne fieret schisma, vt 93. dist. legimus. & 89. dist. ad hoc.

E ¶ *Piscopum.*] Casus. Statutum fuit in canone Apostolorū, vt nullus episcopus, presbyter, vel diaconus percutiat fideles delinquētes, vel infideles volēs ab eis timeri. qd si fecerit, deponat: quia Dñs hoc nō docuit: imo cū percuteref, non repercutiebat, sed patiebat.
i ¶ *Docuit.*] Sed nōne Dñs flagellis percussit, vt 1. q. 3. saluator? Sol. Sic: sed nō fecit hoc vt timeretur, sed causa correctionis, vt 3. eodem, in summa.

C ¶ *Vm beatus.*] Casus. Quidā epi odio inflāmati fratres suos honorādos scilicet abbates, presbyteros, & diaconos sic verberabant cū delinquebāt, sicut cōsueuerūt verberari latrones. qd reprehēdit cōciliū Bracarēse: & ostēdit hoc nō esse faciēdū, nisi pro grauiorib' & mortalib' culpis. Et hoc probat auctoritate Apl̄i, q praecipit arguere & obsecrare in patiētia. & vna rōne: qa si qs icaute honoratiora mēbra percutit, sibi debitā subtrahit reuerētiā: iuxta illud Sapiētis. Leuiter castigatus reuerētiā exhibet castigāti: & q sec' fecerit, iuxta verborū modū pœnā excōicationis & exilij sustinebit.

... gendi magis sunt rectores ecclesiae, quàm statim iudicandi [a]: cum maiora negotia, & difficiliores causarum exitus, sanctorum patrum canones spiritu Dei conditi, & totius mundi reuerentia consecrati iubeant sub nostrae sententiae expectatione suspendi, nostroque moderamine finiri. Vnde necesse est haec, & alia ecclesiastica quaeque negotia post multarum experimenta causarum solicitius perspici †, & diligentius praecaueri: quatenus per spiritum charitatis, & pacis, omnis materies scandalorum [b], & praesumptio inuidorum [a] atque oppressio simplicium fratrum de ecclesijs Domini auferantur. Et sicut non vult quisquam fratrum se aliorum iudicio praegrauari; ita non audeat alij inferre, quod sibi non vult [c] fieri. Iudaei non sunt cogendi ad fidem: quam tamen si inuiti susceperint, cogendi sunt retinere.

† *prospici.*] ex.

a ¶ Inuidorum.] *In epistola Gregorij IIII.* (*quae est in saepe memorato codice bibliotheca Dominicana*) *& aliquot vetustis exemplaribus Gratiani legitur*, Iudaeorum.

Vnde in concilio Toletano 4. c. 56. statutum est.

¶ Sicut non sunt Iudaei ad fidem cogendi; ita nec conuersi ab ea recedere permittuntur. C. V.

DE Iudaeis autem praecipit sancta synodus nemini deinceps ad credendum vim inferri. [Cui enim vult Deus, miseretur; & quem vult indurat.] Non enim tales inuiti saluandi sunt [d], sed volentes, vt integra sit forma iustitiae. Sicut enim homo proprij arbitrij voluntate serpenti obediens perijt; sic vocante se gratia Dei, propriae mentis conuersione homo quisque credendo saluatur. Ergo non vi, sed liberi arbitrij facultate vt conuertantur, suadendi sunt, non potius impellendi. Qui autem iampridem ad Christianitatem coacti sunt [e] venire (sicut factum est temporibus religiosissimi principis Sisebuti) quia iam constat eos sacramentis diuinis sociatos baptismi gratiam suscepisse, & chrismate vnctos esse, & corporis, & sanguinis Domini extitisse participes; oportet, vt fidem, quam etiam vi, vel necessitate susceperunt, tenere cogantur; ne nomen Domini blasphemetur; & fides, quam susceperunt, vilis [f], & contemptibilis habeatur.

Burch. l. 4. c. 82. Iuo p. 1. c. 276. & par. 13. c. 94. Pann. l. 1. c. 72. Rom. 10.

Item Leo Papa, epi. 82. ad Anastasium episcopum Thessalonicensem, c. 1.

¶ Beneuolentia plus quàm seueritas erga corrigendos agat. C. VI.

LIcet nonnumquam accidant, quae in sacerdotalibus sunt reprehendenda personis; plus tamen erga corrigendos agat beneuolentia, quàm seueritas; plus cohortatio, quàm comminatio †; plus charitas, quàm potestas. Sed hi, qui quae sua sunt, quaerunt, non quae Iesu Christi, facile ab hac lege discernuntur: & dum dominari magis, quàm consulere subditis quaerunt, placet honor; inflat superbia: & quod prouisum [g] est ad concordiam [h], tendit ad noxam.

Ib. ead. c. licet. 1. Poly. l. 4. tit. 29.
† al. commotio

Item ex canon: Apostolorum, c. 28. iuxta priscam versionem.

¶ Deijciatur ab officio presbyter, & diaconus & episcopus verberibus timeri quaerens. C. VII.

EPiscopum, aut presbyterum, aut diaconum percutientem fideles delinquentes, aut infideles inique agentes, & per huiusmodi volentem timeri, deijci ab officio suo praecipimus; quia nusquam nos docuit [i] hoc Dominus. Econtrario vero ipse cum percuteretur, non repercutiebat: cum malediceretur, non remaledicebat: cum pateretur, non comminabatur.

Ans. l. 6. c. 159. Polyc. l. 4. tit. 9. 1. Petri. 2.

Item ex concilio Bracarensi 3. c. 6.

¶ Non verberibus, sed verbis subditos episcopi corripiant. C. VIII.

CVm beatus Apostolus arguere, obsecrare, vel increpare in omni

2. Tim. 4.

a ¶ Gratian-

a ¶ *Grauioribus.*] Hic patet quod maiores clerici non sunt verberandi, nisi pro maioribus culpis: sed minores etiam verberantur pro minoribus, vt 35. dist. ante. & 21. dist. c. denique. 5. q. 5. illi qui. sunt & aliæ personæ quæ habent coërtionem verberum, sed temperatam: vt pater, dominus, mater, paterfamilias, magister, maritus, vt 23.

b ¶ *Subtrahat.*] Argumen. quod ex quo prælatus non seruat reuerentiam subdito, nec subditus tenetur ei seruare, vt 45. dist. esto. 22. q. 5. de forma. 32. q. 5. iniquum.

c ¶ *Leuiter.*] ff. ad legem Aquiliam. præceptoris.

d ¶ *Exilij.*] Not. clericum posse relegari in exilium, vt 2. q. 1. in primis. & notatur 3. q. 4. hi qui.

Clericus potest relegari.

† sic in codice regio.

patientia præcipiat, extra hanc doctrinam nouimus quosdam ex fratribus tantis cædibus in honoratos† subditos efferuescere, quantas poterant latrocinantium promereri personæ. Et ideo, qui gradus iam ecclesiasticos meruerunt, idest presbyteri, abbates, & leuitæ, qui exceptis grauioribus[a], & mortalibus culpis, nullis debent verberibus subiacere, non est dignum, vt passim vnusquisque prælatus honorabiliora membra sua, prout voluerit, & ei placuerit, verberibus subijciat, & dolori: ne, dum incaute subdita percutit membra, ipse quoque debitam sibi subditorum reuerentiam subtrahat[b], iuxta illud, quod quidam sapiens dixit. [Leuiter† [c] castigatus reuerentiam exhibet castiganti: asperitatis autem nimiæ increpatio nec correctionem recipit, nec salutem.] Et ideo, si quis aliter, quàm dictum est, prædictos honorabiles subditos, licentia perceptæ potestatis elatus, malitia animi tantum, crediderit verberandos; iuxta modum verberum, quæ intulerit, excommunicationis pariter, & exilij [d] sententiam sustinebit.

Leuiter] orig.

SALOMON. Hæc est secunda pars huius dist. in qua probatur quod subditi sunt castigandi: & tunc eos prælati diligunt cum eos castigant. & hæc probantur per istum §. & per quinque auctoritates Sanctorum. Ioan. de Fan.

CASVS. Hactenus probauit, quod episcopus percutere non debet. Modo probat Gratianus contrarium in hoc §. septem auctoritatibus & exemplis: quod etiam per sequentia capitula probat.

Prouerb. 23. — lib. 2. dial. c. 4. — Io. 2. — 1. Cor. 5. — Act. 13. — Siricius Papa epist. 1. c. 6.

§ *Salomon vero contra admonet dicens [Percute filium tuum virga: & liberabis animam eius à morte.] Hinc etiam B. Gregorius scribit in dialogo Beatum Benedictum, quemdam monachum virga percutiendo sanasse; quem crebra admonitione curare non poterat. Hinc etiam Dominus flagello facto de funiculis, male versantes in templo flagellauit [e], & de orationis domo eiecit. Hinc etiam Apostolus fornicatorem [f] illum satanæ corporaliter vexandum tradidit: & magum [g] illum corporali cæcitate damnauit. Hinc etiam in canonibus [h], pueri, qui ante rationales annos irrationabiliter versantur, verberibus castigari iubetur. Virgines quoque, si religionis veste deposita alijs se copulauerint, ergastulis [i] retrudi præcipiuntur.*

e ¶ *Flagellauit.*] vt 1. q. 3. saluator.

f ¶ *Fornicatorem.*] j. 2. q. 1. de manifesta.

g ¶ *Et magum.*] j. 23. q. 8. legitur.

h ¶ *In canonibus.*] in hoc libro non inuenio illos canones: sed verba correctionis inueniuntur 28. dist. de his. & 12. q. 1. c. 1.

i ¶ *Ergastulis.*] infra 27. q. 1. impudicas. & cap. peruenit.

lib. 20. c. 6. ad cap. 29. Iob. past. par. 3. c. 6. l. 1. reg. epist. 14.

Hinc etiam Gregorius in moralibus, 20. lib. par. 4. c. 6.

¶ Disciplina non est seruanda sine misericordia, nec misericordia sine disciplina. C. I X.

DIsciplina [k], vel misericordia multum destituitur: si vna sine altera teneatur. Sed circa subditos suos inesse rectoribus debet, & iuste consolans misericordia, & pie sæuiens disciplina. Hinc est, quòd semiuiui illius vulneribus, qui à Samaritano in stabulum ductus est, & uinum adhibetur, & oleum; ut per uinum mordeantur uulnera, per oleum foueantur: quatenus unusquisque, qui sanandis uulneribus præest, in uino morsum districtionis adhibeat, in oleo mollitiem pietatis: per uinum mundentur putrida, per oleum sananda foueantur. Miscenda [l] est ergo lenitas cum seueritate, faciendumque quoddam ex utraque temperamentum, ut neque multa asperitate exulcerentur subditi, neque nimia benignitate soluantur. Hoc nimirum illa tabernaculi arca significat, in qua cum tabulis uirga simul & manna est: quia cum scripturæ sacræ scientia, in boni rectoris pectore, si est uirga districtionis, sit & manna dulcedinis. Hinc etiam Dauid ait [Virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt.] Virga etenim percutimur, & baculo sustentamur. Si ergo est districtio uirgæ, quæ feriat; sit & consolatio baculi, quæ sustentet. Sit itaque amor, sed non emolliens: sit rigor, sed non exasperans: sit zelus, sed non immoderate sæuiens: sit pietas, sed non plus, quàm expediat, parcens. Intueri libet in Moysi pectore misericordiam cum seueritate sociatam. Videamus amantem pie & districte sæuientem.

Luc. 10. — Heb. 9. — Ps. 22.

DIsciplina.] CASVS. In hoc cap. probat Gratianus (alias Grego.) quod prælatus circa correctionem subditorum debet in se habere misericordiam & disciplinam. Et hoc probat quinque rationibus vel exemplis, scilicet Samaritani, qui vulneribus semiuiui apposuit vinum & oleum: & arcæ, in qua virga erat & manna: & Dauid, qui virga & baculo sanatus est: & Moysi, qui circa populum exercuit misericordiam & seueritatem: & exemplo Iob, qui cum sederet quasi Rex exercitu circumstante, erat tamen mœrentium consolator. Et quid hæc supra dicta significent, diligenter in hoc cap. exponitur.

k ¶ *Disciplina.*] id est, rigor siue pœna.

l ¶ *Miscenda est.*] Not. quòd iudices semper sequentur mediocritatem, vt ar. extra de cens. ea parte. ff. de pig.

Iudex medi... [illegible]

23. q. 4. duo ista. & q. 5. c. 1. & 7. q. 1. sicut. vnde si pater verberat filium clericum in minoribus ordinibus constitutum, non est excommunicatus: idem est de alijs propinquis, vel de ijs qui familiam habent, vt extra de senten. excommu. cum voluntate. in fi. Ioan. Tancredus tamen respondit, quod si pater animo corrigendi verberat filium in sacris ordinibus constitutum, quod non est excommunicatus: quia manus illa non est iniuriosa, tum non faciat animo iniuriandi, vt extra de senten. excommu. c. 1. hoc etiam notaui in quæstionibus. B.

act. si seruus. ff. de iur. & fac. ign. nec supina. extra de offi. custo. c. 1. & ff. de verb. obl. continuus. §. cum ita. Arg. contra. ff. de nego. gest. Nesennius. in fi. 1o. Sol. iudex potius sequatur æquitatem, quam rigorem, vt C. de iud. placuit. vbi certum est ius ab æquitate dissentire, vt in restitutione minorum: nisi ex causa magis sequeretur rigorem: vbi s. multis grassantibus opus est exemplo, vt ff. de pœ. aut facta. in fi. vbi autem ius scriptum non est, iudex semper sequetur æquitatem, vt extra de translat. c. vlt. Bar.

Ad idem ff. de ... [illegible]

K   a ¶ *Mane*

a Meus non est] Arg. quod de vno conceditur, de alio negatur. sic. 1. q. 1. per Esaiam 33. q. 5. qui sine. & 23. q. 4. forte. sic 25. dist. qualis. similiter cum iudicatur rem meam esse, per consequens iudicatur tuam non esse, vt ff. de procur. Pomponius §. 3.
b Dele] Sed quare hoc petijt Moses, cum nemo deleri possit nisi pro peccatum proprium: quia spiritus sanctus nulli ingerit immeritam poenã, vt 11. q. 3. illud? Dicunt quidã quod impetu mentis hoc dixit. Alij dicunt, quod ex magna confidẽtia hoc dixit: quasi dicat, impossibile est quod me deleas. Aug. autem dixit quod hæc dictio, aut, ponitur hic cõditionaliter, idest si nõ dimittis eis hãc noxã: dele me cum eis. postea destrue cõsequens: sed non deles me: ergo dimittes eis hanc noxã. & Gregorius hic cõditionaliter exponit. Alij intelligunt hoc de morte temporali, prout vĩ sonare littera sequens.
c Obtinuit.] j. 50. dist. si quis propostera contra, ibi dicitur quòd veniã petijt, sed nõ obtinuit? Respondeo. Obtinuit ad tempus, vel ne punirentur æternaliter: sed non vt numquam punirent. Puniti enim sunt pro illo peccato in Romana & in Babylonica captiuitate, vt 76. dist. ieiunium. vel obtinuit veniam quo ad vitam æternam, non quo ad temporalem: sicut & Dauid remissum fuit peccatũ quo ad vitam æternam: sed tamen punitus fuit tẽporaliter, vt de poeni. dist. 3. sicut primi.
d Paucorum.] Nota 23. millia dici pauca: quia pauci fuerunt respectu aliorum. simi. ff. de verborum significatione. maiorem.
ADDITIO. Et 23. q. 4. §. quod autem.
e Allegauit.] Argu. quod idem potest esse aduocatus vtriusque partis: & nunc inducere iura pro vna parte, nunc pro altera. quod est falsum; & sic tutor duorum litigantium pro vno agit, & pro altero rñdet, vt ff. de aucto. tut. accipientis. Ex hoc loco sumitur causa quare episcopus accedens ad altare deponit mitram & baculum: sed cum conuertit se ad populum, resumit comminationis suæ insignia, vt de consecra. dist. 1. nullus episcopus.

poenam, à canone latam, vel lege inflictam, vt 2. q. 3. §. notandum 2. sed illud ibi expeditũ est. Itẽ qualiter misereẽ iudex illius quem occidit? Itẽ quæ misericordia manet circa illũ quem deponit? Item quæ misericordia fit ibi vbi filius punit pro delicto patris? vt 6. q. 1. §. verum. 2. Sol. ideo dr̃ iudex seruare rigorem & misericordiã: non

Ioh. sicut est idem per vt 2. q. 4. iusta sint. attendas.

Nam iudex si ste & licite interficit. 23. q. 5. miles. nam non est crudelitas crimina pro Deo punire: sed pietas. 23. q. 8. legi. Archidia.

¶ Certe cum Israeliticus populus ante Dei oculos pene inueniabilem contraxisset offensam, ita ut eius rector audiret [descende; peccauit populus tuus] ac si ei diuina vox diceret: qui in tali peccato lapsus est, iam meus non [a] est; atque subiungeret [Dimitte me, vt irascatur furor meus contra eos, & deleam eos, faciamque te in gentẽ magnam.] ille semel & iterum pro populo, cui præerat, obicem se ad impetum Dei irascentis opponens ait [Aut dimitte eis hanc noxam: aut si non facis, dele [b] me de libro tuo, quem scripsisti.] Pensemus ergo, quibus visceribus eumdem populum amauit, pro cuius vita de libro vitæ deleri se petijt. Sed tamen iste, qui tanto eius populi amore constringitur, contra eius culpas pensemus, quanto zelo rectitudinis accendatur. Mox enim vt petitione prima, ne delerentur, culpæ veniã obtinuit [c], ad eumdem populum veniens ait [Ponat vir gladium suũ super fœmur suum: ite & redite de porta vsque ad portam per mediũ castrorum; & occidat vnusquisque fratrem, & amicum, & proximum suum: cecideruntque in die illo quasi viginti * tria millia hominum.] Ecce qui vitam omnium etiam cum sua morte petijt: paucorum [d] vitam gladio extinxit. Intus arsit ignibus amoris: foris accensus est zelo seueritatis. Tanta fuit pietas, vt se pro illis coram Domino morti offerre non dubitaret: tanta seueritas, vt eos, quos diuinitus feriri timuerat, ipse iudicii gladio feriret. Sic amauit eos, quibus præfuit, vt pro eis nec sibi parceret: & tamen delinquentes sic persecutus est, quos amauit, vt eos etiam Domino parcente prosterneret. Vtrobique legatus fortis, vtrobique mediator admirabilis, causam populi apud Deũ precibus, causam Dei apud populum gladijs allegauit [e]. Intus amans diuinæ iræ supplicando obstitit: foris sæuiens culpam feriendo consumpsit. Sucurrit citius omnibus ostensa morte paucorum. Et idcirco omnipotens Deus fidelem famulum suum citius exaudiuit agentem pro populo: quia vidit, quid super populum acturus esset ipse pro Deo. In regimine ergo populi vtrúque Moyses miscuit, vt nec disciplina deesset misericordiæ, nec misericordia disciplinæ. Vnde hic quoq; iuxta vtramque virtutem dicitur [Cumque sederem quasi rex circumstãte exercitũ, etam tamen mœrentium consolator.] Sedere quippe circũstante exercitu, vigor est, ac disciplina regiminis: mœrentium vero corda consolari, ministerium pietatis.

Exo. 32.

Ibid.

Moses orando pro populo in quo fuit exauditus.

Iob. 29.

* Viginti tria.] *Sic etiam legitur in codicibus B. Gregorij, sed in hebrais, paraphrasi Chaldaica, versione septuaginta, & vulgata est:* tria millia.

Adde regulariter quot dicantur pauci: not. glo. i §. senatus. ff. de don. cau. mor. & in c. cu. puncto. §. caeterum. in glo. in ver. obstad. ... de elect.

Item Isidorus lib. 3. sententiarum de summo bono, c. 54.

¶ Iuste iudicans misericordiam cum iustitia seruat. C. X.

OMnis, qui iuste iudicat, stateram in manu gestat, & in vtroque [f] penso iustitiam & misericordiam portat [g]: sed per iustitiam reddit peccanti sententiam; per misericordiam, peccanti temperat poenã; vt iusto libramine quædam per æquitatem corrigat: quædam vero per miserationem indulgeat. Qui Dei iudicia oculis suis proponit, semper timẽs, & tremens in omni negotio formidat, ne de iustitiæ tramite deuians cadat, & vnde non iustificatur, inde potius condemnetur.

Burc. l. 16. c. 25. §. omnis.

Item Augustinus in Enchiridio, c. 72.

¶ Qui remittit, & qui corripit, vterque miseretur. C. XI.

ET qui emendat verbere, in quem potestas datur, vel coercet

4. senten. dist. 25.

Adde de hoc late per Ioan. Andr. in mercu. reg. contractus. in lib. 6.

Episcopus quandoque sumit, & quandoque deponit mitram & baculum ad hanc causam.

Iudex qualiter possit habere rigorem & misericordiam.

Omnis.] CASVS. Dicit in hoc cap. quod omnis qui recte iudicat, debet in manu gestare stateram, vt iudicet & absoluat iuste: & in vtroq; penso, id est in condemnatione vel absolutione debet habere simul iustitiã & misericordiam, vt per iustitiam peccati sententiã reddat: & per misericordiam peccati temperet poenam: in omni negotio timens ne iustitiæ tramite deuians cadat.
f In vtroque.] id est, in absoluendo & condemnando.
g Portat.] Sed qualiter illud stare potest, quod iudex habeat misericordiã & rigorem? Primũ ea ratione, quia iudex nõ potest mitigare
non quod simul exerceat ea circa aliquem: sed quia si opus fuerit, & causa subest, debet esse misericors in dispensando: si causa non subest, debet esse rigidus in iudicando. Vel dic quod iudex semper habebit misericordiam etiam occidendo hominem: & si non per mitigationem pœnæ, saltem per compassionem, v. j. ca. vera. Item ex hoc facit misericordia, cum facit, vt ille côteratur inter flagella, & ne fiat deterior. Vnde eo ipso quod iudex punit aliquem, misericordiã facit, vt j. ea. cap. proxi. & ille intellectus patere potest ex illis cap. 23. q. 4. duo ista & cap. ea vindicta. qui enim facit finem peccato, misericors est, vt de pœn. dist. vlti. c. vlt. in fi.
Et qui emendat.] CASVS. In hoc cap. ostendit Augustinus quod eleemosyna dupliciter fit à prælato: scilicet dimittendo ei a quo

quo læsus est, & orando pro ipso vt ei dimittatur, vel verberãdo, vel corrigendo delinquentes & inuitos: quia multa bona præstantur inuitis, qñ ipsi sunt sibi inimici. Capitulũ qđ sequit, planũ est.

a ¶ *Dimittit.*] Quilibet potest & tenetur dimittere rãcorem, sed non tenetur dimittere satisfactionem. vt 90. distin. si quis contristatus.

nem. Cõtraria vero iura in casibus specialibus loquuntur, In quibus quis cogitur.

SVNT ENIM Dictum est š. in cap. proxi. quòd qui corripit & punit, dat eleemosynam: ideo ponit quot sunt genera eleemosynarum, & ad hoc alleg. duo cap. seq. Io. de Fan. & Hug.

aliqua disciplina; & tamen peccatum eius, quo ab illo læsus, aut offensus est, dimittit[a] ex corde, vel orat, vt ei dimittatur; non solum in eo, quod dimittit, atque orat, verum etiam in eo, quod corripit[b], & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemosynam dat; quia misericordiam præstat. Multa enim bona præstantur inuitis[c], quando eorum consulitur vtilitati, nõ voluntati; quia sibi ipsi inueniũtur esse inimici.

al. Alcuinus *Sunt enim multa genera eleemosynarum, de quibus Albinus ait.*

¶ De multiplici genere eleemosynarum. C. XII.

Pãn. l. 2. c. 192. TRia sunt genera eleemosynarũ: vna corporalis, egenti dare, quidquid[d] poteris: altera spiritualis, dimittere[e] a quo læsus fueris: tertia, delinquentes corrigere, & errantes in viam reducere veritatis.

Item Augustinus, lib. 50. homil. homilia 6.

¶ Eleemosynæ pecuniæ præfertur eleemosyna cordis. C. XIII.

Pãn. l. 2. c. 193. DVæ sunt eleemosynæ, vna cordis, altera pecuniæ. Eleemosyna cordis est dimittere ei, à quo læsus es. Nam dare aliquid indigenti aliquando quæris, & non habes; indulgere peccanti, quantum volueris redundat[f] tibi. *& infra.* ¶ Eleemosyna cordis multo maior, est quàm eleemosyna corporis. *& infra.* ¶ Charitatis eleemosyna sine substantia terrena sufficit sibi; illa vero, quæ corporaliter datur, si nõ benigno corde[g] tribuitur, omnino non sufficit.

Ex his omnibus apparet, quòd nec lenitas mansuetudinis sine rectitudine seueritatis, nec zelus rectitudinis sine mansuetudine in prælatis debet inueniri. Percussores ergo, qui præmissis auctoritatibus ab episcopali officio remouentur, nõ quilibet corporaliter flagellantes; sed prætermissa mansuetudine ad verbera semper parati intelligendi sunt: qui per flagella non vitia corrigere, sed timeri appetunt, quibus Petrus scribit [*Ne sitis dominantes in clero, sed forma facti gregis ex animo*]. *Hinc etiam Gregorius scribit in moralibus, lib. 19. parte 4. c. 23.*

1. Pet. 5. in c. 29. Iob. c. 16

¶ Mansuetudo, & districtio ab inuicem non separentur. C. XIIII.

SVnt namque nonnulli ita districti, vt omnem etiam mansuetudinem benignitatis amittant: & sunt nõnulli ita mansueti, vt perdant districti iura regiminis. Vnde cunctis rectoribus vtraque summopere sunt tenenda, vt nec in disciplinæ vigore benignitatem mansuetudinis, nec rursum mansuetudine districtionem deserant disciplinæ; quatenus nec à compassione pietatis obdurescant, cum contumaces corrigunt; nec disciplinæ vigorem molliant, cum infirmorum animos cõsolantur. Regat ergo disciplinæ vigor mansuetudinem, & mansuetudo ornet vigorem: & sic alterum commendetur ex altero, vt nec vigor sit rigidus, nec mansuetudo dissoluta.

Item homilia 34. in Euangel.

¶ Vera iustitia miseris compatitur, delinquentibus indignatur. C. XV.

† *iustitia*] orig. VEra iustitia compassionem habet; falsa vero †[h] dedigna-

d ¶ *Quidquid.*] Hæc est magna eleemosyna q dat si tãta id qđ potest; vt 41. dist. parsimoniam.

e ¶ *Dimittere.*] quantum ad rancorẽ ad minus, vt 90. dist. c. si quis contristatus.

DVæ sunt.] CASVS. Dicit Augustinus in hoc cap. q duæ sunt eleemosynæ, vna cordis, s. dimittere & parcere inimicis; alia corporis, scilicet pecuniæ; sed eleemosyna cordis maior est, quàm eleemosyna corporis. quandoque enim volo facere, sed non possum, cũ nõ habeã cui dem, vel pauperes non inueniã: eleemosynam vero cordis semper facere possum, quæ sine terrena substantia sufficit.

f ¶ *Redundat.*] id est, abundat.

g ¶ *Benigno corde.*] quia qui dat pauperi eleemosynã non ex charitate, sed ideo vt remoueat a se importunam petitionem; rem perdit & meritum, & venaliter peccat, vt 25. dist. §. criminis.

EX HIS OMNIBVS Hæc est tertia pars huius distin. in qua probatur, q in correctionib' debet semp iudex declinare in partem mitiorem, & tamẽ punire: & hoc probat per quattuor auctoritates. Ioan. de Fan.

CASVS Concludit Gratianus ex supradictis, q seueritas cum mansuetudine, & econuerso semper est habenda. Et soluit supradictã contrarietatem, dicens quòd in capitulis supra dictis vsque ad §. Salomon. illi percussores ab episcopali officio repelluntur, qui verberant, non vt vitia corrigant, sed vt magis timeantur: & qui prætermissa mansuetudine semper sunt ad verbera parati, de quibus dicit Petrus, Ne sitis dominantes, &c.

Sapra eod. de Iudæis.

Eleemosyna magna.

Dominus nõ vult oper fundi, sed dispensari. 76. dist. non satis. Archid.

Eleemosynæ dator potest venialiter peccare.

Sic etiam peccat qui dando eleemosynã ad vanam gloriã. arg. .q. 1. vide quantum.

status & 23 quæst. 4. si illic.

b ¶ *Corripit*] Hic videtur, q aliquis põt verberare vel excommunicare aliquem propria iniuria. sic 23. q. 4. si illic. & 2. q. 7. si quis. Sed contra j. dist. proxi. seditionarios[1]. vbi dicitur, q clerici nõ debent esse vltores propriæ iniuriæ. similiter est contra 23. q. 4. inter. vbi dicitur, q nullus debet aliũ excõmunicare pro propria iniuria. similiter est contra 23. q. 5. de occidẽdis. vbi dicitur, q iudex pro sua iniuria nõ debet reum occidere. Sed solue vt dixi 2. q. 7. si quis eps. Ioan. Sol. pro propria iniuria potest prælatus aliquẽ punire, dummodo non faciat hoc animo vlciscendi, vt j. dist. proxi. seditionarios. vel vt magis timeatur, vt š. ea. dist. c. 1. sed si animo corrigendi hoc facit, & nõ ex indignatione, bene licet, vt in hoc cap. dicitur. Bar.

c ¶ *Inuitis.*] Arg. q inuito confertur beneficium, vt 23. q. 4. displicet. & q. 5. non vos. 74. dist. placuit, & c. cõsuluit. ff. de neg. gestis. soluendo ff. de lib. cau. l. 1. & 2. & ff. de appel. non tantũ. arg. contra 20 q. 3. præsens. & 23. q. 5. ad fidem ff de reg. iur. inuito. Solu. ad bonum semel receptum bene cogitur aliquis illud retinere; alias

Ad idẽ adde extra de homi. significasti. tam š. de hoc eo. extra de de male. c. in videas. Archid.

Beneficium inuito confertur.

perbiam, tamquam religio Christiana plurimum eo egeret, incidat in ruinam diaboli. Momentaneus a namque sacerdos nescit habere humilitatem, obseruare modos personarum, vel se contemnere: non ieiunauit, non fleuit, non se correxit, non pauperibus erogauit. In arrogantiam (quæ est ruina diaboli) incidunt, qui puncto hora nec dum discipuli fiunt magistri: & sicut Innocentius ait [Miserum b est eum fieri magistrum, qui nec dum didicit esse discipulus.] Vnde in Nicano concilio, c. 2. legitur.

Leo apud Ans. l. 6. c. 30.

Epist. 15. ad Aurelium.

Neophytus in episcopum non est ordinandus. C. I.

Martin' Brac. episcop', c. 25.

QVoniam multa siue per necessitatem c, siue ex quacumque α causa, contra regulam gesta sunt; ita vt homines ex vita gentili nuper adhuc catechizati, vel instructi statim ad spiritualem baptismum venissent d, & continuo, cum baptizati, etiam ad episcopatum, vel presbyterium prouecti sunt; recte igitur visum est de cetero nihil tale debere fieri. Nam & tempore e opus est, vt sit catechumenus, & post baptismum multa probatione indiget. Euidens namque est apostolicum præceptum, dicens. [Non neophytum, ne forte elatus in iudicium incidat, & laqueum diaboli.] Si vero præcedente † β tempore f aliquod mortale γ peccatum admiserit, & conuictus duobus, vel tribus testibus fuerit; cesset g a clero, qui huiusmodi est. Si quis vero præter hæc fecerit h, tamquam contraria statutis sancti † concilij gerens; ipse præcipitabitur de statu sui cleri.

1. Tim. 3. al. procedente] orig. al. magni

α Quacumque causa.] *Græce est*, ἢ ἄλλως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων: *quod Dionysius vertit*, aut alias cogentibus hominibus.
β Præcedente.] προϊόντος, idest procedente. *sed ob glossam non est mutatum.*
γ Mortale.] *abest vox ista a prisca versione. græce est*, ψυχικόν τι ἁμάρτημα, *quod Dionysius vertit*, delictum animæ.

e Et tempore.] di. 50. ponderet. & tempore, per interstitia tēporū, vt 77. dist. in singulis.
f Tempore.] idest, ante ordinationé, & post baptismū. . . sic intelligitur]. q. 7. si quis omné. hoc ideo dico, quia pro crimine cōmisso ante baptismū non deponitur, vt 26. dist. vna, & cap. deinde opponit.
g Cesset.] idest, non ordinabitur. Vel secundum alios etiā ordinatus degradabitur: & sic videtur quod crimen ciuiliter pbatū inducit depositioné. sic 54. di. c. vlt.
h Fecerit.] promouendo tales, &c.

Sub. & sic ordinatus eo ipso debet deponi. 50. dist. in pœnitentibus. & 1. di. quicumque.

Crimen ciuiliter probatū depositionem inducit.

Neophyti uero hodie appellatur, propositū sacra religiōis nouiter assumētes. Vnde B. Gregorius scribit Syagrio episcopo, & alijs episcopis l. 7. epi. 110.

Et l. 5. epist. 51. Vigilio episcopo Arelaten.

Quis dicatur Neophytus. C. II.

Poly. l. 2. tit. 1. Ans. l. 6. c. 26. Iuo p. 5. c. 131.

SIcut neophytus tunc dicebatur, qui initio † a sanctæ fidei erat eruditione plantatus; sic modo neophytus habendus est, qui repente i in religionis habitu plantatus, ad ambiendos honores † sacros irrepserit †. ¶ Ordinate ergo ad ordines accedendum est. Nam casum appetit, qui ad summi † k loci fastigia postpositis gradibus l per abrupta quærit ascensum. Scimus autem, quod ædificati parietes non prius tignorum pondus accipiunt, nisi à nouitatis suæ humore siccentur: ne si ante pondera, quàm solidentur, accipiant, cunctam simul fabricam ad terram deponant.

al. in initio. al. ordines. al. summa

A. vide ses. in fi. in l. 1. ff. ad reg. Iul. de ambi. & ibi doct. de ambientibus tractant.

a Initio sanctæ] *In lib. 7. epist. 110. vbi habetur prior pars huius capitis vsque ad vers.* Scimus autem. *legitur*, in sanctæ fidei erat conuersatione plantatus *lib. autem 5. epist. 51. siue c. 95. (vbi & eadem fere ysdem verbis habentur, ac præterea sequens pars vsque ad finem) legitur hoc loco*, qui adhuc nouiter erat plantatus in fide.

Sicut neophytus.] Casus. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur quod neophyt' est qui de nouo ad fidem est conuersus, vel qui de nouo intrauit religioné. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Ordinate ergo.* dicitur quod neophytus ordinari nō debet ante quam in fide solidetur. aliter enim casū appetit cū per abrupta, idest, præcipitáter quærit ascensum. Et probatur similitudine parietum: qui nisi prius solidentur, & à nouitatis suę humore siccentur, tignorū pōdera nō accipiunt: & si apponantur, fabrica tota diruit.
i Repente.] idest, nouiter in monachali habitu: talis enim nō est eligendus in prælatū, vt extra de elect. cum causā. & extra de ele. officij. quæ autem debeant esse interstitia, habes 87. dist. 10 singulis. & c. monachus.
k Qui ad summi.] infra 1. q. 1. pueri. & si quis episcopus per pecuniam. & 61. distin. statuimus.
l Gradibus.] idest, interstitijs. nec ob. 5 a. dist. solicitudo.

Scilicet quo ad ordines suscipiendos à nouitiis monachatis.

DISTINCTIO XLIX.

ECcem, à quibus vitijs debeant esse immunes, qui in episcopum sunt ordinandi. Qui enim intercessores n pro populo ad Deum parantur, necesse est, vt eius gratiam bene viuendo mereantur. Vnde Gregorius ait in pa-

Quoniam multa] Casus. Duo in hoc cap. per Nicænum concilium statuuntur. Primū est, quod neophyti non ordinētur, licet quondā ex quadā necessitate contra regulā fuerint ordinati: quoniā opus est mora tēporis, & multa probatione indigent ante quam tales debeant promoueri, ne elati in superbiā incidant in laqueū Diaboli. Et hoc probatur auctoritate Apostoli. Secundum est, quod si quis post baptisma cōuictus fuerit duobus vel tribus mortaliter peccasse, á promotione repellitur: & qui contra prædicta fecerit, ipse etiam deponetur.
c Necessitatem.] Si propter necessitaté aliquid fit, videtur quòd illud licite fit: quia quod non est licitum in lege, necessitas facit licitū. extra de reg. iur. quod non est licitum. Item necessitas legé non habet.]. de consec. dist. 1. sicut nō. ergo fit cōtra regulā. Respon. ne

Necessitas quandoque excusat, quandoque nō. Concor. ses. in l. 1. aliquando. ff. de off. procon. & de sica. l. fu. . . .

Ecce.] Casus. Hactenus ostendit Gratianus per 13. cap. Apostolicæ regulæ, a quibus ordinandus debeat esse immunis. Nunc autem supponit 49. dist. in qua generaliter ostendit, quod non debet esse criminosus: quia cum is ad intercedendum mittitur qui displicet; cum intercedit, irati animus ad deteriora prouocatur, & fit subditis auctor ruinæ: quare cauere debet ne regiminis locum assumat aliquis, vt pro culpis aliorum oret, si in se damnabile vitium recognoscit.
m Ecce.] A 25. distin. hucusque tractatum est de 13. cap. Apostolicæ regulæ. Hic magister in his duobus cap. sub compendio tractat de eisdem.
n Intercessores.] Videtur hic, quod orationes factæ à sacerdotibus malis

sterali. ¶ *Solicite formidandum; ne qui placare posse iram Dei creditur; hanc ipse ex proprio reatu mercatur. Cuncti enim liquido nouimus; quia, cum is, qui displicet* [a], *ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. Qui ergo adhuc desiderijs terrenis adstringitur; caueat, ne districti iram iudicis grauius accendens, dum loco delectatur gloriæ, fiat subditis auctor ruinæ. Soleter ergo se quisq; metiatur; nec † locum regiminis assumere audeat, si in se adhuc* [b] *vitiū damnabiliter regnat: nec is, quem crimen deprauat proprium, intercessor fieri appetat pro culpis aliorū.*

par. 1. c. 11.

† in] orig.

Idem in eod. pastorali, eod. c. xi. continenter.

¶ Sacrificium Deo non offerat, qui vitijs est maculatus. C. I.

HInc [c] etenim superna voce ad Moysē dicitur. [Loquere ad Aarō: homo de semine tuo per familias, qui habuerit maculam, non offerat panes Domino Deo suo; nec accedat ad ministeriū eius.] Vbi & repente subiungitur[Si cæcus fuerit, si claudus, si vel paruo, vel grandi, & torto naso, si fracto pede, vel manu, si gibbus, si lippus, si albuginē habens in oculo, si iugem scabiem, si impetiginem in corpore, vel ponderosus [d] †.] Cæcus quippe est, qui supernæ contemplationis lumen ignorat: qui præsentis vitæ tenebris pressus, dum venturam lucem nequaquā diligendo conspicit, quo gressus operis porrigat †, nescit. Hinc etenim prophetante Anna dicitur[Pedes sanctorum suorū seruabit [e]; & impij in tenebris [f] conticescent.] ¶ Claudus vero est, qui quidem, quo pergere debeat, aspicit; sed per infirmitatem mentis, vitæ viam perfectæ † non valet tenere, quam videt: quia ad virtutis statum dum fluxa consuetudine non erigitur, quo per desiderium innititur, illuc gressus operis efficaciter non sequuntur. Hinc etenim Paulus dicit[Remissas manus, & dissoluta genua erigite; & gressus rectos facite pedibus vestris; vt non claudicans quis erret, sed magis sanetur. ¶ Paruo autem naso est, qui ad tenendam mensuram discretionis idoneus non est. Naso quippe odores, fœtoresque discernimus. Recte ergo per nasum discretio exprimitur; per quam virtutes eligimus, delicta reprobamus. Vnde & in laude sponsæ dicitur[Nasus tuus, sicut turris, quæ est in libano:] quia nimirum sancta ecclesia, quæ ex causis singulis tentamenta prodeant, per discretionem conspicit; & ventura vitiorum bella ex alto deprehendit. Sed sunt nonnulli, qui dum æstimari hebetes nolunt, sæpe se quibusdam exquisitionibus plus quàm necesse est, exercentes, ex nimia [g] subtilitate falluntur. Vnde hic quoque subditur: [vel grandi, & torto naso.] Nasus enim grādis, & tortus est, discretionis subtilitas immoderata: quæ dum plus quàm decet, excreuerit, actionis suæ rectitudinem ipsa confundit. ¶ Fracto autem pede, vel manu est; qui viam Dei pergere omnino non valet; atque à bonis actibus funditus exors vacat: quatenus hæc, non vt claudus, saltem cum infirmitate teneat; sed ab his omnimodo alienus existat. ¶ Gibbus vero est; quem terrenæ solicitudinis pondus deprimit, ne vmquam ad superna respiciat; sed solis his, quæ in infimis calcantur, intendat: qui et siquando aliquid ex bono patriæ cælestis audierit, ad hoc nimirū peruersæ consuetudinis pondere prægrauatus, cordis faciem [h] non attollit: quia cogitationis statum erigere non valet; quem terrenæ solicitudinis vsus curuum tenet. Ex horum quippe specie psalmista dicit[Incuruatus sum, & humiliatus vsquequaque.] Quorum culpam quoque per semetipsam veritas reprobans ait.[Semen autem, quod in spinis cecidit, hi sunt, qui audiunt verbum, & à solicitudinibus, & diuitijs, & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & non referunt fructum.] ¶ Lippus vero est, cuius quidem ingenium ad cognitionem veritatis emicat; sed tamen hoc carnalia opera obscurant. In lippis quippe oculis pupillæ sanæ sunt, sed humore defluente infirmātes † palpebræ grossescunt: quę quia insusione crebra atteruntur, etiam acies pupillæ uitiatur. Et sunt nonnulli, quorum sensum carnalis uitæ operatio sauciat: qui uidere recta subtiliter per ingenium poterant; sed usu prauorum actuum caligant. Lippus itaque est, cuius sensum natura exacuit, sed conuersationis prauitas confundit: cui bene per Angelum dicitur[collyrio inunge oculos tuos, ut uideas.] Collyrio quippe oculos, ut uideamus, inungimus, cum ad cognoscendam ueri luminis claritatem, intellectus nostri aciem medicamine bonæ operationis adiuuamus. ¶ Albuginem uero habet in oculo, qui veritatis lucem uidere non sinitur: quia arrogantia sapientiæ, seu iustitiæ cęcatur. Pupilla namque oculi nigra, uidet: albuginem tolerans nihil uidet: quia uidelicet sensus humanæ cogitationis, si stultum se, peccatoremque intelligit, cognitionem intimæ claritatis apprehendit. Si

Leuit. 21.

† hernio sus.] uulgata.

† al. dirigat

1. Reg. 2.

† al. perfectā

Hebr. 12.

Cant. 7.

Psal. 118.

Luc. 8.

† infirmitata] or.

Apoc. 3.

malis, noceant subditis. quod intellige cum ipsi ex certa scientia eligunt malum, & conformem suis moribus: alias scilicet æque operatur remissionem per malum vt per bonū sacerdotem, vt j. 1. q. 1. si fuerit. ad hoc arg. 6. q. 1. ex merito. et. 8. q. 1. audacter.

a ¶ *Displicet.*] 3. q. 7. in grauibus.

b ¶ *Si adhuc.*] Arg. quod quis non potest accusari de crimine de quo pœnituit: & quod non impeditur a promotione. 26. q. 5. quicūque. supra 46. dist. clericus. 3. & 8. q. 1. in scripturis. Arg. contra 33. q. 2. admonere. Sol. accusari potest si cōmissum est post baptisma, vt 25. dist. primum. B.

, Adde ad hoc tex. in l. qui ea mētu. ff. de furt.

HInc etenim.] CAPVT I. Probat Gregorius in hoc c. quod illi qui vitijs subiacēt, panes Domino non valens offerre: nec ad ministerium eius accedere, cum aliena peccata non possint diluere: quia in veteri testamēto corpore vitiati & maculati repellebantur a ministerio. Et hoc probatur xii. exemplis vitiorū: quæ vitia figuraliter intellecta in nouo testamēto repellūt. Vnde exponit G. quid per vnumquodque vitiū designetur, & quare repellāt a promotione. Sequens cap. patet.

c ¶ *Hinc.*] Probat Grego. in hoc cap. quòd vitiosi non possunt offerre panes Domino, nec aliorū peccata diluere: quia i veteri test. corpore vitiati repellebantur: & hoc probat xii. exemplis: quæ vitia figuraliter intellecta in nouo testamento repellunt.

d ¶ *Vel ponderosus.*] idest, criminosus.

e ¶ *Seruabit.*] ne labatur in hæresim.

f ¶ *In tenebris.*] peccatorum.

g ¶ *Ex nimia.*] Nimia subtilitas in iure reprobatur. extra de iudi. dilecti. & sic fit aliquid in iure contra ratione gratia disputandi. ff. ad legem Aqui. ita vulneratus. in fi. & magis valet simplicitas quàm difficultas. insti. de fideicom. hæredi. §. sed quia stipulationes.

h ¶ *Faciem.*] idest, rationem, qua est facies cordis.

a ¶ Et

a ¶ *Et eo.*] idest, ideo.
b ¶ *Quo.*] idest, quia.
c ¶ *Aliarum.*] impropriè ponitur. sic §. 26. dist. deinde. ibi, cum ceteris criminibus.
d ¶ *Ponderosus.*] per immundam cogitationem.

Ad

autem candorē sibi iustitiæ, siue sapientiæ tribuit; à luce se superne cognitionis excludit: & eo [a] claritatē ueri luminis nequaquam penetrat, quo [b] se apud se per arrogantiā exaltat, sicut de quibusdam dicitur [Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt.] ¶ Iugem uero habet scabiem, cui carnis petulantia sine cessatione dominatur. In scabie etenim feruor uiscerū ad cutem trahitur, per quam rectè luxuria designatur: quia si cordis tentatio usque ad operationem prosilit, nimirum feruor intimus usque ad cutis scabiem prorumpit, & foris iā corpus sauciat: quia dum in cogitatione uoluptas non reprimitur, etiā in actione dominatur. Quasi enim cutis pruriginem Paulus curabat abstergere, cū dicebat [Tentatio vos nō apprehendat, nisi humana] ac si aperte diceret. Humanum quidem est tentationem in corde perpeti: dæmoniacū uero est in tentationis certamine in operatione superari. ¶ Impetiginem quoq; habet in corpore, quisquis auaritia uastatur in mente: quæ si in paruis non compescitur, nimirum sine mensura dilatatur. Impetigo quippe sine dolore corpus occupat, & absque occupati tædio excrescens membrorum decorem fœdat: quia & auaritia captiuam animā, dum quasi delectat, exulcerat: dum adipiscenda quæque cogitationi obijcit, ad inimicitias accendit: & dolorem in uulnere non facit, quia æstuanti animo ex culpa abundantiam promittit. Sed decor membrorum perditur: quia aliarum [c] quoque uirtutū per hāc pulchritudo deprauatur; & quasi totum corpus exasperat; quia per vniuersa vitia animum supplātat, Paulo attestante, qui ait [Radix omnium malorum est cupiditas.] ¶ Ponderosus [d] vero est, qui turpidinem nō exercet opere; sed tamen ab hac cogitatione continua sine moderamine grauatur in mente: qui nequaquam quidem vsque ad opus [e] nefarium rapitur; sed eius animus voluptate luxuriæ sine vllo repugnationis obstaculo delectatur. Vitium quippe est ponderis, cum humor viscerum ad virilia labitur; quæ profecto cum molestia dedecoris intumescunt. Ponderosus ergo est; qui totis cogitationibus ad lasciuiam defluens, pōdus turpitudinis gestat in corde: & quāuis praua non exerceat opere, ab his tamen nō euellitur mente: nec ad vsum boni operis in aperto valet assurgere; quia grauat hunc in abditis pondus turpe. ¶ Quisquis ergo quolibet horū vitio subigitur; panes Domino offerre prohibetur: ne [*] profecto diluere aliena delicta nō valeat is quē adhuc propria deuastāt. ¶ Quia igitur paucis ad magisterium pastorale dignus qualiter veniat, atque hoc indignus qualiter pertimescat, ostendimus; nunc is, qui ad illud digne peruenerit, in eo qualiter viuere debeat, demonstremus.

Rom. 1.

1. Cor. 10.

1. Tim. 6.

Sic & Arnobius

[*] Ne profecto.] *Sic etiam in originali impresso. In aliquot Gratiani manuscriptis legitur,* Nec profecto diluere aliena delicta valet is, quem adhuc propria deuastant.

Item Hieronymus super Malachiam, ad c. 1.

Sensus aliqua ex parte.

Indoctus, terrena lucra sectans, vitiosus ordinari non debet. C. II.

SAcerdotes nomen Domini despiciūt, & quantū ad se [f], panē pollutū offerunt, qui ad altare indigne accedūt; quiq; dato munere sacerdotiū præsumunt. Panē quoque polluit, qui doctrinā Domini in populo male dispergit [†]; & qui honorat potentem [g], & despicit pauperē [h] † *& infra.* ¶ [Si offeratis cæcū ad immolandum, nonne malū est? &c.] superius accusati de panibus, nunc accusantur de victimis. Cæcū animal offert, qui ordinat indoctū loco docti; magistrumque facit, qui vix discipulus esse poterat. Claudum offert, qui lucra terrena quærentē locat [i]; vt pote pedem in diuersa ponentem, vnum in diuinis, alterum in carnalibus: cui potest inferri illud de libro Regum [Vsquequo [k] claudicatis in duas partes?] Languidum offert, qui vitiosum habet pro religioso; quique tardum, & pigrum probat [*] patientem, dicēs illum [l] negligentiæ redarguendum. Indignū est [m] enim dare Deo, quod dedignatur homo.

† al. dispertit

3. Reg. 18.

[*] Probat patientem.] *Sic interpungitur etiam in manuscriptis, & in glossa; cum tamen ita posset etiam distingui,* & pigrum probat, patientem dicens illum, &c.

DISTINCTIO L.

EX præmissis [n] auctoritatibus liquido monstratum est;

Ecclesiā militātē, vt 32. q. 5. Christiana. & 35. dist. erubescant.

Sacerdotes.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in duas partes. In prima parte reprehendunt sacerdotes, q̄ nomen Domini despiciūt: & quantū in se est, panem pollutū offerunt: quod fit cū quis indigne ad altare accedit, vel sacerdotium simoniace acquisiuit: cum doctrinā populo male dispergit, despicit pauperem, honorat potentē. In secunda parte, q̄ incipit ibi, *Si offeratis.* rephēdunt q̄ indignos instituūt: & hoc facit auctoritate ueteris testa. in qua rephēdūt sacerdotes vete. testa. q̄ Dño offerebant aialia cæca, clauda, & lāguida, & et pigra. q̄ vitia hodie figuraliter intellecta repellūt in nouo testamēto.

f ¶ *Ad se.*] No. q̄ aliqd dicit malū quo ad se. sic 1. q. 1. qđ q̄dā. & q. 3. saluator. sic matrimoniū dicit solui quo ad socerū q̄ repudiū mitt: nō quo ad cōiuges. ff. de dona. inter vir. & vxo. cū hic stat⁹. §. si socer. & facit q̄ aliquid quārū in se ipso est. 11. q. 3. inter verba. sic 12. q. 2. §. vlt. in fi. de cose. dist. 4. quæris.

g ¶ *Potentem.*] in eo quòd potens est.

h ¶ *Pauperem.*] J. 12. q. 3. pauper.

i ¶ *Locat.*] in dignitate.

k ¶ *Vsquequo.*] Dictū fuit ab Helia fugiente irā Reginæ Iezabelis vniuerso populo colēti Baal. 3. Regum, 18. nā deficit ambobus q̄ vult seruire duobus. & 26. dist. acutius.

l ¶ *Illum*] idest, alium.

m ¶ *Indignum est*] cōtra supra 41. dist. non cogantur. sed ibi de rebus: hic de personis.

EX *præmissis.*] Hoc di. diuiditur in 7. partes: in quarū prima dicit q̄ lapsi nō possunt reparari. & hoc pbat p 12. auctoritates. Secūda ibi, *E cōtra exēplu.* Tertia ibi, *Quo igit.* Quarta ibi, *De lapsis.* Quinta ibi, *Quod vero.* Sexta ibi, *In obiicit.* Septima ibi, *Apostata.* Io. de Fā.

CASVS. Supra monstratum est, quòd criminosi ordinari non possunt. In hac vero 50. dist. quæritur, an tales post pænitentiā possint in suis ordinibus remanere, & ad superiores ordines ascēdere. & pbatur multis auctoritatibus, q̄ ipsi prohibentur, nec possunt ascendere & hoc facit vsque ad §. *Econtra* Demum probat contrarium vsque ad §. *Quomodo.* & ibi incipit soluere.

n ¶ *Ex præmissis.*] Tractauit hucusque magister de qualitate ordinandorum.

e ¶ *Ad opus.*] Ex hoc videtur q̄ occultum peccatū impedit promouēdū, & ex eo sequitur ibi, grauat in abditis. Sed cōtra argu. 50. dist. sacerdotes. q̄ latētia peccata nō habēt vindictā quo ad ec-

Matrimonium quasi ad diuersos dissoluitur, & non solum.

Helias Iezabel fugiente quibus verbis vsus est, ad populum.

nandorum. In hac dist. 50. tractat primo de iam promotis, an ipsi postquã lapsi sunt, valeant reparari? Et primo allegat, q̃ nõ possunt reparari: postea allegat ꝑ parte contraria. & hoc bene soluit. ĩ.e. §. quomodo. & ꝑ parte prima allegat vsque ad §. ecõtra. & postea inducit multa c. ad ꝓbandã solutionẽ suã, vsque ad §. sed illud. vbi aliã ponit: & eam probat per c. seq. vsq; ad §. *Quod vero.* & postea adiũgit de lapsis in hæresim, q̃ non sit eis communicandũ ante reconciliationẽ. Ab illo §. *Quod vero* subiungit tractatũ de homicidijs vsque ad illum §. *Promissu.* Deinde addit de solenniter pœnitẽtibus, quòd nõ debeant ordinari, vel ad militiã secularem redire: & q̃ clericis talis pœnitẽtia non sit imponenda, & ꝑ quibus culpis sit imponẽda. Vltimo subdit de apostatis qui rec ad habitum secularẽ, nec ad clericatũ ascendere possunt post pœnitẽtiã. Circa lapsos tres regulæ sunt notãdæ, quæ continentur ĩ. ea dist. vt constitueretur. Prima regula fm H. hæc est, vt Qui mortaliter peccauit post baptismum, non promoueatur, vt 55. dist. primũ. 1. q. 7. si quis omnẽ. Secunda est, Promotus si mortaliter peccat, deijciendus est. infra cap. qui semel. Tertia est, Qui ab ordine deponitur, amodo non restituitur. ĩ. ea. c. 1. & 2. & c. peruenit. & vbicumque mitius agitur, dispensatio est. Illæ autẽ tres regulæ secundum tres opiniones recipiunt interpretationem. Quidam enim dicunt q̃ omne peccatum mortale impedit promouendũ, & deijcit iã promotũ. & si talis sit ꝓmotus, & egerit pœnitentiã: tamen nõ potest ministrare sine dispẽsatione. Alij intelligũt de magnis criminib⁹ ꝑdictas regulas: quia minora post pœnitẽtiã nõ repellũt, nec deijciũt, vt 81. dist. c. apostolus. & 46. dist. clericus. 5. q. 4. in loco. 68. dist. c. 1. quia nec omne publicũ crimẽ aiæ mortẽ irrogat. inst. de pub. iudi. §. vlt. Tertij intelligũt ꝑdictas tres regulas de manifestis. occulta. n. post pœnitẽtiam nõ repellũt, nec deijciũt. imo iure cõi ꝓmouẽt: & si ꝓmotus est, remanet in ordine suo. ĩ. ead. c. de his vero. & ca. ꝑcedẽti. & hęc opinio verior est, & benignior: hoc tñ excepto, q̃ maxima peccata & occulta repellũt, vt de hoc plene dixi ĩ. 25. dist. c. vlt. De adulterijs aũt & similibus põt eps̃ simplex dispẽsare. extra de iudi. at si clerici. ĩ. ea. cõtumaces. de maioribus. nõ. ĩ ea minor. & in simonia. 1. q. 1. ergo. & secũdũ quoſdã in oĩbus criminibus dispẽsat vbi nõ ꝓhibeẽ. extra de sen. excõ. nuper. & de pœn. dist. 6. §. 1. in fi. & 82. dist. presbyter. & in plurib⁹ casibus inuenio epm posse dispẽsare, vt notatur 1. q. 7. §. nisi rigor. Petrus Hispanus cõtrariũ dixit. nã cum in quibusdã certis casibus ei pmittẽ dispẽsare, ergo in alijs ꝓhibeẽ: ar. 25. dist. qualis. & C. de ꝓcu. marit⁹. Quis aũt cũ deposito possit dispẽsare, dixi 2. q. 5. ideo. Cũ suspẽso aũt vel pœnitẽte ẽt in hæresi bene dispẽsat eps̃. ĩ. ea. ꝑsbyteros. Ioã. Istę opiniones hodie terminãt p decre. Greg. in extrauag. de tẽp. ordi. q̃sitũ. vbi reꝓbaẽ opi. Ioan. & credo q̃ eps̃ semper possit dispẽsare, nisi ei ꝓhibeaẽ expsse à iure, vt 17. q. 4. lex diuinæ. in fi. & extra de sen. excõ. nuper. B.

S. **Lapsis.**] C A S V S. Constantinus Mediolañ. eps̃ quæsiuit à Gregorio, an cuilibet lapso debeat licẽtia dari ad suũ ordinẽ reuertẽdi? Et respondet q̃ nõ, triplici ratione: quia si hoc fieret, vigor ecclesiasticæ disciplinæ frãgeretur: & quilibet propter spẽ reuersionis praua desideria cõcipere nõ formidaret: & præterea vindictã sibi inflictã putaret esse temporalẽ, & nõ perpetuã. Sequens cap. patet.

a ¶ *Si lapsis*] Hoc ca. loquitur de deposito, vt patet per fi.

b ¶ *Spe.*] quia facilitas veniæ, &c. vt 23. q. 4. est iniusta. & extra de vi. & hone. cleri. vt clericorum.

c ¶ *Supplicatio.*] carnalis, sed spiritualis bene. ĩ. ea. clerico.

d ¶ *Reuocare.*] ĩ. 23. q. 4. est iniusta.

e ¶ *Non statuta.*] perpetuo. Qui enim deponitur, perpetuo deponitur.

quòd varijs criminibus irretiti in sacerdotes ordinari non possunt. Nunc autem de eisdem quæritur, vtrum post peractam † pœnitentiam, vel in proprijs ordinibus remanere, aut ad maiores gradus conscendere valeant. Multorum auctoritatibus, varijs criminibus irretiti à proprijs ordinibus deijciuntur, & ab accessu maiorum prohibentur.

† al. actam

Vnde Gregorius ait Constãtio Mediolanensi episcopo, lib. 4. epist. 17. sine c. 61.

¶ Lapsi in suum ordinem reparari non possunt. C. I.

SI lapsis[a] ad suum ordinem reuertendi licentia concedatur; vigor canonicæ proculdubio frangitur disciplinæ: dum pro reuersionis spe[b], prauæ actionis desideria quisque concipere non formidat. *& post pauca.* ¶ Illud igitur præ omnibus studete, vt lapsos, in sacrum ordinẽ nullius vobis supplicatio[c] aliquo modo reuocare[d] suadeat: ne huiusmodi non statutæ[e], sed temporaliter dilata credatur esse vindicta.

Ans. l. 8. c. 35. & l. 11. c. 13. Iuo par. 6 c. 80. Pann. l. 3. c. 145.

Item Martinus Papa I. Amando episcopo.

¶ Qui post suam ordinationem labitur, depositus permanebit. C. II.

QVi semel post suam ordinationem in lapsum ceciderit; deinceps iam depositus erit; nullumque gradũ sacerdotij poterit adipisci[f].

Pann. l. 3. c. 141.

Item Gregorius Papa Sabiniano episcopo, lib. 7. epist. 25.

¶ Presbyter post lapsum nulla ratione in sacro ordine reparari valet. C. III.

PResbyterum, de quo nos fraternitas tua latoris præsentium legatione † consuluit, nulla ratione in sacro ordine post lapsum, aut permanere[g] aut reuocari posse cognoscas. Circa quẽ tamen mitius[h] agendum est: quia commissum facinus facili[i] dicitur professione confessus.

Ans. l. 8. c. 56. Pann. l. 3. c. 146. † al. relatione

Item Ioannes VIII. Cenomantico Vticensi episcopo.

† al. Cenomoco Venetiensi

¶ Post perpetratum homicidium sacerdotale officium ministrari non potest. C. IIII.

MIror[a] minus doctã scientiam tuam sacerdotẽ putare post perpe-

Iuo p. 6 c. 514 & par. 10. c. 51. Pano. l. 3. c. 513.

nitur, vt hic. & 81. dist. si quis clericus. & C. de pœ. seruus. Ar. cõtra 33. q. 4. nõ oportet 2. Ibi simpliciter ponitur, separentur: & tamẽ separãtur ad tẽpus, nõ ꝑpetuo, vt extra de cõsti. ex litteris. io fi. Sed certe illa nõ sunt cõtraria: quia ibi nulla fuit depositio: & est hoc ideo statutũ, ne leges ludibrio fiant, vt C. de bo. quæ. lib. l. vlo. §. fin. & est si. quod lex dicit, quòd damnatus de crimine, ad militiam non recipitur, vt ff. de re mili. qui cum vno. §. adulteri.

f ¶ *Qui semel.*] ¶ *Adipisci.*] Hoc ca. intelligitur de rigore. 55. dist. primum. ĩ. ead. miror. vel in maioribus, vel de manifestis criminibus. extra de tempo. ordi. ca. fi. sic nõ ob. 82. dist. presbyter. & 15. quæst. vlt. hi qui.

Presbyterum.] C A S V S. Sacerdos quidam fuit lapsus in crimẽ, de quo postea in iudicio fuit sponte confessus, quare quæsiuit episcopus Fabianus, an posset in sacro ordine remanere, vel reuocari deberet? Et respondet Gregorius q̃ non. Sed quia sponte confessus est, mitius est agendum cum ipso: scilicet vt nomen sacerdotis retineat, vel in minoribus ordinibus remaneat.

g ¶ *Aut permanere.*] Simile ĩ. 24. di. c. vlt. ĩ. 15. q. vlt. si q̃s ꝑsbyter. contra. Sol. in inferiori ministrauit vt ibi: sed in superiori, vt hic.

h ¶ *Mitius.*] Arg. q̃ mitius agitur cum confesso, quam cum conuicto, vt ĩ. eo. de his vero. & 15. q. vlt. Si quis presbyter. Si. 61. dist. quia simpliciter. 1. q. 5. præsentium. Arg. contra 24. dist. c. vlti. Sol. ibi timore probationum est confessus: hic sponte.

i ¶ *Facili.*] idest, sponte, vt extra de ho. lator.

Miror] C A S V S. Quidam episcopus volebat cum quodam sacerdote homicida dispensare: & persuadebat dño Papæ, vt ei post perpetratũ homicidiũ cõcederet ministrare. Sed Io. Papa eũ reprehẽdit, dicẽs hoc fieri nõ posse post quãtãcũq; pœnitẽtiã: sed diluat tã imane flagitiũ lacrymis, vt possit inuenire suffragiũ salutis.

a ¶ *Miror.*] Hic habes quòd episcopus non põt dispensare cũ homicida: itẽ nec cũ simoniaco, vt 1. q. 1 ergo. nisi quãdoque, vt 1. q. 5. c. 1. & vlti. Ioan. De simoniaco est expressũ extra de ele. ca. pe. vbi

vbi dicitur, q si aliquo ignorante sit cōmissa simonia, episcopus cū eo potest dispensare, si in simplici beneficio sit cōmissa simonia: secus si in prælatura. si aūt eo sciente sit facta: episcopus non potest dispensare cū eo. extra de si oobis. B. Itē nec cū deposito secundū quosdā, vt 2. q. 6. ideo. Itē nec cū eo q excōicatus celebrat, vt 11. q. 3.

Rodericus. Et facit quod no. j. ea. quā: s. in glos. hic patet. ibi dicam. Sed Ber. contra loquitur in matrimonio, in quo licet qs sua culpa cadat in metū, nō nocet, vt no. extra q metus cau. Abbas. Arch.

De his] Casus. Quidam clerici defendendo se, paganum occiderūt: quare quæsiuit Quadrantinus eps, an peracta pænitentia possīt ad pristinum gradū redire, vel ascendere ad altiores? Et respōdet q nō: quia Papa nō dat eis licentiā aliquem hominē occidēdi: & ideo melius est illis i gradu inferiori irreprehēsibiliter famulari, quam alta indebite appetēdo i profundū i fernū demergi.

tratum homicidium [a] posse in sacerdotio ministrare; immo (quod est ineptius) nobis suadere [b] velle; vt ipsi tali præsumptioni præberemus assensum. Quis enim tam demens, tamque peruersi sensus, tale quid æstimaret, vel post quantamcumq; pænitentiam concedendum; cum omnino sit canonicæ disciplinæ contrarium? Debet ergo sacerdotio priuatus lacrymarum fonte flagitium tam immane diluere, vt talibus saltem remedijs curatus, salutis possit inuenire suffragium.

Item Nicolaus Papa.

¶ Ad maiorem gradum clericus prouehi non potest, qui paganum occidit. C. V.

1 do p. 6. c. 120.

Clericum, qui paganum occiderit [c], non oportet ad gradum maiorem prouehi, qui carere etiam debet acquisito: homicida enim est. Nam cum discreti sint milites sæculi a militibus ecclesiæ; non conuenit militibus ecclesiæ militare [d] sæculo, per quod [e] ad effusionē sanguinis necesse sit peruenire.

Item Osbaldo Chorepiscopo Quadrantino.

¶ Qui defendendo se paganum occiderit, sacerdotali careat officio. C. VI.

De his [f] clericis, pro quibus consuluisti, scilicet qui se defendēdo [g] paganum occiderunt, si postea per pænitentiam emendati possint ad gradum pristinum redire, aut ad altiorem conscendere; scito nos nullam occasionem dare, nec vllā tribuere eis licentiam quēlibet hominē quolibet modo occidendi. Verū si contigerit, vt clericus sacerdotalis ordinis saltē paganū occiderit, multum sibi cōsulit, si ab officio sacerdotali recesserit: satiusq; est illi in hac vita Domino sub inferiori habitu irreprehensibiliter famulari, quàm alta indebite appetendo damnabiliter in profundum demergi.

Item ex concilio Agathensi, c. 50.

¶ Cadat ab officio episcopus, presbyter, aut diaconus capitale committens crimen. C. VII.

Si episcopus, presbyter, aut diaconus capitale crimen commiserit, aut chartam [h] falsauerit, aut falsum testimonium [i] dixerit; ab officij honore depositus in monasterium retrudatur, & ibi, quamdiu vixerit, laicam tantummodo communionem accipiat.

f De his.] Circa illos qui cōmittunt homicidiū, distingue sic: quia aut cōmittitur homicidiū ex necessitate: aut ex casu: aut ex volūtate. Si ex necessitate: aut illa necessitas est euitabilis: aut ineuitabilis. Si est euitabilis, ad superiores ordines nō pōt ascendere: sed in iā susceptis toleratur, vt j. ea. de his clericis. Si fuit ineuitabilis necessitas, sine oi dispensatione potest ministrare in ordine iā habito: sed ad superiores habēdos petet dispensatioonē, vt extra de homici. suscepimus. & c. 2. Necobst. extra eod. lator. vbi dicitur, q ad superiores talis licite promoueri: q hoc intelligo ex dispensatione. Ioā. Sed certe quidquid dicat Ioā. de necessitate ineuitabili, capitulū videt expresse dicere q talis necessitas in nullo obsit, vt j. ea quia te quasi ouguium. De hoc notatur in quæstionibus. B. Si vero casu cōmittitur homicidiū: aut dedit operā rei licitæ, aut nō. Si dedit operā rei licitæ, ei nō imputat: sed potest ministrare in suscepto, & ascendere ad superiorē, vt extra eo. c. vlt. & j. ea. sæpe 3. & extra eo. Ioānes. Sed si illicitæ rei operā dedit, tūc nec ī suscepto pōt ministrare, nec ad superiorē ascēdere: c. vt j. ea. clerico. & ca. si quis volūtate. Si vero volūtate occidit: nūquā dispensandū est cū eo, secundū qd loquitur ca. miror. H. tñ cū suo rigore dixit q in nullo casu pōt homicida promoueri: quia potius debet quilibet permittere se occidi, quam aliū occidere, vt 23. q. 5. ita ne. & dicit q hoc verbū, consulendi, ponitur pro verbo præcipiendi, vt 28. q. 1. sic enim. Item secundū H. etiam si crimen homicidij sit occultum, tamen post pænitentiā nō potest exequi suū officiū. secus est secundum eū in quolibet crimine alio, vt j. ea. de his. nisi in simonia. Ioan. Et hoc expresse dicitur extra de temp. or. si. ca. vlt. & ita duo crimina tātū excipit: scilicet simoniā. & homicidiū. Arg. extra de accusa. inquisitionis. B. Alij autem plerique dicunt, q siue sit homicidium, siue aliud crimen, dummodo sit occultum, post pænitentiam bene exequitur officium suum sine omni dispensatione, licet non possit promoueri. Sed in simonia post nullam pænitentiam potest exequi officium suum. 1. q. 1. erga. Hodie autē obtinet opinio H. circa crimen occultū, vt extra de accusa. inquisitionis. B. 5

Homicidiū vniū spectat pœnitudos, & de iustitia aut præmios.

3. Illisee de mi fericordia, vt no. extra de homicidio. vbi plene de hoc.

Vel dic q rē fūt casus fortuitus, vt no. j. ea. de his clericis. in glo. s. d. h. Arch.

3 q. 8. vel. & cap. si duo. nisi forte grande sit delictum ...

3[a] quis eps. & 7. q. 1. si quis presbyter. licet sit arg. contra 2. q. 5. quanto. Sed illud de mādato Papæ. Item nec cū eo qui accedit ad iudiciū sęculare, vt 21. q. 5. si qs eps. Itē nec cū bigamo, vt extra de biga. c. de bigamis. & 34 dist. lector Io. Nec dispensat hodie cū filijs pśbyterorū, vt extra de fil. presby c. pe. vbi scilicet ministrauit pater immediate. B. Dispensat autē in plerisque criminibus, vt notaui. 1. q. 7. §. nisi rigor. & generaliter vbi nō prohibetur epo dispēsatio, sēper dispensare potest, vt extra de sen. excō. nuper. licet quidam dicant, q in illis solis casibus dispensabit vbi à iure ei permittitur: quia cū in quibusdā criminibus ei conceditur dispensatio, vt extra de iud. at si clerici. ergo in alijs ei prohibetur arg. 25. dist. qualis. & C. de procu. maritus. Et licet dispensatio sit ius quod peti nō potest: tamen quandoque episcopus tenetur dispēsare, vt infra ea. vt constitueretur. in fi. & c. si quis diaconus. & ca. domino sancto. & 1. q. 7. dispensationes. & 23. q. 1. noli. in fine.

a ¶ *Homicidium.*] sponte, vt extra de homici. lator.

b ¶ *Suadere.*] Plus enim est suadere, quàm compellere. ff. de ser. cor. l. 1. §. persuadere. & plus punitur suasor, quàm faciens. 86. distinct. tanta. Ioan.

Clericum.] Casus. Clericus quidam occidit paganum: postea volebat ad ordines promoueri maiores. quæsiuit quidā episcopus an posset? Et respondet Papa, q nō: imo carere debet ē acquisito. Nā milites ecclesiæ non debent sæcularem militiā exercere, per quam necesse sit ad sanguinis effusionem peruenire.

c ¶ *Occiderit.*] sponte. B.

d ¶ *Militare.*] Per hoc patet quòd loquitur de illo q in bello fuit. hortari tamē potest clericus aliquos ad defensionem suæ ecclesiæ. 23. q. 8. vt pridem. arg. ff. de his qui no. infa. ob hæc verba. §. vlt.

e ¶ *Per quod.*] Arg. q ratione vnius delicti imputantur omnia delicta quę sequuntur ex illo, vt 15. q. 1. si quis insaniēs. 32. q. 4. inter. ff. quod metus cau. si mulier. Arg. contra extra de spon. veniens.

Imputantur multa propter vnū delictum.

g ¶ *Defendendo.*] incaute sine moderamine. cuilibet enim licitum est se defendere cum moderamine, vt s. dist. 1. ius naturale. & extra de appel. ca. significauit. C. vn de vi. l.

Si episcopus.] Casus. Quæsitū fuit in cōcilio Agathen. quam pœnā debet pati eps, presbyter, vel diaconus, q capitale crimē cōmiserit, vel chartā falsauerit, vel falsū testimoniū dixerit: et respōdet, q deponi debet, & detrudi in monasteriū ad agēdā pænitentiam: vbi donec viuit, nō nisi laicā tātūmodo cō munionē accipiat.

h ¶ *Aut chartam.*] Dic vt s. 19. dist. in memoriam.

i ¶ *Testimonium.*] j. 5. q. 6. presbyter.

S *I quis viduam.*] CASVS. Statutum fuit in concilio Martini Papæ, quod si quis duxerit in vxorem viduam vel relictam: aut homicidium commiserit facto, præcepto, consilio, vel defensione, post baptisma promoueri non potest: & si irrepserit, deponatur & eijciatur: & in fine suæ vitæ communionem accipiat.

a ¶ *Si quis.*] Iudex executor & assessor in causis criminalibus nō possunt promoueri. hoc nō est ratione peccati: quia nō peccāt ista faciendo, vt 23. q. 4. q̄. sitū. & q. 5. miles. sed propter irregularitatē, quam ex tali facto contraxerunt.

b ¶ *Aut facto.*] Vt miles.

c ¶ *Aut præcepto.*] Vt iudex.

d ¶ *Aut consilio.*] Vt assessor. & ita ex consilio punitur aliquis, contra illud ff. man. l. 2. in fi. & l. deniq; . Sed nūquid addi debet de voluntate? arg. q̄ sic. 1. q. 4. quia præsulatus. in fi. quod nō cōcedo, licet antequam fiat, vellet illud factū esse: vel post factum gratum habeat.

e ¶ *Defensione.*] euitabili. B.

f ¶ *Post baptismum.*] Ergo si ante baptismū, potest. Bazianus dixit: si ante baptismū occidit non peccando, vt iudex, non potest promoueri: quia nō tollitur irregularitas: sed si occidit peccando, tollitur totū. Ioan. Et sic melioris cōditionis est peccans, quàm nō peccans. De hoc quid iuris sit, notaui in quæstionibus. & 36. distin. in gloss. videtur. B.

Peruenit.] CASVS. Episcopus Caralitanus restituebat clericos lapsos in crimen fornicationis ante pœnitentiam, vel post. prohibet Greg. dicens q̄ tales carere debent sacris ordinibus: & ad altaris ministeriū nūquam accedere.

g ¶ *Fuerit.*] de quo fuerit cōuictus vel cōfessus. & hoc verum est nisi episcopus cum eo dispensasset, vt extra de iudi. at si clerici. Sed nonne canonista prohibet episcopo dispensare in hoc casu? non: sed redarguitur indiscreta dispensatio, vt dixi extra de præben. de multa.

Accedens.] CASVS. Hoc cap. loquitur de quodam presbytero Saturnino, & de quodā diacono abbate, & de quibusdā subdiaconis. presbyter Saturninus propter suum delictū depositus fuit: & tamen post depositionē Missas celebrauit. Diaconus vero abbas & subdiaconi mortaliter peccauerūt, crimē fornicationis cōmittendo. Vnde Lunen. eps quæsiuit quam pœnam isti pati deberent. Et respondet Gregor. q̄ Saturninus presbyter careat communione corporis & sanguinis Christi donec vixerit. in fine tamen viaticū accipiat: nisi antea episcopo visum fuerit ei esse miserendū. & in scriptis caueat, vt de cetero Missam nō cantet: & gerat curam monasteriorū in insula Gorgonia & Capraria sine præiudicio alicuius. Diaconus vero abbas sēper ab ordine sacro depositus erit: qui tamē poterit inter alios monachos priorem locū obtinere, si eius cōuersatio meruerit: sed ordiné nō obtinebit, in cuius loco debebit alius ordinari. Subdiaconus vero irreuocabiliter deponetur. laicam tamen communionem accipiat.

h ¶ *Presbytero.*] Ergo clericus degradatus non retinet ordinē. arg. 54. dist. ex antiqs. & 11. q. 3. eps. & 15. q. vlt. si quis pr̄sbyter. & 13. q. vlt. clerici. & idē videtur per hoc q̄d dicitur infra inter laicos cōmunionē. Sed tñ dico q̄ characterē semper retinet, per id q̄d habes 1. q. 1. q̄d quidā. & 31. q. 7. licite. arg. 81. dist. dictum. Vnde qui percutit ipsum, incidit in canonē: saltē in memoriā pristinæ dignitatis, vt ff. de decurio. l. vlt. & ff. de quæst. vnius. §. seruus. & de consecra. dist. 4. ostēditur. Ioa. q̄d non credo, cū careat omni priuilegio clericali: nec credo q̄ conficiat: q̄a oēm prātem amisit. B.

i ¶ *In tua.*] Ergo episcopus potest remittere pœnitentiam iniunctam à Papa. sic 33. q. 2. latorem.

ADDITIO. Vel de hoc vt ibi. arg. contra 15. dist. c. 2. in fi. ibi videas. De hoc etiam not. 26. q. 7. tempora.

k ¶ *Abbatem.*] Ergo abbas potest esse diaconus: quia abbas potius est nomen officij, quàm dignitatis. 18. q. 2. c. 1. imo in minoribus ordinibus cōstitutus pōt esse abbas. extra de ætate & quali. tuā.

l ¶ *Veneris.*] existentem.

m ¶ *Cecidisse.*] per crimen.

n ¶ *Priorem.*] id est, vt sit monachus, vt prius fuit: nō tñ erit abbas.

o ¶ *Obtineat.*] non ordinem, vel dignitatem.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 26.

Apud Mar. Brac.

¶ Qui homicidij, facto, aut præcepto, aut consilio post baptismum conscius fuerit, clericus non ordinetur. C. VIII.

Ans. l. 7. c. 21. Ex can. 18. Apost.

SI quis [a] viduam, aut ab alio dimissam † duxerit, non admittatur ad clericatum. Quòd si irrepserit, deijciatur. Similiter, si homicidij aut facto [b], aut præcepto [c], aut consilio [d], aut defensione [e] [*] post baptismum [f] conscius fuerit, & per aliquam subreptionem ad clericatum venerit; deijciatur, & in fine vitæ suæ † laicam communionem tantummodo recipiat.

† al. relictam

† al. sua communionem recipiat

* ¶ Defensione.] *In codice Lucensi regio (in quo sunt etiam hæc capitula à Martino Bracarensi episcopo collecta) & apud Anselmum, & in editione conciliorum tribus tomis, in margine legitur, assensione: cui lectioni conuenit quod legitur in concilio Triburiensi, c. 21. circa finem.*

Item Gregorius Ianuario episcopo Calaritano, lib. 3. epist. 26.

¶ De sacris ordinibus lapsi reparari non possunt. C. IX.

Poly. l. 4. tit. 39. Ans. l. 8. c. 20. Iuo par. 6. c. 78. Pann. l. 3. c. 133.

PEruenit ad nos, quosdam de sacris ordinibus lapsos, vel post pœnitentiam, vel ante, ad ministerij sui officium reuocari: Quod omnino prohibemus, & in hac re sacratissimi quoque canones contradicunt. Qui igitur post acceptum sacrum ordinem lapsus in peccatum carnis fuerit [g]; sacro ordine ita careat, vt ad altaris ministerium vlterius non accedat.

Idem Venantio Lunensi episcopo, lib. 4. epist. 5. seu c. 49.

¶ De eodem. C. X.

Poly. ibidem. Ans. l. 8. c. 21. Iuo par. 6. c. 83.

ACcedens ad Gorgonam insulam fraternitas vestra discutiat id, quod ad nos de Saturnino presbytero [h] perlatum est. Peruenit namque ad nos, quia, postquàm pro crimine lapsus sui, à sacerdotij ordine est deiectus, ad explendum ministerium sacerdotij præsumpsit accedere, & omnipotenti Deo hostias immolare. Quod si ita factum fraternitas vestra repererit; eum sacri corporis & sanguinis Dominici participatione priuatum in pœnitentiam redigat: ita vt vsque ad diem obitus sui in eadem excommunicatione permaneat, & viaticum tantummodo exitus sui tempore percipiat. Sin autem eū fraternitas tua talem pœnitentiam agere cognouerit, vt ei iuste ad recipiendam inter laicos communionem, & ante exitum, debeat misereri; hoc in tuæ [i] fraternitatis ponimus potestate: *& infra.* ¶ Præterea ad fraternitatis tuæ consulta respondentes statuimus, diaconum, & abbatem [k] de portu Veneris [l], quem indicas cecidisse [m], ad sacrum ordinem non debere, vel posse vllo modo reuocari. Quem quidem sacro ordine priuatum in pœnitentiam deputare te conuenit: cuius si postea actus, conuersatioque meruerit; priorem [n] inter alios monachos, vbi tu tamen decreueris, standi locum obtineat [o]. Subdiaconi quoque, quos similis culpa constringit, ab officio suo irreuocabiliter depositi, inter laicos communionem accipiant. In portu autē Veneris, loco lapsi diaconi, alium, qui hoc officium implere debeat, ordinabis. Saturninum vero presbyterum, vt numquam ad sacri ordinis ministerium præsumat accedere, scriptis cauere decreuimus: sed eum in insula Gorgona, at-

Eodē lib. 4. epist. 16. seu c. 60. Pann. l. 3. c. 132.

a ¶ *Solicitudinem.*] Vt sit procurator loci, licet sit infamis: quia infames non excluduntur à ciuilibus muneribus: sed honorib⁹. Arg. C. de his qui non imple. sti. sacra. soluti sunt. l. 1. lib. 10. & extra de æta. & qualita. suam. & sic procurator monasterij potest esse infamis: sed non procurator epi. 5. q. 3. quia episcopus. qa nō requiritur summa in eis per fectio integritatis, vt 16. q. 1. legi.

Infamis potest esse procurator.

que Capraria solicitudinem ª de monasterijs gerere. & in eo, in quo est statu, sine cuiusquam aduersitate manere permittimus.

ª ¶ Presbytero.] *In vetusto codice epistolarum B. Gregorij, & aliquot antiquis exemplaribus Gratiani legitur*, expresbytero: *itemque inferius in hoc eodem capite:* Saturninum vero expresbyterum. *sine vt in impressis B. Gregorij*, expresbytero. *Depositos enim presbyteros, expresbyteros, & eos, qui monasteria deseruerant, exmonachos appellabant, sicut illi qui consulatum, aut quæsturam gesserant, exconsules, aut exquæstores vocari soliti fuerant.*

Idem Mariniano episcopo Rauennati, lib. 6. epist. 39. seu c. 203.

¶ Loco lapsi alius ordinandus est. C. XI.

Ans. l. 8. c. 25.

POstquam quemquam criminaliter abscedentem †, in locum, de quo lapsus est, nulla permittit ratio reuocari; & vltra tres menses ᵇ ecclesiam vacare pontifice statuta sacrorum canonum non permittunt: ne cadente pastore dominicum gregem antiquus (quod absit) hostis insidiando dilaniet; fraternitas vestra deprecationi eorum consentiat, & in loco lapsi debet episcopum ordinare.

† al. cadentem

dist. 75. quoniā.

Item Martinus Papa I. in epistola ad Amandum.

¶ Qui post ordinationem suam in lapsum ceciderit, sacra mysteria non debet tractare. C. XII.

SI post ordinationem suam quispiam in lapsum ceciderit, & præuaricationis peccato fuerit † deprehensus obnoxius, omnimodo prohibendum est, eum manibus lutulentis, atque pollutis mysteria nostræ salutis tractare.

† al. deprehendatur] orig.

a *Econtra* ᶜ *exemplis, & auctoritatibus probatur post actam pænitentiam proprios gradus licite posse administrare, & ad maiores conscendere. Maria enim soror Aaron postquam lepra percussa est, quia in Moysem murmurauerat, acta pænitentia à peccato mundata, & sanata est, & pristinam gratiam prophetandi recepit. Aaron* ᵈ *autem post conflatum vitulum, etiam in summum sacerdotem consecratus est. Dauid* ᵉ *post adulterium, & homicidium spiritum prophetiæ recepit, & in proprio* † *gradu permansit. Achab quoque post mortem Nabuthæ viri sanctissimi per pænitentiam humiliatus in regia sede remansit. Et vt prætereamus multa exempla veteris testamenti, Petrus negauit Christum, & tamen postea princeps Apostolorum factus est: Paulus Stephanum lapidauit* ᶠ, *& tamen à Deo in Apostolum electus est. Multi quoque ab hæresi ad vnitatem catholicæ fidei reuertentes in suis ordinibus sunt recepti: alij vero ad episcopalem etiam gradum sunt promoti, vt pote Augustinus* ᵍ, *& alij complures.*

33. q. 2. c. hoc ipsum. Num. 12. Exo. 32. 2. reg. 1. & 12. † al. pristino 3. reg. 21. Matt. 26. Joan. 21. Act. 7. & 9.

¶ De eodem. PALEA. C. XIII.

Bur. l. 1. c. 133. Iuo in prologo. Pann. in prologo. c. 32.

IOannes Chrysostomus à duabus synodis orthodoxorum episcoporum fuit diiudicatus †, sed iterum fuit restitutus. Marcellus episcopus Ancyræ Galatiæ depositus fuit: sed postmodum proprium recepit episcopatum. Asclepius dijudicatus à synodo, ecclesiam suam postea recepit. Lucius episcopus Adrianopolites damnatus à Papa Iulio recepit ecclesiam sui episcopatus. Cyrillus episcopus Hierosolymitanus depositus fuit, postea reconciliatus est ecclesiæ suæ. Simili modo Polychronium eiusdem ecclesiæ Hierosolymitanæ pontificem Sixtus Papa damnauit, & iterum ipse eum reconciliauit. Innocentius Papa Photinum episcopum damnauit, sed postea eum in proprium locum restituit ecclesiæ suæ. Misenum * episcopum a Felice Papa dānatum Gelasius Papa successor illius reconciliauit †, & ecclesiæ suæ restituit. Leontius, dum esset presbyter, depositus fuit, sed postea in Antiochia patriarcha extitit. Gregorius vero quartus Papa Theodosium, quem Eugenius eius antecessor presbyterij honore priuauerat, sanctæ ecclesiæ Signinæ consecrauit episcopum. Ibas namque episcopus dijudicatus fuit, sed sancta synodus canonica suam illi restituit ecclesiā. Rothadū vero episcopū sanctæ Suessionensis ecclesiæ a synodo, cui Carolus interfuit, condemnatum, & Sophronium † Placentinum episcopum merito reprobatum, Nicolaus Papa ambos reconciliauit.

† al. iudicatus. Sixtus Papa iij. 35. q. 9. c. Gregorius. † al. & communicauit. † al. Suffrenum] vel Suffredū] vt 3. 6. q. 3. deniq; Suffredus.

¶ *Caput hoc à vetustioribus codicibus abest: in vulgatis inscribebatur*, Item ex epistola

P ¶ *Ostquam.*] Casus. Episcopus quidam depositus fuit: canonici volebant alium eligere. Archiepiscopus vel primas disturbabat eum restituere nolens: quod dicit Greg. de iure fieri non posse: & cū ecclesia vltra tres menses vacare non debeat, præcipit Grego. archiepiscopo, vt deprecationi canonicorum cōsentiat, & loco depositi alium ordinet.

b ¶ *Tres menses.*] tres dantur ad electionem à die mortis: & alij tres menses ad consecrationem petendam. j. 100. distin. quoniam. & 63. distinct. obeuntibus. & extra de elect. ne pro defectu. nisi per necessitatem prorogetur ¹ vt 28. distin. de Syracusanæ.

Electio an fieri debeat intra tres menses.

¹ De hoc 61. dist. Omnis. & c. bene nouit. ibi de hoc.

CONTRA. Hæc est secunda pars huius distinctionis, in qua magister probat contrarium eius quod supra probatum est: scilicet q̄ post lapsum possunt reparari: pbat inquam per exempla & per nouem auctoritates. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra probatum est, q̄ lapsi post pænitentiam non sunt restituendi. Modo Gratianus probat contra, scilicet q̄ possunt restitui, & ad altiora conscēdere: & probat octo exemplis, scilicet Mariæ & Aarō, Dauid, Achab, Petri & Pauli, Augustini, & aliorum, quorum nomina i sequēti palea ponūtur, q̄ omnes post peccatū sunt restituti.

c ¶ *Econtra.*] Maria, &c. de hoc dicitur 2. q. 7. §. item obijcitur.

d ¶ *Aaron.*] Hæc historia habetur 45. dist. disciplina.

e ¶ *Dauid.*] Hæc historia dicitur 2. q. 7. §. item cum Balaam.

f ¶ *Lapidauit.*] id est, lapidantibus cōsensit, custodiendo vestes, vt j. ea. considerandū. vnde non fuit penitus immunis, vt extra de homi. cap. sicut. 1. illi quoque. tū hoc exemplum non competit, quia illud fuit ante baptismum.

g ¶ *Augustinus.*] qui fuit Manichæus ¹: sed ante baptismū: & ideo non competit exemplum, &c.

¹ Arg. contra. 32. q. 6. vide. vbi de hoc.

L Pon-

Onderet.] CASVS. In hoc cap. ostendit Calixtus Papa, quòd clerici post lapsum peracta pænitentia possunt in pristinum statum restitui. Et hoc probat auctoritatibus & exemplis 11. Prima est in principio capituli. Secunda probatio incipit ibi, *Sed si aliquis lapsus.* & ad hoc inducit auctoritatem Apostoli: Si præoccupatus, &c. Tertia ibi, *Porro sanctus Dauid.* Quarta ibi, *Beatus quoque.* Quinta ibi, *Peccator.* Sexta ibi, *Errant itaque.* Septima ibi, *Numquid qui dormit.* Octaua ibi, *Redde mihi.* Nona ibi, *Vade, & amplius noli peccare.* Decima ibi, *Nõ ergo.* Vndecima ibi, *Sententiam.*

a ¶ *Ponderet.*] Grauis erit quilibet in verbis, vt 4.q.3.§. item in criminalibus. ver. in testibus. & qui cito fatur, ad pænitentiam properat, vt dicit Seneca: & potest quis in proprio facto petere indicias ad respondendum, vt ff. de interrogat. act. qui interrogatur, an heres: sic nã testis repentinus, &c. 5.q.5.§. sed aliud.

b ¶ *Quod tibi.*] in Tobia.

c ¶ *Tempore.*] Nam ratio temporis mutat cõstitutionem, vt 34. dist. fraternitatis.

d ¶ *Apostolus.*] ad Galatas.

e ¶ *Dauid.*] Hoc exemplum nõ competit, nã nihilominus fuit dictũ ei: Nõ ædificabis mihi domum: quia vir sanguinũ es. j. de consecr. dist. 1. c. 1. & 1.q.7. si quis omnem.

Dauid prohibitus est ædificare.

f ¶ *Ministrare.*] dispẽsatiue, si crimen est manifestum: vel ipso iure, si crimen est occultũ. extra de tẽp. ord. c. vlt.

g ¶ *Qui dormit.*] in peccato.

h ¶ *Non adijciet.*] id est, non conabitur bene operando.

i ¶ *Vt resurgat.*] per pænitentiam.

K ¶ *Docuit.*] id est, docturum se promisit: & sic eo ipso q quis promittit se velle docere, Deo obligatur. sic 21. dist. in nouo. vbi similiter arguit Anacletus ex illa auctoritate: Dabo tibi claues, id est, do in corpore mortali. & sic futurũ ponitur p præsenti, vt de consec. dist. 2. in Christo. ff. de verb. sig. verbũ erit. B. simile 23.q.5.§. hic notandũ. ibi, da, &c.

Docere se velle promittẽs, Deo obligatur.

l ¶ *Misericordiam.*] Si enim in aliquo redarguendi sumus, melius est misericordiæ reddere rationem, quàm crudelitatis. 31.q.9. veniam. & j. 26.q.7. alligant. & 11.q.3. nemo j. 86. dist. non satis. j. 1.q.7. exigunt. 3. dist. 9. sana quippe.

Cyrilli ad Ioannem Antiochenum: *quæ inscriptio sublata est, quoniam quæ in hoc capite tractantur, ex varijs historijs sunt collecta, & aliqua longe post Cyrillum & Hierosolymitanum, & Alexandrinum contigerunt. Neque apud Burchardum, & Iuonem vlla talis inscriptio est, sed tantum in Pannormia.*

β ¶ Misenum.] *Antea legebatur,* Nicænum. *Emendatum est ex Burchardo, Iuone, & c. Gregorius* j. 35.q.9. *Atque in Pontificali Romano manuscripto in vita Nicolai primi hæc leguntur:* Sicut beatus Papa Felix Vitalem, & Misenum episcopos, qui in Petro Alexandrino hæretica fæce coinquinato coacti consenserant, sacerdotali gradu, ecclesiastica imo communione priuauit.

Præterea Calixtus Papa I. de huiusmodi scribit ita, epistola 2. ad episcopos Galliarum.

¶ Clerici post lapsum in suis ordinibus reparari possunt. C. XIIII.

PONderet [a] vnusquisque sermones suos, & quod sibi loqui nõ vult, alteri non loquatur. Vnde bene sacra ait scriptura [Quod tibi [b] non vis fieri, alteri ne facias.] Nos enim tempore [c] indigemus, vt aliquid maturius agamus. Nec præcipitemus consilia, & opera nostra, neque ordinem corrũpamus. ¶ Sed si aliquis lapsus quocumq; modo fuerit, portemus † eum, & fraterno corripiamus affectu: sicuti ait B. Apostolus: [[d] Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos, qui spiritales estis, instruite huiusmodi in spiritu lenitatis; considerans teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate; & sic adimplebitis legem Christi.] ¶ Porro sanctus Dauid [e] de criminibus mortiferis egit pænitentiam, & tamen in honore permansit. ¶ Beatus quoque Petrus amarissimas lacrymas fudit, quando Dominum negasse pænituit: sed tamen Apostolus permansit. Et Dominus per Prophetam peccantibus pollicetur, dicens [Peccator in quacumque die conuersus ingemuerit, omnium iniquitatum illius non recordabor amplius.] Errant enim qui putant Domini sacerdotes post lapsum, si condignam egerint pænitentiam, Domino ministrare [f] non posse, & suis honoribus frui, si bonam deinceps vitam duxerint, & suum sacerdotium condigne custodierint. Et ipsi, qui hoc putant, non solum errant, sed etiam contra † traditas ecclesiæ claues disputare, & agere videntur: de quibus dictum est [Quæcumque solueritis in terra, erunt soluta & in cælo.] Alioquin hæc sententia aut Domini non est, aut vera est. ¶ Nos vero indubitanter tã Domini sacerdotes, quàm reliquos fideles post dignam satisfactionem posse redire ad honores credimus; testante Domino per Prophetã [Numquid [γ] qui dormit [g], non adiiciet [h] vt resurgat [i]?] Et Propheta Dauid pænitentiam agens dixit: [Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.] Ipse namque post pænitentiam, & alios docuit [k], & sacrificium Deo obtulit, dans exemplum doctoribus sanctæ ecclesiæ, si lapsi fuerint, & condignam pænitentiam Deo gesserint, vtrumque facere posse. Docuit enim quando dixit [Docebo iniquos vias tuas, & impij ad te cõuertentur.] Et sacrificium Deo pro se obtulit, dum dicebat [Sacrificium Deo spiritus contribulatus.] Videns enim Propheta scelera sua mundata per pænitentiam, non dubitauit prædicando, & Domino libando curare aliena. *& infra.* ¶ Mundatur ergo homo à peccato, & resurgit gratia Dei lapsus, & in pristino manet officio iuxta prædictas auctoritates. Videat, ne amplius peccet, vt sententia Euangelij maneat in eo [Vade, & amplius noli peccare.] Vnde ait Apostolus [Non ergo regnet peccatum in vestro mortali corpore, vt obediatis concupiscentijs eius.] *& infra.* ¶ Sententiam, fratres, quæ misericordiam [l] vetat, non solum tenere, sed & audire refugite; quia potior est misericordia omnibus holocaustomatibus, & sacrificijs.

Tob. 4.

Burc. l. 19. c. 42. Iuo. p. 6. 48.

† *non perdamus eum, sed fra.* Ioc. *Gal. 6.*

Ezech. 18.

Poly l. 4. tit. 38. Pann. l. 3. c. 148.

† *al. traditas ecclesiæ claues destruere videntur*] j. ex Augu. c. vt constitueretur. *Matt. 18.*

Greg. l. 2. ep. 53. *Ps. 40.* *Ps. 50.*

Ioan. 8. *Rom. 6.*

Erundendũ si est potius circa misericordiam, quàm circa crudelitatem.

γ ¶ Numquid.] *In epistola Calixti & apud collectores indicatos legitur:* numquid, qui cadit, non adijciet, vt resurgat? & qui auersus est, non reuertetur? *& alibi:* nolo, inquit Dominus, mortem peccatoris, sed vt conuertatur, & viuat. *Quæ duæ sententiæ habentur Hiere. 8 & Ezech. 33. Sed ob glossam nihil est mutatum.*

Item Hieronymus ad c. 3. Malachiæ.

¶ In pristinum gradum post pænitentiam reuocari possunt sacerdotes. C. XV.

Et purgabit filios.] C A S V S. Probat Hiero. post peractam pænitentiam sacerdotes posse Deo placere, & sacrificare sibi sicut ante peccatũ faciebant. Et hoc probat auctoritate Malachiæ dicentis, sacerdotes vete. testamen. purgandos esse & colandos, vt puri remaneant, sicut aurum & argetum, vt Deo digne offerant. Ita & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurũ, & argẽtũ, & erũt offerentes Domino iusta sacrificia, & placebit Domino sacrificiũ Iuda & Hierusalẽ sicut dies sæculi, & anni antiqui.

b Tempus enim, &c.] verba Petri in epistola canonica. prima Petri. 4. c.

Mal 3.
1. Pet. 4.
Ezechiel 9.

ET purgabit[a] filios Leui: tempus[b] est enim vt iudicium incipiat à domo[c] Dei.] & alibi[d] scribitur. [A sanctis meis incipite]. In filijs autem Leui omnem[e] sacerdotalem intellige dignitatem. Si autem sacerdotes purgandi sunt, & colandi, vt purum aurum remaneat, & argentum; quid de ceteris est dicendum? Qui cum emundati fuerint, & colati; tunc offerent Domino iusta sacrificia, & placebit sacrificium eorum, quod offerunt pro Iuda, & Hierusalem, hoc est pro ijs, qui Dominum confitentur, & pacem eius mente conspiciunt [sicut dies sæculi, & sicut anni antiqui[f]:] vt quomodo in principio[g] placuerunt Deo, sic post peccatum[h], & pænitentiam placere incipiant, cũ omni fuerint peccatorum sorde purgati.

Item Gregorius Secundino, lib. 7. epist. 53.

Lapsi reparari possunt. C. X V I.

Rab. in pæn. c. j.
Burc. l. 19. c. 43.
Iuo p. 6. c. 85.
Pann. l. 3. c. 147.

QVia sanctitas tua hoc à nobis requisiuit, vt sibi de sacerdotali officio post lapsum resurgendi auctoritates scriberemus, dum se dicit de hoc canones diuersos legisse, & diuersas sententias inuenisse, aliàs resurgendi, alias nequaquã posse: Ideo[α] nos generales synodos à Nicæna incipientes, hãc cũ reliquis quattuor[i] veneramur; quia ipsam sequentes ceteræ in cũctis canonicis sententijs vnanimiter concordant. Nos vero præcedentes patres sequi debemus, qui auctore Deo à sacra doctrina illorum non discordamus. A capite[k] itaque incipientes vsque ad quartum[l] altaris ministrum, hanc formam seruandam cognoscimus, vt sicut minorem maior præcedit in honore; ita &[m] in crimine; & quem maior sequitur culpa; maiore plectatur vindicta; & sic postea pænitentia credatur esse fructuosa. Quid enim prodest triticum[n] seminare, & fructum[o] illius non colligere? aut domum construere, & non illic habitare? Post dignam igitur satisfactionem credimus posse rediri ad honorem *& infra.* Ad fontem misericordiæ recurrentes Euangelij proferamus sententiam. [Gaudeo[p], inquit, super vno peccatore pænitentiam agente, magis quam super nonagintanouem iustis, qui non indigent pænitentia]. Et ouem perditam, nonagintanouem[q] non errantibus relictis in deserto[r], humero pij pastoris ad ouile reportatam Dominus ipse testatur. Si ouis perdita errans post inuẽtionem ad ouile humero reportatur; cur post pænitentiam ad ecclesiæ ministerium lapsus non reuocetur? Sicut[β] in Apocalypsi dicitur de ministro ecclesiæ [Memento vnde excideris, & age pænitentiam, & prima[s] opera fac]. Quid enim est grauius, aut carnale delictum admittere, sine quo pauci[t] inueniuntur, aut Dei filium iureiurando negare? In quo tamen hunc ipsum beatum Petrum apostolorum principem, ad cuius sacrum corpus indigni sedemus, lapsum esse cognoscimus. Sed post negationem pænitentia secura est, & post pænitentiam misericordia data est; quia postea ab Apostolatu eum non expulit; qui ante quidem ipsum se negare prædixit.

al. & crimine

al. vindicta, quæ post pœnitentiam

Luc. 15.

in deserto] abest ab orig.

Apoc. 2.

α Ideo nos.] *In duabus editionibus epistolarum B. Gregorij legitur*, Ideo generalissima, quæ à Niceno concilio incipiunt cum reliquis quattuor inuenimus concordantia. Nam & nos præcedentes, &c. *In vno manuscripto codice est*, generalissime & reliqua eodem modo *Apud Burchardum, Iuonem, Panormitam.* Nam nos generaliter; *ceteroque parum a Gratiano discrepdant.*

β Sicut.] *Hinc vsque ad vers.* Quid enim. *in aliquot codicibus epistolarum excusis, & duabus manuscriptis, Burchardo, Iuone, & Rabano non habentur.*

Idem super Ezechielem, hom. 9. ad c. 2.

c A domo.] id est, sacerdotib⁹. Oĩa enim mala a sacerdotibus pcesserunt, 24. q. 3. transferunt.

Vide glosã in capite isto allegato.

d Et alibi.] in Ezechiele cap. 9.

e Omnem.] arg. quod de vno dicitur, de omnibus intelligitur, vt 61. dist. miramur. & 24. q. 3. quodcumque.

f Antiqui.] id est, patres sancti.

g In principio.] id est, ante peccatum argu. J. proxi. cap.

h Sic post peccatum.] immo plus. J. ca. cap. fidelior.

QVia sanctitas tua.] C A S V S. Secundinus inueniebat cõtrarias auctoritates de reparatiõe lapsorũ, quare supplicauit Gregor. vt solueret ei has cõtrarietates & scriberet sibi de clericis lapsis, verũ possint post pœniam reparari. Grego. vero ei satisfaciens ostẽdit lapsos pacta pnĩa, posse in statũ pristinũ reuocari, sequẽs concilia & antiquos patres. & hoc probat exemplis & rationibus sex. Prima ratio ẽ ibi, *Quid enim.* Secundum exemplum vel ratio est ibi, *Aut domum.* Tertia ibi, *Gaudeo.* Quarta ibi, *Et ouem.* Quinta ibi, *Sicut in Apocalypsi.* Sexta ibi, *Quid enim grauius.*

i Quattuor.] scilicet Constantinopolitana, Ephesina, Calcedonensis, & Ancyrana, de qua habes J. ca. cũo.

De istis habe m. 15 dist. c. 1.

k A capite.] id est, episcopo.

l Vsq. ad quartum.] id est, subdiaconatum.

m Ita & in crimine.] J. 24 quæst. 1. non afferamus.

n Triticum.] id est, pœnitentiam.

o Et fructum.] id est, restitutionem.

p Gaudeo.] ideo dicit, gaudeo: quia post pœnitentiam fortior resurgit homo, vt infra ea. fidelior.

q Nonagintanouem.] Per hunc numerũ designantur nouem ordines Angelorum, de quibus habes J. de pæ. dist. 2. principium.

r In deserto.] id est, in cælo: quod diabolus per casum deseruit.

s Et prima.] arg. quod restituti possunt accusare & testificari. arg. equi. ferrum. & cap. domino sancto.

t Pauci.] difficile enim est cõtinere, vt 28. dist. de his. & 33 q. 5. quĩ sint. nec tamen ideo minus delictum est, vt 2. q. 1. multi. in fi. & 32. q. 7. flagitia. & licet istud sit naturale, non tamen excusat, vt ff. ad leg. Aquil. si seruus. §. si fornicarius.

& alii, vt dicit Gre. cum emendati fuerint poterunt offerre, & placebit Deo sacrificium eorũ, sicut dies sæculi, & anni antiqui Domino placuerũt, id est, sicut ante peccatum Domino placuerunt, ita & post peccatum emendati placent, & placere debent.

a Et purgabit.] Verba Malachiæ sunt; Ecce venit Dominus exercituum, & quis potest cogitare diem aduentus eius, & quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis cõflans, & quasi herba fullonũ, & sedebit cõflans, & emundans quasi aurũ, & argentũ,

QVid est. CASVS. Probat Gre. in hoc c. q prælati post lapsum peracta pœnitentia, ex officio suo prædicare possunt: & hoc probat exemplo Ezechielis prophetæ, q cũ staret & videret similitudinẽ quattuor animaliũ, & quattuor rotarũ, cecidit i faciẽ suam, & Dñs dixit ei: Fili hominis, sta supra pedes tuos, & loquar tecũ. Iacẽti ergo in peccato prophetæ dicitur, vt resurgat per pœnitentiam, & post pœnitẽtiã ad prædicandũ mittit. Prælati similiter in peccato iacentes prædicabont, sicut fecit propheta. Nam cum stant in peccatis superbiæ plati, dignum est, vt ad bona opera cõsurgãt per pniam. Et no. q in prædicta auctoritate stare dupliciter sumit. Nã prio accipit i mala significatione, postea in bona.

a ¶ *Propheta.*] Ezechielis, Ezechie. 2.

b ¶ *Stans.*] Hic stans accipitur in mala significatione, & prius i bona, & ita est hic arg. q aduocat⁹ varijs modis pôt iura exponere, sicut hæc auctoritas, Verbum caro factũ est. vel illud: Veritas de terra orta est. quãdoq; exponitur, id est, Christus de virgine natus est, vt 35. q. 10. c. 1. quandoq; exponitur. i. confessio de pœnitente. de pæ. dist. 1. quicumque. arg. contra 23. q. 7 quod autẽ. Sed hæc diuerso respectu.

ADDITIO. Ad idẽ extra de ap. solicitudinẽ. in fi. vbi de hoc.

c ¶ *Timore.*] seruili s. cũ quo charitas dedignatur habitare. inducit tñ iste timor filialẽ, sicut seta filum, vt j. de pæ. dist. 2. si quis tantã.

FErrum.] CASVS. Legitur in Iob, Habet argentum venarum suarum principia, & locus est auro, in quo cõflatur. Ferrum de terra tollitur, & lapis calore solutus in æs conuertitur. Per hanc auctoritatem vult Greg. probare, q postquã platus separatus est per pœnitẽtiã à peccatis, debet lucidus reputari, nec debet conspici in eo id quod fuit, sed quod modo est, ad instar ferri, quod donec est sub terra, obscurum est: sed postquã separatur à terra, fit lucidum, & vtile ad secãdũ. Sic prælatus ad prædicandum, & ad verba diuina declarandum.

d ¶ *Ferrum.*] in Iob cõtinetur ita: habet argentũ venarũ suarum principia, & auro locus est in quo conflatur. ferrum de terra tollitur, & lapis calore solutus in æs conuertitur.

e ¶ *Incipit.*] arg. q post pœnitentiã reuertitur qs ad priores: act⁹. si. 32. q. 1. cũ renuntiatur. & q. 5. præceptum. in fi. & 6. q. 1. illi qui. & ĩ. eo. c. qa sanctitas: ita. in fi. ff. de ædil. edic. qđ ita. ar. § 61. dist. in sacerdotibus Resp. q nũquã p pniam reuertitur res ad priorẽ statum, vt 33. q. 2. admonere. & 81. dist. Romanus. & c. si quis clericus. sed per dispensationẽ, vt 2. q. 3. §. notandũ. in fi. Ioan. nisi in occultis criminibus, vt extra de temp. ordinan. c. vlt. B.

f ¶ *Quod non fuit.*] id est, qualis non fuit, & sic non est hic aliqua fictio iuris. Vel dic, q ius fingit eum esse nouum hominem sicut baptizatum. 26. dist. c. 3. de pæn. dist. 2. §. Romanos. & c. quomodo. versi expoliantes. alteratus tamen est. 2. q. 7. §. quia ergo sic fingit non esse homicidam qui est homicida. 23. q. 5. si homicidiũ. similiter fingit aliquẽ nõ transisse qui transiuit, vt 7. q. 1. mutationes. & non esse episcopũ qui est episcopus, vt 2. q. 7. non omnes. & c. qui nec. & esse virginẽ, quæ nõ est virgo. vt 32. q. 5. proposito. & nõ esse matrimoniũ quod est, vt 30. q. 5. aliter. Sed nũquid per tales fictiones præiudicabitur iuris veritati: ita vt nõ admittatur probatio in cõtrium? videtur q sic: vt extra de regularibus, vidua. Videtur cõtra, vt extra de renun. sup eo. & ff. qđ met. cau. nõ est verisimile. & vna præsumptio p aliã præsumptionẽ tollitur. ff. de in inte. rest. l. diuus. Ego dico breuiter, q cõtra oẽm præsumptionẽ admittitur probatio, nisi vbi ius de iure aliter no tñ præsumit, sed & certũ qđ statuit, nec multũ appretior illã distinctionẽ quorũdã, q est quædã præsumptio iuris, quædam hominis, quædã naturæ, de quibus habes extra de spõsa. is qui. qa lex dicit, q per fictionẽ iuris veritas nõ confunditur, nec deletur, vt C. de iure dotium. in rebus. in princ.

¶ Post acerrimam pœnitentiam lapsi reparantur. C. XVII.

QVid est hoc, quod prophetæ [a] iacenti dicitur [Sta supra pedes tuos, & loquar tecum.] Qui enim iacenti loquebatur, cur nõ se, nisi stanti promittit esse locuturum? Sed sciendum, quia alia sunt, quæ iacentes, alia, quæ stantes audire debeamus. Iacẽti enim dicitur, vt surgat; stanti autem præcipitur, vt ad prædicationem proficisci debeat. Adhuc enim nobis in infirmitatis confusione iacentibus præberi non debet auctoritas prædicationis. Sed cũ iam in bono opere surgimus, cum iam recti stare cœperimus, dignum est, ut ad lucrandos alios in prædicationem mitti debeamus. Stans [b] ergo propheta visionem spiritalem vidit, & cecidit: cadens vero iam monitionis verbum suscepit, ut surgeret: surgens autem præceptum audiuit, vt prædicaret. Nam qui adhuc ex superbiæ vertice stamus, cum iam de æternitatis timore [c] aliquid sentire cœperimus, dignum est, vt ad pœnitentiam cadamus. Et eum infirmitatem nostram subtiliter cognoscẽtes, humiliter iacemus, per diuini verbi consolationem surgere ad fortiora opera iubemur.

Idem lib. 18. moralium, c. 16. ad c. 28. Iob.

¶ De eodem. C. XVIII.

FErrum [d] de terra tollitur, cum fortis propugnator ecclesiæ à terrena, quam prius tenuit, actione separatur. Non ergo in eo debet despici [e], quod fuit; quia iam incipit esse, quod non fuit [f] †.

Item Hieronymus ad c. 3. Michea.

¶ Post condignam pœnitentiam pristina recipiuntur officia. C. XIX.

CVm exaudiero [g] eos, dabo eis virtutem spiritus mei, & implebo eos iudicio meo, & fortitudine.] Animaduerte in præsenti loco posse docere aliquem post peccatum; si tamen vitia pristina, pœnitentia digna diluerit. Vnde Dauid post adulteriũ, & homicidium loquitur in psalmo [Asperges me hyssopo, & mundabor; lauabis me, & super niuem dealbabor]. Nec sua tantum puritate contentus est; sed infert [Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me]: cumque hoc feceris [docebo, ait, iniquos vias tuas, & impij ad te conuertentur].

Idem Hieronymus lib. 2. contra Iouinianum.

¶ De eodem. C. XX.

IEsus filius Iosedech sacerdos magnus, quamquam in typo [h] præcesserit Saluatoris, qui nostra peccata portauit, & alienigenam sibi ex gentibus copulauit ecclesiam; tamen secundũ litterã post sacerdo-

CVm exaudiero.] CASVS. Probat Aug. in hoc c. q platus si diluat peccata sua p pœnitẽtiam, docere pôt sicut prius. Et hoc pbat auctoritate Esaiæ, quæ est in principio c. & exemplo Dauid.

g ¶ *Cum exaudiero*] Esaias propheta. 37. cap.

IEsus.] CASVS. Iudæi venientes de Aegypto p desertũ cũ viderent vxores suas valde squalidas ex labore itineris, abiecerũt eas, & superinduxerũt alienigenas, qđ fecit Iesus filius Iosedech sacerdos magnus: a qbus alienigenis compellebant idolatrare, quas postea ad monitionem Esdræ dimiserunt. De illo Iesu Zacharias propheta vidit visionem quamdam, quam recitat sic: Ostendit mihi Dominus sacerdotem magnũ Iesum corã angelo Dei, & satã, id est, vxor idolatra, stabat à dextris eius, & Iesus erat indutus sordidis vestibus. Dixitque angelus ad eos qui corã se stabant: Auferte ei sordida vestimenta, & date ei candida vestimenta, & posuerunt super caput eius cidarim, induerũtque eũ candidis vestibus.

h ¶ *In typo.*] quia duxit alienigenam: sicut Christus ecclesiam.

a ¶ Sar-

Tota vario modo possunt expo ni.

Timor est duplex.

Ps. 50.

j. de pœnit. dist. 2. c. si enim. 3. Iesus.

Zach. 3.

Probatio verum contra præsumptionem admittitur.

Ad hoc ff. eo. quia nisi vet. ...

Ior mu'ta ...

e Contra ... in fi. ... summa ... de aqua ... Ic. pronuncia. ... de verbo. sig.

tium sordidatus [a] inducitur, & stat diabolus [b] à dextris eius: & candida [c] illi deinceps vestimenta redduntur.

Et capitular. l. 7. c. 311.

Item ex concilio Agathensi, c. 2.

¶ Per pænitentiam clerici correcti gradum suum, & dignitatem recipiant. C. XXI.

Iuo p. 6. c. 366.

CONtumaces clerici, prout dignitatis ordo [d] permiserit, ab episcopis corrigantur, & si qui prioris [e] gradus elati superbia, communionem [f] fortasse contempserint, aut ecclesiam frequentare, vel officium suum implere neglexerint [g], peregrina [h] eis communio tribuatur; ita, vt cum eos pænitentia correxerit, rescripti in matricula [i] gradum suum, dignitatemque [k] recipiant.

Apud Martinũ Bracarensem.

Item ex concilio Martini Papæ, c. 17.

¶ De eodem. C. XXII.

Burc. l. 3. c. 179. ex Bracarensi. Iuo. par. 3. cap. 173. ex Martino & 240. ex Bracarensi.

SI quis presbyter, aut diaconus [a] inuentus fuerit aliquid de ministerijs ecclesiæ venundasse; quia sacrilegium committit, placuit eum in ordinatione ecclesiastica non haberi. In iudicio tamen episcopi [l] dimittendũ est, siue dignus sit, siue indignus in suo recipi vt debeat gradu: quia multoties hoc ipsum, quod de sacrosancto altario cõtaminatum est, in episcopi potestate dimissum est.

a [a] Diaconus.] *Sequebatur:* aut subdiaconus. *quæ duæ dictiones expunctæ sunt, quia neque apud Martinum, aut Burchardum, aut Iuonem, neque in antiquis Gratiani codicibus habentur.*

[*Item Augustinus ad Bonifacium.*]

PALEA. C. XXIII.

a [a] Palea] *In aliquot vetustis exemplaribus Gratiani hæ duæ paleæ non habentur: sed post*: Si quis presbyter. *sequitur continenter.* Quomodo igitur: *sunt tamen in multis. atque in ijs quidem, à quibus plerumque paleæ absunt:* ¶ *Ac videntur summa quadam partium præcedenti capitum,* ponderet. & quia sanctitas. *partim sequentis,* vt constitueretur. *quod refertur ex Augustino ad Bonifacium. Atque inde potuit in has paleas hæc eadem irrepere citatio.*

BEne valet sacerdos restitui ad honorem suum post peractam pænitentiam: licet in hoc diuersi diuersa sentiant, dicentes non posse restitui ad honorem. Sed sic dictum est propter simulatas pænitentias quorumdam, & propter affectatas honorum dignitates.

PALEA. C. XXIIII.

SAcerdos quidem si cadit, valet, & habet restitutionis locum post dignam peractam pænitentiam, in honorem suum propheta attestãte, qui ait [Numquid qui cadit, non adijciet, vt resurgat?] Et Beatus Gregorius hoc dicit ad Secundinum inclusum, amicum suum. Etiam ab ipso propheta in hoc argumentum habemus: qui cum post peractum adulterium, & homicidium perpetrauit; tamen postea peracta digna pænitentia per Dei gratiam ad pristinum officium restituitur.

Hier. 8. Greg. l. 7. ep. 53.

§ *Quomodo igitur huiusmodi auctoritatum dissonantia ad concordiam reuocari valeat, breuiter inspiciamus. Sunt quidam, quos non odium criminis, sed timor vilitatis, & amissio proprij gradus, & ambitio celsioris ad pænitentiam cogit. Hos sacri canones irrecuperabiliter* [al. irreparabiliter] *deijciunt: quia qui simulatione pænitentiæ, vel affectione honoris à Deo non consequitur veniam, nec ab ecclesia reparationem meretur. Vnde Augustinus scribit ad Bonifacium epist. 50.*

a [a] Sordidatus.] quia dimisit vxorem.
b [b] Diabolus.] id est, vxor quæ idola coluit.
c [c] Candida.] quando ad consilium Esdræ reliquit illam. 28. q. 1. § 1. & 2.

C [a] Contumaces.] CASVS. Quidam clerici colonem fratrum & intrare ecclesiam contemnebant, officia sua penitus negligentes: quæsitum fuit in concil. Aga. quam pœnam pati deberent: & respondetur, quod puniri debent prout ordo permiserit, id est, maiores suspendantur officio & beneficio: & eis peregrina cõmunio tantum tribuatur: minores vero acrius puniantur: qui tñ si postea resipuerint & pænitentiam egerint, in matrice ecclesia retinebuntur, & in statum pristinum reuertentur.

Clerici maiores aliter puniantur, quam minores.

d [d] Prout dignitatis ordo.] Alio enim modo sunt puniendi clerici minorum ordinum, & alio maiorum, vt 35. dist. ante omnia. & 12. q. 1. si clericorum. & 12. q. 2. fraternitas.
e [e] Prioris.] id est, altioris.
f [f] Communionem.] id est, nolunt esse inter alios.
g [g] Neglexerint.] Auferetur eis officium & beneficium. Ioan. per suspensionem, secundum Hug.
h [h] Peregrina.] quæ alias dicitur laica. extra de elec. c. 2.
i [i] In matricula.] sic 2. q. 1. nomen.
k [k] Dignitatemque.] si enim à vigilijs deest, auferendũ est ei stipẽdium, vt 91. dist. clericus victum. sed si prælatus per tres hebdomadas deest, per triennium suspenditur: vel etiam si diebus solennibus deest, vt 7. q. 1. si quis in clero. si per duos menses, priuatur ecclesia, vt 7. q. 1. præsentium. nisi velis dicere hodie correctum, vt extra de cler. non residen. ex tuæ [h]. Sed an possit repetere fructus postea cum reuertitur? nõ vr, vt C. de re milita. l. 12. lib. 12. alioquin spe restitutionis facilius delinqueret, vt s. ea. dist. cap. 1. Item quia pœnæ non solent repeti. ff. de condicti. indebi. pœnæ. & pœnam quã quis ex suo delicto pręstitit, non repetit. 3. ff. de procura. qui proprio. § pœnam. Item hic & in sequen. c. vr quod eps possit dispensare cum deposito. Nam & senatus restituit. ff. de postu. l. 1. § de qua autem. & senatus æquiparatur principi. ff. de aqua plu. arcẽ. quod principis. & ecclesia habet suum senatum, vt 16. q. 1. ecclesia. argu. ad hoc 11. q. 3. episcopus. & C. de epis. co. & cler. placet. Argu. ꝯ extra de cleri. non residen. ex tuæ in fi. & dicit de hoc 2. q. 6. ideo. Ioan. Solu. cum deposito solenniter solus Papa dispensat, vt de pœni. dist. 6. c. 1. in fi. B.

Prælatorum ecclesias negligentium punitio.

[h] De hoc plene not. extra vt lite non contestata. quoniam. l. si vero. & 7. q. 1. ambitionis. Abb. dicta. Alciat.

[i] Dic quòd si iustam causam absentiæ habet, omnia recuperat. C. de re milit. l. ex causa. nam & sententia rescinditur probata iusta causa absentiæ. extra de re iudic. cum Bernardus.

Papa solus cum solenniter deposito dispensat.

SI quis.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Martini Papæ quam pœnam deberet pati presbyter vel diaconus qui in casu illicito calicem vel librum ecclesiæ alienat: & respõdet quod nõ debet haberi in ordine clericorum: vel debet ab administratione causæ remoueri. in iudicio enim episcopi dimittitur, si cum eo voluerit dispensare.

l [l] Iudicio tamen episcopi.] Hic ergo permittitur episcopo dispensare in sacrilegio, sic & in hæresi, vt j. ea. presbyteros qui. & in occultis etiam magnis. infra, de his vero. & hoc verum est nisi sit enorme sacrilegiũ, vt 12. q. 2. de viro.

Episcopus in hæresi dispensat.

QVOMODO. Hæc est tertia pars huius distinctionis, in qua concordat iura: & dicit quòd qui vere pænitent, possunt reparari: & qui ficte pænitent, non sunt reparandi: & hoc probat ex aucto. Ioan. de Fan.

CASVS. Probauit supra Gratianus, quod lapsi reparari non possunt: postea probauit ꝯtrium. Nunc vero ponit solutionem, dicens quod illi qui agunt ficte pænitentiam non odio criminis, sed timore vilitatis, vel affectione honoris, non debent restitui: sed qui vere pænitentiam agunt, restitui possunt. Et hanc solutionem probat per sequentia cap. vsque ad §. quicumque.

V *T constitueretur.*] C A S V S. Quæsiuit Bonifa. ab Augusti. quare in ecclesia sit statutum vt clerici post pænitentiã de criminibus nõ promoueant, vel deijciantur, vel non reuocentur: & respondet Aug. q̃ hoc non est constitutum propter desperationẽ indulgentiæ, id est, q̃ ecclesia dispensare non possit: sed propter frã ctæ pænitentes est constitutũ, vt deposita spe temporalis altitudinis, non superbe, sed humiliter agerent pænitentiã. Et licet possint reparari post lapsum, vt Dauid & Petrus: nõ tñ canones q̃ phibent reparationem, inutiliter sunt constituti: quoniã facti sunt pp fictè pænitẽtes, vt sm varia genera morborum varias medicinas inuenirent: rigor quorũ canonum non est seruandus vbi multitudo est in causa.

a *Non desperatione.*] id est, ob hoc q̃ ecclesia desperet se posse restituere tales.

b *Sed rigore.*] Hic manifeste colligitur, q̃ canones qui dicũt lapsos non esse reparãdos vel restituendos, de rigore loquuntur.

c *Etiam de ceteris.*] id est, omnibus. nomine enim ceterorũ omnes intelliguntur. ff. de verb. sig. ceterorum.

d *Sed non ideo.*] q. d. licet possint restitui aliqui secundũ rigorem.

e *Nihil detrahebatur.*] id est, vbi non timetur periculum.

f *Aliquid.*] id est rigorem, vt non restituerentur, vt sic fierent magis humiles.

g *Addiderũt.*] scilicet, vt non possint restitui.

h *Per.*] id est, ppter.

i *Potentias.*] id est, dignitates.

k *Experimenta.*] sic 29. dist. scienduũ. vel aliter vt qñdoq; fiat restitutio quãdoque non.

l *Strages.*] s. 44. dist. commessationes.

m *Detrahendum est.*] Hic habes q̃ dispensatio quandoque est debita, scilicet vbi strages multorum iacet: & alibi, vt 45. dist. licet. & 1. q. 7. dispensationes. & 11. q. 3. plerumq;. 23. q. 4. noli. in fine. & j. eo. considerandũ. cũ enim dispensatio sit quasi quædam misericordia: & est certum q̃ quilibet tenetur esse misericors, vt 86. dist. non satis. & licet debita sit: tamen peti non potest: sicut episcopatus debetur bono: & tñ non potest eum petere, vt 8. q. 1. qui episcopatum. quandoque autem prohibetur dispensatio, vt 5. q. 1. erga. & i. eo. miror. qñdoque etiam permittitur dispensatio, vt j. eo. dño. & i. eo. si quis presbyter. Et nota q̃ aliud est rigor, aliud est ius, aliud est dispẽsatio. Rigor est quidam excessus iuris, & quædam austeritas facta ad terrorem, sm quod dicit canon, q̃ pænitentia imponitur ꝯhenti secundas nuptias, vt 31. q. 1. c. hac ratione. & cap. præcedenti. & q̃ communio non est danda etiam in fine vitæ his q̃ defecerunt in accusatione clericorum, hoc est ẽporum, vt 2. q. 3. si quis ẽporum. & rigor non est seruandus, nisi vbi timetur exemplum mali, vt 45. dist. sed aliud. quandoque tñ rigor est idem quod subtilitas iuris, vt extra de resti. spo. in litteris. & extra de no. ope. nun. intelleximus. Dispensatio est idem quod iuris relaxatio: & ea non est vtendum, nisi sit necessitas vel vtilitas, vt 1. q. 7. tali. Ius autem media strata incedit inter rigorem & dispensationem. ff. de iurisdi. omnium iu di. qui iurisdictioni. & 24. q. 2. legatur.

Dispensatio quandoq; est debita.

Rigor, dispensatio, & ius, differunt.

Et dic q̃ iuris rigor ex causa multiplici mitigatur, vt not. extra de senten. excom. pœnis. Archid.

A R C H I D. Dicit Hugo idem, scilicet q̃ rigor nõ est ius, sed est iuris excessus in austeritate. Ius autẽ est æquitas, id est, æqualitas ius suum vnicuiq; tribuens, bonis præmia, malis supplicia: hoc debet iudex semper obseruare: arg. C. de iudi. placuit. Archid.

n *Maioribus.*] sic dist. 4. denique.

Cleri

¶ Quare constitutum est in ecclesia, ne post pænitentiam quis ad clericatum redeat. C. XXV.

In capitular. addictis. c. 132. Poly. l. 6. tit. 20. Ans. l. 8. c. 3. Ivo in prologo & p. 6. c. 386. Pann. in prologo c. 8.

V T constitueretur in ecclesia, ne quisquam post alicuius criminis pænitentiam clericatum accipiat, vel ad clericatum redeat, vel in clericatu maneat; non desperatione a indulgentiæ, sed rigore b factũ est disciplinæ. Alioqui contra claues datas ecclesiæ disputabitur, de quibus dictum est [quæ solueritis in terra, soluta erũt & in cælo.] Sed ne forte etiã de ceteris c criminibus, spe honoris ecclesiastici animus intumescens superbe ageret pænitentiam; seuerissime placuit, vt post actam de crimine damnabili pænitentiam, nemo sit clericus: vt desperatione temporalis altitudinis, medicina maior, & verior esset humilitatis. Nam & sanctus Dauid de criminibus mortiferis pænitentiam egit, & tamen in honore suo perstitit. Et Beatum Petrum, quãdo amarissimas lacrymas fudit, vtique Dominum negasse pænituit, & tamen Apostolus mansit. Sed non ideo d superuacua putanda est posteriorũ diligentia, qui vbi saluti nihil detrahebatur e, humilitati aliquid f addiderunt g, quo salus totius muniretur; experti, credo, aliquorum fictas pænitentias per h affectatas honorũ potentias i. Cogunt enim multas inuenire medicinas, multorum experimenta k morborum. Verum in huiusmodi causis, vbi per graues dissensionum scissuras non huius, aut illius hominis est periculum, sed populorum strages l iacent, detrahendum m est aliquid seueritati, vt maioribus n malis sanandis charitas sincera subueniat.

al. detestilis

infra 23. q. 4. ipsa pietas. §. verum.

Item ex epistola cleri Romani o *missa Papæ Cypriano* p.

¶ Reparationis beneficium non nisi post pænitentiam potest concedi. C. XXVI.

Extat inter opera B. Cypriani lib. 2. epist. 7.

Ans. l. 8. c. 20.

A Bsit a Romana ecclesia vigorem q suum tam profana facilitate dimittere, & neruos seueritatis euersa fidei r maiestate dissoluere, vt cum adhuc non tantum iaceant, sed & cadant s euersorum fratrum ruinæ t, properata u nimis remedia communicationum vtique non profutura præstentur, & noua per misericordiam falsam uulnera ueteribus transgressionis uulneribus imprimantur, ut miseris ad euersionem maiorem eripiatur & pænitentia. Vbi enim poterit indulgentiæ medicina proficere, si etiam ipse medicus intercepta x pænitentia indulget periculis? si tantummodo operit uulnus, nec sinit necessaria temporis remedia conducere cicatricem? Hoc non est curare, sed, si dicere uerum uolumus, occidere.

al. procedere

¶ *Locupletatum est caput hoc ex originali.*

Item Cyprianus in sermone de lapsis.

¶ Impænitentibus venia concedi non potest. C. XXVII.

S I quis præpropera festinatione temerarius remissionem pecca-

Ans. l. 8. c. 32.

o *Cleri Romani.*] vel Cornelij Papæ.

p *Cypriano.*] In chronicis non inuenitur q̃ aliquis Papa dictus fuerit Cyprianus: tamen q̃ fuit Papa, habes j. ead. de eo tantum. sed forte hic & ibi est mendosa litera.

A *Bsit.*] C A S V S. Cyprianus suasit Cornelio Papæ, vt Nouatianos & schismaticos facile reciperet: sed rñdet Cornelius: absit vt eos recipiamus tam profana facilitate, cũ adhuc iaceant in peccatis, & quotidie cadant de peccato in peccatũ: qa per hoc daretur eis & alijs occasio delinquendi. nam prælatus qui omissa pænitentia delinquentibus parcit: non curat, sed potius occidit.

q *Vigorem.*] id est, rigorem.

r *Fidei.*] id est, disciplinæ.

s *Sed etiam cadant.*] vlterius.

t *Ruinæ.*] id est, euersi & ruentes fratres.

u *Properata.*] quia quæ committuntur in Deum, remitti non possunt sine pænitentia: & quia facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi, vt j. 23. q. 4. si is qui. & c. est iniusta.

x *Intercepta.*] id est, dimissa.

S *I quis.*] C A S V S. Cyprianus reprehendit hic quosdam presbyteros, qui ad mandatũ aliquorum martyrum, id est, eremitarum & religiosorum virorũ etiam impænitentibus remittebant pœnã peccatorum, & dicit quòd si quis hoc facit, prouocat Deum

ad iracundiam contra delinquentes. Item ostendit, q si martyres præcipiant ea, quæ scripta sunt & licita, facienda sunt: quia non sunt contra Deum, sed vt dispensetur cum eo qui vere pœnitet, & non ficte. Si vero præcipiant ea, quæ scripta non sunt, expectandum est donec probentur ea Deo placere: quoniam non statim concedit Deus quod postulat martyr, sicut Moyses non statim impetrauit veniam peccatorum populorum cum petijt.

a ¶ *Remissionem peccatorum*.] Quæ enim in nos delinquuntur, possumus remittere hac pœnitentia, sed non quæ in Deum. 23. quæstio. 4. § is qui.

b ¶ *Sententiam*.] Qui ergo non seruat sententiam iudicis, offendit iudicem, & iniuriam facit iudici, qui frustratorie appellat ab ipso. C. quando prouo. non est necesse. l. vlt. in hoc. & hæc potest esse causa quare iudex debeat esse suspectus ei qui appellauit ab ipso, vt extra de appel. ad hæc.

c ¶ *Martyres*.] idest, Christi sacerdotes.

d ¶ *Vt sciamus*.] per signa exteriora considerata in pœnitentibus.

e ¶ *Videri*.] argu. q non statim tenetur quis credere etiam bono viro, vt 9. dist. ego solus. ff. si quod cum fal. tut. l. 2. immo imputatur alicui, q nimis est credulus. 9. q. 3. non solum. 86. dist. si quid vero. ff. de eo per quē fac. l. 1. § 1. Non obstat 23. q. 1. quid culpatur. vbi in dubio obeditur: quia ibi loquitur dum prælatus præcipit quod est dubium; hic de martyribus, qui non erant prælati. 26. quæst. 5. nec mirum.

Credulus non debet quis esse nimis.

Dominio sancto.] Casus. Massanus eps inuenerat in concilio Ancyrano, quod lapsi in fornicationem post pœnitentiam poterant restitui. Alibi inuenerat eos non esse restituendos: & ideo rogauit Isidorum vt hanc contrarietatem ei solueret. Et respōdet, q illi qui vere pœnitent, ad gradum pristinum restituuntur & honorem: qui vero ficte pœnitent, nō restituuntur. & hoc probat auctoritate Ezechielis & Ioan. Euangelistæ. In hoc dicit, q vbicumque inuenitur discors conciliorum sententia, illa suscipiatur, quæ est antiquior & potior pietate. 1. misericordior.

f ¶ *In epistolis*.] Massanus rogat Isido. vt solutionem canonum contrariorum circa restitutionem lapsorum ei rescriberet.

g ¶ *Vendicare*.] idest, defendere. hic etiam econtra ponitur.

h ¶ *Superstitiosa*.] s. 8. dist. quo iure.

i ¶ *Necesse*.] Ex hoc verbo, necesse, & ex illo verbo, præcipiunt, quod supra ponitur, patet dispensationē quandoque esse debitā [1], vt s. ea. vt constitueretur. & sic patet, q episcopus peccat si non dispensat, vbi patet ratio dispēsandi, vt 34. dist. fraternitatis. arg. 2. q. 5. quanto. tamen cum superiore agi potest officio iudicis, vt fiat dispensatio, vt extra de iure patro. nullus. licet non possit peti iure actionis, sicut potest dici de eleemosyna pauperi debita. 47 dist. sicut.

[1] Ad hoc s. 25. q. 1. nolo. vbi de hoc & s. eod. si quis. ver. q si. vbi de hoc. arg. s. c. considerandum. Archid.

Episcopus quandoque peccat si non dispensat.

torum[a] dare se cunctis putat posse, aut audet Domini præcepta rescindere; non tantum nihil prodest, sed obest lapsis. Prouocasse est iram, non seruasse sententiam[b]: nec misericordiam prius Dei deprecandā putare; sed contempto Domino de sua facilitate præsumere. *& infra.* ¶ Mandant aliqua martyres[c] fieri: si iusta, si licita, si non contra ipsum Dominum à Dei sacerdote facienda; sit obtemperantis facilis, & prona consensio, si petentis fuerit religiosa moderatio. Mandant aliquid martyres fieri; sed si scripta non sunt in Domini lege, quæ mandant; ante est, vt sciamus[d] illos de Deo impetrasse quod postulant; tūc facere quod mandant. Neque enim statim videri[e] potest de diuina maiestate cōcessum, quod fuerit humana pollicitatione promissum. Nam & Moyses pro peccatis populi petiit, nec tamen peccantibus veniam cum petijsset, accepit.

† al. Masonem al. Massenū] or.

Item Isidorus ad Massanum † episcopum.

¶ Qui sunt reparand' post lapsum, vel qui non.

C. XXVIII.

Ansl. 8 c. 37. Poly. l. 4. tit. 39. Ivo p. 6. c. 397. p. 15. 57. & 86. Burc. l. 19. c. 43. & 73. Pann. l. 3. c. 149. Rag. pæ. l. 2. c. 1. Conc. Neocæsar. cap. 1.

Domino sancto, meritisque beato fratri Massano episcopo salutē. Quod in epistolis[f] venerabilis fraternitas tua innotuit, videlicet, quod in canone Ancyrano, ca. xix. † legitur, post lapsum corporalem restaurandum honoris gradum post pœnitentiam; alibi vero legitur, post huiusmodi delictum nequaquam reparandum antiqui ordinis meritum; hæc diuersitas hoc modo soluitur. Illos enim ad pristinos gradus redire canones præcipiunt, quos pœnitentiæ præcessit satisfactio, vel condigna peccatorum confessio. At contra hi, qui neque à vitio corruptionis † emendantur, atque hoc ipsum carnale delictum, quod admittunt, vendicare[g] quadam superstitiosa[h] temeritate nituntur; nec gradum vtique honoris, nec gratiam communionis recipiunt. Ergo ita est determinanda sententia, vt necesse[i] sit illos restaurari in locum honoris, qui per pœnitentiam recōciliationem recepisse merētur diuinæ pietatis. Hi enim non immerito cōsequuntur ademptæ † dignitatis statū; qui per emendationem pœnitentiæ recepisse noscuntur remedium vitæ. Id autem ne forte magis sit ambiguum, diuinæ auctoritatis sententia confirmetur. Ezechiel quidem propheta sub typo præuaricatricis Hierusalem ostendit post pœnitentię satisfactionem pristinum posse restaurari honorem. [Confundere, inquit, o Iuda, & porta ignominiam tuam.] & post paululum: [Et tu, inquit, & filiæ tuæ reuertimini ad antiquitatem tuam.] ¶ Quod dixit [Confundere] ostendit post † peccati opus debere quemque erubescere, & post confessionem pro admissis sceleribus verecundam frontem humi prostratam demergere, pro eo quòd dignum confusione perpetrauerit opus. Deinde præcepit, vt post ignominiam, & deiectionem nominis sui, siue dignitatis reuertatur ad suam antiquitatem[k]. Ergo dum quisque post opus confessionis suæ confunditur; atque ignominiam[l] portans, depositionem[m] suam cum humilitate luget; reuocari secundum prophetam ad priorem statum poterit. Item Ioannes Euangelista Angelo Ephesi ecclesiæ inter cetera quædam similia scribit. [Memor esto vnde cecideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac, alioqui veniam tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco eius.] ¶ Ecce[n], inquantum valui, concilii Ancyrani antiquam plane, & plenam auctoritatem sacris testimonijs explanaui, ostendens eum posse restaurari in proprio gradu, qui per pœnitentiæ satisfactionem nouerit propria delicta deflere. Qui vero negligit, nec luget quæ gessit, & lugenda sine vllo pudore religionis, vel timore iudicii diuini committit; eum nullo modo posse ad pristinum gradum restaurari cognoscere.

† al. corporis

† al. adeptæ

Ezech. 16.

† al. post confusionē, mesi peccati

Apoc. 2.

Delicta commissa in Deum remittere nō possumus.

Appellans frustratorie iudicē offendit.

k ¶ *Antiquitatem*.] idest, mores antiquos.

l ¶ *Atque ignominiam*.] Ex hoc verbo, & ex illo verbo, depositionem, est argum. quòd episcopus potest depositum & infamem restituere, quia ignominia idem est, quod infamia, vt ff. de his qui not. infa. l. 2. ignominiæ. & sic patet, quòd potest tollere infamiam, quod concedo; vbicumque potest dispensare, vt dixi 2. q. 3. § hinc colligitur.

m ¶ *Depositionem*.] idest, suspensionem. sic 46. dist. clericus.

Infamiam potest episcopus tollere.

[1] e hoc s. & not. s. con. contingit.

[1] Idem Ioan. de Fan. qui approbat illam notam.

pre-
scas. In fine [y] autem huius epistolæ hoc adijciendum putaui, vt quotiescumque in gestis conciliorum discors [a] sententia inuenitur, illius concilij magis teneatur sententia, cuius aut antiquior [b], aut potior extat auctoritas.

J. 33. q. 2. c. hoc ipsum.

a ¶ *Sic habet hoc caput in epistola, quæ nuper vnà cum alijs Isidori operibus est impressa Parisijs, & ita inscribitur*, Isidori Hispalensis archiepiscopi epistola ad Massanum episcopum. Domino sancto, meritisque beato, &c. *In epistola autem longiore, eodem argumento, & ijsdem pene verbis, (quæ & ibidem & antea Antuerpiæ cum libris de summo bono impressa est) non fit hoc loco mentio concilij Ancyrani: sed tamen in editione Parisiensi titulus hic est*, Isidori Hispalensis archiepiscopi epistola de restituendis in pristinam dignitatē clericis pœnitentibus. seu, Explanatio canonum aliquot Ancyrani concilij. *Veruntamen in canone illo xix. versionis Dionysij (qui apud Græcos, & in alijs versionibus vigesimus est) vbi legitur*, perfectionem consequi secundum pristinos gradus. *græce est*, κατὰ τοὺς βαθμοὺς τοὺς προάγοντας, *idest*, secundum gradus, qui eo deducunt. *& Balsamon longe aliam sententiam elicit, quam Isidorus.*

β ¶ Ecce]*Hic in epistola longiore multa interijciuntur.*

γ ¶ In fine.]*Hæc nunc leguntur in longiore epistola, non autem in alia, quam caeteroqui Gratianus videtur secutus.*

Quicumque igitur pro criminibus suis digne Deo pænitentiam obtulerint, auctoritate Gregorij, & Augustini, & Hieronymi, & Isidori gradum pristinæ dignitatis recipere possunt. Qui autem non odio criminis, sed timore vtilitatis, vel ambitione honoris falsas Deo pænitentias offerunt, in pristini honoris gradum reparari minime poterunt.

Sed obijcitur illud Hormisdæ Papæ, qui scribit omnibus episcopis per vniuersas prouincias.

¶ Diaconus, aut presbyter in adulterio deprehensi reparari non possunt. C. XXIX.

A rausicā. c. 23. & Aurel. 5. c. 4. Pann. l. 3. c. 98. Ansl. l. 11. c. 87.

SI quis [a] diaconus [c], aut presbyter post acceptam benedictionē leuiticā cū vxore sua incontinens inuenitur, ab officio suo deijciatur †. ¶ Ecce [d] manifeste constat, quia secundum titulos antiquorum Patrum sancto [β] spiritu suggerente conscriptos, & secundum sententias cccxviij. [e] episcoporum, quas etiam Gallicani canones continere videntur, clerici in adulterio deprehensi [f], aut ipsi confessi, aut ab alijs conuicti ad honorem redire non possunt [g]. Sed quia forte non desunt, quibus pro nimia pietate [h] suprascripta sanctorum patrum seueritas minime placeat; sciant se cccxviij. episcoporum, qui fuerunt congregati in concilio Niceno, & reliquos statuerunt canones, sententias reprehendere, vel damnare. Sed forte maior est in illis pietas, quàm in suprascriptis trecentis decem & octo episcopis? maior est in illis misericordia, quàm in sancto [i] Ioanne apostolico Papa? maior charitas, quàm in reliquis sanctis sacerdotibus, qui hoc † exemplo remedia [k] ecclesiarum suis definitionibus deliberauerunt? Et ideo aut prompta † voluntate præceptis illorum consentiant; aut si non fecerint, omnibus [l] illis contrarios se, & inimicos [m] esse cognoscant. Quæ est ista iustitiæ inimica benignitas, palpare [n] criminosos, & vulnera eorum vsque in diem iudicij incurata seruare? ¶ Quòd si eos durissimā pænitentiam per plures annos videremus agere; tunc nos & saluti eorum possemus consulere, & statuta canonum deberemus [o] temperare. Cum vero in aliquibus nec compunctio humilitatis, nec instantia orandi, vel plangendi appareat, nec beatum Dauid imitentur, qui dicit [Lauabo per singulas noctes lectum meum, lacrymis meis stratum meum rigabo.] & illud [Cinerem tamquam panem manducabam: & potum meum cum fletu miscebam,] nec eos ieiunijs, vel le-

i.e. miror.
† al. pro exemplo & remedio] Ansl.
† al prona
Psal. 6.
Psal. 101.

a ¶ *Discors*.] Nonne illa sententia est potius sequenda quæ maiorem continet pietatem? vt 9 distin. sana. licet enim canon Apostolorum potior sit, quia antiquior sit alijs canonibus: tamen præiudicatur ei per posteriores, vt 82. dist. presbyter. idem patet in canone Hierony. vt 26. distin. deinde. & cap. acutius. Item quandoque præiudicat ille canō, qui non est potior, vt 25. q. 1. contra statuta. quod ergo dicitur hic, intellige cū ambe constitutiones sunt particulares, & locales: & de illis loquitur c. 19. dist. in canonicis. sed si ambæ sunt generales, semper posterior præiudicat, vt extra de cogna. spi. cap 1. ff de leg. non est nouum. Sed qualiter præfertur vnus canon alteri, cum omnes sint promulgati instinctu spiritus sancti 16. q. 3. nemo? Respon. quod duo canones possunt esse contrarij, & tamen vterque est iuste institutus. quod enim vnus statuit, & iuste: alter contrarium potest statuere, & iuste. 63. dist § verum extra de consang. & af. si. non debet.

Canon minori an præiudicet.
Videas quod leg. & not. 18. distin. quoniam quidem.
Et melius 25. q. 1. violatores. & J. cap. prox. in prin. & J. eod. § ille. Arch.

b ¶ *Cuius aut antiquior.*] si ambo sunt equalis pietatis. 19. distin. in canonicis.

QVICVMQVE. CASVS. Concludit Grat. ex supradictis breuiter epilogando solutionē, quæ est supra in §. quomodo. Sed huic solutioni obijcit cap. sequens, & alia vsque ad §. sed illud.

Si quis.] CASVS. Hoc cap. diuiditur ī duas partes. In prima parte probat Hormisda, quod si aliqs clericus fuerit in adulterio deprehensus, vel conuictus, vel confessus; non potest ad suum honorem redire. Et hoc probat per verba Niceni concilij ccc. & xviij. episcoporum. & reprehendendo deridet eos qui dicebant rigorē non esse seruandum circa delinquentes. In secunda parte, quæ incipit ibi, *Quòd si eos.* dicitur, quod si clerici delinquentes vere pœniteant, restitui possunt exemplo Dauid. Si vero non resipiscunt, non est eis indulgendum, cū Deus non indulgeat, & si eis falso indulgeamus, in die iudicij dicturi sunt contra nos, quod nos non debuissemus eis indulsisse, nec permisisse eos in delictis propter blanditias permanerē, vel in iras eorum. Et not. quod prima pars facit contra solutionē Gratiani: sed secunda pro eo. sequens cap. patet.

c ¶ *Si quis diaconus.*] prima pars cap. facit contra solutionem Gratiani, idē facit pro ea in secunda parte, quæ incipit ibi, *Quòd si eos.*

d ¶ *Ecce.*] vsque ad hunc locum sunt verba Niceni concilij.

e ¶ *Cccxviij.*] Ergo videtur, quod hoc sit statutum Niceni concilij, cui tot interfuerūt, vt 15. dist. canones. licet Damasus Papa de ccc. tantum loquatur. 10. q. 2. hanc consuetudinem. sed minor numerus non excludit maiorem.

f ¶ *Deprehensi.*] aliquo sequentium modorum. Videtur ergo, quod sola deprehensio sufficit, vt hic, & 81. dist. presbyter. & habes J. e. c. de his sed non est ita, nisi sint conuicti vel confessi, vt sequitur J. 2. q. 1. nos in quemquam & 12 q. 1. non dicatis. Vel intellige, deprehensi ita quod factum sit notorium ex facti euidentia, et extra de coha. cleri. & mulie. tua tales enim qui in maleficio publice deprehenduntur, sine iudicio damnantur, vt C. de defen. ciu. l. defensores. lex septima est.

¶ Sola deprehensio sufficit ad notam infamiæ inducendam. ff. de ri. nup. palam. §. quæ in adulterio. secundum Goff. qui ita no. extra de iud. & nō ab homine. Archid.

g ¶ *Non possunt.*] de iure.

h ¶ *Pietate.*] ironice loquitur.

i ¶ *In sancto*] i. ead. miror.

k ¶ *Rem. eccl.*] idest, pœnas contra illos, qui non seruant statuta.

l ¶ *Omnibus.*] argum. quod qui vni facto contradicit, omnibus contradicit. sic J. 4. dist. denique. de pœn. dist. 5. fratres. & extra de reg. iur. defleat. de consec. dist. 2. comperimus.

m ¶ *Et inimicos.*] not. quod eo ipso, quod aliquis non obedit prelato, eius est inimicus, vt 24. q. 1. quoniam vetus. J. eod. si quis præpostera.

Inobediens prelato est ei inimicus.

¶ Concub. cum hoc ver. in l. si adulterium. ff. ibi not. per Bar. ff. de adul.

n ¶ *Palpare*] idest, adulari.

o ¶ *Deberemus.*] not. dispensationem esse debitam, vt J. eod. vt

con

constitueretur. & 11 quæst. 3. plerumque.

ADDITIO. Dicas breuiter, quod vbicumque persona, res, & locus eã exigit, debita est. 19. dist. ca. 1 & 2. & ca. di. duo. ver. præcipuè & versi. necesse & J. ca. cõsiderãdum. Quod dic vt plene no. in Spec. de legato. §. genera autem. & no. extra de sen. exc. pueris. Archid.

QVi sub gradu.] CASVS. Aliquis existens in gradu sacerdotali mortaliter peccando cecidit, dicitur, quod iste talis debet esse contentus baptizare, cõionem infirmis dare, & diuina officia celebrare: sed ad superiores ordines non ascendat. vel diuina officia celebrabit tamquam clericus, sed nõ sacrificabit. Alia littera habet: Qui ceciderit à gradu. & secundum hoc sic pones casum: Aliquis sacerdos depositus fuit propter peccatum: qui acta pœnitẽtia volebat restitui, quæritur an possit? respondetur, quod non: sed in necessitate potest baptizare, communionem dare, & altario ministrare, non tamen Missam cantabit.

i ¶ Sub gradu.] idest, in gradu.

k ¶ Baptizare.] Sed nonne illud laico cõceditur, vt 1. q. 1. quod quidam? Sed dic quod iste potest solenniter baptizare, quod laicus nõ potest, vt 81. dist. si diaconus. Item obijcitur, quod si iste potest baptizare, ergo & sacrificare, vt dicit Hie. 1. q. 1. sicut Christus. Sed ibi loquitur de adhuc tolerato.

l ¶ Ministrare.] sed non celebrare. Vel dic, quod potest remanere in officio sacerdotali: sed non potest esse episcopus.

Di-

ctionibus vacare videamus; possumus agnoscere, si ad pristinos honores redirent, cum quanta negligentia, & cum quanto torpore, & animæ suæ inimica securitate permanerent; credentes, quòd sic eis, non acta pœnitentia digna [a], dimiserit [b] Deus, quomodo sacerdotes indulsisse videntur. Vere dico, quia illi ipsi, quibus cum periculosa, & falsa misericordia indulgere videmur, cum ante tribunal Christi pro tantis peccatis damnandi aduenerint, cõtra nos causam dicturi [c] sunt, dicentes, quòd dum aut asperitatem linguæ eorum expauimus, aut falsa blandimenta, & periculosas adulationes ipsorum libenter accepimus, in eisdem permanere peccatis, eis inutiliter indulgemus [d], aut ipsa peccata augere permittimus [e]: non recolentes illud, quod in vetere testamento scriptum est: quia uno [f] peccante, contra omnes ira Dei deseuiit.

Num. 16.

a ¶ Si quis.] Hinc vsque ad vers. Ecce sunt ex c. 23. concilij Arausici, quod videtur citatum fuisse ab Hormisda, siue alius quisquis fuerit huius capitis auctor. Anselmus quidem & ipse Hormisdam citat.

Cõc. Nicæno.

A ¶ sancto spiritu.] Apud Anselmum legitur, à sancto Ioanne Papa transmissos, & ccxviij. episcoporum sententias, quod videtur conuenire cum his, quæ paulo inferius habentur, Maior est in illis misericordia, quàm in sancto Ioanne apostolico Papa?

† al. ex dictis Hieronymi

Item Hieronymus †.

§ Difficile est post lapsum ad pristinum gradum redire. C. XXX.

Poly. l. 4. tit. 39. Burc. l. 19. c. 72. Iuo p. 15. c. 91.

† post lapsum] desunt fere in omnib. exẽpp.

QVicumque dignitatem diuini [g] gradus non custodiunt, contenti fiant animam saluare. Reuerti enim in pristinum gradum post lapsum † difficile [h] est.

¶ Simile quiddam priori parti huius capitis habetur in can. 27. Basilij ad Amphilochium, & in can. 26 synodi in Trullo.

Item Basilius ?.

§ Lapsus post pœnitentiam altario tantum ministret. C. XXXI.

Burc. l. 19 c. 80. Iuo p. 15. c. 93.

† à suo gradu

QVi sub † gradu [i] ceciderit post pœnitentiam, contentus fiat baptizare [k], communionem infirmis dare, & altario tantummodo ministrare [l].

¶ Basilius.] Ivo citat ex dictis Augustini. Habetur nonnihil ad hanc rem faciens in epistola Basilij ad Amphilochium can. 27. Sed propius etiam ad hanc sententiam accedit can 14 concilij Aurelianensis primi, & canon nonus concilij Neocæsariensis (qui habetur infra 15. q. 8. qui admisit.) presbyteri si hic legatur, quemadmodum in plerisque Gratiani codicibus, communionem infirmis dare, non autem sacrificare, & altario ministrare. Simile etiam quandam sententiam refert ex nouella Leonis Balsamon ad canonem. 21. synodi in Trullo.

Item ex concilio Ancyrano, c. 1. & sequentibus.

¶ De sacerdotibus, diaconis, & laicis, qui idolis immolarunt. C. XXXII.

Burch. l. 5. c. 40. & 41. Iuo par. 2. c. 49. & 50. Poly. l. 6. tit. 12. C. 2.

† illum] prisca versio.

C. 3.

PResbyteros, qui immolauerunt [m], & postea certamen iterum inierunt [n], si ex fide luctati sunt, & non ex compacto [o] ad ostentationem, ut caperentur, ipsi fecerunt; hos placuit honorem [p] quidem sedis propriæ retinere: offerre [q] autem illis, & sermonem ad populũ facere, aut aliquibus sacerdotalibus officiis fungi [r] non liceat. ¶ Diaconi similiter, qui immolauerũt, postea uero iterũ reluctati sunt, alias † quidem honorem habere oportet; cessare autem debent ab omni sacro ministerio, ita ut nec panem, nec calicem [s] offerant, nec Euangelium pronuntient; nisi forte aliqui episcoporũ conscii sint laboris eorum, & humilitatis, & mãsuetudinis, & uoluerint eis aliquid amplius tribuere, uel adimere. Penes [t] ipsos ergo erit de his potestas. ¶ Qui au-

PResbyteros.] CASVS. Hoc ca. diuiditur in tres partes. In prima parte loquitur de quibusdam presbyteris & diaconibus, qui coacti coactione conditionali dæmonibus immolauerunt: de quibus quæsitum est quomodo debeãt puniri. & respondet, presbyteri & diaconi, qui coacti fuerunt coactione conditionali, si vere pœniteat eos fecisse, & postea fideliter & nõ ficte paganos impugnauerint, honorem suum retineant, sed in suis officijs nullo modo ministrent, nisi episcopus laboris eorum postea conscius, cum eis duxerit dispensandum. In secunda parte, quæ incipit ibi, Qui autem fugientes. dicitur, quod illi qui fugientes cumprehensi sunt, & coacti coactione violenta dæmonibus immolare, nec peccauerũt & nullo modo sunt puniendi, nec laici propter hoc debent à promotione repelli. In tertia parte, quę incipit ibi, De his autem. dicitur, quod illi qui sponte hoc fecerunt, sicut factũ fuit sub tyranno Licinio, admitti debent ad pœnitentiam & communionem ecclesiæ.

a ¶ Digna.] quod nulli facit. 24. q. 2. legatur.

b ¶ Dimiserit.] non enim tam cito dimittit Deus sicut sacerdos absoluit. de pœn. dist. 1. quem pœnitet.

c ¶ Dicturi.] Numquid voce tunc loquentur, cum Apostolus dicat, quod tunc linguæ cessabunt, licet propheta contrarium dicat: Exaltationes Dei in gutture eorum. Sed quidquid sit, tunc nullus accusabit alium, sed sola conscientia accusabit quemlibet. 9. q. 4. aliorum.

d ¶ Indulgemus.] idest, indulsimus.

e ¶ Permittimus.] idest, permisimus.

f ¶ Quia uno.] scilicet Achor. 1. q. 1. audacter. J. 1. q. 4. §. item peccato Achor. Ioan.

g ¶ Vicumque.] ¶ Diuini.] idest, ecclesiastici.

h ¶ Difficile.] tale difficile habes. 47. dist. quantũlibet. aliàs ponitur pro non. 2. q. 6. §. biduum. ver. si aduertas, & 47. distinct. cap. fin.

m ¶ Qui immolauerunt] coacti conditionaliter.

n ¶ Inierunt.] scilicet superbiæ causa.

o ¶ Ex non ex compacto.] idest, figmento.

p ¶ Honorem] scilicet beneficium.

q ¶ Offerre.] idest, officium non retineant.

r ¶ Fungi.] hic dispensatur in beneficio, sed nõ in officio, vt extra de clericis pugnan. in du. Henricus. & J. ead. dist. studeat.

s ¶ Nec calicem.] ante confectionem, quia post confectionem non est eis licitum offerre. & sic non est contra. 93. dist. peruenit.

t ¶ Penes.] Hic patet quod episcopus dispẽsat in hæresi, & cum schismatico

Baptizare solenniter laicus non potest.

Etiam potest rationabiliter, quod nõ potest laic. 1o. de sa.

Dispensatio. Hug.

Sola conscientia damnandos accusabit.

marico, vt I. ea. vt constitueretur. non tamen cum excommunicato ministrante. 11. q. 3. si quis episcopus.

a ¶ *Per necessitatem.*] famis. immo potius debent mori fame, quam vescidolothytis, 32. q. 4. sicut fatius. & J. 32. q. 5. ita ne. Vel vocat hic necessitatem coactionem.

b ¶ *Ampliorem cautelam.*] Quia s. ad cautelam imponit alicui pœnitentia, vt 34. q. 2. in lectum.

c ¶ *Commodari.*] quia restituuntur ad communionem, non ad officium vel beneficium, tamen dabuntur sustentatio eis. 16. q. 6. de lapsis. Ioan. de Fant.

ADDITIO. Sed videtur contra, quod notatur 1. q. 7. maximum, & 2. 1. dist. 5. nunc autem in gl. sed videtur. in fi.

SED. ILLVD. CASVS. Modo respondet Gratian. tribus cap. supra dictis, scilicet illis cap. si quis diaconus, & duobus sequentibus & cuilibet dat suam solutionem, & generalem solutionem ad omnes supradictas contrarietates, dicens, quod ca. quæ prohibet restitutionem lapsorum, intelligendis sit cum crimina sunt manifesta ante ordinationem, vel post. quæ vero permittit, de occultis intelligunt, qui bus per occultam pœnitentiam purgatus in suis ordinibus remanere possunt. Et hoc probat duobus cap. seq.

d ¶ *Sed illud Hormisda.*] supra ead. si quis diaconus.

e ¶ *Hieronymi.*] I. ead. quicumque.

f ¶ *Basilius.*] I. ead. qui sub gradu.

Sacerdotes.] CASVS. Carolus archiepiscopus quæsiuit à Papa verum sacerdotes, quorum fornicatio est manifesta rei euidentia, vel per testes, possint habere honorem sacerdotij. Et respondet, quod non, secundum canonicam institutionem.

g ¶ *Manifestus.*] per euidentiam facti.

h ¶ *Non possunt.*] sine dispensatione, sed si est occultum, possunt sine dispensatione post pœnitentiam.

De his vero.] CASVS. Quidam in sacris ordinibus constituti fecerunt periurium, furtum, vel fornicationem, vel huiusmodi: quærit quæsiuit Heribaldus ab archiepiscopo Rabano, an tales debeant cadere à proprio gradu. Et respondet quod sic, si publica sunt eorum delicta: quia scandalum est tales præesse, & laici inde detrahunt sacrificio Dei, sicut factum fuit per filios Heli. Si autem peccata co[gnita] ... rum sint occulta, & per occultam pœnitentiam deleantur, ad consilium sacerdotis in suis gradibus remanentes indulgentiam à Domino consequuntur.

i ¶ *Qui deprehensi.*] & contra dicitur, vt 15. q. vlt. cap. vlt. & extra de iudic. cum non ab homine. & aduocabit testes, per quos probabit ipsum in crimine deprehensum, & detineat eum per viginti horas. ff. de adult. capite.

Scilicet si digne pœniteant.

tem fugientes comprehensi sunt, vel à domesticis traditi, vel ademptis facultatibus substinuere tormenta, aut in custodiam trusi proclamauerunt se Christianos esse, & eousque adstricti sunt, vt manus eorũ comprehendentes violenter attraherent, & funestis sacrificijs admouerent, aut aliquid polluti cibi per necessitatem [a] sumere cogerentur, confitentes iugiter se Christianos esse, & luctum rei, quæ contigit, incessabiliter ostendentes omni deiectione & habitu, & humilitate vitæ; hos velut extra delictum constitutos, à communionis gratia non prohiberi decernimus. ¶ Si vero prohibiti sunt ab aliquibus propter ampliorem cautelam [b], vel propter quorumdam ignorantiam; statim recipiantur. ¶ Hoc autem similiter, & de clericis, & de laicis ceteris obseruari conuenit. ¶ Perquisitum est autem & illud, si possunt etiam laici, qui in has necessitatis angustias inciderunt, ad clericatus ordinẽ promoueri. ¶ Placuit ergo & hos, tamquam qui nihil peccauerũt, si & præcedens eorum vita probabilis sit, ad hoc officium prouehi.

¶ De his autem, qui negauerunt præter necessitatem, aut præter ablationem facultatum, aut præter periculum, vel aliquid huiuscemodi (quod factum est sub tyrannide Licinij) placuit sanctæ synodo; quamuis humanitate probentur indigni, tamen eis beneuolentiam commodari [c].

Cõc. Nicænum 1. c. 11.

¶ Si ex fidei.] *Hic verba concilij sunt in compendium redacta: omnino autem versio Dionysij, quam attulerunt Burchardus & Ivo, propius accedit ad verba græca. Sunt tamen nonnulla in hoc capite emendata, & locupletata ex versionibus quas Gratianus videtur secutus.*

¶ Nec Euangelium pronuncient.] *In versione antiquiore est, nec pronuntient, in alia, quam Burchardus attulit, vel prædicando, græce, κηρύσσειν: quod proprie significat Euangelium, & fidei doctrinam prædicare.*

Sed illud Hormisda[d] *Papa desidiosos, & negligentes, non vere pænitentes reparari prohibet.* ¶ *Illud autem Hieronymi*[e] *fatetur hoc esse difficile, non impossibile.* ¶ *Basilius*[f] *autem circa delinquentes rigorem iustitiæ seruandum ostendit, quem circa pænitentes alij relaxandum misericorditer affirmant.* ¶ *Possunt & aliter distingui præmissa auctoritates. Quorum enim crimina manifesta sunt; ante vel post ordinationem à sacris ordinibus deijciendi sunt: quorum autem peccata occulta sunt, & satisfactione secreta secundum sacerdotis edictum purgata, in proprijs ordinibus remanere possunt. Vnde Nicolaus Papa Carolo archiepiscopo, & eius suffraganeis.*

Raba. pæn. c. 1.

In gestis concilij Vormaciensis, c. 11. Vide Iuonem par. 10. c. 180.

¶ Non potest restitui in sacerdotem, cuius crimen fuerit manifestum. C. XXXIII.

Pann. l. 3. c. 136.

SAcerdotes, si in fornicationis laqueum ceciderint, & † criminis manifestus [g], sine ostensus fuerit actus; sacerdotis non possunt [h] † habere honorem secundum canonicæ institutionis auctoritatem.

† al. aut

† Adde ad hoc ... in f. & ...

Item Rabanus archiepiscopus scribit ad Heribaldum, lib. pæn. c. 1.

¶ Qui valeant reparari post lapsum, vel non. C. XXXIIII.

Burc. l. 19. c. 150. Iuo p. 6. c. 400. Pann. l. 3. c. 152.

DE his vero visum est nobis scribendum, qui sacros ordines habentes, ante, vel post ordinationem contaminatos se esse in capitalibus criminibus cõfitentur. In quibus, vt mihi videtur, hæc distãtia esse debet; vt hi, qui deprehensi [i], vel capti fuerint publice in periurio, furto, atque fornicatione, & ceteris huiusmodi criminibus; secundum canonum sacrorum instituta, à proprio gradu decidant: quia scandalum est populo Dei tales personas supra † se positas habere, quas vltra modum vitiosas esse constat. Nempe inde retrahuntur homines à sacrificio Dei (sicut quondam, Heli filijs peccantibus, fecisse leguntur) & rebelles hinc, atque contrarij existentes, eorum prauis exemplis quotidie peiores fiunt. Qui autem de prædictis peccatis absconditè à se admissis, per occultam confessionem coram oculis † Dei præsente etiam sacerdote, qui eis indicturus est pænitentiam, confitentur, & semetipsos grauiter deliquisse queruntur; si [a] se per ieiunia, & eleemosynas, vigiliasque, & sacras orationes purgare certauerint, his etiam

† al. superpositas

1. Reg. 2.

† al. angelis

Deprehensio in crimine ... 20. horas ...

a ¶ Sor

a ¶Seruato.] Secundum quosdã iure cõmuni & promouentur, & manet in ordine suscepto occultus peccator post peractã pœnitentiam, vt etiam sentit Gratianus. s. eodẽ. §. sed illud. nisi in fictione, vbi quis ordinẽ emit: qui quantũ ad se & ad alios est suspectus, vt 33. dist. §. verum. & extra de si. cum ca. licet sic argu. contra extra de

DE LAPSIS. Hic incipit quarta pars huius dist. in qua ... quid de hæreticis q. olim sine cõsilijs nõ recõciliabãt. Ioã. de Fan.
CASVS. Supra dictum est de alijs lapsis: nunc vero de lapsis in hæresim dicit, quòd non est communicandum eis ante reconciliationem: quod probatur sequenti cap.

gradu seruato [a], spes veniæ de misericordia Dei promittenda est.

a ¶Si se per ieiunia.] *Sic etiam in manuscriptis, & apud Iuonem, & Panormiam. In originali autem legitur*, si veraciter pœnituerint, & se per ieiunia. *itemque Burchardus, qui cap. hoc citat ex concilio Ilerdensi.*

De lapsis etiam in hæresim hoc obseruandum est, vt ante sententiã concily nullus eis communicet. Vnde Cyprianus Papa Antoniano ait inter cetera, lib. 4. epist. 2.

¶ A communione abstineant, qui lapsis ante restitutionem communicant. C. XXXV.

Ansl. 8. c. 28. *pal. tamen*

DE eo autem [b], quod statuendum esset circa causam lapsorum, distuli; vt cum quies, & tranquillitas data esset, & episcopis in vnum conuenire indulgentia diuina permitteret; tunc cõmunicato [h], & librato de omnium collatione consilio, statueremus, quid fieri oporteret: Si quis vero ante consilium nostrum, & ante sententiam de omnium consilio statutam, lapsis temere communicare voluisset, ipse à communicatione abstineretur.

Supra ead. c. clericum, & c. de his clericis, &c. miror.

Quod vero [c] *supra de homicidis statutum legitur, intelligendum est, quando facultas effugiendi datur; nec necessitate clauduntur obsidionis. Ceterum, cum necessitate angustati effugere non possunt, si tunc homicidium admiserint, purgati per pœnitentiam, & officio, & communioni reddentur.*

Vnde in concilio Ilerdensi, c. 1. legitur.

¶ Post duorum annorum pœnitentiam, officio, & communioni restituantur clerici, qui in obsidionis positi necessitate sanguinem fuderint. C. XXXVI.

DE his clericis, qui in obsessionis necessitate positi fuerint, id statutum est, vt qui altario ministrant, & Christi corpus, & sanguinem tradunt, vel vasa sacro officio deputata contrectant, ab omni humano sanguine, etiã hostili se abstineant. Quòd si in hoc [d] inciderint, duobus annis tam officio, quàm communione corporis Domini priuentur [e], ita vt his duobus annis, vigilijs, ieiunijs, orationibus, & eleemosynis pro viribus, quas Dominus donauerit, expientur: & ita demum officio, vel communioni reddantur: ea tamen ratione, ne vlterius ad officia potiora prouehantur. Quòd si in definito tempore negligentiores circa salutem suam extiterint, protelandę ipsius pœnitentiæ tempus in potestate maneat sacerdotis [f].

Casu quoque si clericus homicidium fecerit, in proprio gradu ex dispensatione remanere permittitur.

Vnde Vrbanus II. scribit Guernerio Narbonensi episcopo.

de si. ex tua. sed ibi non dicitur quòd dispensabatur cũ eo: sed dicitur quòd prohiberi non potest, cum sit occultũ. Sed obijcitur istis quod dicit io si. de spe veniæ. Sed ipsi intelligũt de spe veniæ quantum ad peccatũ. H. vero dicit, q in occulto peccato non potest dispensari: quia de illo nõ potest quis accusari vel puniri: quia occulta peccata non habent vindictã, vt 32. q. 5. Christiana. Ad hoc ergo q occultus peccator possit promoueri, cõfitebitur episcopo crimen suũ: & nõ ei soli, sed corã aliquibus personis: & sic poterit dispensare secũ. sed vt dixi s. 25. dist. cap. vlt. peccatũ siue sit occultum siue manifestũ, dũ tamen sit enorme, semper impedit nẽ possit sine dispensatione promoueri: licet possit exequi susceptũ ordinem cũ est occultum peccatũ: & quòd occultũ peccatũ impediat promouendum, habes extra de temp. ord. ex tenore. Io. Sed hæ opiniones hodie sublatæ sunt per decret. extra de temp. ordi. cap. vlti. B. Sed nũquid sacerdos tẽpore pœnitentiæ potest exequi officium suũ? Videtur q non, vt s. dist. 6. testamentũ. & de consec. dist. 2. si non sum. & c. quondie & s. eo. quid est hoc: cũ quilibet sit suspensus quantũ ad se propter mortale peccatũ, vt 1. q. 1. sacerdotes. & facit ad hoc extra de celebra. missa. de homine. Dico q melius est si abstineat si credit se indignũ. si autem conteritur, dico q potest celebrare. non obst. s. dist. 33. habuisse. quæ est contra. sed illud intelligitur de eo quem non pœnituit adhuc. de pœniten. distin. 3. inter hæc hircum.

DE eo autem.] CASVS. Quosdã hæreticos debebat Cyprianus ecclesiæ reconciliare: sed differebat: quæsiuit ergo Antoni⁹. quare differret? Et respondet, ideo, vt congregato cõsilio episcoporum de communi consilio recõciliẽtur: ante vero reconciliationem nullus eis cõmunicare debet.

b ¶Communicato.] Olim enim eps solus non poterat sine consilio reconciliare hæreticum, vt 1. q. 7. si quis eps. Sed hodie secus, extra de hæreti. ad abolendam. §. præsenti.

QVOD VERO. Hæc est quinta pars huius dist. in qua ponitur quid iuris sit de homicidis voluntarijs, vel casualibus, vel necessarijs. Ioan. de Fan.
CASVS. Iste §. respicit c. illa, miror. clericum. & de his. in quib⁹ dicitur, q clerici homicidæ carere debent officio percepto, quod Gratianus dicit esse verum de illis qui poterant homicidium euitare. Ceterum si necessitate obsidionis angustati fecerunt homicidium, pœnitentia purgati remaneant in officio, vt probatur sequenti capitulo.

c ¶Quod vero.] s. eo. cap. clericum. & c. de his clericis. & c. miror.

DE his clericis.] CASVS. Quidã sacerdotes leuitæ & subdiaconi in obsidione positi hostes interfecerunt. vnde quæsitum fuit de his, an possint in suis ordinibus remanere? Respon. concilium quòd quilibet clericus vitare debet sanguinis effusionem. sed si in hoc de necessitate inciderint, officio & communione corporis Christi duobus annis priuentur, in quibus pœnitentiã agant: qua peracta officio suo reddantur: ita tamen q ad altiora non promoueantur. Si autem in prædicto tempore negligenter pœniteant: in potestate episcopi erit prolongare tempus pœnitentiæ. Sequens §. cum seq. c. patet.

d ¶In hoc.] ex necessitate.

e ¶Priuentur.] ad cautelã, secundũ H. q clerico in nulla necessitate licitũ est occidere: imo potius debet permittere se occidi: sed nos intelligimus illud de necessitate euitabili: quia poterat bene exiuisse castrũ ante aduentũ Paganorũ: si enim esset ineuitabilis necessitas, nõ imponeretur eis pœnitẽtia. vnde dicas, q si est necessitas ineuitabilis, sine omni dispensatione potest celebrare i ordine habito: sed nõ debet promoueri sine dispensatione, vt extra de ho. c. cõtinebatur. Sed ob. extra eod. lator. vbi dicitur, q licite potest promoueri ad superiores ordines. Ioã. Sed illud est dispẽsatio. de hoc dixi s. eo. c. de his. Sed melius dicas, q ibi fuit casus fortuitus. B.

f ¶Sacerdotis.] Vide quomodo circa canones pœnitentiales habet ipse sacerdos plenam potestatẽ, vt 26. q. 7. tempora. secundum leges duplicatur tempus pœnitentiæ eis, qui non seruant pœnam & pœnitentiam iniunctã, vt ff. de pœ. aut damnum. §. inter eos.

a ¶Clerico.]

peccato non sit eius manifesti. Io. de Fan. & tacet ad hoc manentiũ quod leg. & no. extra de tẽp. ord. ex tuard. & de fur. c. vlt. Rub.

Hæreticũ reconciliare põt eps hodie sine consilio.

Sub. & hoc propter periculum, quod hodie etiã nimis inualuit. ad idẽ extra de purga. ca. inter sollicitudines. Gloss.

Nec est antiqua glo. in quantum pauci hoc habeant. Q. clerici verum liceat eis ... ne euitans.

Sacerdos pœnitens potest ... circa canones pœnitentiales ... Ad idẽ de pœ. ... lib. de hoc.

a [Clerico.] Si iste dedit operam rei licitæ expellendo porcos de agro suo: tunc intellige quod minus diligenter fecerit: alias in nullo puniretur, vt dixi §. c. de his.
b [Pro amore.] spirituali. talis enim amor non inducit simoniã. vt 1. q. 1. filium. & ca. latorem. & 35. q. 9. veniam.
c [In pœnitentia.] in-
g [Sex.] quia tot non erant in prouincia illa.
h [Cadens.] postea.
i [Interijt.] nõ ex causa percussionis: sed ex alio casu, qa cecidit.
k [Percussione.] siue directa, siue occasionali.
l [Etsi voluntatem.] directam.

Vel dic prouinciæ, id est, diœcesis. secus contra positum 11. q. 3. episcopo. secundum Lau. & Hug.

Sacerdos potest quandoque publicã pœnitentiã facere.

teriori: quia sacerdos nõ facit publicam pœnitentiã nisi pro enormi crimine, vt de pœn. dist. 6. sacerdos. & 28. dist. presbyter.

Q [Via te.] CASVS. Sichibert⁹ eps Corsicæ inter angustias & iacula Sarracenorũ positus, vt periculum euitaret, quosdam interfecit ex illis. Super hoc cõsuluit dominum Papam: qui respondet, q bene fecit, quia se obnoxium putat: sed quia non spõte hoc fecit, secũdum canones nõ codẽnabitur.
d [Indicas.] cũ nõ sis.
e [Inde canonice.] Iudicij, non secundum rigorem canonum: quia tũc nullo modo, vt supra commitor. nunc autem misericorditer toleratur. Vel intellige quãdo ineuitabili necessitate hoc fecerit.

Hanc sententiam sequitur: quia sic ea intelligitur hoc c. vt. no. extra de homi. § in e. sicut. in gl. not. sic enim in §. & §. qui. de his s.

SI VERO. CASVS. Dictum est §. q illi qui necessitate obsidionis vel casu aliquos occiderint, possunt i suis ordinib⁹ remanere. Nũc vero dicit q si qs ira cõmot⁹ aliquẽ occiderit, licet nõ habeat aĩmũ occidẽdi, ppetuo tñ deposit⁹ erit qd sequẽti c. pbatur.

S [Tudeat.] CASVS. Quidam presbyter percussit quẽdã diaconũ equitãtẽ: diaconus vero de equo cecidit: & fracta ceruice interijt. vnde Nicola⁹ Papa pcipit Hosbaldo chorepiscopo Quadrãtino vt suadeat epo suo associare sibi sex vicinos epos: q insimul cũ Hosbaldo cognoscant, & si inuenerint q diacon⁹ a sacerdote nõ ẽ pcussus ad mortẽ: nec ex pcussione ipsius, sed ex ceruicis fractione mortu⁹ est: iniũcta sacerdoti cõpetẽti pœnitẽtia suspẽdat ad tẽpus à celebratiõe Missarũ: & postea ad sacerdotale reuocat officiũ. Si vero ex qualicũq; psõi ytem pcussione diaconus mortuus ẽ: licet nõ habuit animũ occidẽdi, tñ deponet: ita vt si obediẽs apparuerit, assignet ei beneficium de ecclesia sua, de quo ipse & sui possint habere solatium substentationis.

Qui casu homicidium facit, ex dispensatione in ordine suo permaneat. C. XXXVII.

CLerico ᵃ iaciẽte lapidem puer dicitur interemptus: Nos pro amore ᵇ tuo in suo ordine eum permanere permittimus; vt tamen semper in pœnitentia ᶜ, & timore permaneat.

Pann. l. 3. c. 154.

Item Stephanus v. Sichiberto Corsicæ episcopo.

De eodem. C. XXXVIII.

QVia te quasi obnoxium indicas ᵈ, eo quòd à Saracenis captus homines interfecisse videris; bene facis. Sed quoniam non tua sponte id fecisse cognosceris, inde canonice ᵉ nullo modo iudicaris.

Pann. l. 3. c. 155.

Si vero ira presbyter commotus aliquem interfecerit, & si animum occidendi non habuerit, perpetuo tamen depositus erit.

Vnde Nicolaus Papa scribit Hosbaldo Chorepiscopo ᵃ Quadrantino.

ᵃ [Chorepiscopo.] *Antea legebatur,* coepiscopo: *emendatum est ex omnibus, quæ collata sunt, vetustis Gratiani exemplaribus, optimoque conuenit verbis Nicolai.*

Perpetuo careat officio presbyter, qui ira commotus, licet extra animum, aliquem interfecerit. C. XXXIX.

STudeat ᶠ sanctitas tua persuadere episcopo tuo, sibi canonicum sociare numerum collegarum, idest sex ᵍ ex vicinis prouincijs fratres, & coepiscopos suos: quibus tecum iunctis, & decernentibus, diligenter inuestigate, & omni nisu scrutari procurate, quatenus inuenire valeatis, vtrum percussione iam nominati presbyteri, an ceruicis fractione idem diaconus, vt fertur, extinctus est. Et siquidem à sæpe fato presbytero non ad mortem percussus est, sed ex equo cadens ʰ ceruice fracta interijt ⁱ; secundum arbitrium vestrum pro percussione, incaute agenti presbytero pœnitentiam competentem indicite: & aliquanto tempore a Missarum solennijs suspendatur; denuo post hæc ad sacerdotale rediturus officium. † Quòd si veraciter qualicumq; percussione ᵏ istius presbyteri, ille mortuus est diaconus; nulla hunc ratione ministrare sacerdotis more decernimus: quoniam etsi voluntatem ˡ occidendi non habuit; furor tamen, & indignatio, ex quibus motio illa mortifera prodijt ᵐ, in omnibus, sed præcipue in Dei ministris multipliciter inhibentur, atque vbique damnantur. Verum si presbyter adeo vestro studio obnoxius † forte claruerit; præcipimus, vt tale beneficium ⁿ sibi ecclesiæ suæ concedatur; quo & ipse, & sui ᵒ sufficienter possint habere suæ substentationis solatium.

Iuo p. 10. c. 34.

† al. noxius] Iuo

Adde an excõmunicatum absolutum pertinent fructus medij temporis. ar. quid adõ, in l. 1. & l. si vt a. legas. C. de test. milit. & in Authent. vt cum de appel. cog. §. si vero. col. 8.

Item ex concilio Maticen. ᵃ *c. 6.*

ᵃ [Maticensi.] *Burchardus, & Iuo citant ex concilio Moguntino: in nullo tamen eorum, quæ extant, habetur. Simile vero aliquid legitur in concilio Vormac. c. 27.*

De eodem. PALEA. C. XL.

QVi vero odij meditatione, vel propter cupiditatem, Iudæum, vel Paganum occiderit; quia imaginem Dei, & spem futuræ conuersionis exterminat †, quadraginta dies in pane, & aqua pœniteat.

Burc. l. 6. c. 33. Iuo p. 10. c. 162.

† al. extinxit

f [Studeat.] Bar. intellexit hoc cap. prout littera sonat, q licet ex percussione ceciderit & cõfregerit ceruicẽ, nõ ideo est sacerdos deponendus: arg. ĩ. eo. quantũ. nã si seruũ tuũ vulneraui, & ille postea ex ictu alteri⁹ perijt, nõ teneor de occiso. ff. ad legẽ Aquil. huic scripturæ. §. si seruus. & l. ita vulneratus. Et hãc regulã, Qui occasionẽ damni dat, damnũ dedisse videt: intelligit de occasione pxima & sufficiẽti. Sed expresse est ĩ. extra eo. psbyterũ & ff. ad l. Cor. de sic. nihil interest. vnde itellige q si nõ cecidit ex pcussiõe, sed alio modo cecidit: tunc non tenetur de morte eius, sed de eo quod prius ipsum incaute percussit.

m [Prodijt.] Et sic propter vnum delictum imputãtur omnia quæ sequuntur ex illo. ĩ. eod. sæpe. & §. eo. clericum.
n [Vt tale beneficium.] Hic dispensatur in beneficio, non in officio, vt 28. dist. presbyterum. debet autẽ de iure carere ᵗ vtroque: qa cui interdicitur vnũ, interdicitur & reliquũ: cũ sint connexa, vt 81. dist. si quis. nam male meriti continua egestate laborare debẽt: vt ff. depos. bona fides. Sed ideo dispensatur, ne propter necessitatem victus ad turpia lucra cõuertatur, vt 81. dist. ad reatum.
o [Et sui.] Sui enim filij & ipse eadẽ persona intelligitur, vt 35. q. 3. §. hac auctoritate. in principio. & vxor dicitur pars viri. 33. q. 2. admonere. vnde videtur, q licet clericus sit suspensus ab homine vel canone, q tñ ei relinqui debeat vnde se & suos possit sustentare. & est ff. ar. ff. de preca. l. penul. ff. de vsu & hab. l. 2. maxime cũ enim vxor & filij de bonis ecclesiæ pasci possunt, vt 31. dist. omnino. nec totũ extorquendũ est a debitore quod habet: sed habenda est ratio, ne egeat. ff. de re iud. inter eos. in fi. ille autẽ qui excõmunicatur,

Dispensatur quandoque in beneficio, non in officio.

Per sententiam non ipso iure. Arch.

Vxor & filij de bonis ecclesiæ sustentari possunt.

nicatur, nihil pcipiet noie ecclesiæ. extra de appella. pastoralis.

Eos vero.] Casvs. Quæsitum fuit in concilio Neocæsariens. quanta pœnitentia deberet iniungi eis qui casu fecerũt homicidiũ. Et respondet q secundũ antiquã regulã septẽ annorũ pœnitentia iniũgetur postquã reddetur cõmunioni. Hæc vero est noua re-

qui sunt sui vel alie. iur. l. 2. vnde secundum iura nostra seruus potest conqueri de domino, si sæuiat in ipsum, vt 23. q. 4. si ecclesia. & c. g peccat. in fi. Et dic vt no. super illo c. si ecclesia. 2 q. 7. quæritur.

d Si quis.] Semper.] id est, horis statutis. sic 22. dist. sacrosancta. & 26. dist. si quis vult. & de conse. dist. 5. numquam.

Dominus non põt in seruum sæuire.

¶ De eodem. PALEA. C. XLI.

Ansl. l. 11. c. 34. — al. quatuor

SI quis homicidium fecerit, si episcopus est, xv. annos pœniteat, & deponatur; cunctos quoque dies vitæ suæ peregrinando finiat. presbyter xii. annis pœniteat, tres †ex his in pane, & aqua; & deponatur superioris sententia. Diaconus x. annis pœniteat, tres ex his in pane, & aqua. Clericus, & laicus septem annis pœniteat, tres in pane, & aqua; & ad gradum cuiuslibet sacerdotii accedere non præsumat.

Ex prisca versione. Et Tribur. c. 52.

Item ex concilio Ancyrano, c. 22. §. eos vero.

¶ Quinquennio à communione abstineant, qui casu homicidium faciunt. C. XLII.

Polyc. l. 6 tit. 10. Burc. l. 6. c. 15. Iuo p. 10. c. 25. & 144. — † al. humanior

EOs vero, qui non voluntate, sed casu [a] homicidium fecerint, prior quidem regula post septem annorum pœnitentiam communioni sociauit, secundum gradus constitutos: hæc [a] vero humana † [b] quinquennij tempus tribuit.

a ¶ Hæc vero.] *Græce est*, ὁ δὲ δεύτερος τὸν πενταετῆ χρόνον πληρώσει, *id est*: Secunda vero quinquennij tempus explebit. *Atq; ita fere Burchardus, & Iuo ex Dionysii versione. & ∫. ead. cap.* Si quis voluntate.

Et in conc. Vormac. c. 39.

Item ex concilio Eliberitano, c. 5.

¶ Quibus temporum spacijs à communione abstineat, quæ voluntate, vel casu ancillam suam interfecerit. C. XLIII.

Rab. pænit. c. 14. Burc. l. 6. c. 19. Ansl. l. 11. c. 36. Iuo p. 10. c. 22. & 148.

SI qua fœmina zeli furore accensa, flagellis verberauerit ancillam [c] suam, ita vt intra tertium diem animam cum cruciatu effundat; eo quòd incertum sit, voluntate, an casu occiderit; si voluntate, post septem annos; si casu, post quinque annorum tempora (acta legitima pœnitentia) ad communionem placuit admitti. Quòd, si intra tempora constituta fuerit infirmata, accipiat communionem.

Item ex capitulis Martini Bracarensis episcopi, c. 78.

¶ De his, qui voluntate, vel casu homicidium faciunt. C. XLIIII.

Iuo p. 10. c. 39.

SI quis voluntarie homicidium fecerit, ad ianuam ecclesiæ catholicæ semper subiaceat, & communionem in exitu [c] vitæ suæ recipiat. Si autem non voluntarie, sed casu aliquod homicidium fecerit; prior canon septem annis agere pœnitentiam iussit; secundus canon quinque mandauit.

Item ff. tit. de furtis. L. Qui saccum.

¶ De eodem. C. XLV.

Pandect. lib. 47. tit. 2. leg. 79.

QVi saccum habentem pecuniam surripuerit; furti actione, etiam sacci nomine, tenetur; quãuis nõ sit ei animus [f] sacci surripiẽdi.

Contra [g] animum, non opus puniri, lib. 9. codi. tit. ad leg. Cornel. de sicarijs, exemplo sacrarum litterarum Diocletiani, & Maximiani colligitur.

¶ De eodem. C. XLVI.

EVm, qui asseuerat homicidium se non voluntate, sed casu fortuito fecisse, cum calcis [h] ictu mortis occasio præbita videatur; si hoc ita est, neque super hoc ambigi poterit, omni metu, ac suspicione, quã

c ¶ In exitu.] supple, si moritur ante finitũ tempus pœnitentiæ: quia post tẽpus pœnitentiæ beite cõicat, vt 26. q. 7. si quis de corpore.

Additio. Hoc fit in quibusdam criminibus: & præsertim si qs pœniteat solẽniter. 26. quæstio. 7. si quis. secundum Hug.

Qui saccum.] Casvs. Quidam furatus fuit saccum cũ pecunia. Quæsitũ fuit an posset conueniri actione furti nomine sacci. Et respõdet qd sic: licet nõ habuit voluntatẽ furandi saccum principaliter.

f ¶ Animus.] Sed contra, furtũ sine affectu furandi nõ committitur. 13. q. vlt. c. vlt. & instit. de vsucap. §. itẽ si is. Sed dic q ratione accessionis committitur furtũ; & quæ commodatis vel depositis rebus accedunt, deposita vel cõmodata intelliguntur. ff. commo. l. si vt. §. vsq; adeo. Vel dic, animus, scilicet principaliter: sed secũdario & indirecte per quamdam consequentiam fuit ei animus saccum furandi: & sic nõ est contrarium. ff. de fur. si qd fur. §. 1. sic & ff. qđ met' cau. l. si mulier. § penu. 15. q. 1. merito. 23. q. 4. displicet.

Furtum cõmittitur ratione accessionis.

Contra. Casvs. Dictum est supra in c. studeat. quòd si quis faciat homicidium sine voluntate, tamen punitur. Modo probat contrariũ, scilicet q voluntas punit, nõ opus. Et hoc pbat vsque ad §. præmissis.

g ¶ Contra.] Hucusq; ostendit opus sine animo puniri: nunc ostendit contrarium.

Eum qui.] Casvs. Quidam ludendo ictu calcis suum socium percussit, adeo quòd mortuus est. Iudex loci propter hoc delictũ eũ voluit punire. consultus est Imperator, an ille debet puniri. Et respondet q non debet puniri: imo debet liberari ab omni suspicione & pœna legis Cornelia: & hoc si probauerit se casu, non voluntate hoc crimen commisisse.

h ¶ Cum calcis.] quoniam fecit ludi causa.

i ¶ Si hoc.] scilicet q in ludo occidit. & istud obtinet cũ ludus licitus est ff. ad leg. Aql. nã ludus. sed si est illicit' ludus, nõ excusat, vt extra de præsump. c. 1. ex quo autẽ constat q in ludo mortuus est, nõ est necesse probare q casu occiderit, vt ff. ad leg. Aquil. l. in lege. extra de sen. excõ. sup eo. aliàs qui casum allegat, ipsum probare tenetur, vt C. de pigno. act. quæ fortuitis & C. de iniur. si non conuitij. Ergo si aduersarius dicit q ipsum dolo occiderit, hoc probabit: quia qui dolum obijcit, ipsum probabit. ff. de probat. quoties. & intellige q ludus fuit licitus: & secũdũ hoc intellige q non

Occidens in ludo an sit puniẽdus.

regula, q humaniorẽ imponit pœnitentiã quinq; annorũ tantum.

a ¶ Sed casu.] dum tamen culpa præcesserit casum, [1] aliàs etiam clericus posset promoueri. extra eod. ex parte. & c. significasti. & c. dilectus. in fine. imo talis minister Dei dicitur, vt 15. q. 1. nec is.

b ¶ Humana.] ideo magis est tenenda, vt ∫. 9 dist. sana. Ioa. Quid iuris sit de hoc, notatur plene in quæstionibus. B.

Si qua.] Casvs. Quædam domina furore iracundiæ accẽsa, ita acriter ancillã suã flagellauit, q intra diem tertiũ expirauit. quæsitũ fuit in concilio Eliberitano quando possit ad cõmunionẽ admitti. & respondet q si voluntarie fecit, post septẽ ann. pœnitentiã: si casu, post 5. poterit ad cõmunionẽ admitti: & nõ ante, nisi intra hoc tẽpus fuerit infirmata. Sequentẽ casum per te videbis.

c ¶ Ancillam.] Hic habes quòd æque punitur dominus occidens seruum suum sicut alienum, vt ff. de ijs qui sunt sui vel alieni iur. l. 1. in fine. modica tamen castigatio permittitur domino. ff. de ijs

non punitur talis lege Cornelia, ex quo nihil fecit dolo: punitur tamen l. Aquil. in qua venit leuissima culpa. ff. ad leg. Aquil. in lege.

a ¶ Adnotatione.] idest, lege.

Quantum.] Casus. Cum Placidus traheret caballos de stabulo, vxor sua inter caballos fortuito casu collisa est: & fecit abortum confracta: & ideo iudicare punire volebat tanquam homicidam. Consultus Papa super hoc respondet, quod super hoc puniri non debet secundum leges, postquam voluntas eius perniciosa non fuit: sed de furto potest puniri, si alienos caballos furatus est. Potest tamen legi totum illud capitulum de vxore Placidi, quae dum traheret caballos, collisa est fortuito casu, & fecit abortum, quam dicit Papa non esse puniendam de abortu, non sua sponte facto: sed de furto si fecit, potest puniri. Et ita dupliciter H. & Bene. posuerunt casum.

b ¶ Quantum.] idest sicut.

c ¶ Alienos.] Si vis dicere, quod ille furabatur caballos, & ducendo eos collisit mulierem: tunc quod dicit in fine non puniri per leges, verum est l. Cornelia de sicar. in qua venit dolus, non lata culpa. ff. de sica. in lege. tamen de culpa bene punitur, vt s. eadem causa. studeat.

d ¶ Culpabilis.] & sic patet, quod licet aliquis de furto teneatur, non tamen tenetur de his quae sequuntur ex furto. vt 15. q. 1. saoe. s. quid. ad eius. ff. de fur tis, verum. extra de ipso s. veniens. Arg. contra s. eodem, clericum.

e ¶ Non agnoscitur.] quando eam praegnantem cognouit. H.

Hi, qui.] Casus. Quidam arbores incidebant, eis cadentibus quidam homines sunt oppressi ab eis. Quaerebatur an essent homicidae, qui arbores incidebant. Et respondetur: si non est factum eorum voluntate, & debitam cautelam adhibuerunt, inculpabiles sunt. Si vero eorum culpa vel negligentia mortui sunt, deponendi sunt, & non sustipiendi de cetero. Idem est casus sequentis c. Casus illius c. si duo. facilis est: & per te formabis.

f ¶ Inculpabiles.] Si fecit in priuato loco: tunc enim non potuit dimittere, vt ff. ad legem Aquil. si putator. & ex. tra vt eccle. benefic. vt nostrum, si in publico, debuit clamare, caue caue, vt s. eadem, si duo.

g ¶ Saepe contingit.] ¶ Vel negligentia.] Arg. quod qui occasionem damni dat, &c. s. de 56. dist. palae, & 6. q. 1. decima. & extra de homic. presbyterum 17. q. 4. si quis. & 31. q. 3. de nepotis. & 1. q. 1. placuit. s. Arg. contra 15. q. 1. necbiauerunt. & ff. de ser. corru. Neratius. §. si seruo ff. de furtis, verum. de eo qui fregit ostium meretricis, sed non ideo punitur amplius, quia satis est punitus propter ignominiam.

h ¶ Insperatus.] Fortuiti enim casus nullo homini consilio prouideri possunt. ff. de adminis. ad tut. per. l. 3. C. de pign. act. l. quae fortuitis.

ex admissae rei discrimine sustinet, secundum id, quod adnotatione[a] nostra comprehensum est, volumus liberari.

[*Item Imperator Antoninus C. ad leg. Cor. de sica. l. 1.*]

PALEA. C. XLVII.

Frater vester rectius fecerit, si se praesidi prouinciae obtulerit. Qui, si probauerit non occidendi animo hominem à se esse percussum, remissa homicidij poena secundum militarem disciplinam sententiam proferet. Crimen enim contrahitur, si & voluntas nocendi intercedat. Ceterum ea, quae ex improuiso, casu potius, quam fraude accidunt; fato plerumque, non noxae imputantur.

Hinc, & Gelasius, Papa. † al. Pelagius

¶ De eodem. C. XLVIII.

Quantum[b] dicit iste Placidus †, anno praeterito dictum est de vxore illius; quia subito inter caballos inuenta est, & dum traherentur caballi, collisa est illa, & abortum fecit. ¶ Quod si ita est; forte si caballos alienos[c] tulerit; inde est culpabilis[d]. Nam de muliere, quae casu inter caballos confracta est, vbi voluntas illius non agnoscitur[e] perniciosa fuisse, non potest, nec debet addici per leges. † al. Placidius

Item Nicolaus Papa.

¶ De eodem. C. XLIX.

Hi, qui arbores incidere videntur, si contigerit, vt cadens arbor occiderit hominem, inculpabiles[f] sunt, atque innoxij; quia nec voluntate eorum, nec desiderio, homicidium perpetratum est. Si vero aliqua culpa eorum, vel neglectu, morientis hominis interitus cognoscitur aduenisse; abijciendi sunt à gradu, & in sacro ordine nullatenus suscipiendi.

Ca'pa leuis in l. Cornelia non venit

Item ex concilio Vormaciensi, c. 29.

¶ De eodem. C. L.

Saepe contingit, dum quis operi necessario insistens arborem inciderit, vt aliquis subtus ipsam veniens deprimatur: Et idcirco, si voluntate, vel negligentia[g] incidentis arborem factum est; vt homicida, paenitentiae debet omnino submitti. Quòd si non voto, non incuria illius, non denique scientia contigit; sed dum ille operi necessario fortassis incumberet, iste insperatus[h] occurrens sub arbore improuisus deuenit, & sub ipsa oppressus est; incisor arboris non tenetur pro homicida. Burc. l. 6. c. 31. Iuo p. 10. c. 150.

Item ex concilio Triburiensi, c. 50. [Sed ibi copiosius.]

¶ De eodem. C. LI.

Si duo fratres in silua arbores succiderint, & appropinquante casura ipsius arboris frater dixerit fratri, caue; & ille fugiens in pressuram arboris inciderit, & mortuus fuerit; viuens frater innocens de sanguine germani diiudicetur. Burc. l. 6. c. 32. Iuo p. 10. c. 151.

Praemissis[k] auctoritatibus, lapsis permittitur[l], vt post paenitentiam in suis ordinibus reparari valeant: ad maiorem autem conscendere post lapsum nulla eis auctoritate permittitur; immo penitus prohibetur.

Vnde in Ilerdensi concilio, c. 5. legitur. 15. q. 8. c. hi qui. Raban. paen. c. 1. Burc. l. 19. c. 74. Iuo p. 15. c. 87.

¶ Lapsi in suis ordinibus reparari possunt, sed non ad maiora conscendere. C. LII.

Hi, qui[m] altario Dei deseruiunt, si subito in flenda carnis fra-

i ¶ Idus.] ff. ad legem Aquiliam, si putator.

¶ Praemissis.] Casus. s. in illo c. de his clericis q. in subdiaconis, & in capitulo illo, clerico. dictum est quod clericis lapsis permittitur in suis ordinibus ministrare: ad maiores vero ascendere non possunt. Idem dicitur in hoc s. & hoc probat per sequens c. Sed postea exemplo beati Petri probat, quod lapsi post paenitentiam ad maiora possunt promoueri.

k ¶ Praemissis.] supra ead. de his clericis.

l ¶ Permittitur.] allegando dicit propter sequen. cap. Ioan.

Hi qui.] Casus. Quidam clerici in sacris ordinibus constituti fornicati sunt, quaesitum fuit, vtrum ad sua officia redire possint, & ad maiora promoueri. Et respondet concilium: si digne paenituerint, in potestate sit episcopi vel veraciter afflictos, vel diu suspendere: vel desidiosos prolixiori tempore ab ecclesiae corpore segregare: ita tamen, vt sua loca retineant, & ad altiora non promoueantur. qui si iterum ipsi lapsi fuerint, omni dignitate carebunt, nec habebunt nisi in hoc communionem.

m ¶ Hi qui.] Hoc cap. habes 15. q. vlt. hi qui.

Sub damnum dedisse videtur, qui non quas debuit percussit... Ioan. de fan.

Ignominia afficit punit. & fur fornicis non possunt praemiari...

SED

gilitate corruerint, & Domino respiciente, digne pænituerint, ita vt mortificato corpore, cordis contriti sacrificium Deo offerant; maneat in potestate pontificis, uel veraciter afflictos non diu suspendere, vel desidiosos prolixiore tempore ab ecclesię corpore segregare: ita tamē, vt sic officiorum suorum loca recipiant, ne possint ad altiora officia vlterius promoueri. ¶ Quòd [a] si iterato velut canes ad vomitum reuersi fuerint, & [b] veluti sues in volutabris luti iacuerint; non solum dignitate officij careant; sed etiam sanctam communionem, nisi in exitu, non percipiant.

a ¶Quod si iterato.] *Hinc vsque ad finem absunt à codicibus illis Gratiani, à quibus palea abesse solent. In alio autem hoc præpositum est nomen palea.*
b ¶Et veluti sues in volutabris luti iacuerint.] *Hæc non leguntur in antiquis editionibus conciliorum, Coloniensi, ac Parisiensi, duobus codicibus Vaticanis, Lucensi regio, neque infra 15. q. 8. c. His qui. Sunt tamen apud Iuonem, & in editione Colon. 4. volum.*

Sed exemplo beati Petri (qui postquam trinæ negationis maculas, confessione diluit amoris; non solum in gradu sui apostolatus remansit, verum etiam in pastorem totius ecclesiæ à Christo institui meruit) probantur lapsi post dignam pænitentiam non solum propria officia retinere; sed etiam ad maiora posse conscendere. Quòd autem beatus Petrus post negationem pastor ecclesiæ à Domino sit institutus, probatur auctoritate beati Gregorij, qui in homilia Dominicæ resurrectionis de eodem principe Apostolorum scribit, dicens,

Homi. 21. in Euang.

¶ Petrus post culpam negationis princeps Apostolorum à Domino est institutus. C. LIII.

CONsiderandum nobis est, cur omnipotens Deus eum, quem cunctæ ecclesiæ præferre disposuerat, ancillæ vocem pertimescere, & se ipsum negare permisit [a]. ¶ Quod nimirum magnæ actum esse pietatis dispensatione cognoscimus, vt is, qui futurus erat pastor ecclesiæ, in sua culpa disceret, qualiter alijs misereri debuisset [b]. Prius itaque eum ostendit sibi, & tunc præposuit [c] ceteris; vt ex sua infirmitate cognosceret, quàm misericorditer aliena infirma toleraret.

Item Ambrosius in serm. 47. de fide Petri.

¶ Post negationem in fide, & gradu Petrus profecit. C. LIIII.

FIdelior factus est Petrus, postquam fidem se perdidisse defleuit; atque ideo maiorem gratiam [d] repperit, quàm amisit. Tamquam enim bonus pastor tuēdum gregem accepit, vt qui sibi antea infirmus fuerat, fieret omnibus firmamentum; & qui ipse interrogationis tentatione nutauerat, ceteros fidei stabilitate fundaret. Denique pro soliditate deuotionis, ecclesiarum petra dicitur; sicut ait Dominus [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meā.] Petra enim dicitur, eo quod primus in nationibus [e] fidei fundamenta posuerit, & tamquam saxum immobile totius corporis † Christianitatis compagem, molemque contineat.

Matth. 16.

† operis Christianæ ioreg.

† al. solenniter pænitentes]

6 Item obijcitur, pænitentes † ad sacros ordines promoueri non debent: non ergo lapsi post pænitentiam ad maiora pertingere possunt.

Vnde in concilio Carthaginensi 4. c. 68. & 69. legitur.

Polyc. l. 2. tit. 31. Ans. l. 7. c. 20. & 13. Burch. l. 2. c. 35. Iuo p. 6. c. 136. & par. 15. c. 5. Pann. l. 3. c. 60.

¶ Non ordinetur clericus ex pænitentibus. C. LV.

EX pænitentibus, quamuis sit bonus, clericus non ordinetur. Si per ignorantiā [f] episcopi factum fuerit; deponatur à clero: quia se ordinationis tempore non prodidit [g] fuisse pænitentem. Si autē sciens

SED EXEMPLO. CASVS. Dictum est supra, quòd lapsi post pænitentiā nō possunt ad altiora conscendere. Modo dicit Gratianus contrarium: scilicet quod lapsi nō solū restitui possunt ad antiquū statū, sed etiā ad altiora promoueri; quod probat exēplo beati Petri, qui post trinā negationē non solū permāsit apostolus, sed etiam factus est pastor totius ecclesiæ; quod probatur duobus sequen. cap.

COnsiderandum.] CASVS. Quæritur hic quare Christus permisit Petrum peccare negando seipsum ad vocem ancillæ, quem facere disposuerat pastorē ecclesiæ. Et respondet Gregorius hoc esse permissum ex magnæ pietatis dispensatione: scilicet vt Petrus suā fragilitatem cognosceret: & in sua culpa disceret qualiter aliorum delictis parcere deberet, & alijs misereri posset.

a ¶ Permisit.] idest, non prohibuit.

b ¶ Debuisset.] argu. dispensationem esse debitam.

c ¶ Præposuit.] hoc verbo, Pasce oues meas: factus est princeps. extra de elect. significasti. nō illo, Tu es Petrus & super hāc petrā, &c. quia illud fuit ei dictum ante passionē. 22. dist. sacrosancta.

FIdelior.] CASVS. Dicit Ambrosius in hoc cap. quòd Petrus post negationem fortior resurrexit & fidelior factus est, & maiorem gratiā recepit, quàm perdiderat. Factus est enim pastor ecclesiæ, vt qui infirmus fuerat in fide, ceteros in fidei stabilitate firmaret. Et pro solida deuotione quam habuit circa ecclesiam, & circa homines cōuertēdos, dictus est petra: quod probat auctoritate Euāgelij.

d ¶ Gratiam.] Arg. quod potius est eligēdus qui peccauit & pænituit, quàm qui semper fuit bonus: quia magis scit compati peccatoribus, vt ī. ca. proxi. nam infirmus fortior resurgit. de pæni. dist. 1. potest. & ibidem distin. 3. ille. Arg. contra 12. dist. nos consuetudinem. & 16. q. 1. legi.

e ¶ In nationibus.] idest, gentilibus.

ITEM OBIICITVR. Hæc est sexta pars huius dis. in qua loquitur de pænitētibus cū solennitate, & de Bigamis: & mittit ponit iiij. auctoritates. Ioan. de Fant.

CASVS. Adhuc obiicit Gratianus, quod lapsi nō possūt ascēdere ad maiora. nā pænitentes promoueri nō debent: ergo nec ad maiora ascendere possunt. quod probat sex sequētibus c. quæ loquūtur de solenniter pænitentibus.

EX pænitentibus.] CASVS. Quidā episcopus ordinauit quemdā solenniter pænitentem; quærebatur quam pœnam deberet pati episcopus vel ordinatus. & respondet quòd si episcopus ordinauit talem ignorāter, tantūm ordinatus deponitur: quia tempore ordinationis suæ, suū impedimentū non manifestauit episcopo. Si vero episcopus ordinauerit eū sciēter, etiam ipse potestate ordinandi priuabitur. Eandem pœnā patiatur episcopus, qui scienter ordinauit bigamum, viduæ vel repudiatæ maritum.

f ¶ Si per ignorantiam.] Bene enim potest ignorare cū nō ipse, sed alij examinent. 24. dist. quando. extra de offic. Archid. vt nostrum.

Si intelligas quòd primo recipiat sacerdotium, & post episcopatum, verum dicit. Alioquin falsum est quia nec episcopum imprimitur character: sed quidam, sed alij contra, arg. extra de renunc. post translationem §. vlt. vel hoc extra de ordi. ab epo qui renuntiauit episc. cap. 1. Archid.

ecclesiæ ab eo qui potestatem habet, vt extra de cler. per sal. promo. cap. 1. & hoc dummodo sit baptizatus, nec decretalia ex litteris in aliquo contradicit. g *Vriales autem.* Casvs. Assignantur supra quattuor rationibus in 51. dist. in cap. designata. & in capi. præterea. & in capi. 5. quare curiales à promotione repelluntur: subiungit 53. dist. in qua assignat quintam rationem quia scilicet non voto religionis fiunt ecclesiastici, sed vt officiorum suorum ratiocinia fugiant. & hoc probatur sequenti capitulo.
g ¶ *Curiales.*] Hic assignat tertiam causam quare curiales non promouentur. Ioan.

Metropolitanus in propria ciuitate consecrandus.

Archiepiscopus à suis consecrandus.

laici [a] sunt, qui seculari militiæ dediti sunt, qui curiæ nexibus obligati sunt, qui inscij litterarum sunt, qui nondum ad triginta annos peruenerunt, qui per gradus ecclesiasticos non ascenderunt qui ambitu honorem quærunt, qui muneribus honorem obtinere moliuntur, qui a decessoribus [b] in sacerdotium eliguntur. ¶ Sed nec ille deinceps sacerdos erit, quem nec clerus, nec populus propriæ ciuitatis elegit, vel auctoritas metropolitani, vel comprouincialium sacerdotum assensus non exquisiuit. Quicumque ergo deinceps ad ordinem sacerdotij postulatus, & in his, quæ prædicta sunt, esquisitus, in nullo horum deprehensus fuerit, & examinatus, probabili vita, & doctrina extiterit; tunc secundum synodalia, vel decretalia constituta, cum omnium clericorum, vel ciuium voluntate, ab vniuersis comprouincialibus episcopis, aut certe à tribus, in sacerdotem die Dominica [c] consecrabitur; conuenientibus † ceteris, qui absentes sunt, litteris suis, & magis auctoritate, vel præsentia eius, qui est in metropoli constitutus. Episcopus autem comprouincialis ibi consecrandus est, vbi metropolitanus elegerit. Metropolitanus autem nõ nisi in ciuitate metropoli [d] † comprouincialibus ibidem conuenientibus [e]. ¶ Si quis autem deinceps contra prædicta vetita canonum, ad gradum sacerdotij indignus aspirare contenderit, cum ordinatoribus suis adepti honoris periculo subiacebit.

† al. conuenientibus

† al. à comprouincialibus

α ¶ Aut decisione aliquid.] *Addita hæc sunt ex concilijs olim Colonia, ac Lutetia impressis. In nouissima vero Coloniensi editione legitur*, vel defectu quæ, pro, vel delectione.
β ¶ Aut fornicarias.] *In codice Lucensi Regio legitur*, ad fornicationes: *quod videtur intelligendum de concubitu ad tempus adhibito, vt 2. distin. 34. c. is qui. est annotatum.*

DISTINCTIO LII.

Qvi vero prætermissis aliquibus gradibus non superbia, sed negligentia ad maiorem ascenderit, tamdiu à maioribus abstineat, quousque congruo tempore prætermissos accipiat.

Vnde Alexander secundus scribit Grimaldo † Constantiniensi † episcopo.

† al. Rainaldo, al. Rumaldo

† al. Constantiensi

§ De eo, qui subdiaconatus ordine postposito, diaconus & presbyter est ordinatus. C. I.

Solicitudo dilectionis tuæ studuit consulere, vtrum portitor istarum litterarum, diaconatus, & presbyteratus officium idoneus sit peragere, nec ne; cum ad id præpostero † cursu, subdiaconatus [f] ordine postposito, negligentia potius, quàm superbia cognoscatur ascendisse. Vnde nos consulendo charitati tuæ mandamus, vt ab officio sacerdotali eum prohibeas, donec proximo quatuor temporum ieiunio subdiaconatus ministerium sibi rite imponas; & sic deinceps ad maiora officia eum redire concedas.

Iuo p. 6. c. 409

† al. præpropero

¶ *In libro permensis est epistola eiusdem Alexãdri ad Geruasium Rhemensem archiepiscopum, cui hoc idem consilium dat, quod Rumaldo Constantiensi episcopo se dedisse narrat.*

DISTINCTIO LIII.

Cvriales [g] autem, vt supra scriptum est, ideo ordinari prohibentur, quia frequenter, dum ab ecclesia repetuntur, plurima incommoda ecclesia consequitur: vel quia ydem curiales non voto religionis, sed vt officiorum suorum ratiocinia fugiant, ad ecclesiam se transferunt.

dist. 51. designata.

Vnde Gregorius Papa scribit lib. 7. reg. epist. xi. episcopis Siciliæ de lege Mauritij Augusti.

LEgem] CASVS. Hoc capitu. diuiditur in duas partes. In prima parte ostendit Greg. ꝙ qui militiæ, vel qui rationibus sunt publicis obligati, nec in clero, nec in monasterio suscipi debent; quia vitam sæculi nolunt fugere, sed mutare, cũ eodem modo viuant in ecclesia sicut in sæculo, & hoc probatur per legem Mauritii Imperatoris: sed si voluerint causa religionis intrare monasterium, nõ recipiantur, nisi prius à publicis ratiocinijs fuerint absoluti. In secũda parte, quæ incipit ibi, *Si qui vero*. dr̃, ꝙ milites nõ sunt proprie in monasteriis suscipiendi, nisi vita eorum subtiliter inuestigetur, & per triennium in habitu laicali fuerint probati.

¶ Quare sit constitutum, ne curiales ordinentur. C. I.

Ivo p. 10. c. 124.

LEgem, quã [a] pijssimus Imperator dedit, ne fortasse hi, qui militiæ, vel rationibus sunt publicis obligati, dum causarum suarum periculum fugiunt, ad ecclesiasticum habitum veniant, vel in monasteriis conuertantur, vestræ studui fraternitati transmittere; hoc maxime exhortans, quòd hi, qui sæculi actionibus implicati sunt, in clero ecclesiæ præpropere suscipiendi non sunt †; quia dũ in ecclesiastico habitu nõ dissimiliter, quàm vixerant, viuunt; nequaquam student sæculum fugere, sed mutare. Quòd si etiam tales quoque monasterium petunt; suscipiendi nullo modo sunt; nisi prius à ratiocinijs † publicis absoluti fuerint. ¶ Si qui vero ex militaribus [b] uiris [a] in monasteriis cõuerti festinant; non sunt temere suscipiendi; nisi eorum vita fuerit subtiliter inquisita. Et iuxta normam regularem debent in suo [c] habitu per triennium [d] probari; & tunc monachicum habitum Deo auctore suscipere.

Add quæ no. dist. 31. in gl. da. glo. vanã.

† al. actionibus] orig.

a ¶ Viris.] *In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus, & apud Iuonem legitur*, numeris, *vt significentur milites in breuiculo, seu matricula descripti.*

DISTINCTIO LIIII.

Gr. SErui [e] *autem ordinari prohibentur, nisi à proprijs dominis libertatem legitimam consequantur.*

Vnde Leo episcopus scribit epist. prima omnibus episcopis per Campaniam, &c.

¶ Seruus ad clericatus officium non promoueatur. C. I.

Poly. l. 2. tit. 31. Ansel. l. 7. c. 28. Burc. l. 2. c. 22. in fin. Ivo p. 6. c. 64.

NVllus [f] episcoporum seruum alterius ad clericatus officiũ promouere præsumat, nisi forte eorum [g] petitio, aut voluntas accesserit, qui aliquid [h] sibi in eo vẽdicant potestatis. Debet enim esse immunis ab aliis, qui diuinæ militiæ est aggregãdus, vt à castris dominicis, quibus nomen eius adscribitur, nullis necessitatis vinculis abstrahatur.

β ¶ Nullus.] *Caput hoc videtur cõfectum ex titulo, qui in codice canonum præponitur primo decreto Leonis primi, & ex parte posteriore ipsius decreti, in qua exceptio eorum, quæ prius statuit continetur. prior autem pars, quæ hic deest, habetur infra ead. c. admittuntur.*

Item ex concilio [i] Triburiensi.

¶ De seruili conditione nullus ad sacros ordines deueniat. C. II.

Polyc. ibidem. Burch. l. 2. c. 28. Ivo p. 6. c. 41. Pann. l. 3. c. 48.

NVlli de seruili conditione ad sacros ordines promoueantur, nisi prius à propriis dominis legitimã libertatem cõsequãtur: cuius

a ¶ *Legem quam pijssimus.*] nota qualiter ex sequenti facto & præcedẽti probatur medium, vt 28. dist. quia. Nam ex bona vita præcedente & sequente præsumitur medium, scilicet, ꝙ bono zelo petierit habitum monachalem.

Ad idem 33. q. 5. c. 1. sm Hug. 58. dist. puenit. Laur.

b *Ex militaribus.*] milites non impedit religio sacramentis quia & clerici sacramento tenentur epis, vt 23. dist. quamquam. & tamẽ eis inuitis possunt intrare religionem. 19. q. 2. duæ.

c *In suo.* Not. ꝙ in suo habitu quisque probandus est, vt hic, & 54. dist. multos. & extra de reg. super eo. & 57. q. 2. si quis incognitus. Dicunt tamen quidam, ꝙ potius in monachali habitu probãdus sit, quia non solum alij ipsum probabunt, sed etiam ipse probabit asperitatem ordinis & habitus ipsorum, quod non potest facere in sua veste. Io. Sed certe licet iura quædam dicãt, ꝙ in proprio habitu sit probandus quis, consuetudo tamen se in contrariũ habet, & decret. etiam contradicit extra de reg. statuimus.

Religionis asperitas in quo habitu probanda est.

d *Per triennium.*] incognitus probabitur per triennium, vt hic & 17. q. 2. si quis incognitus. sed laicus cognitus vel clericus ignotus per biennium. 19. q. 3. monasterijs. clericus notus per annum. 17. q. 2. Gonsaldus. vel forte notus statim potest recipi. extra de reg. ad apostolicam. Sed hodie non debet per decret. Alexander quartus. extra eo. nõ solum. In cruce signatis statuitur dimidius annus. extra de reg. cap. 1. s.

Probari ꝙ quo tempore debet.

Vbi de hoc vide dona.

e *Erui.*] Hæc distinctio diuiditur in quinq; partes. In prima principaliter tractatur de seruis non ordinandis, quod probatur per decem auctoritates sanctorũ. Secũda ibi, *Hoc tãt*. Tertia ibi, *Si seruus absente*. Quarta ibi, *De seruis*. Quinta ibi, *Quod autem*. Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 54. dist. in qua dicitur, ꝙ serui ordinari nõ debent nisi prius a dominis suis plenã libertatem fuerint consecuti. Ostenditur secundo qd iuris sit si serui fuerint promoti non adepta libertate. Tertio qualiter serui Iudæorum, siue pagani, siue Christiani ab eorũ dominio debeãt liberari. e ¶ *Serui.*] Primo ostẽdit, ꝙ nec priuatorum, nec ecclesiarum serui sunt promouendi, nisi libertatem sint consecuti. Secundo ostẽdit qd iuris sit si aliter sint ordinati. Tertio qualiter serui Iudæorum à dominio ipsorum valeant liberari. Nota ergo, ꝙ numquã seruus priuati est promouendus nisi plenã libertatẽ sit cõsecutus, ita ꝙ nihil iuris remaneat in eo domini, vt j. eod. quicumque. & in c. nullus. Si vero sunt ecclesiarum, non possunt similiter promoueri nisi primo consequatur libertatẽ. j. ead. cap. 3. ecclesia eñ non potest manumittere seruos suos pleno iure, nisi det platus duos euisdem meriti 12. q. 2. eps qui. nec tunc pleno iure manumittit, vt ibidẽ colligitur. De hoc distingue vt extra de ser. non ordin. cohibentius. & de rebus eccle. non alienan. consensus.

a Not. Ho. ꝙ dicit H. ꝙ si vita & conditio hominis sit nota probatur per annũ. & sic loquitur præs. ca. Gosaldus. Si vero conditio nota est, sed vita ignota, tunc per biennium. & sic loquitur præs. c. monasterijs ꝙ si vtraque fuit cõditio & vita sit ignota, vel talis eius cõditio: tunc triennium est spectan. tũ. & sic loquitur præs. ca. si quis ignotus. & illud cap. legem. & j. dist. prox. multos. Archid.

Seruus priuati sine libertate nõ põt promoueri.

NVllus.] CASVS. Prohibet hic Leo Papa ne quis episcopus ordinet seruum aliquem, nisi prius eorum voluntas accesserit, qui in eo seruo sibi aliquid vendicant potestatis, ne postea in seruitutem redigatur, cum immunis esse debeat ab omni vinculo qui castris dominicis applicatur.

f ¶ *Eorum.*] id est, illius vel illius, distributiue. sufficit enim vnius voluntas si plures sunt domini, vt institu. de dona. §. erat olim. C. de communi ser. manu. l. 5. §. si autem.

g ¶ *Aut voluntas*] etiam si tacita, vt j. ead. si seruus.

h ¶ *Qui aliquid.*] argumentum, ꝙ omnium cõsensus est requirendus, quorum iuri in aliquo detrahitur, vt hic. & 85. dist. archidiaconum. & extra de offic. deleg. super eo. C. de auctorit. præstan. l. vlt. & ff. de aqua pluuia arcen. l. in concedendo. 66. dist. archiepiscopus. 8 q. 1. licet.

NVlli.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Triburiensi, vtrũ seruus sit promouendus? Et respondet quòd non, nisi prius à domino plenam libertatem consequatur, chartula cuius libertatis prius in publico legatur, & si nullus contradixerit, ordinetur. Si vero aliquis seruus per obreptionem fuerit ordinatus, deponatur, & eiusdem sit conditionis cuius ipse ante fuit.

i ¶ *Cuius &c. in ambone publice legatur.*] argumentum, quòd si aliqua sunt publice facta, nemo postea auditur contradictor. 8. q. 1. licet. & 16. distin. quod dicitis. & 12. quæstio. secunda. qui & humanis. sim. extra qui ma. accu. poss. cap. vlt. arg. contra. 15. q. 6. c. 5. in fi.

Pub'ice factis nemo contradicere potest.

a ¶ *Ceciderit*.] ita fit seruus sicut prius, nisi sit presbyter, vel diaconus, vt J. cod. ex antiquis. Sed numquid gaudebit talis priuilegio clericali quantum ad canonem, si quis suadente. 17. q. 4. arg. ꝙ non, extra de foro compe. cap. 2. & 17. q. 4 si quis deinceps. arg cõtra ff. de decu. l. 6. Ad hoc dico, ꝙ iste in omnibus caret priuilegio clericali, præterquã in eo solo, ꝙ non põt verberari sine sacrilegio; quia illud priuilegium datum est clericis non tantum fauore ipsorũ, sed etiam odio laicorũ: vnde in odium laicorũ vtiẽ eo, vt extra de sent. excom. contingit. & cap. vniuersitatis. sed aliàs accusari potest à bigamis, & iudicari à laico, licet secus sit in clerico deposito. 81. dist. dictũ & hoc ideo est, quia iste fecit furtũ corporis sui: & C. de seru. fug. l. 1. Item numquid potest contrahere matrimoniũ? Non, qa noluit, quod facere potuit. extra de conuer. cõiug. quidam. Ioan. Non credo excommunicatũ ꝙ depositum percutit, cum sit priuatus omni dignitate, & priuilegio quod habebat. argu. ad hoc 84 dist. quisqs. B.

c ¶ *Nullum obsequium*] Dicunt quidam, ꝙ obsequium, quod consistit in non faciendo, scilicet de non vocando in ius, vel quod in reuerentia consistit, vt de assurgendo, non potest patronus remittere: quia illud naturaliter debetur, vt C. de bo. lib. l. vlt. C. de in ius voc. l. 2. Sed hoc non est verum: quia super eo potest libertus transigere.

libertatis charta ante ordinationem in ambone publice legatur; & si nullus contradixerit, rite consecrabuntur. Porro seruus non canonice consecratus, postquam de gradu ceciderit[a], eius conditionis sit, cuius fuerat ante gradum.

a ¶ Concilio Triburiensi.] *Huius capitis in conc. Tribur. c. 29. sententia potius habetur, quàm verba, quæ aliqua ex parte videntur conuenire cum iis, quæ scribuntur primo libro capitularium, c. 88. de ordinatione seruorum. vers. & quandocunque.*

[*Ex concilio Cartaginensi*[β] *primo, c. 8.*]

PALEA. C. III.

MAgnus episcopus Astiagensis dixit, quid dilectioni vestræ videtur procuratores, actores, & executores, seu curatores pupillorũ si debeant ordinari? Gratus episcopus dixit: si post deposita vniuersa, & reddita ratiocinia, actus vitæ ipsorum fuerint comprobati in omnibus; debent & cum laude, cleri, si postulati fuerint, honore munerari. Si enim ante libertatem negotiorum, vel officiorum ab aliquo sine cõsideratione fuerint ordinati; ecclesia infamatur. Vniuersi dixerunt, recte omnia statuit sanctitas tua; ideoque ita est, & nostra ista quoque sententia.

Extra de oblig. ad ratioc. nõ ordin. c. magnus. Burch. l. 2. c. 36 Iuo p. 6. c. 137.

β ¶ Carthag.] *In codicibus impressis citatur ex Moguntinensi. Emendatum vero est ex Burchardo, Iuone, decretal. in c. vnic. de ob. ig. ad ratioc.*

γ Ecclesia infamatur *Sic emendatum est ex concilio, & decretal. & Burchardo, & Iuone. Antea legebatur*, ab ecclesia infirmentur.

Item ex concilio Toletano nono, cap. xi.

¶ Post donum libertatis famuli ecclesiæ reuocentur in clerum. C. IIII.

Iuo p. 6. c. 373. † al. famulis

QVi ex familijs † ecclesiæ seruituri deuocantur in clerum ab episcopis suis, necesse est, vt libertatis percipiant donum: & si honestæ vitæ claruerint meritis; tunc demum maioribus fungantur officijs. Quos vero flagitij sordidauerit incorrigibilis noxa, perpetua seruitus conditionis religet[b] in catenam.

Qui autem ordinandi, à dominis suis libertatem consequuntur, ab eorum patrocinio penitus debent esse alieni, vt in nullo eorum obsequijs inueniantur obnoxij.

Vnde in concilio Toletano quarto, cap. 72 legitur.

¶ Ad clericatum suscipiuntur qui nullo obsequio retento à Dominis suis libertatem percipiunt. C. V.

Polyc. l. 2. ti. 31. Burc. l. 2. c. 25. Iuo p. 6. c. 126. Pann. l. 3. c. 46 † crimine capitali] orig.

QVicumque libertatem à dominis suis ita percipiunt, vt nullum sibi in eis obsequium[c] patronus retentet; isti si sine crimine † sunt; ad clericatus ordinem liberi suscipiantur: quia directa manumissione absoluti noscuntur. Qui vero retento obsequio, manumissi sunt; pro eo, quòd adhuc patroni seruitute tenentur obnoxij, nullatenus sunt ad ecclesiasticum ordinem promouendi; ne, quando voluerint eorum Domini, fiant ex clericis[d] serui.

[*Ex concilio Toletano*[a], *82. cap.*]

Capit. l. 1. c. 88.

PALEA. C. VI.

DE seruorum ordinatione, qui passim ad gradus ecclesiasticos promouentur †, placuit omnibus cum sacris canonibus concordari debere: & statutum est, ut nullus episcoporum deinceps eos ad sacros ordines promouere præsumat; nisi prius a dominis proprijs libertatem consecuti fuerint. Et, si quilibet seruus dominum suum fugere. ff. de cõdi. indeb. l. si non sortem. §. libertus. & bene cõcedo, ꝙ generali remissione non tollitur (vt ibi dicitur) sed speciali potest. Nec tenet qđ est extra de ser. non ord. cap. nullus. Non enim in eo retinere põt aliquid iuris, licet sit arg. ꝯ ĩ ea. frequẽs in fi. Io. Vel melius dic, ꝙ honesta cõditio fuit ibi apposita, quam quia nõ seruabat, degradari iubetur in illa decreta nullus. Bar.

Extra de seru. nõ ord. c. 2. Burc. l. 2. c. 31. Iuo p. 6. c. 132. Pãn. l. 3 c. 163. † indiscrete promouebantur] capitul.

d ¶ *Ex clericis*.] quod tamen facere non possunt, nisi probata causa ingratitudinis, vt 15. q. 7. episcopus sacerdotibus.

Et est rõ quia illa priuilegia data sunt, & in sui fauorẽ quilibet renunciare põt. & quibus fecit indignũ. arg. C. de pac. l. si quis. Ioan. de Fant.

QVi ex.] CASVS. Hoc capitulo, loquitur de seruis ecclesiarum, qui ordinari non debent, nisi prius libertatem ab episcopis consequatur. & si honeste in clericatu vixerint, poterunt ad maiores ordines promoueri si vero ingrati extiterint, in seruitutem redigantur.

b ¶ *Religet*.] Hoc obtinet in seruis ecclesiæ tãtum, vt ppter ingratitudinem reuocentur in seruitutem. 12. q. 2. octaua, & si presbyter sit. 12. q. 2. diaconi. sed in laicis secus. nã illi omne ius quod habent in seruo, debentur remittere. vnde non possunt reuocare in seruitutem, nec tenet lex. C. de episcopis & cleri. seruus. vbi habes, ꝙ domino redditur seruus si deserit monasterium, per id quod habes extra de cõdi. app. ca. 2. sed si vult transire ad aliud monasterium, tunc distinguitur, vt extra de ser. non ord. eo libentius.

Serui ordinati prosunt quandoque propter ingratitudinẽ in seruitutẽ reuocari.

Concor. text. in l. 2. & 3. C. de li. & posth. & in Auth. vt cum. de ap. cog. §. aliud quoque, colli. 8. & Specu. in tit. de iurisd. om. iud. §.

QVI AVTEM. CASVS. Dicitur in hoc §. ꝙ illi serui qui promoueri debeat, a dominis suis plenã debent consequi libertatem, ita ꝙ ipsi in nullo teneantur suis dominis obnoxij.

QVicumque. CASVS. Statutum fuit in concilio Tolerano, ꝙ illi liberti ordinentur qui à dominis suis directa manumissione sunt liberati: ita ꝙ nullũ in eis obsequiũ dñi sui retineant, & illi sine crimine appareant. si vero in eis obsequium retineatur, ordinari non debent, ne possint secundum voluntatem dominorum in seruitutem reuocari.

S *I quis.*] CASVS. Dicitur hic, quod neque adscriptitius, neque originarius, neque libertus ordinari debet: nisi probatæ vitæ fuerit, & consensus patroni accesserit.

D *E rebus*] CETERVM. CASVS. Dicitur hic, quod si serui sine libertate ad ecclesiasticos honores irrepserint, presbyter amis-

a ¶ *Ceterum si.*] Hic agitur quid iuris sit, si seruus ordinatur non adepta libertate. Vnde not. quod si sciente, & contradicente domino ordinatur, reuocatur in seruitutem, etiam si sacerdos factus sit secundum quosdam, licet Hugo hoc neget: vt j. eod. quis aut. Si sciente, & nõ contradicente domino in clerum fuerit ordinatus, ex hoc ipse liber fit, & ingenuus, vt j. eo. si seruus. secũ. io. Si autẽ Domino nesciente, distinguitur: aut epo sciente, aut ignorante. Si sciẽte episcopo, vel eo qui præsentat ipsum ordinetur, duplũ restituet domino episcopus vel præsentans. j. eod. si seruus absente. Si vero episcopu & præsentatore ignorante, tunc locum habet hoc capi proxi. intra.

Serui sine libertate ordinati in seruitium reuocandi.

Infra c. proxi. de hoc extra de ser. non ord.

† *aut latitans*] capitul.

giens, aut † per litteras, aut adhibitis testibus munere conductis, vel corruptis, aut qualibet calliditate, vel fraude ad gradus ecclesiasticos peruenerit; decretũ est, vt deponatur: & dominus eius eum recipiat. Si vero auus, vel pater ab alia patria in aliam migrans in eadem prouincia filium genuerit, & ipse filius ibidem educatus, & ad gradus ecclesiasticos promotus fuerit, & vtrum seruus sit, ignotũ † sit; & postea veniens dominus illius legibus eum acquisierit; sancitum est, vt si dominus eius illi libertatem dare voluerit, in gradu suo permaneat. ¶ Si vero eum catena seruitutis à castris dominicis abstrahere voluerit, gradum amittat; quia iuxta sacros canones, vilis persona manens sacerdotij dignitate fungi non potest.

† *ignorauerit*] capitul.

a ¶ Toletano.] *Sic etiam citatur apud Burchardum, & Iuon. In Panormia vero à vers. si qui liber seruus. citatur ex primo libro capitularium, vbi integrum extat hoc caput, atque etiam caput post hoc secundum*, De rebus vero illorum.

Ex conc. Tolet. 3. c. 10.

Item ex cõcilio Martini Papæ, i. ex cap. Mart. episcopi Bracarẽsis, c. 46.]

¶ Sine patroni consensu non ordinetur, qui patrocinio cuiuslibet est obligatus. C. VII.

S I quis obligatus est tributo seruili, vel aliqua conditione, vel patrocinio cuiuslibet domus, non est ordinandus clericus: nisi probatæ vitæ fuerit, & patroni consensus accesserit.

[*Ex concilio Toletano*[a] *capitulo secundo.*]

Burch. l. 2. c. 53. Iuo p. 6 c. 38.

PALEA. C. VIII.

† *al. peculio*

D E rebus vero illorum, vel peculiari †, qui à propriis dominis libertate donantur, vt ad gradus ecclesiasticos iure promoueantur, statutum est, vt in potestate dominorum cõsistat quidquid ante libertatem habuerunt, vtrum illis concedere, an sibi retinere † voluerint.

† *vindicare*] capi.

a ¶ Toletano.] *Hæc palea in capitularibus habetur coniunctè cum palea antecedente.* De seruorum, *sed apud Burchardum, & Iuonem ex eodem Toletano separatim refertur.*

Ceterum si[a] *à Dominis suis libertatem consecuti non fuerint, & ad ecclesiasticos ordines aliquo modo irrepserint; presbyter peculij amissione mulctetur; diaconus vero, aut vicarium pro se præstabit, aut in seruitutem reuocabitur: ceteri vero gradus non possunt quemquam à nexu seruitutis absoluere.*

† *al. Martyrio*

Vnde Gelasius scribit Martino †, *& Iusto episcopis.*

Sensus in epist. ad episcopos per Lucaniam, &c. c. 16. Polyc. l. 5. t. 31. Anselm l. 7. c. 59. Iuo p. 6. c. 351. Pann. l. 3. c. 164.

¶ Seruus si latenter irrepserit ad sacerdotium, peculij amissione mulctetur. C. IX.

E X antiquis regulis, & nouella synodali explanatione comprehensum est, personas obnoxias seruituti, cingulo cælestis militiæ non præcingi †. Sed nescio, vtrum ignorantia, an voluntate rapiamini, ita vt ex hac causa † nullus pene episcoporum videatur extorris. Ita enim nos frequens, & plurimorum querela circumstrepit, vt ex hac parte nihil penitus putetur constitutum. ¶ Actores siquidem illustris viri filij nostri Amandi grauiter conqueruntur homines suo iuri debitos, alios iam clericos, alios iam diaconos ordinatos, cum non solum post modernum concilium (quod tantorum Pontificum sub collectione † Pontificum sub om nium saluberrimæ prouisionis assensu constat esse perfectum) huiuscemodi personæ suscipi non deberent: verum etiam si qui forte in diuinæ cultu militiæ ante fuerint[b] ignorantia faciente, suscepti: eliminari prorsus, & exuti religioso priuilegio[c] ad dominorum suorum possessiones iusta debuerint admonitione compelli. Et ideo fratres charissimi, eos, quos supradicti viri actores in clericatus officio monstrauerint detineri, discussos, & obnoxios approbatos, custodito legum tramite, sine intermissione restituite: ita vt si quis iam ex his presbyter reperitur, in eodem gradu peculij[d] sui † amissione mulctatus maneat. Diaconus vero aut vicarium[e] præstet, aut si non habuerit, ip-

¶ *A tesa* ... *omni* ... *religio* ... [illegible]

† *al. culpa*

† *al. collatione*

† *al. sui sola*

E *X antiquis.*] CASVS. Quidam episcopus seruos Amandi eo nesciẽ, & ignorante, ordinauit quosdam in clericos, quosdam in diaconos, quos idem Amandus in seruitutẽ reuocare volebat: & hic quæstio delata est ad sedem Apostolicam, quare Dominus Papa committit causam istis duobus episcopis, scilicet Martino, & Iusto, vt dẽgueodo episcopus qui tales ordinauit, canones, & concilia, cum ex hoc plurimæ quæstiones ad sedem Apostolicam deferantur. Postea præcipit eis, vt si prædicti Amandi procuratores probauerint aliquos de seruis suis non canonice promotos, sub hac forma procedant, vt si presbyter est, amissione peculij mulctetur, & in suo remaneat ordine. Diaconus vero det vicariũ, vel reuocetur in seruitutem: ceteri vero reddantur domino, & nulla gaudebunt defensione.

b ¶ *Ante fuerint*] arguitur contra consuetudinem extendi ad præterita: 3. q. 4. omnes. & 10. q. 1. hæc quidam. arg. contra. ex. t. de consuetudo. cognoscentes.

a *Adde in &c quod id hac. ... in Authent. C. de ... vbi vide not. in a. lib. c. si. de constit. ... S. Par. ... legem. C. de legibus.*

c ¶ *Religioso priuilegio*] ergo videtur, quod au feratur eis priuilegium clericale. de hoc argu. 84. dist. quisquis.

De hoc no. ... eod. c. 1. ... hoc tacit. & ... ve constitueretur. in prim & ... Arch.

d ¶ *Peculij.*] sed nonne peculium domini est? 13. q. 1. illud. quæ ergo est hæc pœna? Dic, peculium, dest, rerum quas post sacerdotium est lucratus, vel forte habuit vanum peculij, & ille auferetur ei.

e ¶ *Aut vicarium.*] sed vnde dabit, cum nihil habeat? Sed dic, quod suum videtur esse quod inuenitur apud ipsum, & lucratur conniuentibus oculis domini. ff. de ma. l. 3. Dominus enim recipiendo rem a seruo, ipsius videtur

amissione peculij mulctetur, diaconus det vicariũ, vel in seruitutẽ reuocetur. Ceteri vero absolute in seruitutem reuocentur: quod probat seq. capitul. Et est ista secundus articulus huius distinctionis.

tur approbare dationē, vt C. de cōdictioni. ob turpem causam. l. vltima. similiter seruus reipublicæ cum manumittitur, dabit vicarium pro se, vt C. de seruis. reipub. ma. l. 5.

Vicarium.] arg. q quis dando vicarium liberat se. sic 36. q. 1. de raptoribus. Sed quid si ad pſens non pōt habere vicarium, numquid postea dādo pretiū liberat se? Sanè credo, q sic. ar. C. d' patri. qui fil. distra. l. secūda.

hendit, & præcipit Rufino & Aprili episcopis, vt si vera sint, à sacris officijs repellantur, cum non sint legitime ordinati.

d Repellantur.] id est, restituantur ei. Et sic habes hic, q plus valet contradictio, q absentia contra regulā extra de elect. q sicut. Item habes hic, q id qd' post probabilem contradictionem factum est,

se reddatur. Reliqua vero officia sciant neminē posse ab hac obnoxietate, si conuincitur, vendicari; quatenus hoc ordine custodito, nec dominorum iura, nec priuilegia vlla ratione turbentur.

Idem Herculentio, Stephano, & Iusto episcopis.

Seruus, clericus factus, seruituti obnoxius maneat. C. X.

FRequens equidem, & assidua nos querela circumstrepit de his pontificibus, qui nec antiquas regulas, nec decreta nostra nouiter directa cogitantes, obnoxias possessionibus†, obligatasque personas venientes ad clericalis officij cingulum non refutant. Nuper enim actores illustris feminæ Placidæ, petitorij oblatione conquesti sunt, Sabinū Marcellianensis, siue Clusitanæ† vrbis antistitem, Antiochum seruum iuris patronæ suæ (absentis dominæ occasione captata) ad presbyterij honorē vsque perduxisse, eiusque fratrem Leontium clericalis officij priuilegio decorasse. Et ideo, fratres charissimi, inter supradictos actores[a], & eos, qui extremæ conditionis repeuntur obiectu, cognitionem vobis nostra auctoritate deputamus, vt omni veritate discussa, si reuera obiectam sibi maculam, iustæ refragationis nō poterit ratione diluere[b], Leontium clericum, quem gradus præfinitus legibus non defendit, ad sequendam conditionis suæ necessitatem modis omnibus reddi iubeatis[a]: Antiochum vero quia propter sacerdotium reconciliari† non potest, si in sua ecclesia in hoc, in quo est, honore collocare desiderat domina, non velut redditum sibi habeat, sed pro mysteriorum celebratione susceptum.

Polyc. ibidem Ans. l. 7. c. 30. † al. possessorib'. Iuo p. 6. c. 354. Pān. l. 3. c. 165. † al. Cusilinatis † gol. reuelli

a Reddi iubeatis.] *In plerisque vetustis exemplaribus Gratiani, Anselmo, Iuone, & Polycarpo legitur, redhibere. sed ob glossam non est innouatum.*

Idem Rufino, & Aprili episcopis.

De eodem. C. XI.

QVis aut leges principum, aut patrum regulas, aut admonitiones modernas dicat debere contemni; nisi qui impunitum sibi tantū æstimet transire cōmissum? Actores siquidē filiæ nostræ illustris, & magnificæ feminæ Maximæ, petitorij nobis insinuatione cōquesti sunt, Siluestrū, atq; Candidū originarios suos cōtra constitutiones, quæ supradictæ sunt, & contradictione præeunte à Lucerino pontifice diacones ordinatos. Ideo, fratres charissimi, tantæ præuaricationis excessus noueritis sagacius inquirendos; & si constiterit querelam veritate fulciri; continuo, qui contradictione præeunte non legitime sunt creati, à sacris officijs repellantur[d].

5. dist. 2. c. xi. Iustin. nouell. cōsti. 123. cir. fin. Deusdedit p. 4. Iuo p. 6. c. 104. & p. 4. c. 179. Pann. l. 3. c. 150.

Idem episcopis per Lucaniam, &c. epist. 1. c. 16.

Nec ad religiosæ vitæ propositum, nec ad clericatus officium serui sine dominorum consensu admittantur. C. XII.

GEneralis etiam querelæ vitāda præsumptio est, qua propemodum causantur vniuersi passim seruos, &[e] origina-

Polyc. l. 4. ti. 34. Ans. l. 7. c. 396. Iuo p. 6. c. 100.

Requens.] Casus. Sabin' Marcellianēsis vrbis eps ordinauit duos seruos Placidæ, s. Antiochum in presbyterū, & Leontiū in clericum. Conquesta est Placida Papæ per suos procuratores. Papa vero reprehendendo eos qui talia faciunt, committit caurā tribus episcopis, s. Herculentio Stephano, & Iusto, sub hac forma, vt Leōtium omnino dominæ suæ reddant, si iuste non poterant refragari: Antiochū vero, qui iam gaudet sacerdotij prærogatiua, si domina vult eū in sua ecclesia collocare, habeat illum non velut seruum, sed pro ministeriorū celebratione susceptum.

a Actores] id est, procuratores. & sic in causa liberali interuenit pcurator, contra id 2. q. 6. si quando. Sed ibi loquit de eo qui impetitur: hic de eo qui impetit. hic habes, q ciuiliter agitur, & nō ad depositionē, sic 47. dist. qm. ꝯ regulam illam ff. de mun. & hon. rescripto. & extra de accusatio. qualiter. Sed hoc ideo est: quia aliter nō posset restitui domino nisi deponeretur.

b Diluere.] Hic habes, q incumbit onus probationis reo, contra id 6. q. vlt. cap vlt. Præterea ei qui est in possessione libertatis, probatio incumbit. Sed dic, q non habet ideo cōmoda possessoris, q a vitiose fuit in possessione, vt C. de probatio. l. vis eius. Vel dic, q ideo probat, quia seruus non pōt interuertere possessionē suam, licet sit fugitiuus. ff. de acqui. poss. rem quæ nobis. Sed quare non conuenit istos coram sæculari iudice, cum seruus fugitiuus, & gerēs se pro libero, remittēdus sit ad forum dñi: licet alibi inueniatur? vt C. vbi & apud quē cā sta. l. 1. Sed hoc facit priuilegiū ordinis. Dicas, q in spiritualibus, nec incidenter, nec principaliter potest laicus iudex cognoscere. extra de ordin. cog. tuā. qui fil. sint leg. lator. cognoscet tamen summatenus an sit vxor, an nō: & huiusmodi: quod dic vt extra de senten. excommu. si iudex. lib. 6. ibi videas. Archid.

c Reddi.] Quæri cōsueuit quare seruus alienus consecratus domino reddatur, & non res aliena consecrata, vt 14. q. vlt. comperimus? Respondeo; quia in rebus inanimatis nullus perpenditur dolus. sic 7. q. 1. eps. Item quia ibi est consecratio in superficie, sed in homine est in anima, & lex dicit, q alia est ratio in homine, q̄ in alia re. ff. de leg. 1. si domus. §. cum alicui. in fi.

Vis.] Maxima illustris femina conquesta est domino Papæ per procuratores suos, q Lucerinus eps duos seruos originarios, Siluestrū. s. & Candidū ꝫ canones, & ea contradicente, in diacones ordinauit. de quo Papa eum reprehendit, & præcipit Rufino & Aprili episcopis, vt si vera sint, à sacris officijs repellantur, cum non sint legitime ordinati.

est, cassatur; numquid eodē modo eo ipso quod aliquid post probabilem appellationem factum est, cassandum est statim? quod videtur, vt 2. q. 6. quoties, in fine. Dico q non, nisi probetur causa appellationis, vt extra de testi. ex parte Ade. extra de resti. spol. audita. cū distinctione extra de appel. interposita, vel dic vt ibi, vel hoc est in optione petentis qd' maluerit. 2. q. 1. in primis. Sed nonne est contrarium? j. ead. si seruus ibi eum episcopus sciens condemnatur in duplum? Sed potest esse, quòd episcopus condemnetur, & seruus restituatur.

GEneralis querela.] Casus. Multi conquesti sunt Papæ Gelasio de episcopis & abbatibus, qui ordinauerant, vel receperant seruos suos originarios in monasterijs suis: & eos indifferenter ad clericatum admittebant, quos & reddere contra dicebant: propter quæ clericalis dignitas obfuscatur: & ideo præcipit Papa episcopis, vt tales decetero non ordinent: & abbatibus ne eos in monasterijs suis recipiant, nisi de voluntate dominorum suorum: & si quos habent ordinatos vel in monasterijs receptos, restituāt, vel legitime cum dominis transigant. Nam nihil ecclesiæ deperit si ea quæ sunt aliena reddantur. Si vero contra fecerint, pœnam depositionis & excommunicationis subibunt.

e Et originarios.] Originarij sunt qui ex adscriptitijs nati sunt in ips

Procurator in cā liberali interuenit.

Probatio quandoque reo incumbit.

Consecratio rei animatæ & inanimatæ est diuersa.

Originarij qui sunt.

ipso solo, vt C. de agri. & censi. l. colonus. lib. 11. & tales sine glebra non possunt vendi, vt C. de agri. quemadmodum. nec videtur esse differentia inter eos & seruos, vt C. eo. ne diutius. Adscriptitij autē sunt qui per 30. annos fuerunt in solo. C. eodem. cum satis. Ioan. Adscriptitij enim duobus modis fiūt: aut prescriptione, aut duplici confessione p scripturā bis factā, vt C. de agri. & cēsi. cū scim⁹. Ber.

rum est cū dominus & seruus sunt Christiani. Sed si Iudæus mācipiū Christianū emerit: iudicis vel episcopi auctoritate debet eo inuito ad libertatem perduci. Et hoc probat per sequētia capitula. g ¶ Iudæus.] Distingue, aut seruus Iudæi est vernaculus, idest ex propria ancilla natus: aut emptitius. Si est emptitius: aut emit eum antequā fuit Christianus, aut post. Itē si emit eū ante: aut emit eum causa seruiendi, aut causa mercimonij. Vernacul⁹ si vult fieri Christianus, statim eripitur ro libertatē nullo pretio dato, vt C. de episc. & cler. Deo nobis. §. vlt. Si enim emptus ad seruiendū, sine pretio liberat, si vult fieri Christianus: multo magis q natus est ex ancilla propria, sine pretio liberatur, si vult fieri Christian⁹. Dicit enim Gregorius pro illo solo dādum pretiū, qui causa mercimonij e emptus, vt j. eod. fraternitatē. Si aute ē emptus postquam fuerit Christianus, liber efficitur nullo pretio dato. q3 commerciū Christiani penitus est ei interdictū, vt j. eo. mancipia Si autem esset emptus dum esset paganus: si causa seruitij est emptus, & vult fieri Christian⁹, liber efficitur sine pretio, vt j. eod. fraternitate. Si autem causa mercimonij est emptus: si eū venalē nō exponit intra tres menses, postea sine omni pretio liberatur: quia præsumitur q ad seruiendum eum emerit, vt eo. c. fraternitatem. Si autē intra tres menses eum exponit venalē, & forte eū vēdere non pōtuit: si vult fieri Christian⁹, liberatur relicto pretio duodecim solidorū, extra de Iudæ. c. 1. Idē p ota in seruis Paganorū. Dicet Hugo dicat q si vernaculus Pagani fiat Christianus, tenetur seruire Domino suo s. & secundum illud Apost. Quicūq3 serui sunt sub iugo infideliū, Dominos suos oī honore dignos arbitrēt. Et alibi, Serui subditi estote dnis, &c. Et s o hoc potest Paganus esse dns Christiani: sed non fieri.

Serui Iudæorum si volunt baptizari an eripiantur statim in libertatem.

s Vnde dicit istud esse in vernaculis Iudæorū propter nouū periculum: & magis suspect⁹ eorum cohabitationē. Sed vt prædictū est, idē dicendū est in vtrisque. C. de episc. & clere. Deo nobis. quia hodie pagani fere omnes iudaizant dicere nendo cibos. & alios ritus exercendo: secundū Laur.

Ad idē est tex. in l. fin. & ibi Bar. §. per totū. C. de iud.

Adscriptitij duplici modo fiunt.

nios dominorum iura, possessionumque [a] fugientes, sub religiosæ conuersationis obtentu, vel ad monasteria sese conferre, vel ad ecclesiasticum famulatum, conniuentibus quoque præsulibus indifferenter admitti. Quæ modis omnibus est amouenda pernicies, ne per Christiani nominis institutum [a], aut aliena peruadi, aut publica videatur disciplina subuerti: præcipue cum nec ipsam ministerij clericalis hac obligatione fuscari conueniat dignitatem; cogaturque pro statu militantium sibi, conditioneque iurgari [b]; aut videri (quod absit) obnoxia. Quibus solicita competenter interdictione prohibitis, quisquis episcopus, presbyter, aut diaconus, vel eorum, qui monasterijs præesse noscuntur, huiusmodi personas apud se tenentes non restituendas patronis, aut deinceps vel ecclesiasticæ seruituti [c], vel religiosis congregationibus putauerint applicandas, nisi voluntate forsitan dominorum sub scripturæ † testimonio primitus absolutas, vel legitima transactione [d] concessas; periculum se proprij honoris non ambigant, communionisque subituros, si super hac re cuiusquam verax nos querela pulsauerit. ¶ Magnis quippe studijs, secundum beatum Apostolum præcauendum est, ne fides, & disciplina Domini blasphemetur. *Idem* ¶ Nihil perire credimus ecclesiasticis vtilitatibus; si, quæ sunt aliena [e], reddantur [f].

Iuo p. 16. c. 47.

† al. scriptionis

1. ad Tim. 6. 1. Pet. 2.

a ¶ Possessionumque.] *Emendatum sic est ex decreto Gelasij: cum antea legeretur, possessionemque. Nam originarij non fuerunt domini, sed fundis, ac possessionibus addicti erant. l. quemadmodum & l. originarios. lib. 11. cod. tit. de agrico. Ac propterea supra in c. frequens. non est mutata vox, possessionum: quamuis in plerisque antiquis codicibus legatur, possessionis.*

b ¶ Idem.] *Hæc non sunt inuenta apud Gelasium, neque apud cæteros collectores habentur.*

Hoc tunc obseruandum est, cum dominus & seruus eiusdem professionis inueniuntur. Cæterum si Iudæus [g] mancipium Christianum emerit; iudicis, vel episcopi auctoritate, etiam eo inuito, ad libertatem debet perduci.

Vnde Gregorius Libertino præfecto Siciliæ, lib. 2. epist. 37. seu c. 76.

¶ Ad libertatem perducantur mancipia Christiana à Iudæis comparata. C. XIII.

MAncipia [h] Christiana, quæcumque Iudæi comparasse patuerit, ad libertatē [i] iuxta legum præcepta sine omni ambiguitate perducite [k]; ne, quod absit, Christiana religio Iudæis subdita polluatur.

C. de Iudæis Christianū mancipiū. l. nulla.

Item ex concilio Toletano 3. c. 14.

¶ Officia publica Iudæis non sunt committenda. C. XIIII.

NVlla officia [l] publica Iudæis † iniungātur, per quæ eis occasio [m] tribuatur, Christianis pœnam inferre. Si qui vero Christiani ab eis

† al. Iudæus opus est agere.

a ¶ Institutum.] idest, ne fauore ecclesiæ aliquid iniuste statuatur: quia prætextu pietatis non est facienda impietas, vt 14. q. 5. forte. & 1. q. 1. non est putanda.

b ¶ Iurgari.] idest, litigari.

c ¶ Seruituti.] idest, clericatui.

d ¶ Transactione.] Et nonne hoc est simonia, vt quis se emat vt promoueatur, immo vt promotus maneat in ordine, vt §. eod. ea antiquis. Sed dic q hic non fit trāsactio super ordine, sed super libertate, vel super ipso seruo: & super seruitio potest fieri transactio. 1. 36. q. 1. de rap. nec est magis simonia, quam si quis emeret terrā vt ibi ædificaret ecclesiam: sed tamen ipse seruus non potest transigere cum domino, vt C. de transa. interpositas.

e ¶ Aliena.] infra 12. q. 2. fraternitas. j. 14. q. 6. si res aliena pp quā.

f ¶ Reddantur.] Postquam scit ecclesia ea esse alterius. Sed pone q prælatus sciat rē nō esse ecclesiæ: numquid statim tenetur restituere? videtur hic q sic, & extra de simo. per tuas. in fin. & extra de postula. bonæ, quia bonā fidē debet agnoscere, vt ff. manda. qui in cus. Dico q si distidit de iure ecclesiæ, denunciabit illi, quē credit dominū, vt rē petat: nec in hoc facit fraudē, vt ff. de neg. gest. at q natura. §. cum me absente. & de hoc inuenies 34. q. 2. si vero.

HOC TVNC. Casus. Tangitur hic tertius articulus huius dist. dictū est s. q serui non debent ordinari inuitis vel ignorantibus dominis. & si ordinati fuerint, sunt eis restituendi: qd vē

Pacto ad hoc seruus l. s. C. de trāsa. l. leg. interpositas.

Simonia verum committatur, si quis emat suppositum et promouetur.

Prælatus qd debet facere de re, quam scit non esse ecclesiæ suæ.

MAncipia Christiana.] Casus. Quidā Iudæi quosdam seruos Christianos emerunt: quærebat Libertinus eps, quid inde esset faciendum: & mandat ei Papa Gregorius vt eos ad libertatem perducat, ne Christiana religio subiecta Iudæis polluatur.

h ¶ Mancipia Christiana.] ante emptionem.

i ¶ Ad libertatem.] j. 17. q. 4. Iudæis qui contra: . Sed hic de eo agitur quem constat esse Christianum, nos de eo qui mentitur esse Christianum, vt euadat iugum seruitutis.

k ¶ Perducite.] idest, perductos ostendite: quia statim liber est. extra de Iudæ. c. 2. tamē coloni possunt esse Iudæorū, vt ibi dicitur. Sed nūquid Christianus pōt emere Iudæum mancipiū? Sic tamen vt cum illo non moretur, vt 28. q. 1. sæpe. & cap. nullus. Ioan.

NVlla officia.] Casus. In hoc capitulo duo dicuntur. Primum est, quod publica officia non sunt committenda Iudæis, occasione quorum possint offendere Christianos. Secundum est, quod serui Christiani ab eis circūcisi, vel Iudaico ritu maculati, pretio nullo reddito ad libertatem perducantur.

l ¶ Nulla officia.] J. 17. quæst. 4. constitunt.

m ¶ Occasio.] Argu. quod nemo cogitur sibi eligere exosum, vt 63. dist. cap. vlt. Ioan. argu. 54. dist. cap. 1.

a ¶ Non

a *Non reddito.*] secundum legem decapitatur. C. ne Iudæus Christianum man. l. vnica.

d *Emerit.*] idest, emet. sic quandoque ponitur futurum pro præterito, vt 63. dist. nosse. ibi ponitur fore peruentum pro peruenisse. sic ff. de verb. sig. verbum erit. & ff. de leg. 3 etiam. & 5. dist. 50. ponderet.

e *Participant.*] Sic ergo aliquis cogitur vendere rem suam, vt 14. q. 6. comperimus.

Supra ostensum est quid fieri debeat de seruis Christianis, quos Iudæi emerant. Nunc ostendit quid iuris sit de seruis infidelibus, & emptis ab eis. Et de hoc scribit Gregorius Fortunato Neapolitano episcopo.

F *Raternitatem.*] Iudæi Neapolim habitantes emerunt seruos paganos vel Iudæos causa mercimonij de extraneis finibus: quos Neapoli habebant, quia volebant fieri Christiani: sed eorum domini non permittebant, imo eos vendebant. Quæsiuit Fortunatus episcopus Neapolitanus quid de hoc esset faciendum. Et respon. Gregor. vt sua solicitudine in libertatem vendicentur, nec alijs vendi patiatur: hac tamen consideratione seruata circa Paganos, vt intra tres menses ab eo ipse quo Neapolim ducti sunt, venales eos exponant emptores Iudæi: intra quos si dum emptor cui vendantur non inuenitur, ad ecclesiam confugerint, Christiani fiant, & pretium recipiant a Christiano emptore: vel alius recipiat pro eis si absentes sunt: idem est, & si extra ecclesiam dixerint se velle fieri Christianos. Si vero intra tres menses eos venales non exposuerint, & nullum fieri Christianum voluerit, de cetero emat eos ad seruiendum: & nullo reddito pretio ad libertatem perducatur: quia præsumitur quod tantum ad seruiendum sibi emerunt, & non ad vendendum: ita posuit Beneuen. casum, & ita etiam sentit Hu. in summa sua. Probabiliter tamen potest dici, quod principium cap. vsque ad locum illum, *Hi vero.* intelligitur de Iudæis vel Paganis seruis, qui causa mercimonij non habebantur: qui indistincte perueniunt ad libertatem si volunt fieri Christiani. Reliqua vero pars loquitur de illis qui causa mercimonij emuntur. Tu tamen prudens lector deliberabis casum in melius commutando, sicut tibi videbitur.

Iudaismi ritu sunt maculati, vel etiam circumcisi, non reddito[a] pretio ad libertatem, & religionem redeant Christianam.

De his autem, qui in infidelitate empti, ad gratiam baptismi venire desiderant, quid fieri debeat, Gregorius Papa scribit Fortunato Neapolitano episcopo libro quinto, epist. 31. seu cap. 131.

Io. diac. l. 4. nu. 47.

¶ In libertatem vendicentur serui, qui ab infidelitate ad fidem accedunt. C. XV.

FRaternitatem vestram de his oportet esse solicitam. Et si de Iudæorum seruitio non solum Iudæus, sed etiam quisquam paganorum fieri voluerit Christianus; postquam voluntas eius fuerit patefacta, ne hunc sub quolibet ingenio, vel argumento, cuipiam Iudæorum venundandi facultas sit; sed is, qui ad Christianam conuerti fidem desiderat, defensione vestra in libertatem modis omnibus vendicetur. Hi vero, quos huiusmodi oportet seruos amittere, ne forsitan vtilitates suas irrationabiliter æstiment impediri, solicita vos hæc conuenit consideratione seruare; vt si paganos, quos mercimonij causa de externis† finibus emerint, intra tres menses, dum emptor, cui† venditi fuerint[b], non inuenitur, fugere ad ecclesiam forte contigerit, & velle se fieri dixerint Christianos, vel etiam extra ecclesiam hanc talem voluntatem prodiderint; pretium eorum à Christiano scilicet emptore percipiant[c]. Si autem post præfinitos tres menses quisquam huiusmodi seruorum velle suum edixerit†, & fieri voluerit Christianus; nec aliquis eum postmodum emerit[d], nec dominus qualibet occasionis specie audeat venundare; sed ad libertatis proculdubio præmia perducatur: quia hunc non ad vendendum, sed ad seruiendum sibi dicitur[e]† comparasse†.

Iuo p. 13. c. 106. Polyc. l. 7. tit. 14.

† al. extraneis cui vendi debeant] orig.

† al. dixerit tenere] orig.

Io. dia. l. 4. c. 46. † intelligitur] or. † al. reseruasse

[*Idem Ianuario Caralitano episcopo, lib. 3. epist. 9.*]

PALEA. C. XVI.

SI quilibet Iudæorum seruus ad venerabilia loca confugerit causa fidei, nullatenus eum patiamini præiudicium substinere: sed siue olim Christianus, siue nunc fuerit baptizatus, sine vllo Christianorum[a] pauperum damno religioso ecclesiasticæ pietatis patrocinio in libertatem modis omnibus defendatur.

Iuo p. 13. c. 105

a ¶ Christianorum.] *Ioannes diaconus in vita S. Gregorij, lib. 4. num. 46 referens hanc epistolam & Iuo p. 13. c. 102. habent hanc vocem: quæ tamen abest à codicibus epistolarum S. Gregorij tam impressis, quàm manuscriptis, qui sunt collati.*

[*Item ex concilio Toletano 12. c. 9.*]

PALEA. C. XVII.

ETsi† Iudæorum serui necdum adhuc conuersi ad Christi gratiam conuolauerint, libertate donentur.

Burch. l. 4. c. 86. Iuo p. 1. c. 280. † Vel] or.

[*Item ex concilio Matisconensi 1. c. 16.*]

PALEA. C. XVIII.

PRæsenti concilio, Deo auctore, sancimus, vt nullum Christianum mancipium Iudæo deinceps seruiat; sed datis pro quolibet bono mancipio duodecim solidis, ipsum mancipium quicumque Christianus, seu ad ingenuitatem, seu ad seruitium licentiam habeat redimendi. Et si Christianus fieri desiderat, & non permittitur; similiter faciat: quia nefas est, quem Christus Dominus sanguinis sui effusione redemit, blasphemum Christianæ religionis in vinculis tenere.

Burch. l. 4. c. 88. Iuo p. 1. c. 282.

b ¶ *Venditi fuerint.*] idest, debent vendi: & tunc cum emptor non inuenitur, non perdit serui pretium. arg. 16. q. 3. placuit. vel forte venditi fuerant: sed emptor absentauit se aliqua de causa. Et tunc dic emptor, scilicet Iudæus, qui eos emerat.

c ¶ *Percipiant.*] datis duodecim solidis pro meliori mancipio, vt extra de Iudæis. ca. 1. Sed quid si nemo ipsum vult redimere? gratis pretium obtinuit, vt ff. de manu. l. 3. aut seruiat quinque annis. C. de cap. l. vlt. & 36. q. 1. de raptoribus.

e ¶ *Dicitur.*] idest, præsumitur. & hæc est præsumptio iuris. & dicunt quidam, quod contra hanc præsumptionem non admittitur probatio, cum hic non tantum præsumat, sed etiam statuat ius, vt extra de reg. vidua. extra de condit. app. per tuas. Et istud concedo quòd vbicumque non tantum præsumit ius, sed etiam aliquid certum statuit: quod non admittatur probatio in contrarium. licet H. contrarium dicat, vt 27. q. 1. nec aliqua. & 35. q. 3. extraordinaria. j. c. 17. q. 4. in venditionibus. Ioan. Ego credo quòd semper admittitur probatio in contrarium, nisi ius statuat quòd non admittatur, vt j. 57. q. 4. in venditionibus. De hoc habes 50. dist. ferrum. B.

Videtur quidam, quis cogitur ad istam. Futurum pro præterito ponitur.

Probatio an admittatur contra præsumptionem. Quando, & quando præsumptionem iuris & de iure admittatur probatio vel non, in auth. sed cum accessit. C. de probatio. ...

Si seruus.] Casus. Quæsitum fuit in concilio Aurelianensi, quam pœnam deberet pati episcopus qui ordinauit quendam seruum domino absente, si sic ignorante. Et respondetur, si episcopus ordinauit eum scienter in presbyterum vel diaconum, ipso in ordine permanente duos domino reddat. Si autem ignoranter ordinauit: illi quòd si dominus sciat seruum ordinari, & non contradicat, statim eripitur in libertatem. Si vero ignorat, intra annum recuperabit illum, si probauerit seruilem fortunam. In secunda parte dicitur, quod si per triennium probatus monachus efficitur, euadit iugum seruitutis. In tertia dicitur, quod ordo episcopalis liberat a patria potestate, & à seruili fortuna, vel adscripticiis, sed non à curiali. In quarta dicitur, quod adscripticij possunt clerici fieri inuitis dominis, ita vt agriculturam adimpleant.

Quòd si acquiescere his quæ statuimus, quicumque Iudæus noluerit; quamdiu ad pecuniam constitutam venire distulerit; liceat mancipium † ipsum cum Christianis, vbicumque voluerit, habitare.

†al. mancipio ipsi

a. [Præsenti] *Caput hoc eodem modo refertur à Burchardo, & Iuone: in concilio tamen ipso paulo aliter habetur, & nonnulla desunt.*

Item ex concilio Aurelianensi primo, cap. 10.

¶ De eodem. C. XIX.

Polyc. l. 2. tit. 31. Burch. l. 2. c. 24. Iuo p. 6. c. 125.

SI seruus, absente [a], vel nesciente domino, episcopo tamen sciente, quòd seruus sit, diaconus, aut presbyter fuerit ordinatus; ipso in clericatus officio [b] permanente, episcopus eum domino duplici satisfactione compenset [c]. Si vero episcopus eum seruum nescierit; qui testimonium perhibent, aut eum supplicauerint [d] ordinari, simili redhibitioni teneantur [e] obnoxij.

Item constitutio noua.

¶ De eodem. C. XX.

Iustinian. de sanctiss. epis. §. si seruus & in Authen. tica, si seruus de episcopis, & clericis.

SI seruus sciente [f], & non contradicente domino, in clero fuerit ordinatus; ex hoc ipso, quòd constitutus est, liber, & ingenuus erit. Sed si ignorante domino; licet ei intra spatium vnius [g] anni & seruilem [h] fortunam probare, & seruum suum [i] accipere. Verum etiam si legitimo probato experimento monachus efficiatur, euadit iugum seruitutis. Debent enim per triennium [k], antequam monachi efficiantur, in monasterio permanere: postea vero si monachi effecti fuerint, liberi efficiuntur. Episcopalis [l] enim ordo liberat à fortuna seruili, vel adscriptitia, sed non a curiali [m], siue officiali: nam & post ordinationem durat. Sed & ius patriæ potestatis soluit episcopalis dignitas. Adscriptitios vero in ipsis possessionibus clericos etiam præter voluntatem dominorum fieri permittimus: ita tamen, vt clerici facti impositam sibi agriculturam adimpleant [n].

Anth. de monachis. §. Hinc autem.

Tit. de sanctiss. episcopis §. sed & quidem. Auth. epistolis, de epis, & cler. eod. Auth. sed episcopalis eod. Auth. adscriptitios eod.

¶ *Extat hoc caput ad verbum in epitome nouellarum constitutionum ab Iruerio descripta, quæ post codicem poni solent; utrumque in nouella 123 c. 26. per Iulianum antecessorem. Verba autem, quæ addita erant in titulo,* Leo Imperator omnibus episcopis, *videntur illuc irrepsisse ex sequenti titulo.*

Item Leo Papa omnibus episcopis, epist. 1. c. 1.

¶ De eodem. C. XXI.

Ansl. l. 7. c. 25. Burch. l. 2. c. 22. Iuo par. 6. c. 64.

ADmittuntur passim ad ordinem sacrum, quibus nulla natalium, nulla morum dignitas suffragatur: & qui à dominis suis libertatem consequi minime potuerunt, ad fastigium sacerdotij (tamquam seruilis vilitas hunc honorem iure capiat) prouehuntur. *& infra.* Ab his itaque fratres charissimi, omnes vestræ prouinciæ abstineant sacerdotes: & non tantum ab his, sed etiam † ab alijs originarijs [o], vel qui alicui conditioni obligati sunt, volumus temperari; nisi forte eorum petitio, aut voluntas accesserit, qui aliquid sibi in eos vendicant potestatis.

† & ab alijs, qui aut originali, aut aliena iure.

4 *De seruis monasterij quæritur, an ecclesiasticis officijs possint aggregari, an non. Sed famuli ecclesiarum non sunt ordinandi, sicut supra di-*

Ordinato quando non tenetur episcopus preuidere.

illi qui eum repræsentauerunt episcopo, simili pœna teneantur.

a [*Absente.*] Videtur enim episcopus tunc cum eo dispensasse. §. 58. dist. diaconi. Et est argu. ad hoc, quòd episcopus dispensat ipso facto circa notum, vt dixi 51. dist. qui in aliquo.

b [*Officio*] de dispensatione fauore libertatis. deberet enim deponi, quia furtum commisit corporis sui, vt C. de ser. fu. l. 1. Sed quid si isti non habent vnde soluant? tunc dico illum reddendum domino, vt supra eod. ex antiquis. arg. ff. de eo per quem factum est. l. vlt.

c [*Compenset.*] ii habet proprium, alioquin non: quia delictum personæ, &c. vt 16. q. 6. si episcopum. ex: a dc appe. reprehensibilis.

d [*Supplicauerint.*] Et sic patet quod non semper deponitur ordinatus qui occultat crimen suum: quod est contra H. vt dixi dist. 50. ex pænitentibus.

e [*Teneantur obnoxij.*] Item patet hic, quod eps non tenetur prouidere ordinato cum alter eum examinat, vt supra 24. dist. quando.

f [*Sciente.*] Argumentum de taciturnitate extra de his, quæ fiunt à prælat. cap. 2. & dixi 27. distin. diaconus. & 28. dist. diaconi.

g [*Vnius.*] Sed qualiter hoc stare potest in presbytero, vel diacono? nam episcopus debet seruare interstitia temporum, quæ sunt §. 77. dist. in singulis. sed si obseruauit, constat quod plus fluit, quam per annum. Respon. dicunt quidam, quòd iste fuit ordinatus sine examinatione, & non obseruatis interstitijs, vel dic quòd erat grandæuus: vnde vsque ad annum potuit promoueri in diaconem, vt 77. dist. monachus. Vel dic quod annus iste incipiat non a tempore ordinationis, sed a tempore scientiæ. arg. 17. q. 2. si quis incognitus.

h [*Seruilem.*] plus enim valet ordo, quam scientia & militia, vt C. de libe. cau. qui de libertate. in fin.

i [*Seruum suum.*] cum dist. §. eo. ex antiquis.

k [*Per triennium.*] Ad monachatum datur triennium: ad clericatum annus: quia clerici sunt in publico, & monachi latent.

l [*Episcopalis.*] & etiam sacerdotalis, vt §. eod. ex antiquis.

m [*Sed nō à curiali*] Quidam dicunt, ista verba non esse in ipsa lege: & verum est quod in illa non ponuntur, sed alibi: vt in authen. de sanct. epis. §. sed hoc quidem. coll. 9. sed secundum hæc iura canonica hoc non tenet: quia cum ordo liberat à seruili fortuna, multo fortius à curiali soluit episcopalis dignitas, quæ autem dignitas liberat à potestate patria, habes in auth. constitutio. quæ de dig. coll. 6. & C. de decu. l. vlt. libro 10. & in authen. vt ordinariæ præfec. coll. 5.

n [*Adimpleant.*] Hoc non tenet, vt §. eo. quicumque.

Alias sola nullus pro comitiis mace. §. 61. dist. ca. vlt. in gl. vlt. episcopus inter ordinandi debet obseruare interstitia temporum.

Ordo præfertur scientiæ & militiæ.

Monachi latent.

Seruum sui ipsius quis eliminat.

* seruus monasterij quia seruum ecclesiæ est ... [illegible]

[*Admittuntur*] Casus. Quidam episcopi admittebant indistinctè ad sacros ordines seruos & originarios, & alijs conditionibus obligatos: quos Leo Papa reprehendit, & mandat eis, quod de cetero hoc non faciant, nisi voluntates eorum, qui in eis habent aliquid potestatis, accesserint.

o [*Originarijs.*] Tales enim liberi sunt, vt C. de agri. l. diffiginus. lib. 11. & l. ne diutius. & extra de suaz. cap. 2. Ioan.

DE SERVIS. Casus. Hic mouet Gratianus quandam quæstionem, an serui monasterij possint ordinari: & probat sophistice quod non possint: quia serui ecclesiarum promoueri non possunt, nisi ab episcopis libertatem

Si ideo fabricisse, sequendo ... de Fam.

Ad iordinem admittuntur ... nisi hic ... soluta ...

Si seruus.] Casus. Hoc cap. habetur ex auth. de sanctiss. epis. §. si seruus. & diuidit in quattuor partes. In prima parte dicit

libertatem consequantur. sed serui monasterij libertatem consequi non possunt: ergo ad clericatum promoueri non possunt: & quòd non possunt consequi libertatem, probat sequenti cap. cuius casus patet, & per te videbis.

ptor. Sed dic quòd Gregorius non dat potestatē hic seruis cōuertendi, & se subtrahendi: sed prælatos instruit, vt non aliter manumittant quàm probatione adhibita. Vel dic quòd loquitur de iam manumissis, vt etiam tales indistinctè non sint recipiendi, nisi probentur per triennium in laicali habitu.

ctum est; nisi à proprijs episcopis libertatem consequantur. Porro seruus monasterij libertatem consequi non ^a valet: non ergo ad clericatum sibi accedere licet. Quòd autem liber fieri non possit, probatur auctoritate octauæ synodi, in qua sic statutum legitur.

a ¶ Non valet.] *In primo Vaticano post hæc verba sequitur*: qui enim sunt monasterij, in nullius ius transire possunt. Vnde nec abbas potest dicere, hoc meum est: non ergo, &c. *Caput autem, quod nunc à Gratiano citatur, alibi repertum non est, quàm apud Isidorum Hispalensem in reg. monach. c. de famil. vita.*

¶ Monasterij seruum abbati, vel monacho non licet liberum facere. C. XXII.

Isidorus Hispal. in reg. monach. c. de famil. vita

ABbati, vel monacho monasterij seruum non licebit facere liberum. Qui enim nihil proprium ^b habet; libertatem rei alienæ dare non potest. Nam sicut etiam sæculi leges sanxerunt; non potest possessio alienari ^c, nisi à proprio ^d domino.

Hac auctoritate prohibētur serui adipisci libertatem recedendi ab obsequijs monasterij: sed non prohibentur adipisci libertatem promouendi ad sacros ordines. Potest enim in sacris ordinibus constitutus, monasterij obsequijs perpetuo deseruire: ac sic seruus monasterij & libertatem adipisci, & sacris officijs associari valet. Vnde in alio ^e capitulo præfata constitutionis hæc causa redditur [Iniustum ^β est enim, vt monachis rurale opus facientibus, serui eorum otio torpeant, ac delitijs affluant.]

β ¶ Iniustum.] *Infra 17. q. 4. c. in venditionibus. vers. iniustum. hoc ipsum citatur ex concilio Agathensi, vbi etiam extat, c. 56.*

Quòd autem serui ecclesiarum (quo nomine etiam monasterij seruos significari intelligimus) ad sacræ religionis propositum debeant assumi; auctoritate Gregorij probatur, qui in generali synodo residens † dixit.

† al. præsidens

¶ Si conuersationis probatæ fuerit famulos ecclesiæ, potest ordinari. C. XXIII.

Ex decretis P. Gregorij in extremo 12. lib. regesti, & aliqua ex parte l. 4. epist. 44. Ioan. diac. l. 2. c. 16. Io conc. Tribur. c. 19. Ans. l. 7. c. 184. Poly. l. 6. tit. 16.

MVltos de † ecclesiastica familia, seu sæculari militia nouimus ad omnipotentis Dei seruitium festinare, vt ab humana seruitute liberi in diuino seruitio valeant familiarius in monasterijs conuersari. Quos si passim dimittimus, omnibus fugiendi ecclesiastici iuris dominium occasionē præbemus. Si vero festinantes ad omnipotentis Dei seruitium incaute retinemus; illi inuenimur negare ^f quædam, qui dedit omnia ^g. Vnde necesse est, vt quisquis ex iuris ecclesiastici seruitute, vel sæcularis militiæ ^h, ad Dei seruitium conuerti desiderat; probetur prius in laico habitu constitutus. Et si mores illius, atque conuersatio, bono desiderio illius testimonium ferunt; absque vlla retractatione seruire in monasterio omnipotenti Deo permittatur; vt à seruitio humano liber recedat, qui diuino amore districtiorem subire appetit seruitutem. Si autem & in monastico habitu, secundum Patrum regulas irreprehensibiliter fuerit conuersatus; post præfixa sacris canonibus tempora, licenter iam ad quodlibet ecclesiasticum officium prouehatur: si tamen illis non fuerit criminibus maculatus; quæ in testamento veteri morte ^i mulctantur.

† al. ex

Ecce quomodo serui ad clericatum assumi valeant; vel quomodo non admittantur. Liberti quoque non sunt promouendi ad clerum, nisi ab obsequijs sui patroni fuerint absoluti. Vnde in concilio Eliberitano, c. 80.

¶ Absque patroni assensu liberti non promoueantur ad clerum. C. XXIIII.

PRohibendum est, vt liberti, quorum patroni in sæculo fuerint ^k, ad clerum non prouehantur.

Abbas nihil proprij habet.

a ¶ Abbati.] ¶ Liberum.] quia si manumittitur seruus ecclesiæ, duo dabuntur loco illius, vt 12. q. 2. eps. sed abbas nihil habet proprij, vt 12. q. 1. non dicatis. vnde nō potest facere hanc recompensationem.

b ¶ Proprium.] quia nemo potest plus iuris in alium, &c. vt extra de donatio. inter virū & vxo. nuper. & ff. de regu. iuris nemo. 1. q. 7. Daibertum. sed fallit extra de elect. suffraganeis. ff. de acquiren. rerum domi. non est nouum 1.

De hoc extra de iure patr. cum sæ i. ibi videas.

c ¶ Alienari.] 12. q. 3. si quis a proprio. nisi in casib^9, vt ff. de pignact. si conuenerit. & instit. quib. ali. nō licet. §. 1. & ff. de vsufruct. l. quod nostrum.

d ¶ Proprio] sim. extra de iure patr. q autem.

HAC AVCTO. CASVS. Dicit Gratianus in hoc §. in quo casu intelligitur supra dictum cap. Et dicit: q serui monasteriorū nō prohibentur fieri liberi, & ordines recipere, dūmodo non recedant ab obsequio monasteriorū: sed prohibent libertatem nācisci, si ab eorū seruitio recedere velint: quia turpe est, vt monachi laborēt, & serui sui otio torpeāt: sicut habetur in quadā constitutione 17. q. 4. in venditionibus. & qđ serui monasteriorum possint promoueri p̄batur seq. cap.

e ¶ In alio capitulo.] i. 17. quæst. 4. in venditionibus.

MVltos.] CASVS. Quæsitū fuit ab Augustino, an serui ecclesiarum vel sæcularium virorum si velint fieri monachi, sint indifferenter admittēdi? Et respondet quòd nō: quia si indifferēter eos admittimus, dam^9 eis occasionem fugiendi dominos suos se ad ecclesiā transferendo. Si autē indifferēter repellātur, Deo negam^9 q̄dā. id est, eos qui hoc petunt propter Deū, qui dedit nīa: & ideo prius in laicali habitu diligenter cōgruo tēpore probati, si eorū vita inueniatur honesta, monachi fiāt: & si postea irreprehensibiliter vixerint, poterunt ad sacros ordines promoueri per tēporū interualla: dūmodo non sint illis criminibus maculati, quæ lege veteri morte puniebantur. Qđ postea est sequitur planum vsque ad distinctionem.

f ¶ Negare.] Ex hoc videtur, q serui ecclesiarum secundum præscriptum modū probati, impediri non possunt, si velint promoueri: cum opus sit pietatis manumittere seruos. 12. q. 2. cum redem-

Seruos manumittere est opus misericordiæ.

g ¶ Omnia.] & ita nō debem^9 oēs refutare: nec ēt oēs admittere. & sic media via tenēda ē, vt 45. dist. disciplina. ff. de offi. pc. l. solēt.

Media via est tenenda.

h ¶ Militia.] nō obst. 19. q. 3. monasterijs. & dixi 53. dist. legem.

i ¶ Morte.] nō tamē omnia nec sola quæ tūc puniebātur morte, hodie repellunt à promotione: quia furtum, & simplex fornicatio non puniebantur morte, vt 36. q. 2. denique. & in alijs multis, vt 22. q. 2. si quis per vetus. hæc tamen hic repellunt à promotione. 49. dist. hinc etenim.

De furto [illegible]

Hodie ista proprie [illegible] repellunt à promotione [illegible]

PRohibendum est.] ¶ Fuerint.] idest vixerint: vel etiam eorū heredes,

heredes, vt C. de liber. & eorum lib. libertinæ. filius tamen liberti potest, vt ff. de obsequijs liber. heredes C. de operis libertorum q̄d ex liberta. secus tamen est in libertis ecclesiarum, vt ĩ. eod. quis ex famulis. quia eorum domina, scilicet ecclesia, numquam moritur, vt 12. q. 2. liberti.

Priscis. aliqui. Cor-

chus. Sed si in magnis, & manifestis, non promouentur, vt ĩ. ea. si Euãgelica. Si ergo aliquis in principalibus mẽbris, scilicet in oculo vel manu habet enorme vitiũ, nõ promouetur: secus si modicũ: & quod nõ generet scandalũ, vt extra de cler. ægro. vel debili. cap. presbyterum. extra de corpo. vitia. c. 1. & 3. [1] Ioan.

[1] Et cap. vlt. vbi de hoc. & in præ ce ea. presbyterorum, Arch.

DISTINCTIO LV.

Corpore vero vitiati [a] *similiter à sacris officijs prohibentur. Vnde Gelasius Papa episcopis per Lucaniã, & Brutios constitutis, ep. 1. c. 2. & 3. scribit dicẽs.*

§ Qui de monasterialibus disciplinis ad clericale munus accedit, & de laicis; ante acta eius vita examinetur. C. I.

Iuo p. 3. c. 142. & 143. Polyc. l. 2. tit. 31. Ans. l. 7. c. 46.

PRiscis igitur pro sui reuerentia manentibus cõstitutis (quæ, vbi nulla vel rerum, vel temporum perurget angustia, regulariter conuenit custodiri) eatenus [a] ecclesiis, quæ uel cunctis sunt priuatæ † ministris, vel sufficientibus [b] vsqueadeo despoliatæ seruitijs, vt plebibus ad se pertinentibus diuina munera supplere non valeant, tam instituendi, quàm promouendi clericalis obsequij sic spatia dispensanda concedimus: Vt si quis monasterialibus [c] disciplinis eruditus ad clericale munus accedit; etiam de laicis antea acta eius vita requiratur. ¶ Ne sit aliquo facinore infectus, vel illiteratus, vel bigamus, vel ab adolescentia sordidatus, vel corpore vitiatus, vel seruilis, vel originariæ conditionis, vel curiæ, vel publicarum terũ nexibus implicatus, vel publica pænitẽtia notatus, vel nulla cõgruentis tẽporis expectatione discussus.

† Corporis vitiis in l. generaliter. & in C. de epi. & cle. & Ibidem c. 3. ĩ. dist. 77. si qs.

a ¶ Eatenus ecclesiis.] *Restitutus est hic locus ex epistola Gelasij, & Iuone.*

ß ¶ Monasterialibus.] *Hic de industria videntur Gelasij verba mutata, & in compendium redacta: integra autem referuntur infra dist. 77. c. si quis. & ibi legenda.*

Item ex concilio Arelatensi, 3. c. 3.

§ Annuæ suspensioni subiaceat, qui præter canonum formam aliquem ordinat. C. II.

NVllus pænitentem, nullus bigamum, nullus viduarum maritos in prædictis honoribus audeat ordinare. Et licet hoc iam prope omnium canonum instituta contineant; tamen ne cuiquam sacerdotum supplicantium (sicut iam diximus) importunitas, vel suggestio iniqua subrepat; necesse fuit, vt nunc seueriorem [d] regulam sibi velint Domini sacerdotes imponere. Et ideo, quicumque ab hac die contra ea, quæ superius sunt comprehensa, clericum ordinare præsumpserit; ab ea die, qua ei potuerit hoc approbari, anno [e] integro Missas facere † non præsumat. Quam rem si quis obseruare noluerit, & contra constitutum fratrum faciens Missas celebrare præsumpserit; ecclesiæ [γ] cõmunione priuetur, & ab omniũ fratrum communione † noverit se alienum: quia dignum est, vt seueritatẽ ecclesiasticæ disciplinæ sentiat, qui toties salubriter à sanctis patribus instituta obseruare contemnit.

† al. celebrare

† al. charitate

γ ¶ Ecclesiæ communione priuetur.] *Hæc verba non sunt in ipso concilio, & videntur idem significare, ac sequentia: sunt tamen in vetustis quoque Gratiani codicibus.*

Item Hilarius in concilio Romano ab ipso habito, c. 5. paulo tamen aliter.

§ Non ordinentur pænitentes, vel illiterati. C. III.

Ans. l. 7. c. 16.

PAenitentes, vel inscij litterarum, aut aliqua membrorum damna perpessi ad sacros ordines aspirare non audeant. Quisquis autem talium consecrator extiterit, factum suum ipse dissoluet [f].

Corpore.] Hæc distinctio diuiditur in duas partes. Et principaliter in hac distinctio. tractat quòd corpore vitiati, scilicet impotentes vel magnis membris & apparentibus vnde deformarentur, vel minoribus per culpam suam, promouendi non sunt. Si autem à barbaris, vel à dominis, vel ab inimicis secti fuissent, vel à medicis, vel casu, possent promoueri: & hoc probat in prima parte per xij. auctoritates sanctorũ. Secunda ibi, *Hoc autem.* Ioan. de Fan.

Casus. Hic intitulat 55. dist. in qua ostenditur, q̄ corpore vitiati promoueri nõ possũt: & q̄ pœna ordinatorib⁹ taliũ sit imponẽda.

Corpore vitiati seu promotio ne repellendi.

a ¶ *Corpore vero vitiati.*] Hic agit de corpore vitiatis: & q̄ pœna debeatur ordinatoribus talium. Notandum quòd sponte vitiati in quocumque membro, repelluntur à promotione, & deijciuntur iam promoti, vt ĩ. eadẽ, pœnitentes. sunt enim sui homicidę. ĩ. eadẽ, si quis. & cap. qui partem. si autem casu vitiati sunt corpore, scilicet, ab hostibus mutili, vel propter ægritudinẽ voluntarij: siue a se, siue à medicis, nõ obstet eis. ĩ. ea. si quis à medicis. Si autẽ aliàs sũt vitiati: aut ipsi insiliebãt operi licito, aut operi illicito. Si illicito, repelluntur: si licito, & sunt vitiati in minimis membris, siue occultis, non repelluntur à promotione, vt ĩ. ead. qui partẽ. & ca. eunu-

Priscis.] Casus. Tempore Gelasij in quadam prouincia ecclesiæ erant ita desolatæ officio clericorũ propter hostilem rabiem, vt pauci vel nulli sacerdotes inuenirẽtur, qui populis ministrarent diuina ministeria: quæsitum fuit à Gelasio, an de monachis vel laicis possint aliqui promoueri? Et respõdet q̄ sic, necessitate instante, dummodo sint honestę vitæ: salua tamen honorificentia priscorum canonum, qui tales prohibẽt, nisi necessitate per ecclesias ordinari. & hoc in prima parte. In secũda parte quæ incipit ibi, *Ne sit.* ponit vndecim impedimẽta, quæ prohibent in prædictos promoueri etiam instante necessitate.

b ¶ *Vel sufficientibus.*] Vbi enim nõ est copia aliorũ, bene assumuntur minus legitimi, vt ff. de decu. generaliter. §. pen. sic alias in defectũ probationũ admittitur min⁹ idoneus testis, vt 4. q. 3. §. item in criminali. ver. item sex ui. 14. q. 5. c. 2.

Legitimis deficientibus assumuntur minus legitimi.

c *Monasterialibus.*] Hic videtur quòd monachi non possunt esse prælati ecclesiarum secularũ, nisi ex dispẽsatione. extra de capel. mona. c. in ecclesiis. extra de sta. mona. c. 2. Hug. dicit, q̄ de iure possunt: dum tamen habeant & abbatis, & episcopi consensum. 16. quæst. 1. cũ pro vtilitate. & cap. doctos. De regularibus habes quod licite possunt, vt extra de sta. mona. c. q̄d Dei. Ioan. credo q̄ de iure communi possu nt promoueri, si possunt secum habere sociũ sui ordinis, vt extra eo. tit. monachi [2]. B. De hoc ad plenum 16. q. 1. in summa.

[1] Et ista fuit sententia Th. & Goff. Dicunt enim q̄ in illa decre. monachi, conuenientur ius cõmune, ex dispensatione tamẽ eps, cũ cõsensu abbatis põt monachus præfici ecclesiæ parochiali 16. q. 1. In parochia. ca. doctos. cũ pro vtilitate. cap. si monachus. Et hoc de pauperibus dicunt intelligi. Archid.

NVllus.] Casus. Antiquitus facta fuit constitutio, vt nullus episcopus ordinaret pænitentem, vel bigamũ, vel viduæ maritũ, vel corpore vitiatũ, quã episcopi male seruabant; & ideo Arelaten. conciliũ nũc statuit regulã seueriorẽ, vt quicũque amodo tales ordinauerit, anno itegro cesset à celebratiõe Missarũ: & si celebrauerit, post excõmunicationẽ deponet. Sequens capitulũ patet.

d ¶ *Seueriorem.*] Et nonne seuerior fuit illa constitutio, quæ priuat tales potestate ordinandi, vt 36. dist. in. qui ecclesiasticis, sic & hic adijcitur alia pœna.

e ¶ *Anno.*] Not. hic annũ cõputari à tẽpore sciẽtię, vt 17. q. 2. si qs incognitus. 5. q. 6. c. biduũ. Quid si annus sit bissextilis, in quo aliqs suspẽsus est, nũquid sufficit abstinere ccclxv. diebus? nõ videt: q̄ a illi duo dies habent pro vno [3], vt extra de verb. sign. q̃uit. sed nõ est ita, vt ff. de statuli. cũ hæres. §. Stichus. quia hoc cap. loquit de vitiatis in anima [4]: & quantũ ad hoc facit ad propositum magistri.

Annus bissextilis duos dies facit haberi pro vno.

[1] Adde hoc ad hoc an bissextum cõputetur in numero dierum & mẽsiũ. no. in gl. ff. in l. 1. ff. de iur. & tẽporib. fer. & glo. in l. bissextus. ff. de verb. sign.

[3] 1. dist. vitiis.

[4] Vbi de sus. extra de pr... eũ nõ ignorat. ...

f ¶ *Pænitentes.*] ¶ *Dissoluet.*] Arg. aliquẽ venire cõtra factũ proprium. si. 35. q. 9. quod qs. & 2. q. 1. certe [5]. extra de ele. nosti. Argu.

Arg. contra de cle. coniu. diuersis fallacijs. extra de conces. præb. cũ sup quæstione. extra de fil. presbyt veniens. Vel dic q ipse dicitur dissoluere, quia ob ignominiam sui dissoluitur. sic 90. dist. nemunem. & 21. q. 2. c. t. eum enim ipse ob hoc sit dignus depositione, ipsemet non dissoluet. Ioan. Sol. de iure cõi non potest aliquis venire contra factum suũ, nisi in casib' expssis in iure. B.

qui à medicis secantur, vel à barbaris, vel qui castrantur à dominis, possunt promoueri. & ad hoc inducit sequens capi.

h ¶ *Similiter.*] istud respicit vltimam partem præced. cap.

S *I quis à medicis.*] Casus. Dicit in hoc c. q si quis p languorem à medicis sectus fuerit, vel casu à barbaris abscissus, vel a do-

Corpore autem vitiati intelliguntur non casu, sed propria voluntate abscissi. Vnde in canonibus Apostolorum, cap. 22. & 23 legitur.

¶ Qui semetipsum absciderit, non ordinetur. C. IIII.

SI quis abscidit[a] semetipsum [idest †, si quis amputauit sibi virilia] non fiat clericus[b]: quia sui est homicida[c], & Dei conditionis inimicus. ¶ Si quis cum clericus fuerit, absciderit semetipsum, omnino damnetur: quia sui est homicida.

Item ex concilio Arelatensi 2. c. 7.

¶ Non producantur ad clerum, qui seipsos abscindunt. C. V.

HI †, qui se, carnali vitio[d] repugnare nescientes, abscindunt; ad clerum peruenire non possunt.

Item Innocentius scribit Felici Nuceriano episcopo, epist. 4. c. 1.

¶ Non est ordinandus, qui partem digiti volens sibi abscidit. C. VI.

QVi partem cuiuslibet digiti[e] sibi ipsi volens abscidit; hunc ad clerum canones non admittunt. Cui vero casu aliquo contigit, dum aut operi rustico curam impẽdit, aut aliquid faciens se non sponte percussit; hos canones præcipiunt[f] & clericos fieri, & si in clero fuerint reperti, non abijci †. ¶ In illis enim voluntas est iudicata †, quæ sibi ausa fuit ferrum inijcere[a]: in istis vero casus[g] veniam meruit.

[a] ¶ Inijcere] *In originali sequitur*, quòd scilicet & alij id facere dubitari non posit; in istis, &c.

Similiter[h] vero intelligendum est de ys, qui per languorem à medicis secantur, aut à barbaris abscinduntur, aut à dominis castrantur.

Vnde in Nicano concilio, cap. 1 legitur.

¶ Qui per languorem à medicis desecatur, ad clerum valet admitti. C. VII.

SI quis à medicis[i] propter languorem desectus est[k]; aut à barbaris excisus, hic in clero permaneat. Si quis autem seipsum sanus abscidit; hunc & in clero constitutum † abstinere cõuenit, & deinceps[β] nullum debere talium promoueri. Sicut autem hoc claret, quòd de his, qui hanc rem affectant, audentque[l] semetipsos abscindere, dictum sit; sic eos, quos aut barbari, aut domini[m] castrauerunt, si inueniuntur aliàs † dignissimi; tales ad clerum suscipit regula.

β ¶ Et deinceps.] *His verbis nihil respondet in græco vulgato codice: sed optime apud Balsamonẽ. Quemadmodum & in Carthaginensi 6. in capitulo Nicænæ synodi à Tsilone, & Tiberatilo versis.*

Item ex canone Apostolorum vigesimoprimo.

¶ Licite ordinetur eps, qui per hominum insidias eunuchizatur. C. VIII.

EVnuchus[n], si per insidias hominum factus est, vel si in[o] persecu-

Ex prisca versione.

Ans. l. 7. c. 37.

† ista est glossa in vetere versione C. 23.

† Si qui] orig.

In conc. Tribur. c. 33. Polyc. l. 2. tit. 31. Burch. l. 2. c. 14. Iuo par. 6. c. 58. Ans. l. 7. c. 35. Pann. l. 3. c. 43.

† al. vindicata

† Inferius illa tex. q aliqd impedit factũ tum. qd factũ tenet. l. non dubium. C. de leg. & l. 2. & sedulo ff. quo do appel. sit.

In Tribur. ibidẽ. Ans. l. 7. c. 36. Poly. ibidem.

† ἐξεταζόμενον

† ἄλλως ἄξιοι

Origenes se eunuchum fecit.

Marcus sibi pollicem præcidit.

[a] Ad hoc 2. q. 7. § in ita. 4. q. 3. c. vlti.

Mẽbra pro quis quidque dimi nuere, vt Hieronym. & Esa.

l Concor. text. in l. 1. ff. de don. facto prat. in l. mutor. ff. de suspe. tuto.

C O R P O R E. Casvs. Dicit Gratianus hic, q illi corpore vitiati ordinari prohibẽtur, q nõ casu sed voluntate ppria se absciderũt: qd pbat in sequentibus capitulis.

S *I quis.*] Casvs. In huc cap. dicitur, q si quis laicus sibi virilia absciderit, ad clericatum promoueri nõ potest: cum sit sui ipsius homicida. Si vero absciderei, debet deponi, qa sui est homicida. Sequens cap. patet.

a ¶ *Abscidit.*] ex indignatione, vel etiam causa continentiæ.

b ¶ *Clericus.*] Sed qd dices de Origene, q se eunuchũ fecit, vt liberius in occulto posset prędicare tẽpore persecutiõis ecclesiæ mulieribus; tñ postea apud Cæsareã factus est sacerdos? Itẽ Marcus pollicem sibi præcidit, vt sic fieret indignus sacerdotio: & tamẽ postea fact' est sacerdos: vt legitur in historia ecclesiastica. Sed hæc nõ sunt trahẽda ad cõsequentiã. 4. q. 1. c. vlti. 7. q. 1. petisti [a].

c ¶ *Homicida.*] non quòd homicida tũc sit factus: sed propter homicidij periculũ quod sequi poterat sectionẽ, dicitur homicida: sicut quantantẽ exponit, homicida dicitur. 87. dist. cap. vlti. Et est argu. q non est considerandũ quid eueniat, sed quid euenire possit, vt 22. q. 1. in nouo. 21. distin. denique. 23. q. 5. relegẽtes. ff. de his qui deiec. vel effu. l. si vero. § penul. & C. de vsufru. ãbiguitatẽ. Ar. ꝫ. 23. q. 5. de occidẽdis.

d H *I qui vitio.*] ¶ ĩ. 33. dist. maritum, &c.

Q *Vi partem.*] Casvs. Duo fuerunt homines, qui semetipsos absciderunt: vnus sponte, alius casu, cum rusticano operi curam impenderet. quæsiuit Nucerianus eps an valeant promoueri? Et respondet Felix Papa, q ille qui se abscidit sponte, nõ potest: ille vero qui casu se abscidit, potest promoueri: & si cleric' ẽ, nõ deponet: qa casus veniã meret: sed volũtas ppria vindicãda ẽ.

e ¶ *Digiti.*] Forte si haberet superfluos digitos, eos posset præcidere: sicut vngues, vel dentes nimis prolixos pcidere posset. & Hieronymus fecit sibi secari dẽtes: & Esaias suã linguã amputauit, vt 8. q. 1. in scripturis. Arg. contra. 35. dist. ab exordio. vbi dicitur, q Deus nihil superfluum creauit in nobis: & est arg. ad hoc ĩ. e ad. quis. vbi dicitur quòd Dei conditioni est inimicus.

f ¶ *Præcipiunt.*] idest, permittunt. sic 31. q. 1. hac ratione.

g ¶ *Casus.*] sic simplicitati & ignorantiæ venia tribuatur. ĵ. de cõsecra. dist. 2. c. 3. & extra de re. permu. cum vniuersorum. tamen casus non excusat in amotione terminorum. ff. de termi. mo. l. 2.

SIMILITER. Casvs. Nunc dicit Gratianus, q illi domino castratus, poterit pmoueri si aliãs est dignus: & si est clericus, nõ repellet. Si qs vero cũ sanus esset, seipsũ spõte abscidit, nõ pmouebit: & si promotus est, debet repelli. Sequẽs c. plenum est.

i ¶ *A medicis.*] Medicus licite pmouetur, si eũ nõ remordet conscientia. extra de æta. & quali. ad aures. et enim nõ imputaẽ euẽt' mortalitatis. ff. de offic. præsi. illicitas. §. sicut. & tamen imperitia eius culpæ annumeratur. ff. ad leg. Aquil. idem iuris circa mediũ.

k ¶ *Desectus est.*] vt tamen non pariat nimiam deformitatem, vt extra de cle ægro presbyterum.

l ¶ *Audentque.*] Qui enim sibi audet manũ inferre, multo potius alijs auderet, vt ff. de ędi. edic. cũ auté. §. excipit. 23. q. 5. si no licet. ADDITIO. Et miles qui seipsum vulnerauit, punitur: secundũ id quod habetur ff. de re milit. omnes. §. qui se.

m ¶ *Aut dñi.*] qui aũt seruũ castrat, capite punit & seru', & medic' ff. de sic. l. 4. §. vlt. & loc' ĩ quo hoc factũ ẽ, cõsiscat. C. de eun. l. 1

n E *Vnuchus.*] Talis. n. vitiosus est, vt ff. de ædil. edict. cũ aũt. & q̃nq; pretiosior. ff. ad legẽ Aqui. si seruus. §. & si puerum.

o ¶ *Si in persecutione.*] Non est ergo necesse seruare carnem illam, vel puluerem, vt dicunt vulgares.

Medicus potest promoueri.

a ¶ *Natus.*]

a ¶ *Natus.*] vt frigidus.

S*I quis pro ægritudine.*] Casvs. Dicit in hoc cap. quod si quis propter infirmitatem a medicis sectus fuerit, vel a barbaris, vel à domino suo castratus fuerit: si alias dignus est, poterit promoueri. Si quis vero cum sanus esset sponte sibi virilia amputauit, vt à carpa-

c S*I quis.* ¶ *Claudus.*] non tamen vt oporteat ipsum ire cum baculo ad altare, vt de consecra. dist. 1. nullus epis. tamen secundum legem veterem claudus non promouebatur. 49. dist. c. 1. & vlt.

L*Ator præsentium.*] Casvs. Flauius clericus captus a Normannis amisit digitum sinistræ manus: & propter hoc Robertus Eps suus misit eum ad Papam cum litteris suis: & quæsiuit si posset promoueri. Et rn. Papa se vidisse quod acciderat. Vnde commendans epm de sua solicitudine dicit, quod si à barbaris sectus fuerit, & alias dignus est, poterit promoueri: cum canones in similibus casibus idem dicant.

Claudus an possit promoueri.

tione, eius sunt amputata virilia, vel si ita natus [a] est, & est dignus, fiat episcopus [b].

a ¶ Per insidias.] [illegible], id est ex insultu, & iniuria.

b ¶ Episcopus.] *In græcis exemplaribus non habetur vox ista, & videtur subintelligi ex epistola.*

Item ex Martino Bracharensi episcopo in capitulis synod. græc. c. 21.

¶ Non excluduntur a clero, qui à medicis, vel a barbaris, vel a dominis suis castrantur. C. IX.

Iuo p. 6. c. 374. Pano. l. 3. c. 56.

SI quis pro ægritudine naturalia à medicis secta habuerit, similiter & qui a barbaris, aut dominis suis fuerint castrati, & moribus digni fuerint visi, hos canon admittit ad clericatus officium promoueri. Si quis autem sanus, non per disciplinam religionis, & abstinentiæ, sed per abscissionem plasmati à Deo corporis existimans posse à se carnales concupiscentias amputari, castrauerit se; non eum admitti decernimus ad aliquod clericatus officium. Quòd si iam ante fuerit promotus ad clerum; prohibitus a suo ministerio deponatur.

Concordat Triburiense c. 33.

Item ex concilio Ilerdensi.

¶ Non prohibetur à sacris ordinibus, qui à medicorum incisione claudus efficitur. C. X.

Burch. l. 2. c. 15. Iuo p. 6. c. 34. Pano. l. 3. c. 42.

SI quis in infirmitate positus clericus, medicorum incisione claudus [c] efficitur, promoueri ad sacros ordines eum non denegamus.

Item Stephanus Roberto Metensi episcopo.

¶ Non prohibetur a clero, qui digitum sibi casu abscidit. C. XI.

Iuo p. 6. c. 118. Pann. l. 3. c. 44. † *al. Flauianus*

LAtor præsentium Flauius † scilicet clericus ad sanctã sedem Apostolicam veniens detulit a te nobis directam epistolam, qua indagare studuisti, eũ a Normannis [d] nuperrime captum sinistræ [e] manus digitum habere abscissum: sciscitans, si ob hoc ad ecclesiasticum ordinem valeat promoueri, an non. ¶ Quod & nos reperientes, quia sollertia tua magis super hoc solicita a sede Apostolica doceri flagitat, normam iustitiæ semper sequi exoptans, studium suæ sanctitatis merito collaudamus, reuerentiam tuam scire volentes, quoniam si ita est, quòd a Normannis digitum ipsum habeat abscissum, ad promouendum (si alias dignus fuerit) nil ei nocebit: eo quod quid de his, quia dominis vel medicis, siue a paganis non sponte tale quid patiũtur, sacri censeant canones, dilectionem tuam latere non credimus.

d ¶ *A Normannis.*] de istorũ ferocitate habes 7. q. 1. scilicitatis.

e ¶ *Sinistræ.*] idem si dextræ, dum tamen nõ sit deformitas magna. extra eod. cap. 1. & extra de cleri. ægrotan. presbyterum. maxime si non amisit aliquem de illis, per quos fit signum crucis.

Normanni feroces sunt.

De Vagatis habes de conse. dist. 1. [illegible]

Item Gelasius Papa Palladio episcopo.

¶ Tempore sinceritatis dignitas accepta sequente debilitate non amittitur. C. XII.

Ansl. 7. c. 39. Iuo. p. 6. c. 107. Pano l. 3. c. 55. Poly. l. 2. tit. 31. † *in eo actu] Iuo*

PRæcepta canonum, quibus ecclesiastica regitur disciplina, sicut ad sacerdotium debiles [f] corpore non patiuntur venire; ita & si quis in † eo fuerit constitutus, ac tunc fuerit sauciatus, amittere nõ potest, quod tempore suæ sinceritatis accepit. ¶ Stephanus siquidem presbyter petitorio nobis deferunt oblato, quod [y] habetur in subditis, Olim sibi ante annos plurimos collatam presbyterij dignitatem quam re ne ra immaculati corporis iudicio † susceperat; sed nuper propter prouinciæ vastitatem (quam Thusciæ præ omnibus, Barbarorum † feritas diuerta secantium, & ambiguitas inuexit animorum) dum imminentes gladios euadere fuga præsidio niteretur, acutis sudibus occurrentia sibi septa transiliens, interiores [g] partes corporis interuisse suggerit, quæ vix adhibita curatione biennio potuissent abstergi †. Et ideo frater charissime, supradicto locum suum, dignitatemque restitue, qua eius sacrosancta mysteria, sicut consueuit, exerceat. Neque enim conuenit ob hoc auferri ante susceptum ordinem, in quo postmodum [h] in inualetudinem corporis casu probatur faciente collapsus.

† *al. iudicio* † *al. abstringi*

P*Ræcepta.*] Casvs. Presbyter Stephanus inter acutas sudes amisit bursam testiculorum dum præsidio fugæ niteretur euadere imminentes gladios barbarorum, qui Thusciam præ omnibus prouinciis deuastabant: & propter hoc Palladius epũs priuauit eum officio & beneficio. Stephanus vero conquestus est Papæ de facto epi. præcepit ergo Gelasius Palladio episcopo, vt sibi restituat vniuersa: quia sicut canones non patiuntur debilitatos per culpam suam in magnis membris promoueri: ita promoti per casum fortuitum debilitati in membris, non debent repelli.

f ¶ *Debiles.*] scilicet voluntate, non casu.

g ¶ *Inferiores.*] Videbatur quod iste non posset esse sacerdos: quia nec miles esse potest, cum sit habere ad minus vnum testiculum. [illegible] qui cum vno.

h ¶ *Postmodum.*] Arg. quod licet quis perueniat ad statum a quo nõ potest incipere, tolerat. 33. q. 2. petitum. 30. q. 1. ad limina. 32. q. 7. 11. q. & c. neque. Arg. cõ extra de æta. & qual. c. 1. Solu. hic nõ fuit in culpa. 1 nc. 15. q. 1. c. 11.

Miles esse non potest qui caret testiculis.

† *Addit: quæ ad formam in sede est ponit* ...

y ¶ Quod habetur.] *sic est emendatũ ex Anselmo, & antiquis codicibus Gratiani. Nam hoc est vsitata forma in epistolis. Romanorum Pontificum, vbi propria verba petitionum subiungunt. Antea leg. batur: quod habebat.*

z Hoc autem non de omnibus membris intelligendum est. Qui enim oculũ casu amiserit, licet desit voluntas, tamen sacerdotiũ adipisci non potest.

Vnde Gelasius† scribit Rufino episcopo.

† *vel Pelagius*

HOC AVTEM. Hæc est secunda pars dist. in qua dicit quod ...

a *Addit hoc: quod [illegible] in ea. ecclesia. Archidia.*

li concupiscentia abstinere: propter hoc, & non propter abstinentiam non potest promoueri, & si promotus est, debet deponi. Sequens capitu. patet.

b ¶ *Non per disciplinam.*] vt videatur coram hominibus eius continẽtia, & forte hoc facit propter hypocrisim: sic 35. dist. ecclesiæ principes: proxi. continuatur. Ioan. de Fan. & sic continuatur. Dictum est supra in pluribus capitulis, quod non repellitur a promotione qui casu vel ægritudine vel persecutione perdidit membrũ. Nũc vero dicit Gratianus, quod hoc nõ intelligitur de quolibet membro. Nam qui oculum qualitercumque amisit, promoueri non debet ad sacerdotium.

a ¶ *Si euangelica.*] CASVS. Quidam diaconus ad tantam iracundiã quendã sacerdotẽ prouocauit, q̃ ille sacerdos nõ solũ percussit diaconum fuste, sed etiã oculũ eius eruit. Ideo Rufinus eps priuauit eum officio presbyterij. post hoc factum postulabat diaconus in sacerdotem promoueri. duabus rationibus. Tum q̃a inuitus oculum amiserat. Tum quia in recompẽsationem suæ iniuriæ. quod tantum Rufinus eps Papæ significauit. Præcipit ergo Gelasius Papa, vt presbyterũ detrudat in monasteriũ: & loco eius alium ordinet: nec diaconũ in sacerdotẽ promoueat: q̃a sacri canones nullũ casum in monoculo exceperũt vt promoueri possit: nec ei pdest, q̃ oculum inuitus amisit: maxime cum ad tantã iracundiam sacerdotẽ prouocauerit, vt ille officium, & iste promouẽdi facultatem amitteret.

a ¶ *Inuitus.*] Argu. est ad quæstionẽ, q̃ si sponsa est oppressa a sponso, non potest intrare religionem: q̃a non prodest ei, q̃ inuita est passa. Quid de hoc sit, in quæstionibus dixi. B. Dic q̃ ingredi poterit non obstante corruptela: q̃a nõ debet esse melioris conditionis malus q̃ bonus. q̃a nemo ex suo delicto, &c. vt ff. de reg. iur. non fraudatur. cũ qui oculum amiserit, remanet tutor, vt C. de excusat. tuto. frater tuus.

b ¶ *Excepisse.*] Argu. q̃ vbi canon non excipit, nec nos excipere debemus. 1. q. 5. consuluisti.

c ¶ *Iniuriæ.*] quia pœna vnius non debet cõuerti in præmium alterius. ff. ad. Sylla. l. si seques. ff. quod met. cau. sicut in exceptione. §. Pedius.

d ¶ *Prouocare.*] Grauius delinquit q̃ me ad iracundiam prouocat, quàm ego. C. ad l. Iul. de vi priua. quoniam & 23. q. 5. cum homo.

promouendi? Et respondet quòd non, nisi in monasterio vel regulari canonia fuerint conuersati.

f ¶ *Presbyterorũ.*] Idẽ de diaconis & subdiaconis, q̃a nõ est alia causa prohibitionis, nisi q̃a timent in eis exẽpla paternæ eris, vt: 6. q. 1. si qs cũ. & etiã pp odiũ paternũ, vt 15. q. vlt. cũ multæ. & 24. dist. q̃ñ. Fi-

¶ Non sunt præstanda iura sacerdotij, cui oculus erutus est. C. XIII.

Si euangelica admonitio iracundiam nec vsque ad verbum furentẽ prosilire permittit, ne si Racha fratri suo quis dixerit, reus sit gehẽnæ ignis: quali putamus pœna plectendum esse, qui non solum pugno impie percussit in leuitici hominem officij ministerio seruientem; sed quasi non sufficeret ad cedem manus, ita (instigante se diabolo) raptus est ad iracundiam, vt fuste non solum percuteret, sed etiam erueret oculum fratris! Et quãuis huiusmodi excessus grauiori esset pœna plectendus; bene tamen fraternitas tua fecit ab officio eum presbyterij remouere. Hoc tamen solicitudinis tuæ sit, vt locum ei pænitentiæ constituas, & in aliquo eum monasterio retrudas, laica tantummodo sibi communione concessa. In loco autem illius alium te necesse est ordinare presbyterum. Nam illi, cui erutus est oculus, non possunt secundum canones sacerdotij iura concedi. Neque enim aliquid ei prodest, quòd oculum inuitus [a] amisit; cum nec volens quisquam oculum amisisse credendus est; nec sacratissimos canones aliquem casum in amissione oculi, qui ad sacerdotium adipiscendum non impediret, suis excepisse [b] regulis inuenimus: sed hoc tantummodo ad prohibitionem suffecisse videmus patribus, vt qui careret oculo, sacerdotij officium adipisci non possit. Sed nec illi vllatenus quasi in compensationem iniuriæ [c] sacratus ordo concedi poterit; qui ad tantam sacerdotem proprium potuit iracundiam prouocare [d], vt & ille officiũ, in quo erat, amitteret, & iste prouectus sui perderet facultatẽ.

Polyc. ibidem
Ans. l. xi. c. 169.
Matt. 5.

Iuo p. 6. c. 111.

DISTINCTIO LVI.

¶ P *Resbyterorum etiam filij ad sacra officia non sunt admittendi*

Vnde Vrbanus Papa secundus, ait:

¶ Filij presbyterorum à sacris prohibentur officijs. C. I.

Presbyterorum filios [e] à sacris altaris ministerijs remouemus; nisi aut in cœnobijs [f], aut in canonijs † religiose probati, fuerint conuersati.

2 *Sed hoc intelligendum est* [i] *de illis, qui paterna incontinentiæ imitatores fuerint. Verum si morum honestas vos commendabiles fecerit; exemplis & auctoritatibus nõ solũ sacerdotes, sed etiã summi sacerdotes fieri possunt.*

[*Vnde Damasus Papa scribit.*]

PALEA. C. II.

Osius Papa fuit filius Stephani subdiaconi. Bonifacius Papa fuit filius Iucundi presbyteri. Felix Papa filius Felicis presbyteri de

In concilio Claramontẽsi, c. 25. & Melphiensi, & in concilio Inno. ij c. 19. Sentencia est in conc. Lateran. sub Alex. iij. p. 19. c. 2.

Ex decretis Grego. vij. & Vrbani ij.
Ans. l. 6. c. 150.
Iuo p. 6. c. 41.
Pann. l. 3. c. 51.

In Pontificali.

† al. canonicis, al. canonicus regularibus.

Presbyterorum.] Hæc dist. diuiditur in tres partes. In prima parte probat, q̃ nullus illegitime natus promoueatur nisi ĩ cœnobijs vel canonia regulari: & hoc pbat per cap. Vrbani, quod solum cap. continet ius cõe. Secunda ibi, *Sed hoc.* Tertia ibi, *Contra.* Ioan. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 56. dist. in qua agit Gratianus de filijs presbyterorum: & ostendit q̃ eorum promoueri possunt, & q̃ nõ, allegando pro vtraque parte, & solutionem ponendo.

e ¶ *Presbyterorum.*] De legitimis filijs non est dubium, quin licite promoueantur. j. eo. §. cum ergo. sed illegitimi non: si tñ sint in monasterijs vel canonijs regularibus, licite promouent, vt j. eo. cap. 1. & extra eo. cap. 1. & c. ad abolendam. quia ingressus monasterij tollit irregularitatẽ, vt 16. q. 1. legi. 19. q. vlti. cap. vlti. & in authen. de monachis. in prin. coll. 1. Licet quidam cõtrium dicant: & dicunt q̃ religio circa eos non plus operatur, nisi q̃ facilius cum eis dispensatur arg. pro eis. 55. dist. cap. priscis. & 50. dist. c. si ille. Et dico epm posse dispensare circa tales, vt extra eo. veniens. & cap. ex trãsmissa 3. sed solus Papa dispensat cũ eis in ẽpatu, vt extra de elect. innotuit. Dicunt tñ quidam, q̃ circa paternas ecclesias immediate habendas solus Papa possit dispensare: arg. extra eo. ex tua 4. qđ non credo, per illã decret. veniẽs. Ioan. Sed certe solus Papa dispensat in hoc casu, vt extra eo. cap. dilectus filius. & extra eodem capitulo vltimo. vbi de hoc traditur. B.

Presbyterorũ.] CASVS. Quæsitũ fuit an filij presbyterorũ sint ... eo. cum ergo. Arch.

g ¶ *Filius.*] Sed nunquid hoc ad nepotes extendit? & vr̃ q̃ sic: quia nomine filiorũ nepotes cõtinent. ff. de verb. signifi. liberorũ. & arg. ff ad Macedo. filium. Sed non est ita: q̃a odia sunt restringenda, vt de pæni. dist. 1 pœnæ. ff. de liberis & posthu. cum quidam. tollitur enim vitium per successionem, vt j. eod. dominus. & licet senator non possit ducere illam cuius pater vel mater artem ludicram fecit; tamen potest illam ducere cuius auus, vel auia artem ludicram fecit, vt ff. de ritu nup. l. lege Iulia. §. 1.

h ¶ *Cœnobijs.*] Sed hoc ad facilitatẽ dispensationis referas, vt quidã dicunt. Idem est vbicunq; conuersentur religiosi: quia locus non sanctificat hominẽ, vt 40. dist. nõ loca: nam conuersati in monasterijs sæpe deteriores sunt alijs, vt 47. dist. quantumlibet.

SED HOC. Hæc est scda pars huius distinctionis, in qua probare vult, quòd si boni fuerint, non nocent illis natales parentum, & hoc vult probare per viij. auctoritates. Ioan. de Fan.

CASVS. Dicit Gratianus, q̃ supradicta intelliguntur de filijs sacerdotum, qui paternam incontinentiam imitantur. sed si sunt bonæ vitæ, nõ solum sacerdotes, sed etiam Papæ fieri possunt. Quod probatur exemplo Bonifacij, Felicis, & Agapiti, & multorum aliorum, qui fuerunt filij sacerdotum: & tamen ad summum sacerdotium sunt prouecti.

i ¶ *Sed hoc intelligendum est.*] istud spectat ad principium capituli.

Osius.] Alias Orosius. Omnia ista exempla intellige de his, qui laicali statu vel minoribus ordinibus constitutis parentum suscepti sunt: quando suis parentibus licebat vti vxoribus suis. J.

in talibus ... ius poterit eps dispensare cum ... alio illegitimo, vt probatur in hoc decre. ... cũ ... respondeatur ad consultationẽ. Archid.

a al. canonicis, al. canonicus regularibus.

Pœna vnius nõ debet esse præmium alterius.

Filij presbyterorũ dispensa ...

Arg. cõtra cõtra qui dicit. vel ... c. 1. & de apo. c. 2. vbi de ...

Innoc. ... dispensatione Papæ. Aliqui contra ... Archid.

Filiorum appellatione nepotes continentur.

Locus non sanctificat.

titulo fasciolæ. Agapitus Papa filius Gordiani presbyteri. Theodorus Papa filius Theodori episcopi de ciuitate Hierosolyma. Siluerius Papa filius Siluerij[f] episcopi Romę. Deusdedit Papa filius Stephani subdiaconi. Felix enim tertius, natione Romanus, ex patre Felice presbytero fuit. Item Gelasius natione Afer ex patre episcopo Valerio natus est. Item Agapitus natione Romanus ex patre Gordiano presbytero originem duxit. Cōplures etiam alij inueniuntur, qui de sacerdotibus nati Apostolicæ sedi præfuerunt.

al. Hormisda

Iuo 10 prologo. Pan. 1 prologo, c. 30. & lib. 3. c. 52.

¶ *In nullo vetusto Gratiani codice adscribitur hic nomen Palea. In decimo Vaticano, & alijs quibusdam habetur continuo cum verbis superioribus Gratiani, à vers.* Felix enim tertius, *vsque ad finem. In alio autem satis etiam emendato ista eadem coherent cum superioribus: sed post illa verba,* ex patre Gordiano presbytero originem duxit, *sequitur:* Vnde Damasus Papa scribit. Deusdedit Papa filius Stephani subdiaconi, Bonifacius Papa filius Iucundi presbyteri, Felix Papa filius Felicis presbyteri de titulo fasciolæ, Agapitus Papa filius Gordiani presbyteri, Theodorus Papa filius Theodori episcopi de ciuitate Hierosolyma, Siluerius Papa filius Hurmisdæ episcopi Romæ. Con plures etiam, &c. *Nec vero magnopere mirandum est, hæc omnia ex Damaso citari, qui vixit ante istos, qui hic enumerantur. Liber enim qui Pontificalis dicitur, vbi hæc scripta suis locis leguntur, à Damaso cœptus est scribi: ideoque licet ab alijs multa deinde sint addita, retinuit tamen primi auctoris nomen. Ivo quidem eadem fere ista refert ex Gestis Romanorum Pontificum. Omnino partem aliquam huius capitis, saltem illam, quæ in decimo Vaticano habetur, ab ipso Gratiano scriptam esse constat ex verbis Gratiani in extremo præcedentis capitis, & capite penultimo huius distinctionis. Auctor vero Paleæ, dum vnum per se caput conficere voluit, ordinem perturbauit, præsertim in repetitione Felicis tertij, & illud de Osio temere admiscuit, quod nulli Romanorum Pontificum nomen fuit.*

Hinc Augustinus ait libro de bono coniug. cap. 16.

Sent. 4. dist. 33. 32. q. 4. sicut, §. vndecumque. in fin. Iuo in prologo, & p. 6. c. 415. Pan. in prologo, c. 29.

¶ Vitia parentum filijs non imputantur. C. III.

VNdecumque homines nascantur, si parentum vitia non sectentur, & Deum recte colant, honesti, & salui erunt. Semen enim hominis ex qualicumque homine, Dei creatura est; & eo male vtentibus male erit, non ipsum aliquando malum erit. Sicut autē boni filij adulterorum, nulla[a] est defensio adulterij[f]; sic mali filij[b] coniugatorum nullum est crimen nuptiarum.

a. adulteriorum] orig.

Item Ioannes Chrysostomus homilia tertia in Mattheum.

ad illa verba, In das ανδ γενεας, &c.

Sent. eisdem Iuo p. 6. c. 414.

¶ De eodem. C. IIII.

NVmquā de vitijs erubescamus parentū, sed vnū illud quęramus[a], & amplectamur, virtutē videlicet. Huiusmodi enim, etiam si alienigenam quis habeat matrē, etiam si fornicatione pollutam, vel quolibet eiusmodi dedecore sordidatam; nihil tamen de eius aut vilitate fuscabitur, aut crimine polluetur. Quòd si fornicatorem ipsum ad meliora conuersum nequaquam prior vita commaculat, multo magis ex meretrice natus, & adultera, si propria virtute decoretur, parentum suorum non dedecoratur opprobrijs. *Item infra.* Non est omnino, nec de virtute, nec de vitio parentum aut laudādus aliquis, aut culpandus nemo inde vere aut obscurus aut clarus est: immo etiam (si quiddam[b] à communi opinione abhorrens dicendum est) nescio[c] quomodo ille magis resplendet, qui ex parentibus[d] à virtutibus prorsus alienis, ipse tamen fuerit de virtute mirabilis.

a Quæramus] *In versione, quæ nunc vulgata est, legitur,* atq; omnibus studijs assequamur nobilitati propriarum honore virtutum. *Græce integer locus ita habet,*

φεύγωμεν καὶ ἡμᾶς διὰ τοῦτο, μηδέποτε ἐγκαλύπτεσθαι ἐπὶ τῇ τῶν προγόνων κακίᾳ, ἀλλ᾽ ἓν μόνον ἐπιζητεῖν, τὴν ἀρετήν.

b Si quiddam à cōi.] *Sic est emendatum ex græco,* εἰ δὲ χρὴ τι καὶ παράδοξον εἰπεῖν. *Antea legebatur, quemadmodum fere & in vulgata versione, & apud Iuonem,* ut consideratius aliquid dicamus, aut expressius.

Item Hieronymus in epistola ad Pammachium contra errores Ioannis Hierosolymitani.

Iuo p. 6. c. 413.

¶ Non parentum, sed propria culpa quemque condemnat. C. V.

NAsci de adulterio, non est eius culpa, qui nascitur; sed illius, qui generat. Quomodo in seminibus nō peccat terra, quæ fouet; nō se-

VNdecumque.] CASVS. Ab hoc loco vsque ad §. contra probat Gratianus peccata parētum filiis non imputari. est ergo casus istius cap. talis. Duæ quæstiones tactæ fuerunt Augu. Prima fuit, an peccata parentum filiis imputentur. Et respondet, q non, si paterna vitia non sequantur. Semen enim hominis ex quocumque homine bonū est, & Dei creatura est. Secūda fuit, an mali filii coniugatorum nuptias vituperēt: & respondet q non: sicut nec boni filii adulterorum eos ab adulterio excusant.

a Nulla est.] similis locutio: *Vestes quas geritis sordida lana fuit.*

b Sic mali.] Nota q bonū præcedens non excusat malum sequens: nec bonum sequens purgat malū præcedens, vt 13. q. 5. relegentes. & 14. q. 5. forte. & cap. neque. Sed verum est, q non nocet delictum patris filio quantū ad vitam æternam: nocet tamē quo ad ordines: itē quo ad successionē, vt 6. q. 1. si quis cum. item quo ad alias pœnas vt 1. q. 4. §. item peccato. Mitius tamen loquitur lex de illis qui spurii sunt. q nō obest eis hoc, quin possint eligi ad decurionatum: quia non est impedienda dignitas eius q nihil admisit, vt ff. de decu. spurii. in princ. & l generaliter. §. spurios. & Boetius: quid genus aut proauos, &c. & Iuuenalis,

Tolle tuum Hannibal & Malo pater tibi sit Thersites, dummodo tu sis Æacidæ similis, Vulcaniaque arma capessas? Quam te Thersitæ similem producat Achilles.

Patris delictum nō nocet filio.

Nū mala parentum filij nō imputantur. ff. de d ... 1. 3. 6. ...

NVmquam.] CASVS. Dicit Ioan. Chryso. q numquam filius debet erubescere de vitiis parentum, dūmodo sit virtuosus. Nā quantumcumque quis matrem habeat vilem & pollutam, nūquam de eius vilitate obfuscabitur, vel polluetur: quia si fornicatrix, vel fornicator post pœnitentiam ex vita non maculatur, multo minus maculatur filius de meretrice natus, si virtute ppria decoratur: immo magis laudādus est, quam natus ex bonis & nobilibus parentibus, si malitia sequatur, & malus sit.

c Nescio.] Hoc vult dicere: q ille qui natus est ex parentibus prorsus alienis à virtutibus, dum tamen ipse sit bonus, melior est quām ille q natus est de bonis parentibus, licet ipse ēt sit bonus[a].

[a] Magis n admirabilis est, qui exemplū nō habuit de bonis & q qui habuit & bonum est, ar. ... dist. in scripturis. Archid.

d Parentibus.] id est, ratione parentum.

NAsci.] CASVS. Ruffinus natus fuit ex adulterio, & ideo despiciebat creatorē, qui sic eum formauerat, & culpabilem & peccatorem se propter hoc reputabat. Sed Io. Chrysosto. scribit contra eū, & docet, q propter hoc nō debet despicere Dominum, nec se peccatorem reputare: quia non ipse, sed qui eum de adulterio generauit, peccauit, semine abutendo: sicut nec peccat semen quod in sulcis nascitur, sed peccat fur qui rapit: & consolatur eum duobus exemplis, scilicet Iepte, qui licet fuerit filius meretricis, tamen sanctus fuit. Et

exemplo Esau, qui licet natus fuerit de legitimo coniugio, tamen malus fuit & pessimus.

a ¶ *Quod suum est.*] Mulieres enim ad hoc natura genuit, vt partus ederet: vt C. de indict. vidui. l. 2. & pudor est feminis nuptiarum præmia non habere, vt 32. q. 2. pudor.

b ¶ *Sanctos.*] tamen in hoc non fuit sanctus, quod temerarium iuramentũ voluit seruare, vt 22. q. 4. vnusquisque. Ibi inuenies hanc historiam secundum Hu.

c ¶ *Triticum.*] 24. q. 1. quoniam vetus.

& ex illa generatione plures nati sunt, post quos Dauid, ex quibus Christus originem ducit.

f ¶ *A sacerdotio.*] non intelligas, quod ipso iure possit promoueri: sed hoc ideo dicit, quia episcopus tenetur in hoc casu dispẽsare; quia dispẽsatio quãdoq; est debita, vt dixi 50. dist. vt constitueretur.

Mulieres ad quid producuntur.

Et est maximũ in mulieribus nõ expere, &c. ff. de publ. edic. quãtitatis.

men, quod in sulcis iacitur; nõ humor, & calor, quibus tẽperata frumẽta in germen pullulant; sed, verbi gratia, fur, & latro, qui fraude, & vi eripit semina; sic in generatione hominum recipit terra, idest vulua, quod suum est[a], receptum confouet, confotum corporat, corporatũ in membra distinguit, & inter illas secretas ventris angustias Dei manus semper operatur, idemque est corporis creator, & animæ. Noli despicere bonitatem figuli tui, qui te plasmauit, & fecit, vt voluit. Ipse est Dei virtus, & Dei sapientia, qui in vtero virginis ædificauit sibi domũ. Iepte inter viros sanctos[b] Apostoli voce numeratus meretricis est filius. Sed audi. Esau de Rebecca, & Isaac genitus hispidus tam mente, quàm corpore, quasi bonum triticum[c] in lolium, auenasque degenerat: quia non in seminibus, sed in voluntate nascentis causa vitiorum est, atque virtutum.

Eccle. 33. 1. Cor. 1. 11. Iud. 11.

Item Augustinus contra Faustum, lib. 22. c. 64.

¶ Iniquitates parentum filijs obesse non possunt. C. VI.

SPonsus[d] ille, qui vocaturus erat ad nuptias bonos & malos, suis congruens inuitatis, nasci etiam voluit de bonis & malis: quo exẽplo discant fideles parentum suorum iniquitates sibi obesse nõ posse.

Matt. 22.

¶ *Apud B. Augustinum lib. 22. contra Faustum, c. 64. sic legitur*, Fideles enim eius venturi ex omnibus gentibus, etiam exemplo carnis ipsius discere debuerunt, parentum suorum iniquitates sibi obesse non posse. Proinde sponsus ille suis congruens inuitatis, qui vocaturus erat ad nuptias bonos & malos, etiam nasci voluit de bonis, & malis. *Et ex his compositum est hoc caput.*

¶ *Sponsus.*] Dicitur in hoc ca. quod Christus, qui quotidie vocat bonos & malos ad nuptias suas, nasci voluit & bonis & malis parẽtibus, vt eius exẽplo discamus vitia parẽtum nobis non obesse.

d ¶ *Sponsus.*] ecclesia vocatur sponsa Christi: quia adhuc per delictũ separari potest ab ipso, sicut sponsa à sponso ante consummatũ matrimonium, sed in futuro sæculo dicetur vxor, quæ modo sponsa dicitur. 7. q. 1. sicut vir.

Ecclesia est Christi sponsa, & nõ vxor.

Non tota, sed in partibus.

Item Gregorius ad Columbum episcopum Numidiæ, lib. 10. epist. 8.

¶ Non aliena culpa, sed propria aliquem ab eo, quo fungitur, deijcit gradu. C. VII.

SAtis peruersum[e], & contra ecclesiasticam probatur esse cẽsuram, vt frustra pro quorumdam voluntatibus quis priuetur, quem sua culpa, vel facinus ab officij, quo fungitur, gradu non deijcit.

¶ *Satis.*] Quidam episcopus volebat priuare quosdã clericos officio, & beneficio propter peccata parẽtum. Sed dicit Greg. satis esse peruersum, vt deijciatur ab officijs, vel gradu, quem proprium facinus, vel culpa non deijcit.

e ¶ *Satis peruersum.*] Istud ca. intelligitur de iã promoto. talis n. pp delictum alterius nõ priuatur iure suo. non enim priuandus est quis iure suo, nisi pro grauissimo delicto, vt 16. q. 7. inuẽtum. & 74. dist. gesta. excipiunt quidam casum in eo qui ignoranter adeptus est bñficiũ pecunia patris, vt 1. q. 5. cap. 1. Sed illud ideo perdit, quia furtiuũ est. Sed quid si pater commisit crimen læsæ maiestatis, nonne filius priuandus est beneficio, cũ sit infamis factus? vt 6. q. 1. si quis cũ. & infames promoti et deijciuntur, vt 6. q. 1. infames? Nõ, quia cũ clericus sit, est à iurisdictiõe principis exẽptus †, vt 96. dis. duo. 1. q. 4. 5. tẽ. i si. Item fallit illud extra de eccle. ædi. adi. ad audientiam 2. & extra de cle. ægro. cap. 2. vbi quis sine culpa priuatur iure suo: hoc tamẽ scias, quod multoties quis punitur sine culpa, sed non sine causa, vt extra vt lit. non contest. quũ. supra 34. dist. si cuius vxorem.

Patris delictum etiã grauissimũ non tollit filio beneficium.

† Exemplum, idẽ Albe. l. quisquis, C. ad leg. Iul. maie. Lud. Rom. sing. 636. ...

Item Hieronymus.

¶ Ex adulterinis nati coniunctionibus à sacerdotio non prohibentur. C. VIII.

DOminus noster Iesus Christus voluit non solum de alienigenis, sed etiam de adulterinis commistionibus nasci, nobis magnam fiduciam præstans, vt qualicumque modo nascamur, dum tamen eius vestigia imitemur, ab ipsius corpore non separemur, cuius per fidem membra effecti sumus. Et sicut ille verus est Pontifex ex adulterinis natus coniunctionibus; ita qualicumque ordine natus sit aliquis, tantũ † vt perfectam fidem habeat, & quod fide tenet, operibus impleat, sitque litteratus, & vir vnius vxoris; nequaquã à sacerdotio[f] repellitur[g]. Iudas enim Patriarcha concubuit cum Thamar nuru sua, & ex illo cõcubitu nati sunt Phares, & Zaran: inde postea Salmon, qui fuit dux in deserto: inde Obeth[*]; inde quoque Booz, inde postea Isai, qui fuit pater Dauid. Ex illa ergo progenie origo ducitur Christi, qui verus sacerdos est; idcoq; si filij eius sumus; quæ ipse fecit, nos imitari debemus.

Ans. l. 6. c. 149. Poly. l. 2. tit. 31. † al. tamen. Gen. 38. Ruth. 4.

* ¶ Inde Obeth.] *In primo capite Euangelij S. Matthæi, Booz dicitur genuisse Obeth.*

¶ *Dominus noster.*] Hiero. fuit interrogatus, an ille qui nascitur de adulterio, repellatur à sacerdotio. Et respondet quod non, si est bonæ vitæ: & hoc probat exemplo Christi, qui nasci voluit de adulterinis commistionibus & alienigenis: dans nobis fiduciam, vt vndecumque nascamur, si boni erimus, quod non repellimur à sacerdotio, & quod Christus natus fuerit de adulterinis commistionibus probat per genealogiam, incipiẽs à Iuda patriarcha, qui cũ Thamar nuru sua incestum & adulterium commisit,

Item Augustinus de vnico baptismo contra Donatistas, lib. 1. cap. 15.

¶ A populo Dei non separat aliquem materna conditio, sed propria culpa. C. IX.

ISmael, vt separaretur à populo Dei, non obfuit mater ancilla, sed obfuit fraterna discordia[h]: nec profuit potestas[i] vxoris; cuius

Iuo p. 8. c. 61. Pano. l. 6. c. 47.

g ¶ *Repellitur.*] Sed nõne filii sacerdotũ serui sunt ecclesiæ? vt 15. q. vlt. cũ multæ. qualiter ergo promouẽtur nõ adepta libertate? Sed dic, quod illud loquitur de his quæ quasi legitime & solẽniter ducũt, vel derogatũ est ei cõtraria cõsuetudine. 4. dist. 5. leges.

¶ *Ismael.*] Abrahã auctãte & lia vxoris suæ. s. Saræ cognouit Agar ancillã, & ex ea genuit Ismaelẽ, qui repulsus fuit à populo Dei. nõ iõ quia natus fuerat de ancilla, sed quia faciebat iniuriã frĩ suo Isaac, compellẽdo ipm adorare terreas imagines, & aĩs sibi nocẽdo.

h ¶ *Fraterna discordia.*] quã habuit cũ Isaac. 32. q. 4. recurrat.

i ¶ *Potestas.*] Hanc olim habuerunt potestatem mulieres, vt de licentia, vel ptãte ipsarũ viri possent accedere ad ancillas suas, & filii ita nati dicebantur potius filii dñæ quàm ancillæ: sed erat legalis filius dominæ, & carnalis filius ancillæ. ita secundũ legẽ Mosaicã mulio-

mulieres poterant adoptare filios: sed secundum legem Iustiniani non possunt, nisi filij eius sint in acie amissi, vt instit. de adop. §. feminæ.

Hæc est tertia pars huius dist. in qua probat contrarium eius quod præmittitur. Ioan. de Fan.

Hactenus probauit quod peccata parentum filijs non imputantur. Nunc vult probare contrarium per sequens cap.

b Permisso.] Nota quod propter delictum permittit Deus inferri pœnas, vt 5. q. 5. non omnis. 16. q. 1. & temporis. & cap. reuertimini. & 7. q. 1. scelestatis.

Istud vnde, ita continuatur: peccata parentum nocent filijs: vnde non possunt promoueri nisi in cœnobijs: vel nisi dispensetur cum eis. Quod sequitur, planum est vsque ad cap. apostolica.

Adde sacerdotes habere idem non tamen mulieres, nota in l. 5. illud. & in l. si pater. §. fi. & in l. si arrogator. penulti. ff. de adop.

Ad hoc 23. q. 5. remittuntur, & §. hinc notandum. & q. 4. si quos. Arch.

magis filius erat; quia per ipsius iura coniugalia, & in ancilla seminatus erat, & ex ancilla susceptus.

Contra Bonifacius martyr scribens Echeldobaldo Regi Anglorum.

Vitia parentum etiam ad posteros transferuntur. C. X.

Iuo p. 8. c. 224.

Si gens Anglorum (sicut per istas prouincias diuulgatum est, & nobis in Francia, & in Italia improperatur, & ab ipsis paganis improperium est) spretis legalibus connubijs, adulterando, & luxuriando ad instar Sodomiticæ gentis fœdam vitam duxerit; de tali commistione meretricum æstimandum est degeneres, populos, & ignobiles, & furentes libidine fore procreandos, & ad extremum vniuersam plebem ad deteriora, & ignobiliora vergentem, & nouissime nec in bello sæculari fortem, nec in fide stabilem, & nec honorabilem hominibus, nec Deo amabilem esse venturam: sicut alijs gentibus Hispaniæ, & Prouinciæ, & Burgundionum populis contigit: quæ sic à Deo recedentes fornicatæ sunt, donec iudex omnipotens talium criminum vltrices pœnas per ignorantes a legem Dei, idest, per Saracenos venire, & sæuire permisit.

al. vindex al. vltricem

a Per ignorantes.] *In epistola B. Bonifacij martyris, (quæ vnà cum multis alijs extat manuscripta in codice sæpe memorato bibliothecæ Louaniensis) legitur: per ignorantiam legis Dei, & per Saracenos, &c. cum qua lectione concordant aliqua vetusta Gratiani exemplaria, & fere ita Iuo.*

supra ead. c. presbyterorum.

Vnde Vrbanus in fine superioris capitis distinguendo subiunxit.

Si religiosi inueniuntur filij sacerdotum, ordinentur. C. XI.

Rubrica huius capitis abest ab aliquot vetustis (neque enim est vlla capitis distinctio) & præponitur sequenti capiti, apostolica.

al. canonicis

Nisi aut in cœnobijs, aut in canonijs religiosè probati fuerint conuersari.

Item Alexander II.

De eodem. C. XII.

Ans. l. 6. c. 29.

Apostolica auctoritate præcipimus vobis, vt si eum, qui ab ecclesia electus est, altero digniorem esse, canonicamque eius electionem probaueritis; fulti nostra auctoritate consecretis. Nam pro eo, quòd filius sacerdotis dicitur, si ceteræ virtutes in eum conueniant, non reijcimus; sed suffragantibus meritis conniuendo eum recipimus.

Hoc autem, quod de filijs sacerdotum dicitur, ex dispensatione ecclesiæ introductum videtur: & quod ex dispensatione introducitur, ad consequentiam regulæ trahi non poterit.

Vnde Vrbanus Papa II. scribit Bartholomæo Turon. archiepiscopo.

Filij sacerdotum non prohibentur ab episcopatu, si dextræ virtutes in eis inueniantur. C. XIII.

Ans. l. 6. c. 29. Pann. l. 3. c. 53.

Cenomanensem electum, pro eo, quòd filius sacerdotis dicitur, si ceteræ virtutes in eum conueniunt, non reijcimus; sed suffragantibus meritis patienter suscipimus: non tamen, vt hoc pro regula in posterum assumatur; sed ad tempus ecclesiæ periculo consulitur.

I. c. Osius.

Cum ergo h ex sacerdotibus nati, in summos Pontifices supra leguntur esse promoti, non sunt intelligendi de fornicatione i, sed de legitimis coniugijs nati: quæ sacerdotibus a ante prohibitionem vbique licita erant, & in orientali ecclesia vsque hodie eis licere probatur.

c Vnde.] istud vnde, continuatur ei quod dixi supra in illo §. sed hoc. in prin.

Apostolica.] Casus. In quadam ecclesia epali duo fuerunt clerici: vnus fuit electus ab ecclesia, & canonice qui dignior erat: altero electo ab ecclesia: & digniori obijciebatur, quod erat filius sacerdotis. Super hoc fuit consultus Papa, qui mandat electum canonice consecrandum, non obstante eo quod dicitur filius sacerdotis: si alias dignus inueniatur.

d Ab ecclesia.] Nota, quod dicitur ab ecclesia electus, qui à maiori parte capituli est electus, vt extra de electio. cum nobis. ff. ad munici. quod maior. extra de electi. cum inter. in princip.

Electus à maiori parte capituli dicitur electus ab ecclesia.

e Ceteræ] impropriè posuit. sic 26. dist. deinde. vel nomine ceterorum, omnes comprehenduntur, vt ff. de verb. sig. ceterorum.

Sic 5. c. pigni. De hoc multa leg. & not. 50. dist. vt constituetur. & secundum hoc dic, ceteræ, id est, si omnes. Archidia.

Hoc autem. Dicit Gratianus, quod supradicta cap. in quibus dictum est, quod filij presbyterorum possunt promoueri, ex dispensatione loquuntur, nec faciunt regulam generalem: quod probat seq. cap.

Cenomanensem.] Casus. In ecclesia Cenomanen. electus fuit in epm quidam filius sacerdotis: quare quæsiuit Barth. Turonen. archiepiscopus, an propter hoc eum deberent repellere. Et respondet Papa quod non, si alias bonus est: non tamen volumus vt in posterum hæc regula recipiatur, sed vt ad tempus necessitati ecclesiæ consulatur.

f Electum.] Hodie non sunt tales eligendi, sed postulandi a solo Papa: quia metropolitanus cum electo in episcopum non posset dispensare, vt extra de electio. innotuit.

Illegitimi sunt postulandi.

g Si gens.] Improperabatur Bonifacio in Italia & Francia, & etiam ab ipsis paganis, quod gens Anglorum ducebat fœdam vitam adulterando & fornicando ad instar Sodomiticæ gentis. Scribit ergo Bonifacius martyr Regi Anglorum, dicens non esse mirum, si nuper fuit in bello deuictus: cum ex tali commistione vilis gens oriatur, & libidinosa, nec Deo amabilis: & hoc probat exemplo Hispanorum & Prouincialium & Burgundionum, qui tandiu fornicati sunt donec per Saracenos puniti & deuicti fuerunt.

a Degeneres.] quo ad fortitudinem & nobilitatem, vt 35. q. 3. quædam.

g Sed ad tempus.] infra. 1. q. 7. tali. Ioan.

Cum ergo. Hic 3. respicit illum §. supra. sed hoc intelligendum. Et dicit Gratianus, quod illi qui dicuntur ibi esse promoti in summos pontifices, intelliguntur esse nati non de fornicatione, sed de coniugio legitimo: quod olim fuit licitum omnibus sacerdotibus: nunc autem licet tantum orientalibus.

h Cum ergo.] respicit primum §. huius dist.

i De fornicatione.] non dicit bene: quia si essent legitimi sine dispensatione promouerentur.

QVOD AVTEM. CASVS. Obijcit Gratianus sibi in hoc §. & postea soluit dicēs, q illud quod [illegible] est in c. vndecunq. q vitium originis non imputat seminiuē [illegible] quod ait in ecclesiastico, q adulterorum filij abominatio sunt Dño. Sed dicit illud sic esse intelligendū, sicut intelligit quod supra dictum est de filijs presbyterorum, vt illi tantum dicantur abominatio esse Dño, qui paterna vitia vel flagitia eorum sequuntur. potest habere ꝟrios effectus. arg. extra de bap. maiores, vltra medium, ibi: sed hæc tamquam impossibilia. sic s. 56 dist. deinde. sic eadem causa non potest parere obligationem & liberationem, vt ff. de solu. qui hominem. §. vlti.

a ¶ *Negatur.*] supra eo. vndecumque.

h ¶ *Postea.*] & ita per sequens factum elidit præcedens præsumptio.

Quòd autem vitium originis filiorum imputari negatur[a]*, videtur esse contrarium illi sententiæ* [*Adulterorum filij abominatio sunt Domino.*] *Sed sicut supra dictū est de presbyterorū filijs, ita & hoc de filijs adulterorū intelligendum videtur; vt illi dicantur esse abominatio Domino, ad quos paterna flagitia hereditaria successione descendunt. Similiter & illud Vrbani intelligendum est, quod ipse scribit Petronio Legionen. episcopo.*

Sapi. 3. sed paulo aliter.

a ¶ Sacerdotibus ante. *Hic ostendit aperte Gratianus, se in ea fuisse opinione, aliquando in Latina ecclesia presbyteris etiam licuisse uti coniugio, quod in ecclesia Græcorum & olim, & nunc permissum est. Id vero minime ita esse superius in dist. 31. est adnotatum. De illis vero, quos antea narrauit creatos fuisse summos Pontifices, dicendum est eos, antequam patres ipsorum illo sacro ordine essent decorati, fuisse generatos.*

¶ De eodem. C. XIIII.

QVia simpliciter ad sedem apostolicam veniens humiliter peccatum confessus es, quod Pontificij tui videbatur officium impedire, videlicet, quod ex matre non legitima procreatus sis, quā viuēte propria vxore pater tuus cognouisse dignoscitur [†] [b]: Nos Apostolicæ mansuetudinis gratia admonente, a ceteris, quæ sacerdotium impediunt, criminibus, tam tui protestione, quam fratrum testimonio, qui tecum sunt, immunem te agnoscentes, & vitam [c] tuam religiosam audientes, ab huius te peccati vinculo absolutum in suscepto sacerdotali officio confirmamus [d].

Pann. l. 3. c. 54.

† al. dicitur

QVia.] CASVS. Hoc c. intelligit ex dispensatione, sicut illud cap. Cænoma. Petronius q de adulterio natus est, fuit in epm Legion. electus: qui post electionē ad apostol. cum veniēs humiliter est cōfessus. Papa vero audiēs ipsū esse bonæ famæ & bonæ vitæ ab his qui secū erant, ipsum confirmauit in dignitate ex dispensatione.

b ¶ *Dignoscitur*] Arg. q ff. de acqui. here. sed & si de sua.

c ¶ *Et vitam.*] Ex quo plura fecerit pro ipso: & tantum vnum faciebat ꝯ ipsū, & nō debuit impediri eius promotio. 28. dist. de Syracusanæ. & 13. dist. duo mala [illegible]

d ¶ *Confirmamus.*] Et hoc fit ex dispensatione. Ioan.

* Vbi de hoc. Sed si aliquid est pro me. & c. vt no. 31. dist. cap. 2.

DISTINCTIO LVII.

ITem, qui in ægritudine [e] constitutus baptizatur, presbyter ordinari non debet.

Vnde in Neocæsariensi concilio, cap. 12. legitur.

¶ Non ordinetur presbyter, qui in ægritudine constitutus baptizatur. C. I.

SI quis [f] in ægritudine constitutus, fuerit baptizatus, presbyter ordinari non debet. Non enim fides illius voluntaria, sed ex necessitate [g] est: nisi forte postea [h] ipsius studium & fides probabilis fuerit, aut [†] hominum raritas [i] exegerit.

Polyc. l. 2. tit. 31. Burch. l. 4. c. 43. Iuo. p. 1. c. 227. & p. 6. c. 101.

† al. &

¶ *Quod canon hic statuit, videtur multo ante in Romana ecclesia obseruatum: quemadmodum ex epistola Cornelij Papæ de Nouatiano patet, cuius verba relata ab Eusebio Histor. Eccles. lib. 6. c. 35. & huc spectantia hæc sunt:* Qui quidem, vbi exorcistarum præsidio, spiritu illo malo esset liberatus, & post in tam grauem morbum, vt iam fere mori putaretur, incidisset, in lecto, in quo decumbebat, aqua circumfusus baptismum accepit: *& paulo post, cum de ipsius ordinatione agit, adiungit:* Qui quidem episcopus, non solum ab vniuerso clero, sed etiā a multis laicis vetitus: quoniam minime licebat quemquam in lecto propter morbum baptizatum, sicut huic contigerat, in clerum asſumi, magnopere postulabat, sibi potestatem dari, huic soli manus in sortem presbyterij imponendi.

ITem qui in ægritudine.] CASVS. Hic intitulat 57. dist. in qua dr̄ homine in ægritudine baptizatum nō promouendū.

e ¶ *Ægritudine.*] In hac dist. traditur, q qui baptizat in ægritudine, non est promouendus: & est intelligendum de tali qui cū sanus esset, distulit baptismū: sed timore mortis petijt baptismum. causa autem huius cōstitutionis est, quia præsumitur non vere pænitens qn mortis causa est pænitēs: & sic præsumuntur peccata nō esse ei dimissa: si enim statim moreretur, præsumeret ecclesia peccata ei dimissa esse, vt de pæ. dist. 7. nullus. & sic ecclesia circa idem factum habet contrarias præsumptiones: sed diuerso respectu. de consecra. dist. 3. perlatum.

Baptismus in ægritudine nō vel genuinus.

DISTINCTIO LVIII.

ITem ex monachali [k] habitu nullus assumitur ad ecclesiasticum officium, nisi fuerit oblatus voluntate proprij Abbatis.

Vnde Gregorius scribit Mariniano episcopo Rauennati, lib. 7. epistola decimaoctaua.

Paulo aliter.

SI quis.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Neocæsarien. an ille qui est in ægritudine baptizatus, debeat ordinari presbyter. Et respon. q non: quia fides illius non præsumitur voluntaria, sed metu mortis facta: si tamen postea bonæ vitæ apparuerit, aut raritas hominum exegerit, poterit promoueri.

f ¶ *Si quis*] intellige adultus: nam pueri ab hæreticis baptizati promouentur, vt 1. q. 4. placuit.

g ¶ *Sed ex necessitate est.*] præsumitur. & sic canon præsumit hoc in deteriorem partem[*] similiter 30 q. 5. aliter. Sed cum hæc irregularitas proueniat a peccato, & baptismus tollat peccatum: quare non tollit irregularitatem ipsius? Rñ. quia baptismus inducit hanc irregularitatem: vnde non potest eam tollere: quia eadem res non potest habere ꝟrios effectus.

Baptismus an tol. ac irregularitatem.

* Scilicet q peccata non sunt ei dimissa: &

ptio. sic de cōsecr. dist. 4. esse valere. 34. q. 1. cū p bellicā. sic qñdoq; præsumptio sequens elidit præcedente, vt ff. de in integ. restit. minus.

i ¶ *Raritas.*] Argu. q propter raritatem hominum aliqua concedūtur, vt 55. dist. cap. prīcis. 1. q. 7. talis.

ITem ex monachali] CASVS. Supra in 54. dist. dictū fuit, quòd serui ordinari non debent, nisi voluntas dominorū accesserit. Sed qa in quibusdā locis monachi seruis comparant, cū non habeant propriū, nec sint suæ voluntatis, vt 12. q. 1. nō dicatis. ideo Grat. ponit hāc 58. dist. i qua ostēdit monachū ad ecclesiasticū officiū nō promoueri nisi de volūtate proprij abbatis, & etiam de cōsensu cōuentus.

k ¶ *Item ex monachali.*] Supra 55. dist. cap. priscis dixerat, q monachi possunt præfici parochialibus ecclesijs: sed ne crederet aliquis q hoc posset fieri sine licentia abbatis: ideo ponit hanc dist. &c.

Clerici e Gue sol per laicos non esse tenendus.

Nullus

Nullus.] Casus. Quæsitum fuit à Gregorio, an episcopus possit monachū promouere ad officiū clericatus, vel ad dignitatem. Et rñdet, q non, nisi eum abbas obtulerit propria voluntate sibi. Quod sequitur, planum est, vbi dicitur, qđ fit ex dispensatione, ad consequentiam trahi non debet; ad quod inducit seq. c. Ab-

bas in ecclesia sæculari. q eps possit esse, nō est dubiū, vt 18. q. 2. statutum. Itē q plebanus possit esse, habes 16. q. 1. monachos. & c. i parochia. Itē q canonicus sæcularis possit esse, videt 74. dist. quorūdā. Itē q vicedominus epi possit esse, videtur: q̄a eps debet habere testimoniū à monachis, vt 2. q. 7. cū pastoris sed œconomū debet habere eps, vt sit ei testis, vt 16. q. 7. q̄m in quibusdam. ergo potest esse œconomus, vel vicedominus episcopi. & illud H. admittit arg. 3 16. q. 1. de præsentiū. De hac materia notans 16. q. 7. in nota. pōt tñ intelligi, quod hic dicitur, de ecclesia monachali, quæ episcopalis etiam fuit.

¶ Monachus non ordinetur clericus, nisi voluntate abbatis episcopo fuerit oblatus. C. I.

NVllus ad ecclesiasticum officium ex monasterio producatur monachus; nisi quem abbas [a] loci admonitus propria voluntate obtulerit episcopo.

& in Afri. c. 47.

Item ex concilio Carthaginensi. 5. c. 13.

¶ De eodem. C. II.

SI quis de alterius monasterio repertum [α], vel ad clericatum promouere voluerit, vel in suo monasterio maiorem [b] monasterij constituere [β]: episcopus, qui hoc fecerit, à cæterorum communione seiunctus, suæ [c] tantum plebis communione contentus sit; & ille neque clericus [γ], neque præpositus perseueret.

α ¶ Repertū.] *Græce legitur*, ἐάν τις ἀπ' ἀλλοτρίου μοναστηρίου ὑποδέξηταί τινα, idest, si quis ab alieno monasterio receperit aliquem.
β ¶ Constituere.] *Antea sequebatur*, sine licentia abbatis, & monachorum: *quæ verba sunt expuncta, quia absunt à concilio Carthag. & Africano, & plerisq; vetustis Gratiani codicibus.*
γ ¶ Clericus] *Sequebatur*, neque canonicus; *quæ ob easdem causas sunt sublata.*

DISTINCTIO LIX.

I*Tem, qui ecclesiasticis disciplinis imbuti, & temporum approbatione discussi non sunt, ad summum sacerdotium non aspirent. Vnde ait Zozimus Papa ad Isichium Salonitanum episcopum, epist. 1.*

¶ Non aspiret ad summum sacerdotium, qui ecclesiasticis disciplinis non est imbutus. C. I.

Ansl. 6. c. 18. Iuo p. 5. c. 102. s. dist. 36. † *temporis*] ori. † *al. ordinatores eius careant*

QVi ecclesiasticis disciplinis imbutus per ordinem non est, & temporum † approbatione diuinis stipēdijs eruditus, nequaquam ad summū ecclesiæ sacerdotium aspirare præsumat: & non solum in eo ambitio inefficax habeatur; verum etiam in † ordinatores eius; vt careant eo ordine, quem sine ordine contra præcepta Patrum crediderant præsumendum.

Idem [α] eadem epistola.

¶ Ad sacerdotale officium, nullus, nisi per singulos gradus probatus accedat. C. II.

Ansl. 6. c. 18. † *al. plurimos*] orig.

SI officia sæcularia [e] principem locum, non vestibulum actionis ingressis, sed per singulos † gradus examinatis, temporibus deferunt; quis [f] ille tam arrogans, tam impudens inuenitur, vt in cælesti militia, quæ propensius ponderanda est, & sicut aurum, repetitis ignibus exploranda, statim dux esse desideret; cum tyro ante non fuerit, & prius velit docere, quàm discere? Assuescat in Domini castris, in lectorum primitus gradu diuini rudimenta seruitij; nec illi vile sit exorcistam, acolythum, subdiaconū, diaconum per ordinem fieri: nec hoc saltu [g], sed statutis maiorum ordinatione temporibus. Iam vero ad presbyterij fastigiū talis accedat, vt & nomen ætas impleat, & meritum probitatis stipēdia [h] ante acta testētur. Iure inde summi Pōtificis locū sperare debebit. Facit hoc nimia remissio consacerdotū nostrorū; qui pompā multitudinis quærunt, & putant ex hac turba aliquid sibi dignitatis acquiri. Hinc passim numerosa popularitas etiā his locis, vbi solitudo

a ¶ Abbas.] Nota, q nullus monachus pōt promoueri ad ecclesiasticos honores, nisi cum licentia abbatis, vt 16. q. 1. si quis monachus. & c. cum pro vtilitate. idem intellige de quolibet clerico, vt sine licentia plati sui nō possit ab epo transferri ad aliud locū, cū nec clericus epi ab archiepiscopo, quia omniū cōsensus est requirendus quorū ius læditur, vt 54. dist. nullus. 9. q. 3. per singulas. Et non solū voluntas abbatis est requirenda, sed et monachorum: vt 19. q. 3. statuimus. Nā hæc est quædā alienatio. vnde nō pōt fieri sine consensu omniū, vt 12. q. 2. sine. 10. & quod dicitur de episcopo, credo falsum si causa subest. extra de excel. præl. sicut.

SI quis. Casus. Dicitur in hoc ca. q eps non pōt alienū monachū promouere ad clericatum, vel facere abbatē in suo monasterio, nisi de voluntate proprij abbatis, quod si fecerit, cōione suæ plebis sit cōtētus, & promotus remouebitur ab eo qđ accepit.

b ¶ Maiorem.] Ex hoc loco videtur, q monachus possit esse prælatus

c ¶ Suæ.] s. ī. dist. 18. placuit. Sed cō. 7. q. 5. c. 1. Dic vt in dicto ca. placuit.

Item qui.] Casus. Supra dist. 51. in aliquo facit mentionem de illiteratis & promotis sine interstitiis temporum, & inde sumpta occasione specialem ponit Gratianus tractatum de his, docens tales non esse promouendos. Casus istius c. habetur s. 36. dist. qui ecclesiasticis.

d ¶ Idem.] Dictū fuit s. dist. 50. non confidat. & 55. dist. priscis. q nullus ordinandus est nisi seruatis interstitiis temporum, ideo ostendit hic, q ad instar sæcularium dignitatū nullus per saltum est ordinandus.

SI officia.] Casus. Quæsitum fuit an episcopi debeāt promouere aliquos in episcopos vel presbyteros, qui in minoribus ordinibus nō sunt examinati, vel sine tēporum interstitiis promoti. Et respondet Vrbanus, q nō, sed docet esse per ordinē assuescendum, vt primo assuescat in minoribus ordinibus, qui ad maiores voluerit promoueri: sic ne dux esse desideret cum tyro prius non fuerit. Et hoc probat ad instar curiæ sæcularis, vbi gradatim aliquis promouetur. Et reprehendit quosdam episcopos, qui quærentes pompam in multitudine presbyterorum, ordinabant eos in locis solitariis, vt eis ordines conferrent, quibus aliud conferre non possunt.

e ¶ Si officia sæcularia.] id est, sæculares non deferunt principem locum ingressis, &c.

f ¶ Quis.] Nota modum argumentandi, ex quo ita est apud sæculares iudices, eodem modo erit apud ecclesiā. s. 31. dist. tenere. & c. si laicus. 3. q. 5. quia. 19. q. 3. monasterijs. sic 12. q. 2. cū deuotissimā. Et est arg. ad quoem illā, q si aliquis est legitimarius a principe, q apud ecclesiā est legitimus, quod no credo. arg. ad hoc extra q. fi. sint legi. per venerabile. de hoc no. 10. dist. c. 1. ibi videas. Arch.

g ¶ Saltu.] Gradatim enim deferendi sunt honores, vt 93. dist. legimus. in si. & c. de mu. & ho. vt gradatim. nam casum appetit qui per abrupta ascensum quærit, vt 48. dist. sicut.

h ¶ Stipendia.] Nota q magis præsumitur pro illo qui plura sti-

 pendia

Et vere secundum Laur. ... qui esse intelligitur qui sequitur est verus ...

Vel aliter E. 51. dist. quæ in aliquo fecit mentionem de illiteratis, & de promotis sine interstitijs temporum, inde sumpta occasione specialē ponit Gratianus tractatū de his, docens tales nō esse promouendos, secundū B.

Legitimarius à principe nō est apud ecclesiam legitimatus.

Gradatim ascēdendum ad honores.

Præsumitur pro illo qui plura habet stipendia.

Idem not. hic Hu. & Lau. in vtroque dicto. Ad quod facit quod leg. & no. 7. q. 1. eps de loco. & idem sentit hic Io. de Fa.

Monachus pōt in ecclesia sæculari esse prælatus.

pendia habet in ecclesia: quia is gradus ceteros antecedit, quem labor prolixior & stipẽdia longiora fecerũt anteire, vt C.de offic. ma.of.nemo. & 61.dist. miramur.

a ¶ Rarum.] sic infra 93.dist.legimus.

H Oc.] Casus. Quidam ex laicis honoris desiderio inflammati repente fiebant sacerdotes,& episcopi: qui licet nõdum didicissent in ecclesiastica militia famulari: tamẽ duces esse volebãt, & locũ regiminis obtinere: quod reprehendit Gregorius,& prohibet ne fiat.

b ¶ Tonsurantur.] arg. q nullus debet tonsurari ad hoc, vt dignitatẽ consequatur, vt 16. q.7.per laicos. Quid iuris sit de hoc, ibi nota tur: licet sit arg. ꝯ 61. distin.bene. Io.H.dicit q ipsa spes nõ inducit simoniam, dum tamen nõ interueniat pactio: quia sola animi destinatio non inducit simoniam,vt extra vt ecclesia.bene.vt nostrũ. Alii contrarium dicunt, vt arg.8.q.3.Artaldus. Io. & certe decretalis videtur dicere, q sola spes inducat simoniam, extra de simo.ca.vlt.& talis simonia per solã pœnitentiam abolet, vt ibi dicitur. hoc tamen credo,q spes pro honesto seruitio, non inducit simoniam.

c ¶ Inculpati.] Nota, q semper præsumitur, quòd in fraudem receperit ordinem qui subito recipit, licet bene meritus sit:alias sic psumitur, q libertas i fraudem data sit quandoq;, licet seruus sit bene meritus: vt ff.qui & a quibus ma.l.1.in fi.arg. ad hoc 61.dist.miramur.

O Rdinatos.] Casus. Quidam archiepiscopi ex laicis,& parum litteratis in episcopos ordinabant, qđ Papæ innotuit ex confessione cuiusdam eorum. vnde præsumit Cælestinus alios similia fecisse: & ideo prohibet,vt ad tantam dignitatem non promoueantur,qui per singula nõ creuerint officia,& qui nõ fuerint eruditi.Nam prius debet esse discipulus antequã sit magister, vt possit docere quod didicit.

d ¶ Ordinatos.] Not.quòd cõfessio vnius nocet alii : quod est ꝯ 2.q.5.interrogatũ. sed hoc est pp causæ connexionẽ,vt 81.dist. tantis. & no.3.q.6.hæc quippe. Vel dic, q non nocet, nisi quo ad præsumptionem, sicut dictum vnius nocet quo ad præsumptionem,vt 86.dist.tanta.

e ¶ Ratione.] vt prius sit discipulus.

f ¶ Confirmat.] id est, confirmare debet.

g ¶ Difficilius.] s.40.dist.ante omnia.

E Cce.] Casus. Supra ostensum est qui possint ad sacros ordines promoueri,& qui nõ. in hac vero 60. dist. ostendit ex quibus ordinibus sit aliquis eligẽdus in archipresbyterum, vel præpositum, vel episcopum,vel archiepiscopum.

h ¶ Ecce.] Hic ostendit ex quibus ordinibus aliquis eligẽdus sit in præpositum, vel decanum,vel archipresbyterum, vel episcopum. & dicit, q nullus eligendus est in ppositum,nisi sit diaconus, vel presbyter; nullus in archidiaconum,nisi sit diaconus;nullus in decanum vel archipresbyterũ, nisi presbyter: nullus in episcopum, nisi ad minus sit subdiaconus.

N Ullus.] Casus. Prohibetur in isto cap.vt episcopus non faciat aliquem archidiaconum,nisi sit diaconus: nec aliquẽ faciat archipresbyterũ, vel decanum,nisi sit presbyter.

h ¶ Nullus.] Hæc duo ca.dicit H. abrogata per id quod est ĩ.c.pe. & vlt.ext. de elect.cũ in cunctis .vbi dicit,q q est in sacris ordinibus,põt eligi i ppositũ vel archidiaconũ.Sed subdiaconatus est hodie sacer ordo.extra de ætate,& qualitate. à multis.§.verum.& hoc satis sustineri põt cõ acolythus ẽt possit eligi ad platuram, vt extra de æta.& qual.præterea. vbi dr̃,q dispensatiue põt eligi.Vel dic q exponitur hæc dictio,sit,id est,fiat. sufficit enim si talis sit,q in breui possit promoueri ad istos ordines,vt extra de æta.& qua. pterea.nõ.n.refert an iam sit,an cito fiat,vt extra de ver sig. ca. 3. & de cõse.dist. 4.qñ.Sed quare statuit istud de istis dignitatibus,cũ in epm̃ possit eligi subdiaconus? vt ĩ.ex.cap.vlt.Sed huius rõnẽ assignat Gratia. ca.dist.§.horum.& de epo.ĩ.eo.§.alterũ.l.pp ordinis dignitatẽ. In quo aũt ordine debeat esse cantor, vel primicerius,cõsuetudini relinquo.32.dist.placuit. Licite ergo põt qs i minoribus ordinibus eligi ad has dignitates; dũ tñ habeat ætatẽ. Sed his ob.extra de elect.dudum.1.in fi.Si vis sustinere dictum H. expone qđ dicit illud cap.pterea.dispensatiue, scilicet ex dispensatione canonis.Non ob.cap.dudum.in fi.quia põt intelligi de defectu tali qui impediat promouendũ ad talẽ dignitatẽ,de quo ibi fit mentio.vnde dr̃,q acolythus possit eligi ad illam dignitatem, vt videtur dicere litera,sic scilicet intelligenda.

i ¶ Episcopus.] i.ergo collatio archidiaconatus spectat ad episcopum.

est, talium reperitur, dum † parochias extendi cupiunt, aut quibus aliud præstare non possunt,diuersos ordines largiuntur. Quod oportet districti semper esse iudicij. Rarũ est enim omne,quod magnũ est.

a ¶ Idem.] Caput hoc antea tribuebatur Vrbano. Emendata est inscriptio ex plerisque vetustis Gratiani exemplaribus: habetur enim in eadem epistola.

Item Gregorius lib.7.reg.epist.110.

¶ Cuiuslibet meriti laicus ad summum non aspiret sacerdotium. C. III.

H Oc ad nos peruenisse non dissimili dignum detestatione complectimur,quòd quidam desiderio honoris inflati, defunctis episcopis tonsurantur [b], & fiunt repente ex laicis sacerdotes: atque inuerecunde religiosi propositi † ducatum arripiunt,qui nec esse adhuc milites didicerunt. Quid putamus quòd isti subiectis præstaturi sunt, qui antequam discipulatus limen attingant,tenere magisterij locum non formidant? Qua de re necesse est, vt quamuis inculpati [c] quisque sit meriti; ante tñ per distinctos ordines ecclesiasticis exerceatur officijs.

Item Cælestinus episcopus Galliarum,epist.secunda,cap.tertio.

¶ Non aspiret ad summum sacerdotium, qui ecclesiasticis disciplinis non est imbutus. C. IIII.

O Rdinatos [d] vero quosdam, fratres charissimi, episcopos, qui nullis ecclesiasticis ordinibus ad tantæ dignitatis fastigium fuerint instituti,cõtra Patrum decreta,huius vsurpatione,qui se hoc recognoscit fecisse,didicimus, cum ad episcopatum his gradibus, quibus frequentissime cautum est,debeat perueniri,vt minoribus initiati officijs ad maiora firmentur. Debet enim ante esse discipulus,quisquis doctor esse desiderat,vt possit docere,quod didicit: omnis vitæ institutio hac ad id,quo tendit,se ratione [e] confirmat [f]. Qui minime litteris operam dederit,præceptor non potest esse litterarum. Qui non per singula stipendia creuerit, ad meritum ordinem stipendii non potest peruenire. Solum sacerdotium inter ista,rogo, vilius est, quod facilius tribuitur,cum difficilius [g] impleatur?

DISTINCTIO LX.

E Cce [h] *ostensum ex parte est, qui possint ad sacerdotij ordinem promoueri,& qui non. Nunc autem considerandum est,ex quibus ordinibus in archipresbyterum, vel præpositum,vel episcopum,vel archiepiscopum sint eligendi.*

De his ita statutum est in concilio Vrbani Papæ celebrato Aluerniæ.

¶ Archipresbyter,vel decanus, aut archidiaconus non nisi diaconus,aut presbyter ordinetur. C. I.

N Ullus [i] episcopus [k] in ecclesia sua, nisi diaconus sit, archidiaco-

Et 2.q.7.in si. & sed. hoc.& bene ob hoc non fit rarũ,non est magnum. Lau.

Ad hoc extra de elec. cum ad nostram.

Spes verũ inducat simoniam.

Et hoc facit arg. q et in persona probata. & exercitata nõ est pmissiõem, qđ in statutis gene ralibus continetur, vt ibi dicit. Item 81. dist. ca. 2. secundum eũ.

Confessio vnius quandoque nocet alteri.

Sequunt' istã glo. Io. An. de Imol. & Mod. in l. si duo. ff. de iureiuran.

Eligendus quo ordine debeat esse.

† al.dum per pecuniam

Ansel.l.6.c.32. Poly.l.2.tit.1.

† al.propositi

Burch.l.1.c.18. Iuo p.5.c.72.

§. Inferiora. & in hoc facit, qđ ibi de sacro ordine nulla habetur mẽtio sed tantum de ætate, moribus & scientia,vt ibi premisi.

Ecclesia parochialis potest cõferri custodi in minoribus. Subdiaconus in episcopum potest eligi.

Vt extra lib. 6. de æta.& qua. l. permittimus.

Archidiaconatũ quis confert potest.

pum. 74.dist.episcoporũ.& 25.dist.cap.1.& 21.dist.cap.1. & 89. dist.volumus.Sed ꝯ 93.dist.legimus.& extra de elect.cũ in cũctis. vbi dicitur, q ad canonicos spectat. Dic q ad epm tñ spectat confirmatio, ad canonicos electio de iure: in talibus tamen cõsideranda est consuetudo, vt extra de elect. cum ecclesia 1. Ni-

stitutis, & indignis prædicti conferantur honores.

b ¶ *Vel presbyter.*] redde singula singulis.

c ¶ *Ordinari.*] Cogitur ergo aliqs recipere ordinẽ, & sic est cõtra hoc. 74.dist. gesta. sed illud rõne adiuncti ordinis. 73.dist.cap.fi.

d ¶ *Ne adolescẽtibus.*] intra xxv.an. vt extra de elect.cũ in cunctis.§.inferiora.

1 Quidam dicunt, q non liceat episcopo eligere archidiaconum aliunde nisi de ecclesia cathedrali. & hoc per decret. extra de his, quæ fiunt à prælatis in pri. ...

Ordinat recipere cogitur quis.

num instituere, nec archipresbyterum, aut decanum, nisi presbyteri [a] sint, ordinare præsumat. Quod, vt districtius teneatur, apostolica auctoritate prohibemus, & interdicimus.

¶ *In capitibus manuscriptis concilij Claramontensis habiti ab Vrbano ij. (quæ non sunt decreta ipsius concilij, sed summa quædam ipsorum) in tertio hæc leguntur, quæ ad præsentem canonem faciũt:* vt nullus fiat decanus in ecclesia, nisi presbyter; nullus archidiaconus, nisi leuita.

Item Calixtus Papa.

¶ Nullus in præpositum, vel archipresbyterum, nisi presbyter; nullus in archidiaconum, nisi diaconus ordinetur. C. I I.

NVllus in præpositum, nullus in archipresbyterum, nullus in decanum, nisi presbyter, nullus in archidiaconum, nisi diaconus ordinetur.

¶ *Et rubrica, & caput emendata sunt ex manuscriptis codicibus.*

Item Innocentius secundus in concilio Romano, c.10.

¶ De eodem. C. I I I.

Concordat Eugenius ij in cõcil. Rhemensi, c.6. Pann.l.8.c.140.

INnouamus autem, & præcipimus, vt nullus in archidiaconum, vel decanum, nisi diaconus, vel presbyter ordinetur. Archidiaconi vero, vel decani, vel præpositi, qui infra ordines prænominatos existunt, si inobedientes ordinari [c] contempserint, honore suscepto priuentur. Prohibemus autem, ne adolescentibus [d], vel infra sacros ordines constitutis, sed qui prudentia, & merito vitæ clarescunt, prædicti concedantur honores.

Horum vnum propter procacitatem quorumdam statutum est, qui nomen præpositura adepti, officium contemnunt, nolentes fieri sacerdotes: aliàs enim inane esset, cum etiam in episcopum eligi possint in subdiaconatu constituti, iuxta illud Vrbani [a] Papæ.

a ¶ Vrbani.] *In c. à multis. extra de ætat. & qualit. tamquam decretum Vrbani primi citatur: Apud Iuonem vero, & in Panormia ex synodo Beneuentana, quæ tempore Victoris tertij, cui Vrbanus secundus successit, habita fuit: Nam Vrbanus primus centum, plus minus annis Nicænam synodum antecessit.*

¶ Non eligatur in episcopum, nisi in sacris ordinibus constitutus. C. I I I I.

Iuo p.5.c.72. Pann.l.3.c.5.

† al. sacros

† al. scientia

NVllus in episcopum eligatur, nisi in sacris [e] ordinibus religiose viuens fuerit inuentus. Sacros autẽ ordines dicimus diaconatum, & presbyteratum. Hos siquidem solos † primitiua legitur habuisse [f] ecclesia: subdiaconos vero, quia & ipsi altaribus ministrãt, opportunitate exigente concedimus; si tamen spectatæ sint religionis, & scientiæ. Quod ipsum non sine Romani Pontificis [g], vel metropolitani [h] licentia † [a] fieri permittimus.

Alterum vero, vt in episcopum, vel archiepiscopum, nisi in sacris ordinibus constitutus non eligatur, propter dignitatem ordinis statutum est.

a ¶ Licentia.] *Sic mutatum est ex dicto cap. à multis. Iuone, & Panormia, quamuis etiam in vetustis Gratiani codicibus legatur,* scientia.

Casvs. Dicit Gratianus, q illud qđ dictũ est de clericis non promouendis in archipresbyteros, vel decanos nisi sint pbyteri, & in archidiaconos nisi sint diaconi, statutum fuit ex causa. s. pp illos qui promoueri contemnebant adeptis dignitatibus. Nam et in epos diaconi promouentur, quod probatur sequenti cap.

1 Nec enim semidiaconus et ad legitimam ... iam agere. C. de legit. ...

NVllus in episcopum] Casvs. Statuit hic Vrbanus, vt nullus eligatur in episcopũ, nisi fuerit in sacris ordinibus constitutus. Sacros aũt ordines dicimus diaconatum, & presbyteratũ, quos solum legitur primitiua ecclesia habuisse. Subdiaconi vero necessitate exigente de licentia Romani pontificis, vel archiepiscopi, si bonæ vitæ fuerint, possũt in episcopos eligi.

e ¶ *In sacris.*] postulari tñ pot in episcopum laicus. 61.dist.cap.Osi°. & 63.dist. cap. Valentinianus.

f ¶ *Habuisse.*] supple sacros nam et subdiaconatus fuit tẽpore Apostolorum, vt 35.dist. episcopus.

Laicus in epm postulari potest.

g ¶ *Romani pontificis.*] Hodie licite eligitur, vt extra de ætat. & qual. à multis.

h ¶ *Metropolitani.*] sicut ergo olim metropolitanus potuit dispensare circa ordinẽ, sic videtur, q adhuc possit. cũ nõ auferatur ei hæc dispensatio, siue iurisdictio. arg. extra de sentẽ. excom. nuper.

Metropolitanus an possit circa ordinem dispensare.

Alterum vero Casvs. Respicit hoc illũ §. horũ vnũ. vbi dictũ est aliquẽ nõ esse eligendũ in archidiaconũ, nisi sit diaconus, vel in archipresbyterũ nisi sit pbyter. hoc fuit statutũ pp ɔtumaciã illorũ, qui promoueri nolebant. Nũc aũt dicit, q alterũ est statutũ pp ordinis dignitatẽ. s. vt nõ eligatur in epm, nisi sit in sacris ordinib.

1 Et ideo dicit quidã, q archidiacono mortuo ...

DISTINCTIO LXI.

ITem laici [1] *non sunt in episcopos eligendi: sed per singulos ordines prius sunt probandi.*

Vnde Gregorius Brunichildæ reginæ Francorum, lib.7.reg.epist.113.

a ¶ *Nisi presbyteri.*] ꝯ.13.q.4. sicut excellentiã. ꝯ. vbi dicitur, q nõ gradus elegantior, sed vitæ melioris, &c. Sed dic, q non tantum ordo consideratur, sed ordo & meritum.

NVllus.] Casvs. Dicit Calixtus, q nullus in ppositum, vel archiepiscopum vel archidiaconum eligatur, nisi sit diaconus, nec aliquis i decanũ vel archipresbyterũ eligatur, nisi sit pbyter.

INnouamus.] Casvs. Quidã erant electi in archidiaconos, q nõ erant diaconi; quidã in archipresbyteros vel decanos, qui nõ erãt presbyteri. Inn. igitur secundus cõfirmãs antiqua decreta prohibet ne hoc decetero fiat: & si qui infra prænominatos ordines existẽtes præsumpserint ordinari, suscepto priuentur honore. Item prohibet ne adolescentibus, & in minoribus ordinibus con-

ITem laici.] Hæc dist. diuiditur in quattuor partes: in quarũ prima probat p xvii. aucto. sanctorũ, q ex laicis, licet sint boni, nõ dẽt creari eps. Sc̃da ibi, *Ecclesia.* Tertia ibi, *Sed aliud.* Quarta ibi, *Itẽ clerici.* Io. de F.

Casvs. Hic ponit 61. dist. i qua dr̃, q laici nõ sũt i epos eligedi, nisi pri° p singulos ordines fuerit pbati. & hoc pbat vsq; ad §. *Hic oĩbus.* Postea pbat ɔtriũ i eodẽ §. & ibi dat solutiõe. Et addit et q clerici alteri° ecclesiæ nõ sũt pferẽdi clericis de ppria ecclesia bñmeritis i electione. Tractat et i vlt. c. di. de visitatiõe eccl. i ¶ *Item laici.*] Hic ostendit, q laici non sunt eligendi in episcopos,

pos, sed possunt postulari [1]. Itē ostēdit, quòd tñ de propria eccle sia facienda est electio. Deinde ostēdit de visitatore, q nihil debet psumere de rebus illius ecclesiæ, cui datus est visitator. Et not. q vocat hic laicos illos, q non sunt ordinati, & illos qui repēte sunt ordinati: & nec isti, nec illi sunt eligendi. Ioan.

Vt ī. eo. §. his omnibus. in c. sanctorum. & c. ōbus. §. sed ecōtra.

uocari ambitus solet, qui ambit administrationem diuinorum.

a ¶ *Aut tumultum.*] arg. q nō est deuiandū a iure cōi pp tumultum popularē, nec pp sedandā discordiā, vt 62. dist. docendus. 18. q. 2. si qs abbas. 8. q. 1. licet. sic, C. de pæn. l. decurionū. & arg. extra de ap. constitutus. arg. cōtra. ff. ad leg. Cor. de sic. l. pe. & 28. dist. de Sy-

Ius ele propter tumultum popult non est violandum.

¶ Sacerdotes ex laicis non sunt ordinandi. C. I.

SAcerdotale officium vestris in partibus in tantam (sicut didicimus) ambitionem perductum est, vt sacerdotes subito [a] quod graue nimis est, ex laicis ordinentur.

Ans. l. 6. c. 77. Polyc. l. 2. tit. 1.

Item Hormisda Papa episcopis per Hispaniam constitutis, epist. 3. cap. 1.

¶ De eodem. C. II.

IN sacerdotibus eligendis curam oportet esse perspicuam. Irreprehensibiles enim esse cōuenit, quos præesse necesse est corrigendis [b]. *& infra.* ¶ Longa [c] debet vitam suam probatione monstrare, cui gubernacula committuntur ecclesiæ.

Polyc. ibidem Ansel. l. 6. c. 22.

Idem eodem loco continenter.

¶ De eodem. C. III.

NOn negamus esse in laicis Deo placitos mores; sed milites suos probatos sibi quærunt instituta fidelium. Discere prius quisque debet, antequam doceat, & exemplum religiosæ conuersationis de se potius alijs præstare [d], quàm sumere. Emendatiorem [e] esse conuenit populo, quem necesse est orare pro populo. Longa obseruatione religiosus cultus tradatur, vt luceat: & clericalibus obsequiis erudiendus inseruiat, vt ad venerandi gradus summam perductus, quis sit fructus humilitatis [f], ostendat. *& infra.* ¶ Nec tantum de laicis consecrari inhibemus; sed nec de pænitentibus quidem quisquam ad huiusmodi gradum profanus temerator aspiret. Satis illi postulanti sit venia: qua conscientia absoluat reum, qui se peccata sua populo scit teste [g] confessum? Quis enim quem paulo ante vidit iacentem, veneretur antistitem? Præferens memorandi [h] † criminis labem, non habet lucidam sacerdotij dignitatem.

Ans. ibidem Polyc. ibidem

† al. miserandi orig.

¶ *In plerisque vetustis Gratiani codicibus caput hoc coniunctum est superiori: quemadmodum est in ipsa Hormisda epist.*

Item Innocentius Papa ad Aurelium Carthaginēsem episcopū, epist. 12.

¶ De eodem. C. IIII.

MIserum est eum magistrum fieri, qui nūquam discipulus fuit; eum summum fieri sacerdotem, qui nūquam in vllo gradu obsecut us fuerit sacerdoti.

Polyc. ibid. Ansel. l. 6. c. 34.

Item Leo episcopus ad episcopos Africanos, epist. 85. al. 87. c. 1.

¶ De eodem. C. V.

MIramur tātum apud vos per occasionem temporis impacati, aut ambientium præsumptionem, aut tumultum [k] valuisse popularem, vt indignis quibusque, & longe extra sacerdotale meritum constitutis, pastorale fastigium, & gubernatio ecclesiæ crederetur. Non est hoc consulere populis, sed nocere; nec præstare regimen, sed augere discrimen [l]. Integritas enim præsidentiū [m], salus est subditorū: & vbi est incolumitas obedientiæ, ibi sana est forma doctrinæ. ¶ Principatus [n] autē, quem aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit, etiam si moribus, atque actibus non offendit, ipsius † tamē initij sui est perniciosus exemplo. Et difficile est, vt bono peragantur exitu, quæ malo sunt inchoata principio. ¶ Quòd si in quibuslibet ecclesiæ gradibus prouidenter, scienterque curandum est, vt in Domini domo nihil sit inordinatum [o], nihilque præposterum; quanto [p] magis elaboran-

Iuo p. 5. c. 105.

1. q. 1. c. principatus. Polyc. ibid. Ansel. l. 6. c. 2. † al. ipso

S *Acerdotale.*] CASVS. Brunichilda Regina Francorū faciebat laicos in episcopos promoueri. vnde Gregori' ipsam redarguit, & reprehendit.

a ¶ *Subito.*] & ita inique, & male. Iniquitas enim omnia pcipitat, vt ī. de pæn. dist. 3. inter hæc hircum. si tamen necessitas est, in anno & dimidio pōt laicus recipere omnes ordines, vt 77. dist. monachus. & cap. seq.

Iniquitas ōia pcipitat.

HAdrianus Papa secundus (quod Nicolaus prædecessor eius dispo suerat [c]) missos suos, Donatum scilicet Hostiensem episcopum, & Stephanum Nepesinum episcopum, & Marinum diaconum sanctæ Romanæ ecclesiæ ad Basilium Imperatorem, & ad filios eius Constantinum, & Leonem Augustos [d], Constantinopolim direxit; cū quibus & Anastasius bibliothecarius [e] Romanæ sedis, vtriusque linguæ, græcæ, & latinæ peritus perrexit: & synodo congregata (quam octauā vniuersalem synodum illuc conuenientes appellauerunt) exortum schisma de Ignatij depositione, & Photij ordinatione sedauerunt, Photium anathematizantes, & Ignatium restituentes. In qua sic statutum est: Consecrationes [†] [f], & promotiones episcoporum concordans prioribus conciliis, clericorum electione, ac decreto episcoporum collegij fieri sancta hæc & vniuersalis synodus diffinit, & statuit: atque iure promulgat, neminem laicorum [g] principum, vel potentum semet inserere electioni, vel promotioni Patriarchæ, vel Metropolitæ, aut cuiuslibet episcopi, ne videlicet inordinata hinc, & incongrua fiat confusio, vel contentio; præsertim cum in talibus nullam potestatem quemquam potestatiuorum, vel ceterorum laicorum habere conueniat: sed silere, & attendere sibi, vsquequo regulariter à collegio ecclesiæ suscipiat finem electio futuri Pontificis. Si vero quisquam laicorum ad contractandum [†] [h], & cooperandum inuitatur [i] ab ecclesia, licet huiusmodi, cum reuerentia, si forte voluerit, obtemperare se asciscentibus. Taliter enim dignum pastorem sibi regulariter ad suam ecclesia † salutem promouet [a].

Poly. l. 2. tit. 1. † *Promotiones & consecrationes*] orig. † *al. concertandum*] ori. & alij collect. † *al. & ecclesia*

a ¶ Promouet.] *Si hic addatur ver.* Quisquis. *ex capite antecedente, erit integer 22. canon 8. synodi. In vulgatis sequebatur ver.* clerus, *quia in vetustiorib. est glossa inter linearis.*

Caput est collectoris arbitratu compositū.

Item ex historia tripertita, lib. 7. c. 8.

Dico nullā talē esse electionem, cū sit clandestina, vt extra de electio. quia pp. ad finē. Ioan. Hoc hodie determinatū est extra de electio. in Genesi. vbi dicitur, ꝙ singulares electiones non valent. Bar.

b ¶ *Ecclesia.*] ecclesiā hic vocat viros ecclesiasticos; quandoque vocatur cōgregatio fideliū, vt j. de consecra. dist. 1. ecclesia. De hoc dixi 7. q. 1. scire.

H ¶ *Adrianus Papa.*] CASVS Ignatius patriarcha Constantinopolitan⁹ iniuste fuit depositus, & Photius loco eius substitutus. quā præsumptionem Nicolaus voluit remouere, sed morte præuentus non potuit, sed Hadrianus successor eius misit nuntios tres Constātinopolim ad Basilium Imperatorem, & ad filios eius, cum quibus fuit cancellarius Romanæ sedis; & ibi octaua synod⁹ cōgregata, duo fecit. Primo Photiū deposuit, & Ignatium restituit. Secundo constituit, vt clericorū sit electio tantum. & ꝙ nullus laicus inserat se electioni patriarchæ metropolitani vel episcopi: sed silere debet, & attendere quid clerus faciat, nisi a clericis inuitaretur ad remouendos, & impugnandos malos.

c ¶ *Disposuerat.*] arg. successorem debere cōsummare quod antecessor inchoauit, vt hic [⁴] & 12. q. 2. hæc huius. & q. 5. quia.

ADDITIO Ad idem extra de rescrip. litteris. vbi de hoc. & 12. q. 3. si episcopus ante damnati. Papa tamen non tenebatur ad hoc, nec hoc dicitur quòd teneretur: bene tamen fecit. B.

⁴ Et 18. q. 2. de dam.

N ¶ *Vllus.*] CASVS. Hadrianus Papa prohibet in hoc c. vt nullus laicus, etiam in maxima positus dignitate se inserat electioni patriarchæ & archiepiscopi; & quicumque laicus canonicam electionem voluerit disturbare, debet anathematizari donec obediat.

a ¶ *Communem.*] cum ergo hæc tria requiruntur. s. cōmunis, consonans, & canonica, si vnū istorum deest, vitiosa est electio, vt ar. 38. dist. quæ ipsis. nō enim sufficit electionem esse cōem, nisi sit canonica, vt hic. & 79. dist. cap. 1. & c. antepe. ³ Item est hic arg. ꝙ si aliqui separatim consenserunt in aliquē, ꝙ talis cōsensus non va-

d ¶ *Augustos.*] nota quòd filii Imperatorum dicuntur etiam Augusti, quia sperabatur, quòd essent futuri Imperatores, & quasi per augurium hoc sperabatur. Vel sicut Imperator dicitur Augustus, quia illius propositi debet esse, ꝙ augeat; sic & filius potest dici Augustus, quia & hoc propositum debet habere, cum habebit imperium ⁵.

Imperator quare dicatur Augustus.

e ¶ *Bibliothecarius.*] id est, cancellarius. supra 21. distin. submittitur.

f ¶ *Consecrationes.*] hæc sunt verba concilii.

g ¶ *Laicorum.*] j. 96. dist. bene quidem.

h ¶ *Ad contractandum.*] id est, simul tractandum.

i ¶ *Inuitatur.*] hinc inuitātur laici ad electionem, alibi ad sermonem faciendum, vt 23. dist. mulier. quandoque ad causas matrimoniales, vt 35. q. 5. ad sedem. causis autem fidei interesse etiā non vocati, vt 96. dist. vbi nam. Sed numquid subscribent laici? argu. quòd sic 7. q. 1. episcopus de loco ⁶.

⁵ Hoc valet ad solutionē eius quod habet 21. dist. nunc autē. 7. q. 1. in apibus.

Laici ad aliqua spiritualia inuitantur.

⁶ Ad idē qd lo. & no. j. ead. quo in gl. ex hoc loco. in fi. & c.

¶ Electioni episcoporum Imperator interesse non debet. C. III.

VAlentinianus Imperator veniens ab oriente ad hesperias partes (vt refert historia ecclesiastica) mortuo Auxentio Arianæ perfidiæ magistro, qui Mediolanensem ecclesiam, vt lupus dilaniauerat, cum vellet catholicum, Deo ordinante, ibi cõsecrare episcopum, euocans episcopos a, hæc eis locutus est. Nostis aperte, eruditi quippe diuinis eloquijs, qualem oporteat esse pontificem, & quòd non deceat eum verbo solo b, sed etiam conuersatione gubernare subiectos, & totius semetipsum imitatorem virtutis ostendere, testemque c doctrinæ conuersationem bonam habere. Talem itaque in pontificali cõstituite sede; cui & nos, qui gubernamus imperium, sincere nostra capita submittamus d, & eius monita, dum tãquam homines deliquerimus, necessario velut curantis medicamenta suscipiamus. Hæc cum dixisset Imperator, petiit synodus, vt magis ipse decerneret sapiens, & pius existens. At ille, super a vos e est, inquit, talis electio. Vos enim gratia diuina potiti, & illo splendore fulgentes, melius poteritis eligere. Tunc sacerdotes egressi, de episcopali sede tractabant. *& infra.*

¶ Cum autem ordinatione diuina Ambrosius nondum baptizatus, electus f fuisset; exultãs Imperator ait: Gratias ago tibi domine Deus omnipotens, & saluator noster, quoniam huic viro ego quidem commiseram corpora g; tu autem animas; & meam sententiam ostendisti tuæ iustitiæ conuenire. Cumque sanctus Ambrosius contristaretur de hoc, quod acciderat (vt idem ipse in suis epistolis scribit) confortauit eum Imperator, & ait: Noli timere, quia Deus, qui te elegit, semper te adiuuabit; & ego adiutor, & defensor tuus (vt meum ordinem h decet) semper existam. — In epist. ad Vercellenses.

a ¶ Super vos.] *Vera lectio est,* supra nos, ὑπὲρ ὑμᾶς. *Sed ob glossam non est restituta.*

Item Nicolaus Papa I. Lothario regi.

¶ Auctoritate apostolica, non regio fauore episcopus est eligendus. C. IIII.

POrro scias, quia relatum est nobis, quòd quicumque ad episcopatum in regno tuo prouehendus est; non nisi fauentem i tibi permittas eligi k. Idcirco Apostolica auctoritate sub diuini iudicij obtestatione iniũgimus tibi, vt in Treuerẽsi vrbe & in Agrippina colonia nullũ eligi patiaris, antequã relatũ super hoc, nostro Apostolatui fiat. — Iuo p. 5. c. 357.

Item ex concilio Parisiensi primo, c. 8.

¶ Non recipiatur à comprouincialibus, qui regia ordinatione episcopale culmen est adeptus. C. V.

SI per ordinationem regiam honoris istius culmen peruadere aliquis nimia temeritate præsumpserit; à comprouincialibus loci ipsius episcopis † recipi l nullatenus mereatur, quem indebite ordinatum cognoscunt. Si quis de comprouincialibus recipere eum contra interdicta † præsumpserit; sit à fratribus omnibus segregatus, & ab ipsorum omnium charitate semotus. — Iuo p. 5. c. 123. Pann. l. 3. c. 9. † *al. episcopus* † *al. indicta*]or.

Item ex concilio Laodicensi, c. 13.

¶ De eodem. C. VI.

NOn est permittendum turbis electionem eorum facere, qui sunt ad sacerdotium promouendi. — Burc. l. 1. c. 8. Iuo p. 6. c. 28. Ansel. l. 6. c. 38. 91. 43. Deusdedit parte 1. & 4.

Item ex a septima synodo, quæ est secunda Nicana, 350. episcoporũ, c. 3.

Valentinianus.] C A S V S. Cũ ecclesia Mediolan. vacaret pastore, mortuo Auxentio hæretico, qui Mediolan. ecclesiam, vt lupus dilaniarat, venit ab oriente Valẽtinianus Imperator, & suasit epis cõgregatis, vt talem in archiepiscopum eligerent cui & ipse Imperator se syncere submittere possit. epi vero cũ rogarẽt imperatorẽ, vt eligeret, ipse noluit assentire. demum Ambrosium elegerunt nondum baptizatũ. vnde Imperator gratias referens, q electus esset ad saluandas animas, cui curam corporum commiserat, cõfortauit eum vt non timeret, dicens: Deus te adiuuabit, & ego te sẽper defendam, & pro te pugnabo.

a ¶ *Episcopos.*] ergo electioni metropolitani interesse oẽs epi cõprouinciales, vt j. eo. metropolitano. & 66. dist. cap. 1. 10. sed in his nõ attendo: nisi cõsuetudinem, vt extra de elec. cũ ecclesia. & extra de postu. bonæ. Io. De iure cõi ois electio spectat ad capitulũ, vt extra de cau. pos. & propriet. cũ ecclesia. B. — Electio ad quem spectat de iure communi. — Vt est ecclesia Romana.

b ¶ *Solo.*] sic magistri moribus, & facundia alios debent præcedere, vt C. de profes. & me. magistros. lib. 10.

c ¶ *Testemque.*] nota q conuersatio præbet alicui testimonium, vt 2. q. 7. cum pastoris.

d ¶ *Submittamus.*] arg. q imperator est minor quolibet epo. & excõicari põt ab epo, vt hic innuitur, & 18. dist. quoniam quidem. 96. dist. duo sũ. Imperator est maior in temporalibus illis qui ab eo recipiũt temporalia: sed minor est in spiritualibus. ext. de ma. & obed. solitæ. 2. q. 7. §. item cũ Dauid. — Imperator põt ab episcopo excommunicari.

e ¶ *Super vos.*] id est, ad vos spectat. sic respõdit Theodoricus. 17. distin. §. hinc. Vel ideo hic dicit, super vos: quia electio est periculo eligentiũ: si quis enim malũ nominat, tenetur de omni damno, & dispẽdio, quod per eum acciderit. C. de periculo nominatorum. l. 1. lib. 11. Item si inhabilẽ nominat, & appellatur, tenet dare sumptus quos fecerant aduersarij. C. de decur. l. 2. lib. 10. — Electio est periculo eligentium. — Vi. 61. dist. qd proderit. & cap.

f ¶ *Electus.*] & ita male dicit G. q fuerit postulatus. j. 61. dist. §. his oibus. & §. sic beatus in fi. Sed potes dicere, q fuit electus in postulandum: vt extra de renun. post translationẽ. Ioã. & dicit T. q clericus alterius ecclesiæ in sacris ordinibus cõstitutus eligi potest. Ita no. in illa decre. post translationẽ. nisi sit eps, vt vr dicere dec. extra de elec. cũ inter canonicos. & postea debet postulari. B.

g ¶ *Corpora.*] & ita fuit curialis, sed absolut' fuerat, nec ex officio ꝯxerat irregularitatẽ, alioquin nõ ꝓmoueretur. 51. dist. si qs post.

h ¶ *Ordinem.*] ex hoc uerbo dixerũt qdã, q Impator dẽt habere ordinẽ subdiaconalẽ, sed nõ est verũ, quia habet militarẽ charactẽrẽ, vt 1. q. 1. qđ qdã. gerit tñ officiũ subdiacõi cũ ministrat epo.

P *Orro.*] C A S V S. Lotharius Rex nõ ꝑmittebat aliquẽ ad episcopatum eligi in regno suo, nisi fauentem sibi, id est, nisi esset amicus suus, vel nisi sibi iuraret. ideo præcipit ei Nicolaus, vt in ecclesia Treuerensi, & in Agrippina colonia nullum eligi patiatur in episcopum, nisi prius sedi Apostolicæ referatur.

i ¶ *Fauentem.*] in crimine adulterij cũ Gualdrada. Vel forte fecit eos iurare ei fidelitatẽ, quod clerici non debẽt facere Laico. 22. q. ult. c. nlt. nisi habeant ab ipso regalia. 22. q. 5. de forma.

k ¶ *Eligi.*] uidetur ergo, q in illis duabus ecclesiis non possit fieri electio, nisi uoluntas Papæ requiratur, sicut est in ecclesia Rauennatæ, uel istud pro tempore fuit statutum. Vel dic eligi, id est, consecrari, uel institui.

S *I per ordinationem.*] C A S V S. Statutum fuit in concilio Parisiensi, ut nullus per regiam potestatẽ ad honorẽ ascendat prælaturæ: & si quis præsumpserit, ab alijs episcopis non recipiatur: & qui eum receperit, ab aliorum episcoporum cõione segregabitur. Sequentia tria cap. per se patent.

l ¶ *Recipi.*] tñ ille qui recipit ecclesiã à laico, nõ est excõicatus, sed est excõicandus, ut extra de iure pa. ꝓpterea. nisi à sacramentis. 16. q. ult. c. qm. & ca. si qs deinceps. si tñ post donationẽ laici accesserit ꝯsensus epi, cõfirmatur donatio, ut ex. de iure pa. cura pastoralis. Io. Hodie & talis intelligibilis fit, ut extra de ele. generalis. Bar.

¶ Irrita sit electio episcopi, vel presbyteri, uel diaconi à principibus facta. C. VII.

Can. Apost. 31. J.16.q.7.c.si qs. Iuo p.5.c.120. Ans l.6.c.8. Burc l.3.c.109. Deus dedit ibidem.

OMnis electio episcopi, vel presbyteri, vel diaconi à principibus facta, irrita maneat, secundum regulam [a], quæ dicit [Si quis episcopus secularibus potestatibus vsus, ecclesiam per ipsos obtinuerit, deponatur; & segregentur [b] ab ecclesia omnes, qui illi communicant.

a Ex septima.] *Citabatur antea ex secunda actione sexta synodi. Restitutus est locus ex Iuone.*
b Et segregentur.] *In aliquot vetustis Gratiani exemplaribus est:* segregetur. *Sed plerisq; cũ vulgata lectione conuenit. In canone 31. Apostolorũ græce sic legitur.* καθαιρείσθω, καὶ ἀφοριζέσθω, καὶ κοινωνοῦντες αὐτῷ πάντες, *& infra 16.q.7.c. Si quis episcopus, vbi hic idem canon ex alia refertur versione, legitur:* & segregetur, o mnesque, qui illi cõicant, *eodẽque modo est apud Anselmum. Verum in versione Anastasij bibliothecarij legitur, quemadmodum apud Gratianum, & conuenit cum versione prisca, ac Dionysiana.*

Item ex concilio Martini Papæ, c.1.

Apud Martinũ Bracharensem c. 1.

¶ Non eligantur à populo, qui sunt promouendi ad clerum. C. VIII.

J.dist.24.epi.& dist.61.ep̃ n. Burch l.1.c.10. Iuo p.5.c.64. Ans. l.6. c.8.al. 12.

NOn licet populo electionem facere eorum, qui ad sacerdotium promouentur: sed in iudicio episcoporum sit, vt ipsi eum probent, si in sermone, & fide, & spirituali vita edoctus sit.

His omnibus auctoritatibus laici excluduntur ab electione sacerdotum, atque iniungitur eis necessitas obediendi, non libertas imperandi.

Contra [a] vero scribit B. Gregorius Ioanni episcopo primæ [c] Iustinianæ Illyricæ, lib.4.epist.15 seu.c 59.

¶ Voluntas principis in ordinatione Pontificis desideratur. C. IX

Ans l.6.c.95.

QVia igitur suscepta fratrum, & coepiscoporum nostrorum relatio ad locum vos sacerdotij, totius concilij [d] vnito consensu, & serenissimi principis voluntate declarat accersiri, gratias omnipotenti Deo creatori nostro magna cum exultatione retulimus, qui vitã actusq; vestros ita de præteritis fecit esse probabiles, vt omnium vos, quod est valde laudabile, faceret placere iudicio. Quibus nos quoque in personam fraternitatis tuæ per omnia consentimus [e]: atque omnipotentem Dominum deprecamur, vt charitatem vestram, sicut sua gratia elegit, ita in omnibus sua protectione custodiat.

Idem Gregorius Ioanni subdiacono, lib.2. Indict. xi. epist.30. seu cap. 69.

¶ Clerus, & populus Pontificis electioni intersint. C. X.

Ans l 6.c.16. Polyc.l.1.tit.5.

QVanto Apostolica sedes, Deo auctore, cunctis prælata constat ecclesijs: tanto inter multiplices curas, & illa nos valde solicitat, vbi ad consecrandum antistitem, nostrum expectatur arbitrium. Defuncto igitur Laurentio ecclesiæ Mediolanensis episcopo, sua nobis relatione clerus innotuit, in electione se filij nostri Constantij diaconi sui vnanimiter consensisse. Sed quoniam eadem non fuit subscripta relatio [f], ne quid, quod ad cautelam pertinet, omittamus; huius idcirco præcepti auctoritate suffultum Ge-

a Omnis electio.] Regulam.] decimasexta quæstione septima, quis deinceps.

NOn licet.] Hic.] CASVS. Hactenus probauit, q laicus nõ debet interesse electioni. Modo vult Gratianus probare cõtrarium. CONTRA. Hæc est secunda pars dist. in qua probat sophistice, q laici possunt & debent interesse electioni epi & archidiaco. Ioan. de Fan. dicit cap. ad hoc inducta esse intelligenda, q tantum debent consentire, non autẽ eligere, nisi hoc habeant ex priuilegio speciali: vel sunt uocandi ad tempus ex causa.

b Contra.] Tu dicas, q laici debent interesse non ad eligendũ, sed ad consentiendum. j.eo. nosse.

c Primæ Iustinianæ.] id est Salonitanæ: quæ sic dicta est: quia Iustinianus ibi natus est. Alij dicunt de Rauena, quia vtraque est Illyrica, vel adiacet Illyrico mari.

QVia.] CASVS. Ioannes de communi voluntate totius cõcilij & principis electus est in epm primæ Iustinianæ: quod cum audisset Grego. retulit gratias Deo, & confirmauit eũdem: & rogauit Deum vt ipsum custodiret.

d Concilij.] id est, collegij.

e Consentimus.] confirmando electionem suam: & ita Papa confirmat omnes metropolitanos, vt j.eo. quanto. & c. Salonitanæ. & 100. dist. quoniam. quod verum est cũ non habent primatem: sed ei nullo medio subsunt, vt j.eo. cum longe. & j. dist. proxi. quia per ambitiones. nisi velis dicere, q eo ipso quòd quis recipit pallium à Papa, intelligitur confirmari ab ipso: immo & plerique archiepiscopi non confirmantur nec consecrãtur, nisi a suis subditis: nec petitur confirmatio a Papa, sed tantum pallium, vt dixi. De hoc 51. dist. qui in aliquo.

QVanto.] CASVS. Laurentio Mediolaneñ. archiepõ sublato de medio, Constantius diaconus electus est in eius locum vnanimi consensu à clericis: q supplicauerunt Papæ vt ipsũ confirmaret. Sed quia in petitione eorum non continebantur clericorum subscriptiones, ideo Gregorius præcipit Ioãni subdiacono, vt Genuam proficisceretur: & voluntates Mediolaneñ. qui illic coacti barbarica seueritate detinebantur, inuestigaret. & si omnium voluntates in electione eius perdurare cognosceret, auctoritate apostolica faceret ipsum à suffraganeis consecrari.

f Relatio.] Ex hoc loco quidam dixerunt, q electio possit variari vsque ad subscriptionẽ: sed post non. arg. 1. q. 7. saluberrimũ. & 27. q. 1. omnes feminæ. & arg. pro eis extra de censibus. Alij dicunt vsque ad confirmationem esse ambulatoriam voluntatem eligẽtium, vt extra de præb. cũ nõ ignores. & ex eo q dicit hic, perdurare. j. eo. Salonitanæ. 28. dist. de Syracusanæ. 71. dist. nullij. vnde & priora stipendia retinet electus vsque ad cõfirmationẽ, vt extra de elec. cum in cunctis. nec cogitur subscribere qui excipit cõ electum non confirmatũ: quia non decit ab incepto, sed ab obtinendo, vt extra de accusa. super his. Item quia ante confirmationẽ non renunciat electus episcopatui, cum adhuc nihil iuris sit consecutus, vt extra de trãsla. inter. Sed tu dicas, q per cõsensum eligentium ius est acquisitum electo: dũ tñ ipse cõsentiat, vel consentire velit, vt extra de electio. cũ inter canonicos. in fine. Ioan. nec possunt post electionem variare: sed ante publicatione scrutinij possunt, vt extra de ele. publicato. B. Si queras quale ius acquiratur electo per electionem, dico q ius prælaturæ, & ius administrandi: sed non exercitiũ prælaturæ vel administrationis. per confirmationem enim nihil iuris noui acquirit: sed tantum exercitium: extra de rescrip. pastoralis. in fine. 16. q. 1. §. ecce. electio enim facit Imperatorem, vt 93. dist. legimus. Sed quæritur vtrum per nominationem aliquid iuris acquiratur nominato: vr q sic. vt 16. q. 7. § sanctorũ. & 1. q. 6. nominationes. & 72. dist. placuit. & extra de elec. auditis. Arg. cõtra extra de elec. q sicut & c. innotuit. Dico q si nominatio est tractatus præcedens electionem, per nominationem nihil iuris acquiritur. nam per talem nominationem exprimitur consensus de futuro. & est sensus: nomino talem, id est, nomino eũ eligendũ: sicut etiã aliquis eligitur in postulandũ. vt extra de renun. post trãslationẽ. & s. eo. Valentinianus. sicut nõ cõtrahitur matrimonium carnale per hęc verba: nomino te in mulierẽ. sed si per denominationẽ exprimit consensum de præsenti, tunc denominato ius est acquisitum: quia non refert quibus verbis quis exprimat cõsensum, vt 22. q. 1. humanæ. maxime si cõsuetudo est alicuius ecclesiæ, q per talia verba celebretur electio: tunc in talibus ad cõmunẽ intelligentiã verborũ est recurrendũ, vt extra de spõ. ex litteris. 1. Quid de postulatione iuris sit, dixi. 3. 63. dis. 9. sed aliud. Sed quare reprobat hic electio pp defectũ subscriptionis? sed intellige q hic non erãt duæ partes præsentes [g], quæ ad minus debet esse in electione: & ideo in fraude voluerunt subscribere.

O 2 ne eorum

Ibi patria Iustiniani magni, q Tauresio natus. Dalmatiæ pago metropolim fecit, & de noi nomine nuncupauit vt in nouel. constit. 11. de eccl. & cap. ....

Vt j. eo. §. electione.

Metropolitanos confirmare ad quem pertinet.

Electio in communi consensu eligentium.

Intellige secundum illos habere ius, ... 6 de ele. ... Greg.

Electus quid ius habet.

Nominatio an tribuat aliquod ius nominato.

Illa etiam fuit hic forma ... quã ... nomina de ...

Vt vigilia ... ... poste ... &c.

nuam [a] te proficisci necesse est. Et quia multi illic Mediolanensium coacti barbarica [b] feritate consistunt, eorum te voluntates oportet cōuocatis eis in commune perscrutari. Et si nulla eos diuersitas ab electionis vnitate disterminat, si quidem in prædicto filio nostro Constātio omnium voluntates, atque consensum perdurare [c] cognoscis; tūc eum a proprijs episcopis, sicut antiquitatis mos exigit, cum nostræ auctoritatis assensu [d] solatiante & auxiliante Domino, facias consecrari; quatenus huiusmodi seruata consuetudine, & Apostolica sedes proprium vigorem retineat, & a se concessa alijs sua iura non minuat.

Item Gelasius Papa Philippo, & Geruntino† episcopis. † al. Gerontio

¶ In electione episcopi populus debet adesse. C. XI. Ans.l.5 c.50.

PLebs Diotrensis data nobis petitione defleuit diu se sine rectoris proprij gubernatione dispergi. Ac sicut asseritur, is qui a vobis iam probatus dicitur, a paucis, & tenuibus [e] putatur electus, cum ad vos † pertineat, vniuersos assidua admonitione compellere, vt omnes in vnū quem dignum sacerdotio viderint, & sine aliqua reprehensione, consentiant. Et ideo fratres charissimi diuersos ex omnibus [f] sæpe dicti loci parochijs presbyteros, diaconos, & vniuersam turbam [g] vos oportet sæpius conuocare; quatenus non, prout cuilibet libuerit, sed concordantibus animis talem, vobis admonentibus [h], sibi quærant sola diuinitatis attentione personam, quam nulla contrarietas, a constitutis possit reuocare præscriptis. † al. nos

Item Stephanus eps seruus seruorū Dei Romano archiepiscopo Rauēnati.

¶ De eodem. C. XII. Ans.l.6.c.36.

NOsse tuam fraternitatem volumus ad nostras aures fore peruentum, Imolensem [i] episcopum ab hac luce migrasse, in cuius successoris electione, populi diuisionem prouenisse audiuimus. Quod quia sæpe [k] contingere solet (quærentibus singulis quæ sua sunt, non quæ Iesu Christi) non adeo miramur. Verumtamen in hoc tuam plurimum oportet adhiberi solicitudinem, vt conuocato clero [l] & populo, talis ibi eligatur per Dei misericordiam, cui sacri non obuient canones. Sacerdotum quippe est electio: & fidelis populi consensus adhibendus est; quia docendus est populus, non sequendus. Philip.2. — ‡.62.dist.c. docendus.

Item Nicolaus Papa Ioanni Rauennati archiepiscopo.

¶ De eodem. C. XIII.

EPiscopos per Æmiliam [m] non consecres, nisi post electionem cleri, & populi.

¶ *In vetusto codice Mutinensi sex concilij Romæ habiti referuntur capitula, quorum secundum est hoc. Et de hac eadem re habentur multa in Pontificali manuscripto in gestis Nicolai primi.*

Item Pelagius Papa Iuliano episcopo Grumentino.

¶ De eodem. C. XIIII. ‡.dist.76.c. ult. Poly.l.2.tit.29. Ans.l.6.c.60. Iuo.p.6.c.112.

LItteras charitatis tuæ suscepimus, quibus significas, Latinum diaconum tuum ad episcopatum ecclesiæ Marcellianensis a clero, & omnibus, qui illic conueniunt, postulari. *& infra.* ¶ Sed nunc & hoe dicimus, vt si eum omnes [n] eligunt, & uis [o] eum concedere, Litteras [continued]

---

ne eorū paucitas reprehenderet. vnde cū ab initio nō fuerit cōsensus eorū legitimus, bene dicit Papa si perdurat. sic ‡.28.dist. de Syracusanæ. & 39.dist. Petrus. Sed vr. q non esset denuo requirēdus eorū cōsensus, vt ff. de ser. ru. præ. p fundum. sed illud non est simile: qa seruitus cōcedi potest separatim: sed electio debet esse cōis, vt hic dr, & eo. c. 1. sed cum Gratianus intelligat hoc. c. q consensus laicorū hic requirebat: quare ergo dicit subscripta relatione, cū laici non subscribant? Videt q subscribāt, vt 7. q. 1. eps de loco. & s. q. 6. si qs autem epatū. Itē subscriptio non est de electione, sed de solēnitate, vt 61. dis. eps.

a ¶ *Genuam*] Nota q vocant absentes á Mediolano vsque ad Genuam: sed non vsq; ad 12. dietas, vt extra de ele. cum inter. Quid de hoc iuris sit, dixi 7. q. 1. factus. extra de elec. in Genesi. — Absentes vnde vocantur ad electionem.

b ¶ *Barbarica.*] propter hoc verbū inducit magister cap. vt etiā cōsensus laicorū requiratur.

c ¶ *Perdurare.*] Arg. q non est consensus nisi duret, vt de pœ. dist. 1. diuort ū. extra de verb. sig. nam & ego. ff. de in rem ver. si pro patre. §. versum.

d ¶ *Assensu*] Hic habes q Papa confirmat electionē metropolitani, vt dixi s. cap. proximo.

P *Lebs.*] Casus. Vacāte ecclesia Diotrensi, electus est ibi q-dā a paucis & tenuib', ceteris discordātibus: cuius electionem Philippus & Geruntius visitatores illius ecclesiæ reprobauerūt: quod cū audisset Gelasius, præcepit visitatoribus vt omni turba clericorū & laicorum conuocata moneant eos tale p̄sonam eligere i prælatū, quæ non posset pati repulsam.

e ¶ *Et tenuibus*] id est, modicæ auctoritatis. & sic non tantum numerus, sed etiam auctoritas eligentiū consideratur. arg. 19. dist. in canonicis. Argu. contra extra de elect. dudum.

f ¶ *Ex omnibus*] Ergo in electione epi totus clerus ciuitatis interesse debet, vt hic, & ‡. eo. obeuntibus. & 8. q. 1. licet. sed verum est q interterunt ad consentiendū, non ad eligendum, vel intersunt si est consuetudo longa. extra de cau. pos. & propr. c. cum ecclesia. — Electioni episcopi qui debeant interesse.

g ¶ *Turbam.*] Hoc c & omnia quæ dicunt laicos vocari ad electionem, intelligit H. de patronis. Dic vt s. in prin. huius dist.

h ¶ *Admonentibus.*] Ergo patet hic, quod visitator non eligit, vt dixi 61. dist. obitum.

N *Osse.*] Casus. Defuncto Imolensi episcopo vota populi se diuiserunt in partes in electione successoris. Vnde præcipit Stephanus archiepiscopo Rauennati, vt clero & populo cōuocato monente eo talis in epm eligatur, cui nō possunt canones obuiare. Dicit etiam quòd clericorum est eligere: populi vero consentire. Sequens cap. patet.

i ¶ *Imolensem*] tamen tempore Stephani non erat Imola sedes epalis: sed iuxta, in castro sancti Cassiani; & sic hic est argumen. q non vitiat rescriptum, licet quis nominetur eps nō nomine cathedræ. sed hoc ideo fecit, quia locus ille celebrior erat. — Tempore imperatoris Friderici anoqui, & Othonis quarti eps Imolensis appellabat eps Cornelien. & vide contineri in priuilegio prædicti Othonis, quod est ipsius epi Imolensis. In ecclesia vocabat ecclesia Corneliēn. Archid.

k ¶ *Sæpe.*] ‡. eo cap. vlti. & ‡. 8. q. 1. nec nouum.

l ¶ *Clero & populo.*] hic nota verbum semel hic positum, æquiuoce poni. sic 28. dist. presbyterorum.

m ¶ *Episcopos per Æmiliam.*] Aemilia dicitur á Rauenna vsque ad Placentiam.

L *Itteras.*] Casus. Iulianus eps Grumentinus significauit Pelagio, q clerus & populus Marcellian. ecclesiæ postulabat in epm Latinum diaconum suum. Papa vero rescribit, q gaudet, si vult ipsum concedere. & deinde si potest electus occurrat ante pascha, vt & tunc in sabbato immediate post pascha ordinetur.

n ¶ *Omnes*] Hic colligitur, q omnes consentire debent in postulatione extranei, vt dixi s. 63. dist. nullus. & ideo dicit decre. q postulatio non admittit in discordia, vt extra de postul. præ. bonæ. quod tamen verum est secundum distinctionem eius quod legitur extra de electio scriptum est.

o ¶ *Et vis.*] Hic habes q clericus alterius epi est postulādus, vt 61. dist. §. sed aliud. & cap. Obus. & laicus etiam est postulādus, vt ibi dr: & illegitimus, vt extra de elec. innotuit. Item hic habes, q eps non cogitur dare postulatū, vt 85. dist. Florentinum. Nemo enim cogit emancipare filium suum, vt institut. q mo. ius pa. po. sol. §. vlti. Sed pone q eligatur talis clericus, & eps eius postea nō consentiat: numquid isti sunt priuati electione, quia elegerunt eum quem non poterant habere: vel numquid consensus illius a quo erat postulandus, confirmat electionem? argu. q non confirmat, extra eod. auditis. Argu. quòd sic, extra eo. quòd sicut. & extra de iure — Electio vel postulatio de clerico alterius subdito facta an valeat.

Idem si simpliciter eligatur, vt supra patet 76. dist. ... extra de elec. ... cum quid.

iure pa. cura pastoralis. Ad hoc dico, quod si eligitur in postulandum, bene tenet talis electio, vt extra de renun. post trāslationē. Vel dic, quod si elegerunt eo proposito, vt statim debeat tenere electio, non ratificatur per sequētem cōsensum illius à quo esset postulandus. Si vero sciebant electionem per se inualidam esse, sed sperabant, quod

erant curiales qui postulati fuerunt ab Imperatore. Nota quod ista tria seq. cap. s. Reatina. nobis. & lectis. de vno & eodem clerico loquūtur. s. Colono. & illud c. lectis. præcedit alia duo cap. & primo debet legi secundum naturam rei gestæ. Est ergo casus illius cap. lectis. Reatina ecclesia pastore destituta, Colonus diaconus ab omnibus vnanimiter est electus, pro quo ordinando, & cōsecrando Guido comes Stephano Papæ supplicauit. Stephanus vero noluit eū ordinare: quia imperialē epistolam absolutionis iuxta morem non detulerat. & ideo ne molestaretur imperialis animus: eius petitionē nō admisit, sed suadet comiti, vt acquirat epistolā imperialē, & tunc habita licētia iuxta eius voluntatem cōsecrabit.

gratum nobis esse cognosce; & si potest, ante diem sanctum festinet occurrere, vt vel sabbato ipso noctis magnæ post baptismū cum Dei gratia valeat ordinari.

Idem Laurentio episcopo Centumcellensi.

¶ Ex sacra[a] principis quis ordinatur. C. XV.

Ansel. 7. c. 94.

Principali[a] deuotissimorum militum, qui illic in ciuitate Cētumcellensi consistunt, relatione ad nos directa sacram insinuant se clementissimi principis[b] impetrasse, quæ eis presbyterum, diaconum, & subdiaconum fieri debere præcepit. Ideo hortamur dilectionem tuā, vt personas ipsas videas, & diligenter inquiras, ne aliquid contra canones commisisset; & si eos inculpabiles reppereris, & vitæ ipsorum laudabile testimonium videris, veniente mediana septimana[c] Paschæ, si Dominus voluerit, & si vixerimus[d], vnumquemque per officia, quæ prædiximus, non differas promouere.

al. hebdomada

a Ex sacra.] *Emendata est hæc rubrica, vt indicet illum, de quo agitur fuisse ad petitionem Imperatoris ordinatum: sacra enim epistolam Imperatoris significat.*

Item Leo quartus Lothario, & Ludouico Augustis.

¶ Papa rogat Augustos, vt Reatinam ecclesiam cuidam electo digentur concedere. C. XVI.

Reatina[e] ecclesia, quæ per tot temporum spatia pastoralibus curis destituta consistit; dignum est, vt brachio amplitudinis vestræ subleuetur, ac gubernationis regmine protegatur. Vnde salutationis alloquio præmisso vestram mansuetudinem deprecamur, quatenus Colono humili diacono eamdem ecclesiam ad regendum concedere dignemini; vt vestra licentia[f] accepta[g] ibidem eum, Deo adiuuante, consecrare valeamus episcopum. Sinautem in prædicta ecclesia noluerit[1], vt præficiatur episcopus, Tusculanam[2] ecclesiam, quæ viduata existit, illi vestra serenitas dignetur cōcedere, vt consecratus à nostro præsulatu Deo omnipotēti, vestroque imperio grates[h] peragere valeat.

1 al. voluerit
2 al. Asculanam

Item Rita Comitissa.

¶ Regio præcepto ab Apostolico Colonus Reatinæ ecclesiæ ordinatur episcopus. C. XVII.

Nobis[i] dominus Imperator[k], & imperatrix per suas epistolas direxerunt, vt Colonum Reatina ecclesia, quæ pastoris officio per longa iam tempora destituta videbatur, episcopum facere deberemus, sicut & fecimus.

Item Stephanus Guidoni Comiti.

quod Dominus Papa eam ratam haberet; tunc ratificatione Domini Papæ cōfirmatur. sic 9 q. 2. Lugdunensis. Similem distinctionē facit lex. ff de sol. si quis offerenti. Vel dic, quod non est inconueniens, si clericus alienus eligatur, quia talis primo debet eligi, & postea postulari, vt dixi 61. dist. §. sed aliud. Item obiicitur, cum clericus cōtradicente episcopo possit fieri Monachus, vt 19. q. 2. c. 1. ergo multo fortius potest promoueri ad episcopale regimē, cū ille transeat pro priuata vtilitate, iste pro communi, quæ præiudicat priuatæ. vt 7 q. 1. scias. & 8. q. 1. in scripturis. extra de postu. bonæ. 1. Respō. monachus transit ad locum deiectionis vbi nulla præsumitur ambitio: hic vero præsumitur ambitio ex eo, quod nolente epo vltro se ingerit, qui potius trahi deberet, vt 8. q. 1. sciendum[1], male tñ facit episcopus si eum absque iustitia negat, vt 7. q. 1. omnis q. & per superiorem cogi pōt. arg. extra de iure pat. nullus. principali.

Sic episcopus ... 1. q. 5. sicut. C. de epis. & cle. si quemquam. ... lo. & ... quod sequitur ... omnia ...

Principali.] CASVS. Milites Centūcellenses impetrarunt rescriptum à principe, in quo dabat eius licentiam, vt in ecclesia Centumcellensi ordinaretur vnus presbyter, & vnus diaconus, & subdiaconus; quod cum Papæ significassent, præcepit Laurentio epo, vt si personas illas inculpabiles inueniret, & bonæ vitæ, & laudabilis testimonij, adueniente mediana hebdomada vnūquēque per præfata officia promoueret. Et dicit H. quod ista 4. c. intelliguntur de ecclesijs in quibus Imperator habebat ius patronatus, vel isti

a Principali.] Ex c. isto & seq. dicit H. patronum debere eligere cum alijs in ecclesia cōuentuali. Alij dicunt quod ecclesia episcopalis nō habet patronum.

b Principis.] Sed quare petebatur istud ab Imperatore; quia forte isti curiales erant, vel forte patronus erat. Et ita est arg. quod patronus non tātum prælatum, sed etiam subdiaconū, & diaconum potest instituere. arg. 18. q. 2. Eleutherius. 16. q. 2. si quis episcoporum. in Auth. de san. epi. §. si quis oratorij domū. coll. 9. & extra de fil. presb. ex trāsmissa. dum tamen hoc fiat cū consensu prælati, vt extra eo. tit. propo suit. Sed verius credo hoc spectare ad ipsū prælatum, vt ipse possit ministros præficere, quos velit, vt extra de iure patro. postulasti[3]. Quid iuris habeat in electione patronus, dicit decre. extra de iure patro. nobis. B.

Patronus ministros instituere possit.

3 Istam sententiam sequitur Io. 16. q. 7. decernimus, vbi dicit, Nō credo quòd patronus debet eligere nisi prælatū vel interesse electioni nisi prælati. Arch.

c Mediana septimanæ.] scilicet cum cantatur. sitientes. Io.

d Si vixerimus.] si habes vixeritis, planū est. si habes vixerimus, est arg. quod mandatum & præceptum morte mādantis re integra soluitur. extra de offic. deleg. gratum. Io.

Reatina.] CASVS. Leo Papa præmisso salutationis alloquio rogauit Imperatorē Lotharīu, & Ludouicū, vt ecclesiā Reatinā dudum destitutam pastore concederet gubernandā Colono diacono; quod si nollet facere, cōcederet ei Tusculanā ecclesiā, quæ diu vacauit: vt consecratus Deo, & sibi gratias agere posset.

De hoc J. 13. q. 1. c. vlt. dic vt ibi.

e Reatina.] hoc ca. & duo seq. loquuntur in eadem materia.

f Licentia.] consensus principis est requirendus electione celebrata, ut extra de elec. quod sicut. nisi aliud suadeat scandalum. extra eo. quia vel præscripta cōsuetudo[1], vt extra de iure patro. nobis.

Principis cōsensus est electione celebrata requirendus.

g Accepta.] 16. q. 7. decernimus.

h Grates.] spirituales, non carnales. 1. q. 1. filium. hoc enim esset simonia, ut 1. q. 1. sunt nonnulli. & q. 2. sicut. Immo uidetur, quod non sit simonia, dummodo ex post facto mere sine aliqua ambitione petentis. 1. q. 2. sicut episcopum.

1 Idem necesse est S. eo. in summa. dic quod ius est gendi in collegiata ecclesia nō cadit in laicum. secus in parochia. 16. q. 7. in parochia. & q. 7. decernimus. Arch.

Nobis.] CASVS. In hoc cap. dicitur qualiter Imperator misit literas suas Papæ, in quibus dedit ei licentiā consecrādi dictum Colonum in ecclesia Reatina, quod & Papa fecit.

i Dominus Imperator.] ex humilitate hoc fecit, cum ipse sit filius ecclesiæ, ut 96. dist. si imperator.

a ^L^ *Ectis.*] ^q^ *Diu.*] id est, vltra tres menses, vt 50. dist. postquã. nisi causa necessitatis [1], vt 75. dist. quoniam. & 7. q. 1. constitutum. Et ita restringitur quandoque vaga significatio alicuius verbi, vt 63. dist. de persona.

^M^ *Etropolitano.*] CASVS. Dicitur hic, quod defuncto metropolitano omnes suffraganei debent ad eandem archiepiscopalem conuenire, vt omnium ciuium & clericorũ voluntate discussa, ex presbyteris vel diaconibus eiusdem ecclesiæ optimus ordinetur.

b ^q^ *Ad ciuitatem metropolim.*] ibi enim consecrandus est metropolitanus, vt 51. dist. qui in aliquo. Et est arg. hic quòd prouinciales episcopi intersũt electioni metropolitani [2], vt 3. eo. Valentinianus.

c ^q^ *Ex presbyteris.*] presbyterum præmittit: qui enim prior est in ordine, erit prior in electione [3]. 75. dist. ca. vlti. & 61. dist. statuimus. vnde hæc dictio, vel, non dat illis optionẽ sic vel sic eligendi, sed ordo verborum ostendit quo ordine debeant eligere. sic j. de consecr. dist. 2. in Christo 2. & optime hoc dicit. ff. ad Trebel. l. heredes. in fi.

d ^q^ *Vel diaconis.*] hodie ex subdiaconis potest eligi, extra de ætate & qualit. a multis.

e ^q^ *Optimus.*] si. in Authen. de monachis. §. ordinationem. coll. 1. Sed quis dicetur optimus? qui & principalem locum tenet. quod enim per superabundantiam dicitur, vni soli conuenit, vt ff. de verb. oblig. vbi aũt non apparet. 1. respon. ff. de ædil. edic. si venditor. §. vlt. Qualiter istud intelligatur, inuenies 8. q. 1. licet.

^S^ *I in plebibus.*] CASVS. Isidorus docet hic, quod ad officium archidiaconi pertinet, vt defuncto vel deposito archipresbytero alicuius loci archidiaconus illuc vadat, & a clero, & à populo faciat electionẽ fieri, & ipsam plebem regat donec archipresbyter ibi ordinetur.

f ^q^ *Proficiscatur.*] speciali auctoritate episcopi, alias non liceret [4], vt extra de offic. archid. cum satis. nisi hoc habeat de consuetudine præscripta & sic intelligo extra de excel. prælat. ad hoc. & extra de app. bonæ & extra de institu. cum venissent. Quid tamẽ de hoc iuris sit, dixi 25. dist. perlectis.

^A^ *Gatho.*] CASVS. Consuetudo erat, quod electio Papæ subscripta repræsentaretur Imperatori Constantinopoli. & tunc temporis electus dabat quandam summam pecuniæ Imperatori, ad quam summã releuandam misit Agatho Ioannem epm Portuen. Constantinopolim, qui in octaua Paschę in ecclesia sanctæ Sophię latine Missam coram Patriarcha & principe celebrauit, & ad sua postulationem accepit imperiale rescriptũ, per quod solita quantitas est ei relaxata: ita tamen vt electio pontificis Imperatori semper repræsentaretur, vt cum Imperatoris conscientia, & iussione pontificis ordinatio deberet prosperè fieri: sicut factũ fuit de Vitaliano, cuius electio fuit pñtata ipsis princip. sicut cõsuetudo erat. Quæ

g ^q^ *Quæ solita.*] Quilibet enim episcopus dare consueuit aliquid Imperatori in electione sua, vt j. ea. quia. dummodo reditus episcopales excederent duas libras auri, vt in Authen. de sanct. episcopis §. 4. & forte tunc cum mos erat, crimen non erat [5], vt 32. quæ. 4. obiiciuntur. Sed nonne Imperator committit simoniam relaxando illud ius sub hac conditione, vt consensus eius requiratur in electione? Sed dic, quòd non, quia prius vtrumque ius habuit, & vno modo alterum potuit [6] remittere. ideo autem petiit à Papa hanc consuetudinem tolli, quia continebat speciem mali, vt 1. quæst. 1. emendari.

Hadria

[1] Ad hoc supra 61. distin. Omnis. & c. bene. & ibi de hoc. extra de elec. nuper ecclesia.

[2] Facit ad hoc 63. dist. cap. 2.

[3] Id est, vt prius eligatur. arg. ad hoc 64. dist. episcoporum secundum Lau.

Quod per superabundantiam dicitur, vni soli cõuenit.

[4] Arg. supr. 94. dist. cap. vlt. in fi. decre. hic alleg. cum satis. non probat, quoniã loquitur in commissione curæ animarum. hoc autẽ c. si in plebibus, loquitur de custodia vacantis ecclesiæ, quod dic vt no. 16. q. 7. c. nullus. Archid.

[5] Ad hoc facit quod not. in § ... c. 3. ... quæ.

[6] Ad hoc adde ... de re... ... ...

¶ Imperatoris epistola in electionis confirmatione desideratur. C. XVIII.

S. Antonin. parte 2. tit. 16. c. 1. §. 1.

^L^ Ectis sagacitatis vestræ apicibus, qui defuncto ecclesiæ Reatinæ antistite, clerum & plebem eiusdem ecclesiæ elegisse sibi futurũ antistitem, nobisque cõsecrandum vestro studio directum esse, ne ipsa ecclesia diu [a] sine proprio constet pastore, fatebantur; nos de obitu prioris dolentes, nunc ipsum electũ vnanimitate †, & canonica ipsius ecclesiæ electione, vt mandastis, tam citissime ordinare omisimus, quòd imperialem nobis, vt mos est, absolutionis minime detulit epistolam. Pro qua scilicet re ambiguum est nobis: ideo voluntati vestræ in hoc parere distulimus; ne augustalis animus durissime hoc, quocumque modo perciperet. Sed scientes ecclesiam Dei sine proprio diu pastore non debere consistere, gloriæ vestræ mandamus, quoniam aliter nos agere non debuimus, vt vestra † solertia, imperiali, vt prisca consuetudo dictat, percepta licentia, & nobis, quemadmodum vos scire credimus, imperatoria directa epistola tunc voluntati vestræ de hoc parebimus, eumdemque electum, Domino adiuuante, consecrabimus: quod, charissime fili, moleste nullo modo suscipias.

† al. vnanimi

† al. vt à vestra

Item Leo Papa primus ad Anastasium Thessalonicensem episcopum, epist. 82. al. 84. c. 6.

¶ Clericorum, & ciuium volontate metropolitanus est ordinandus. C. XIX.

Anselm. l. 6. c. 19. al. 15. Iuo p. 5. c. 348. Deusdedit p. 1.

^M^ Etropolitano defuncto, cum in loco eius alius fuerit subrogandus, prouinciales episcopi ad ciuitatẽ metropolim † [b] conuenire debebunt, vt omnium clericorum, atque ciuium voluntate discussa ex presbyteris [c] eiusdẽ ecclesiæ, vel diaconis [d] optimus [e] ordinetur.

† al. metropolitanam

Item Isidorus in lib. officiorum.

¶ Cum clero, & populo archipresbyteri fiat electio. C. XX.

^S^ I in plebibus archipresbyteri obierint, aut pro aliquo reatu exinde eiecti fuerint, archidiaconus, quanto ocius proficiscatur [f] illuc, & cum clericis, & populis † ipsius plebis electionẽ faciat, quatenus dignus pastor domui Dei constituatur, & dum ordinatur, eius prouidentia ipsa plebs custodiatur.

al. presbyteris

Item ex gestis Romanorum Pontificum.

¶ Electus in Romanum Pontificem non ordinetur, nisi eius decretum Imperatori primum præsentetur. C. XXI.

In Põtificali Vaticano. in decretis Agathonis, & Tomo. 2. cõc. in decretis eiusdem.

^A^ Gatho natione Siculus, cuius legatione fungens Ioannes episcopus Portuensis Dominico die octauarum Paschæ in ecclesia sanctæ Sophiæ publicas Missas coram principe, & patriarcha latine celebrauit, hic suscepit diualem † secundum suam postulationem, per quã releuata est quantitas, quæ solita [g] erat dari pro ordinatione pontificis facienda †; sic tamen vt si cõtigerit post eius transitum electionem fieri, non debeat ordinari, qui electus fuerit, nisi prius decretum generale introducatur in regiam † vrbem secundum antiquam cõsuetudinem, vt cum eius scientia, & iussione debeat ordinatio prouenire †. ¶ Item Vitalianus natione Signiensis direxit responsales suos cum synodica epistola iuxta consuetudinem in regiam vrbem ad pijssimos principes significans de ordinatione sua.

† iussionẽ] orig.

† al. faciendæ

† al. regia vrbe

† al. prosperare

Io Põtific. in gestis Vitaliani Papæ.

Hadrianus.] Desiderius rex morabatur Papiæ, qui totam Italiam stimulauit: propter quem repellendum Hadrianus Papa fecit Carolum venire: qui Papiæ dimisso exercitu, Romam iuit: ibique honorifice receptus, Papiam rediit: et tandiu eam obsedit, donec Desiderium regem cepit. Deinde Romam reuersus, synodum congregauit: vbi Hadrianus cum centum quinquagintatribus episcopis dedit Carolo potestatem eligendi Papam, et ordinandi sedem apostolicam, et confirmandi omnes episcopos et archiepiscopos per prouincias: et quicumque contra hoc priuilegium veniret, anathema esset: et nisi resipisceret, bona eius publicari præcepit.

d Publicari.] Hic ecclesia publicat bona laicorum. et quandoque deponit laicos a dignitatibus. 32. q. 5. præceptorum. in fi. Vel dic quod hic docet ecclesia quid fieri debeat. sic 24. q. 3. de illicita. et 5. q. vlt. delatori.

Item ex historia ecclesiastica.

¶ Imperator ius habet eligendi Pontificem. C. XXII.

Pann. l. 8. c. 134.

HAdrianus Papa Romam venire Carolum regem ad defendendas a res ecclesiæ postulauit. Carolus vero Romam veniens Papiam obsedit: ibique relicto exercitu in sancta resurrectione ab Hadriano Papa Romæ honorifice susceptus est. Post sanctam vero resurrectionem reuersus Papiam cepit Desiderium regem: deinde Romam reuersus constituit ibi synodum cum Hadriano Papa in patriarchio Lateranensi in ecclesia sancti Saluatoris: quæ synodus celebrata est a CLIII. episcopis religiosis, et abbatibus. Hadrianus autem Papa cum vniuersa synodo tradiderunt Carolo ius, et potestatem eligendi Pontificem, et ordinandi Apostolicam sedem. Dignitatem quoque patriciatus b ei concesserunt. Insuper archiepiscopos, et episcopos per singulas c prouincias ab eo inuestituram accipere diffiniuit: et vt nisi a rege laudetur, et inuestiatur, episcopus a nemine consecretur: et quicumque contra hoc decretum ageret, anathematis vinculo eum innodauit, et nisi resipisceret, bona eius publicari d præcepit.

Item Leo Papa.

¶ Electio Romani Pontificis ad ius pertinet Imperatoris. C. XXIII.

Pann. l. 8. c. 136.

IN synodo a congregata Romæ in ecclesia sancti Saluatoris. Ad exemplum beati Hadriani Apostolicæ sedis antistitis, qui domino Carolo victoriosissimo regi Francorum, et Longobardorum, Patriciatus dignitatem, ac ordinationem Apostolicæ sedis, et inuestituram episcoporum concessit: ego quoque Leo episcopus seruus seruorum Dei, cum toto clero, ac Romano populo constituimus, et confirmamus e, et corroboramus, et per nostram Apostolicam auctoritatem concedimus, atque largimur domino Othoni primo f regi Teutonicorum, eiusque successoribus huius regni Italiæ in perpetuum facultatem eligendi successorem g, atque summæ sedis Apostolicæ Pontificem ordinandi, ac per hoc h archiepiscopos, seu episcopos, vt ipsi ab eo inuestituram accipiant, et consecrationem, vnde debent, exceptis his, quos Imperator Pontificibus, et archiepiscopis concessit i: et vt nemo deinceps cuiusque dignitatis, vel religiositatis eligendi vel patricium, vel Pontificem summæ sedis Apostolicæ, aut quemcumque episcopum ordinandi habeat facultatem absque consensu ipsius Imperatoris (quod tamen fiat absque omni pecunia) et vt ipse sit patricius k, et rex. Quod si a clero, et populo quis eligatur episcopus, nisi a supradicto rege laudetur, et inuestiatur, non consecretur. Si quis contra hanc regulam, et Apostolicam l auctoritatem aliquid moliretur, hunc excommunicationi subiacere decernimus: et nisi resipuerit, irreuocabili exilio m puniri, vel vltimis suppliciis affici n.

a In synodo.] *Initium huius capitis videtur esse illud: Ad exemplum, &c. verba autem, quæ antecedunt, ipsa quoque pertinere ad titulum, vt integer titulus ita habeat.* Leo Papa in synodo congregata Romæ in ecclesia sancti Saluatoris. *Est autem Leo octauus, de quo multa scribit Luitprandus in fine libri sexti. & S. Antoninus par. 2. tit. 16. c. 1. §.*

a Defendendas.] ad hoc teneri omnes principes, vt 23. q. 5. principes. et si nollent eam defendere, possunt excommunicari. 23. q. 5. administratores. Ioan.

b Patriciatus.] vt puniret crimina, et secundum hoc potest intelligi. 2. q. 6. omnis oppressus. Et ita iudex ecclesiasticus alii potest committere causam sanguinis. Vel intellige quod est aduocatus Romæ, vt extra de elect. venerabilem.

c Per singulas.] ergo in Francia et in Hispania. vnus est enim Imperator, vt 7. q. 1. in apibus. quod concedo nisi probant se exemptos ab imperatore, vt 23. q. 8. §. ecce. vnde adhuc de capite suo dabit tributum Imperatori omnes, cum non probent se exemptos ab imperatore, vt ff. de censi. l. vlt. si enim dicunt se non subesse Romano imperio, per consequens dicunt se non habere aliquid proprii, vt ¶. dist. 8. quo iure. Quod si fateantur, ergo Imperatorem esse dominum mundi, vt ff. ad legem Rhod. deprecatio. Obstat, quod Reges Hispaniæ cum non subessent imperio, regnum ab hostium faucibus eruerunt.

e Confirmamus.] Arg. quod idem potest dare et confirmare. 23. dist. in nomine. extra de elec. cum inter. Arg. contra extra de transla. c. inter dilectos. dic quod non potest eodem respectu, sed diuersis, vt in d. c. cum inter. et ff. de iuri. om. iud. et quod quandoque etiam dicitur dare, id est, datum ostendere. vt 23. q. 5. §. hinc notandum. ff. de testa. heredes. §. si quid.

f Primo.] non dicas primo regi, sed primo Othoni, id est, ante quem nullus alius fuit. sic extra de verbo. signi. Ioseph. et ff. de verbo. signi. proximus.

g Successorem.] Hoc speciale fuit, vt in 8. q. 1. Moyses. sic 7. q. 1. petisti. hic patet quod maximam habet potestatem Papa circa imperium. Sed dic quod tantum in Italia permittit ei facere successorem.

h At per hoc.] quasi dicat: ex quo in Romana ecclesia hoc permittit: ergo et in minoribus. et est arg. quod idem iuris est in membris, quod in capite, vt 16. q. 2. cap. 1. 12. q. 2. cognouimus. et q. 1. præcipimus. et 2. q. 3. si quis episcopus. 24. q. 1. rogamus.

i Concessit.] videtur ergo quod imperator possit dare priuilegium libertatis, vt extra de restitu. in integrum. ad audientiam.

k Sit patricius.] et sic Papa dat hic gradum potestatem: cuius tamen exercitium ipse non habet. Io. extra de electio. suffraganeis. B.

l Apostolicam.] Sed numquid Papa posset ei potestatem dare, vt deponeret ipsum? sic in hæresi et de consensu Cardinalium: immo in omnibus se potest subiicere ei, vt 2. q. 7. nos si.

m Exilio.] not. ecclesiam posse aliquem mittere in exilium, vt 3. q. 4. illi qui.

n Affici.] Cum hæc priuilegia fuerint omnibus successoribus data, quare non vtuntur eis? Respon. quia Imperatores eis renunciauerunt, vt ¶ ead. tibi. Item quia per abusum ea perdiderunt, vt ¶ ead. §. verum. Item quia ex causa fuerant eis concessa. vnde cessante causa, ipsa cessauerunt, vt 1. q. 7. quod pro remedio. Nec obstat quod hic dicitur de successoribus: quia hoc intelligendum est de illis successoribus, qui hoc impetrare possunt, vt 23. dist. in nomine.

O 4 alio-

Item Gregorius lib. 4. reg. epist. 34. seu cap. 72. ad Constantiã Augustam.

¶ Praecepto principum, Maximo remittitur, quòd absque auctoritate Apostolica ordinatur. C. XXIIII.

Poly. l. 1. tit. 5.

SAlonitanæ ciuitatis episcopus me, ac responsali meo nesciente, ordinatus est: & facta res est, quæ sub nullis anterioribus principibus euenit. Quod ego audiens, ad eumdem præuaricatorem, qui inordinate ordinatus est, protinus misi, vt omnino Missarum solennia celebrare nullo modo præsumeret, nisi prius à serenissimis dominis cognoscerem, si hoc fieri ipsi iussissent [a]. Quod ei sub excommunicationis [b] interpositione mandaui. Qui † contempto me, atque despecto, in audaciam quorumdam secularium hominum, quibus, denudata sua ecclesia, præmia multa præbere dicitur, nunc vsque Missas facere præsumit, atque ad me venire secundum iussionem dominorum noluit. Ego autem præceptioni pietatis eorum obediens [c], eidem Maximo, qui me nesciente ordinatus est, hoc, quòd in ordinatione sua me, vel responsalem meũ prætermittere præsumpsit, ita ex corde laxaui [d], ac si me [e] auctore fuisset ordinatus. Alia vero peruersa illius, scilicet mala corporalia, quæ cognoui [f], vel quia eum pecunijs est electus, vel quia excommunicatus Missas facere præsumpsit, propter Deum irrequisita relinquere non possum. *& infra.* ¶ Et si ad me diu venire distulerit, in eo exercere districtionem canonicam nullo modo cessabo.

† al. &] orig.

Item ex concilio Toletano 12. c. 6.

¶ In electione episcoporum, principis desideratur assensus. C. XXV.

CVm † longe lateque diffuso tractu terrarum, commeantium impeditur celeritas nuntiorum, quo aut nõ queat regis auribus decedentis præsulis transitus innotesci, aut de successore morientis episcopi libera principis electio præstolari; nascitur sæpe, & nostro ordini de relatione talium difficultas, & regiæ potestati [g], dum consultum nostrũ pro subrogandis pontificibus sustinet innumerosa † necessitas. Vnde placuit omnibus pontificibus Hispaniæ, atque Galliciæ † [h], vt saluo priuilegio [i] vniuscuiusque prouinciæ, licitũ maneat [k] deinceps Toletano pontifici, quoscumq; regalis potestas elegerit, & iã dicti Toletani episcopi iudiciũ dignos esse probauerit, in quibuslibet prouincijs & in præcedentium sedibus præficere præsules, & decedentibus episcopis [l] eligere successores: sic tamen, vt quisquis ille fuerit ordinatus, post ordinationis suæ tempus infra [m] trium mensium spatium proprij metropolitani præsentiam uisurus accedat.

† Dum] orig. in quo hæc oratio pendet ab alio principio.

† al. iniuriosa

† al. Gallia

SAlonitanæ.] CASVS. Maximus dicebatur in quattuor deliquisse. Primo, q͂a per simoniam archiepatum Salonitanæ ciuitatis acquisierat. Secundo, q͂a ordinatus fuerat Papa irrequisito, vel eius responsali. Tertio, quia cõ excõicationem à Papa latam sub cõditione si diuina celebraret, eo q͂ sic fuerat ordinatus, Missas cantare p̃sumpsit audacia quorũdam sæcularium, quibus multa præmia, sua ecclesia spoliata, dare dicebatur. Quarto, q͂ fornicationis vitio laborabat. Sed ad preces principum Constantinopolitanæ ciuitatis ratã habuit eius ordinationẽ. Alia vero mala illius indiscussa relinquere noluit: ideoq; præcepit sibi, vt Romã venire nõ differret: & si non veneret, districtione canonica ferietur.

a ¶ *Iussissent.*] Argu. q͂ auctoritas maioris excusat [a], vt 14. q. 5. dixit. 28. dist. diaconi. 23. q. 5. miles. Arg. cõ 11. q. 3. quicumque. & 16. q. 1. in canonibus. Ioan. Sol. in malo nulli est obediendum: nec aliquis excusatur, vt 11. q. 3. si dominus. B.

b ¶ *Sub excommunicatione.*] Ex hoc vr̃ q͂ per talia verba fiat excõicatio: cum sic dr̃, præcipio tibi hoc sub poena excommunicationis. Et est arg. ad idem extra de eo qui ord. fur. rece. c. 1. Arg. cõ extra de iure patro. relatum. in fi. & de sagittarijs. cap. vno. vbi de hoc. H. dicit q͂ si talis ꝓhibitio fiat a canone, non fit excõicatio per illa verba, vt 30. dist. per totum. secus si ab homine [b]: q͂a canõ mitius agit quam homo, vt 26. q. 7. alligant & ff. de arbi. Celsus. Alij dicunt, q͂ refert an diffiniendo illa verba proferantur, vt tunc per ea fiat excõicatio, an constituendo ius: & tunc non fiat excõicatio per illa verba. Sed hæc veritas est, q͂ illa verba non habent vim sententiæ, sed tantũ comminationis, vt C. cõmina. epistolas, per totũ. Hoc autem scias, q͂ sub conditione potest quis excõicari: & taliter hic intelligo latam sententiã: vnde existente conditione ligat excõicatio, & non prius: & tñ a tali excõicatione potest appellari: licet H. cõtrium scripserit, vt extra de appel. præterea 2. & hoc ideo, quia excõicatio tunc non trahit secum suam executionem: quia non cedit, nec venit dies ante existentem conditionem, vt ff. de verb. signi. cedere. Sed quid si excõicans moritur priusquàm exstat conditio? tunc dico excõicatum q̃n extat conditio [c] & ita aliquis excõicatur a mortuo [d]. Verum autem conditione existente intelligatur retro fuisse excõicatus, per id quod legitur. ff. qui pot. in pigno. hab. l. potior. & ff. de manumis. test. Neratius. Vel tantum à tẽpore conditionis excõicatus, per id quod est. ff. de ædil. edi. bouem. §. si sub conditione. disputationi relinquo. Ioan. Ego credo q͂ à die existentis conditionis per decre. illam, præterea. extra de ap. B.

c ¶ *Obediens.*] hoc dicit ex humilitate, q͂a ei p̃cipere nõ poterãt. H.

d ¶ *Laxaui.*] Nota epm̃ remittere posse quæ ad ipsum spectãt, nõ q̃ ad Deũ [e]: arg. 23. q. 4. si is q̃ p̃latus. Sed nonne quæ fiũt in p̃sonã epi, vel alterius p̃lati, fiunt in contemptũ ecclesiæ, & ideo in Deũ? vtiq; sed principaliter i p̃latũ. 5. dis. 45. & q̃ emẽdat. & 23. q. 4. iter.

e ¶ *Ac si me.*] Arg. q͂ ratihabitio sequens facit aliquid legitimum, quod ab initio factum fuit illegitime. extra de iure patro. cum. 18. q. 2. de monachis. 9. q. 2. Lugdunen.

f ¶ *Cognoui.*] per auditum. 2. q. 5. quanto. 24. q. 5. hoc videtur. non unquam iudex. 2. q. 1. §. quando.

CVm longe.] CASVS. Consuetudo erat in Hispania, q͂ quoties moriebatur eps̃, omnes epi comprouinciales congregabant, vt Regi de obitu præsulis significarẽt. Sed quia quandoq; nũtiorum impediebatur celeritas, ita q͂ sine magno incommodo electio principis non valebat expectari: & si recederẽt, oportebat eos iterũ conuenire ad consecrationẽ electi: & sic eis difficultas maxima incumbebat: similiter & Regi imminebat difficultas, cũ alijs negotijs impeditus non posset tam cito consulto eporum rñdere: quod consultum numerosa necessitas expectabat: ideo placuit omnibus epis Hispaniæ, vt archieps̃ Toletanus haberet potestatẽ confirmandi & ordinandi in quibuslibet prouincijs epos: quos regalis potestas eligat saluo priuilegio cuiuslibet prouinciæ: ita tamen vt quicumque fuerit ordinatus, post suam ordinationem intra spatiũ trium mensium proprio archiepiscopo se præsentet.

g ¶ *Potestati.*] nihil tamen hic Regi subtrahitur: quia sicut prius eligebat, ita & modo post priuilegium Toletano episcopo concessum. B.

h ¶ *Atque Galliciæ.*] connumerat hic Galliciam Hispaniæ, cũ tñ sit pars eius: & ita pars connumerat suo toti. sic j. eod. ego. & C. de excusatio. tuto. exactores. vbi dicitur, oneribus & tutelis.

ADDITIO Cum tamen omnis tutela sit onus. & ita ius non respicit talem connumerationem. Vel locus est sicut loquuntur peregrini. vel non est pars eius, secundum Lau.

i ¶ *Priuilegio.*] id est, iure. sic 9. q. 3. saluo [f]. ff. quib. mod. pig. vel hypo. sol. si debitor. §. 1. potius ergo onus quàm ius primatiæ concessum fuit huic Toletano epo. cum enim Rex eligeret olim de consilio omnium episcoporum, hoc consilium conceditur ei hic.

k ¶ *Maneat.*] Argu. propter loci & temporis difficultatem electionem fieri a quo non debeat: sic extra de iure patro. si vero. & 24. q. 1. pudenda. 93. dist. iuxta.

l ¶ *Episcopis eligere.*] id est, à Rege electos consecrare & cõfirmare.

m ¶ *Infra.*] infra dist. 93 iuxta. extra de iure patro. si vero. j. 65. dist. si quis contra. sed non est contra [g].

[a] Etiam in aliis moribus quo ad quis, vt no. 86. dist. in ipsius.

Obediendum nõ est alicui in malo.

Excommunicationem faciunt hæc verba: præcipio sub poena excõmunicationis.

[b] Quia tunc est ligatus, vt hic & extra de appel. præterea. & de eo qui fur. ordi. sine c. 1. secundũ Lau. qui hic loquitur hanc similitudinem Ho.

Excommunicari potest quis sub conditione.

Excommunicatus à mortuo.

[d] Arg. extra 27. q. 1. cap. 1. in prin.

Episcopus an possit iniuriam sibi factam remittere.

[e] Adde ad hanc glos. tex. in l. si quis in hoc. ad leg. Auth. C. de sacr. epis.

[f] Et sic nota, q͂ consensit aliqd saluo iure suo.

[g] Sed imo potius concordat, cum hic dicat, intra trium mensium, &c. ibi duobus mensibus impleri, quod idẽ est. sm̃ Ioan.

ELECTIO-

ELECTIONES. CASVS. Iste §. respicit proximũ cap. cum longe. Non solum in Hispania eligebantur episcopi per Reges, sed etiam electiones summorũ pontificũ & episcoporũ quondã Imperatoribus repræsentabantur: sicut factũ est de Ambro. & Grego. Vnde apparet laicos ab electione non esse excludẽdos. Hac vero

d ¶ *Ciuium.*] non rusticorum extra ciuitatem consistentium.
e ¶ *Honoratorũ.*] s. maiorũ de populo, & clero. s. ea. Hadrian⁹, in fi.
f ¶ *Arbitrium.*] s. dist. 23. cap. 1. 24. dist. c. nullus.
g ¶ *In ordinationibus.*] idest, electionibus.
h ¶ *Ordinis consensus.*] quia dicitur ordo cerdonum, pelliparioʀũ, vel alterius corporis.

Electiones quoque summorum Pontificum, atque aliorum infra præsulum quondam Imperatoribus repræsentabantur: sicut de electione beati Ambrosij, & beati Gregorij ᵃ legitur. Quibus exemplis, & præmissis auctoritatibus liquido colligitur, laicos non esse excludendos ab electione, neque principes reijciendos ab ordinatione ecclesiarum. Sed quòd populus iubetur electioni interesse; non præcipitur aduocari ad electionem faciendam, sed ad consensum electioni adhibendam. Sacerdotum enim (ut in fine superioris capituli Stephani ᵇ Papæ legitur) est electio: & fidelis populi est humiliter consentire. Desiderium ergo plebis requiritur, ut clericorum electioni concordet. Tunc enim in ecclesia Dei rite præficietur antistes; cum populus pariter in eum acclamauerit, quem clerus communi voto elegerit. Vnde Cælestinus Papa ait ad episcopos Galliæ, epist. 2. c. 5.

s. ead. c. nosse.

¶ Plebis non est eligere, sed electioni consentire. C. XXVI.

s. di. 61. c. null⁹. Poly. l. 2. tit. 1. & ceteri, vt s.

CLeri, plebis, & ordinis consensus, & desiderium requiratur.

Item Leo primus ad episcopos Viennensis prouinciæ, epist. 87. al. 89. [sed paulo aliter, & copiosius.]

¶ De eodem. C. XXVII.

VOta ᶜ ciuium ᵈ, testimonia populorum, honoratorum ᵉ arbitriũ ᶠ, electio clericorum in ordinationibus ᵍ sacerdotum expectantur. *& infra.* ¶ Per pacem, & quietẽ sacerdotes, qui præfuturi sunt, postulentur: teneatur subscriptio clericorum; honoratorum testimonium, ordinis consensus ʰ, & plebis ⁱ.

Principibus vero, atque Imperatoribus electiones Romanorum Pontificum, atque aliorum episcoporum referendas vsus, & constitutio tradidit pro schismaticorum, atque hæreticorum dissensionibus; quibus nonnumquã ecclesia Dei concussa periclitabatur: Contra quos legibus ᵏ fidelissimorum Imperatorum frequenter ecclesia munita legitur. ¶ Repræsentabatur ergo electio Pontificum catholicorum principibus, vt eorum auctoritate roborata nullus hæreticorum, vel schismaticorum auderet contraire, & vt ipsi principes tamquam deuotissimi filij in eum consentirent, quem sibi in patrem eligi viderent, vt ei in omnibus suffragatores existerent; sicut Valentinianus beato Ambrosio supra legitur dixisse [Noli timere, quia & Deus, qui te elegit, semper te adiuuabit, & ego adiutor, & defensor tuus, vt meũ ordinem decet, semper existam.] Vnde Stephanus Papa statuit, dicens.

s. c. Valentinianus.

¶ Præsentibus legatis Imperatoris ordinetur Pontifex Romanus. C. XXVIII.

Integrũ cõcilium habetur apud Sigoniũ, lib. 6. de regno Italiæ. Pann. l. 3. c. 1. S. Stephanus Papa.

QVia sancta Romana Ecclesia, cui, auctore Deo, præsidemus, à pluribus patitur violentias, Pontifice obeunte; quæ ob hoc inferuntur, quia absque Imperiali notitia Pontificis fit consecratio; nec canonico ritu, & consuetudine ab Imperatore directi intersunt nuntij, qui scandala fieri vetent: volumus, vt cum instituendus est Pontifex, conuenientibus episcopis, & vniuerso clero eligatur præsente ˡ senatu, & populo, qui ordinandus est; & sic ab omnibus electus præsentibus legatis imperialibus consecretur; nullusque sine periculo sui iuramenta ᵐ, vel promissiones aliquas noua adinuentione audeat extorquere; nisi quæ antiqua exigit consuetudo ⁿ; ne vel ecclesia scandalizetur, & imperialis honorificentia minuatur.

i ¶ *Et plebis.*] nomine plebis censentur illi, qui nõ sunt collecti ad aliquod corpus, faciẽdum: de quo corpore habes ff. quod cuiusq; vniuer. l. 1. & ẽ ad hoc bonum simile. C. de episco. aud. l. iubemus.

Plebis nomine qui censentur.

De hoc la. & not. extra de excess. prala. dilecta. & per Inno. extra de offi. or. cum ab ecclesiarum. Archid.

PRINCIPIBVS. Hæc est tertia pars huius dist. in qua reddit rationem, quare vocabãtur principes ad electiones. Archidia.

CASVS. Hic duplex ratio redditur, quare quõdã Regibus & Imperatoribus electiones repræsentabantur: scilicet vt nullus hæreticorũ & schismaticorum electioni cõtrauenires, pro quibus sępe ecclesia periclitabatur: & vt ipsi principes tãquã filij deuotissimi consentirent in electũ, quẽ sibi viderent in patrẽ eligi: sicut de Ambro. fecit Valentinianus. Et quod principes interessẽt propter hæreticos & schismaticos, probat per sequens capitulum.

k ¶ *Legibus.*] 23. q. 7. cap. 1. & 2. & dist. 8. quo iure.

QVia.] CASVS. Romana ecclesia sæpe patiebatur molestias in obitu Papæ, & i electiõe successoris: quia nũtij Imperatoris defuerãt: ideo statuit Stephanus, quod electio Papæ nõ fieret nisi præsẽte populo, & senatu, & Imperatore, vel eius legatis: vt scãdala remoueantur, & eis præsẽtibus cõsecretur: & null⁹ audeat extorquere iuramẽta vel promissiones, nisi quæ fuerint de antiqua cõsuetudine.

l ¶ *Præsente.*] infra 79. dist. nullus.

m ¶ *Iuramenta.*] videtur ergo, quòd ante electionem non sit præstãdum iuramentũ de indẽnitate ecclesiæ, vt præsumetur eum hęc ideo facere vt eligeretur. Dicunt tamen quidam, quod si est consuetudo, quòd præstetur, præstari potest: & sic intelligunt quod dicitur hic in fi. Quid tamen iuris sit de hoc, habes 8. q. 3. in summa.

Iurandũ ne est de indemnitate ecclesiæ ante electionem.

vero cõtrarietatẽ soluit Gratianus, dicens quod laici nõ debẽt vocari ad electionẽ faciendã, sed ad præbendũ electioni consensum. Nã clericorũ est eligere, & populi consentire: sicut supra in cap. nosse. in fi. Et quod laici vocẽtur ad electionẽ nõ vt eligãt, sed vt cõsentiant electioni, probat per duo sequentia capitula, quorũ primum patet.

a ¶ *Et beati Gregorij.*] non in hoc volumine, nisi arg. s. ea. Agatho.

b ¶ *Stephani.*] s. ead. dist. nosse.

VOta.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quæ debeant in electione concurrere, scilicet conniuentia & consensus ciuium, bona fama populi, maiorum laicorum arbitriũ & voluntas, & electio clericorum, & subscriptio.

c ¶ *Vota.*] idest, conniuentia & consensus, vt s. dist. 24. episcopus. 8. q. 3. Artaldus. & s. 28. dist. de Syracusanæ.

n ¶ *Consuetudo.*] Per hoc videtur, quod in spiritualibus seruanda sit consuetudo in recipiendis muneribus; vt s. eod. Agatho. & in auth. de sanct. episco. §. 4. coll. 9. & 1. q. 3. quæsitũ. & 9. q. 3. conquestus. & extra de simo. ad apostolicam. Argu. contra extra de simon. cum in ecclesiæ. & cap. sicut. Ad hoc dicunt quidam, quòd licitum est aliquid petere in spiritualibus, sed non pro spiritualibus, vt non petatur pro consecratione, sed pro consuetudine. Vel dic quod si consuetudo illa pietatem continet, non potest peti: tamen superior

Consuetudo an possit inducere, vt aliquid recipiatur in spiritualibus.

Quia hoc asserunt ponunt. Ioh. B. & Host. extra de simon. tub. & facit ad hoc quòd consuetudo fuit nõ delictũ, quod aliter esset delictũ, 1. q. 4. obijciuntur. Ad idem habes arg. opt. extra de rep. or. d. c. 1. Vin vedeas. Archid.

superior cogere potest, vt seruetur talis consuetudo, vt dicit illa constitutio, ad apostolicam. H. tamen dicit, quod illud refertur ad legatos Imperatoris, vt nõ aliud Romana ecclesia petat ab eis, quam ipsi soliti sunt facere, scilicet vt Papa non cogat eos aliud iurare, aut facere Papæ, quam iuramentũ fidelitatis, qđ Imperator cõsueuit præstare, vt j. ead. tibi. & hoc indicat illud verbũ, minuatur.

eorum, sed ad cautelam futuri temporis, omnem indignationem medullitus sedauerũt, & accesserũt humiliter ad salutãdũ electũ. e ¶ *Traheretur.*] Debet enim ire quasi inuitus, vt arg. 1.q.6. sicut: 11. C. de episc. & cle. si quẽquã. sic enim appellantur quasi proprio nomine: & quia portatus Papa in manibus, ne offendat ad lapidẽ. Tem-

4 *Verum, quia Imperatores quandoque modum suum ignorantes; non in numero consentientium, sed primi distribuentium, immo exterminantium esse voluerunt; frequenter etiam in hæreticorum perfidiam prolapsi catholica matris ecclesiæ vnitatem impugnare conati sunt; idea sanctorum Patrum statuta aduersus eas prodierunt, vt semet electioni non insererent; & quisquis eorum suffragio ecclesiam obtineret, anathematis vinculo innodaretur: sicut scriptura quoque diuina dicit, quòd Ezechias dissipauit excelsa* [a]*, & contriuit statuas, & succidit lucos, & fregit serpentem æneum, quem fecit Moyses; videlicet, quia illum serpentem Deus fieri iusserat, ne serpentina morte populus interiret; ideo* [b] *ipse populus colere, & venerari eum cœperat: & idcirco destruxit* [c] *iste, quem iubente Deo fecerat ille. Ac per hoc magna auctoritas ista est habenda in ecclesia; vt si nonnulli ex prædecessoribus, & maioribus nostris fecerunt aliqua, quæ illo tempore potuerunt esse sine culpa, & postea vertuntur in errorem, & superstitionem, sine tarditate aliqua, & cum magna auctoritate à posteris destruantur* [d]*. Postremo præsentibus legatis Imperatorum, & inconsultis, electiones Romanorum Pontificum leguntur celebratæ, & tandem ijdem Imperatores religioso mentis affectu præfatis priuilegijs renunciauerunt; multa insuper donaria ecclesiæ conferentes. Vnde Gregorius* [a] *scribit.*

4. Reg. 18.

¶ Inconsultis legatis Imperatoris Hadrianus II. ad Pontificatum eligitur. C. XXIX.

CVm Hadrianus secundus ad Romanum Pontificatum ab ecclesia Dei genitricis Dominæ nostræ, quæ dicitur ad præsepe, traheretur [e] ad Lateranense patriarchium; certatim à clero, & proceribus, & plebe deportatus est. Quod audientes missi Ludouici Imperatoris moleste tulerunt, indignati scilicet, quòd dum præsentes essent, non fuerunt inuitati, nec optatæ à se futuri præsulis electioni interesse meruerunt. Qui accepta ratione, quòd non causa contemptus Augusti, sed futuri temporis [f] prospectu omissum hoc fuerit † (ne videlicet legatos principum in electione Romanorum præsulum expectandi, mos per huiusmodi fomitem inolesceret) omnem indignationem medullitus sedauerunt, & ad salutandum [g] electũ etiã ipsi humiliter accesserunt [β].

Iuo p. 5. c. 16.

† Concor. vers. lib. 1. S. ... & in Lib. ... de ... ...

a ¶ Gregorius.] *Hoc antea citabatur ex Gregorio quarto, cuius esse non potest, cum Hadrianus secundus, de quo hic mentio fit, posterior sit Gregorio quarto. In pontificalibus vero manuscriptis inter gesta Hadriani secundi, itemque in collectione manuscripta decretorum Romanorum Pontificũ in decretis eiusdem Hadriani secundi habetur.*

β ¶ Accesserunt.] *In ijsdem Pontificalibus hæc continenter sequuntur:* Audiens hoc Ludouicus Imperator Christianissimus, mox Imperialem scribens epistolam, cunctos Romanos, qui dignum tanto peregissent officio præsulem, collaudauit: per quam epistolam videlicet innotuit, nulli quidpiam præmij fore pro consecratione Romani Pontificis quoquomodo pollicendum: cum ipse hanc non suorum suggestione, sed Romanorum potius vnanimitate ardentissime cuperet prouenire; maxime, cum reddi, quæ ablata fuerant, non auferri à Romana ecclesia, vel deperire quidquam se diceret anhelare.

Item pactum constitutionis Imperatoris primi Ludouici cum Romanis Pontificibus.

¶ Electio Romanorum Pontificum à Ludouico conceditur Romanis. C. XXX.

EGo Ludouicus Imperator Augustus statuo, & cõcedo per hoc pa-

S. Antoninus p. 2. tit. 16. c. 1. §. 2. Volaterr. l. 3. Ansl. l. 4. c. 35. Iuo par. 5. c. 51.

VERVM. Hęc est quarta pars huius dist. in qua dicitur, quare principes postea fuerũt prohibiti, scilicet quia impedimentũ præstabant: & quia ipsi renũciauerunt. Ioa. de Fan. CASVS. Dictum est §. in cap. quia. q conßtitutio facta fuit quondã, quòd Imperatores deberent interesse electioni Papæ & episcoporũ, vt §. pater in multis cap. Nũc vero dicit Gratianus in hoc §. q postea statutũ sui cõtrariũ propter tres rationes. Prima ratio est, quia Imperatores abutebãtur priuilegio suo quia non solum cõsentire volebant, sed etiã electionibus se ingerebant. Secũda ratio fuit, q in hæresim labebãt, & sæpe ecclesiã impugnabãt. Et q Apostolici potuerũt in cõtrarium statuere, & destruere cõstitutiones quas antecessores fecerũt pro bono, probat exemplo Ezechiæ, qui serpentẽ æneũ, quẽ fecerat Moyses pro liberatione populi, destruxit: cum populus illum coleret sicut Deũ. Tertia ratio ẽ, q Imperatores suis priuilegijs renũciauerũt: & postea electiões Apostolicorũ celebratę sũt præsentibus & incõsultis legatis Imperatoris: qđ probat sequẽs capi.

a ¶ *Excelsa.*] idest, templa idolorũ in excelsis posita.

b ¶ *Ideo*] quia iossu domini factus erat: & quia cũ respicientes liberabantur.

Serpẽtis comendatio.

c ¶ *Destruxit.*] Hic Ezechias cõmẽdat ex destructione imaginis, quæ erat occasio superstitionis. quare ergo Massiliensis episcopus cõdẽnatur, qui destruxit imagines, in quibus popul[9] idolatriã cõmittebat, vt de consec. dist. 3. perlatũ? Dic q serpens iste fuit temporalis ad sanandũ vulnera. vnde cessante causa cessare debuit effectus: sed causa imaginũ perpetua est, vt habeatur in eis memoria Dei.

d ¶ *Destruantur.*] Arg. successores debere mutare facta & instituta prædecessorũ etiã bona, si viderint esse ea perniciosa exẽplo. 7. q. 1. vioẽtes. 35. q. 1. c. 1. & 96. dist. bene. in fi. dist. 68. corepiscopi. & extra de deci. suggestũ. vbi est arg. q priuilegiũ quod est exemplũ mali, remouendum est. instit. ui bon. rap. §. sed ne dum talia.

Sc[...] ... ... mutare pos...

CVm Hadrianus.] CASVS Hadrianus secundus ab ecclesia sanctæ Mariæ maioris deportatus est à clero & populo & proceribus certatim ad patriarchiũ Lateranense. quod audiẽtes nũtij Ludouici Imperatoris moleste tulerunt, q cum præsentes essent, vocati non fuerunt: qui audientes q non fuit factum in cõtemptũ

f ¶ *Temporis.*] Nota q nõ sunt mala, interdũ debẽt omitti, ne sint exẽplo perniciosa, vt §. dist. 23. in nomine. §. dist. 31. deniq. 12. q. 2. liberti. 2. q. 7. accusatio. & 30. q. 1. c. 1. insti. ui bo. rap. §. sed ne dum.

g ¶ *Et ad salutandum*] Ar. eos consensisse electioni ex quo interfuerunt, & eũ salutauerũt. & nõ reclamauerũt sic extra de his quæ fi. à ma. par. cap ex ore. in fi. & extra de priuile. cũ oli. in fi. & extra de sent. excõ. si aliquãdo [1]. & eo ipso q qs salutat aliũ, videt consentire, et vt 34. q. 1. omnis. Sic ex eo q quis nõ vult salutare aliũ, præsumitur inimicus, vt extra de offi. dele. cum super. in parte decisa & eo ipso q Stephanus dixit, perlegatur: intelligitur consensisse, vt 96. dist. bene. sic §. de consec. dist. 2. pacem.

Electum salutãs electioni cõsentit p... [illegible]

EGo Ludouicus.] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima parte dicitur, q Imperator Ludouicus concessit & cõfirmauit Paschali & eius successorib[9] Romã cũ toto suo ducatu & ter-

& territorio in perpetuũ tenere, & habere quiete, sicut sui antecessores quiete possederunt. In secunda parte dicitur, ꝙ quãdo Papa de hoc mundo migrauerit, nullus electionẽ successoris cuiuscũq; sit gentis impediat, vel electoribus contradicat: scilicet Cardinalibus: sed eo electo & consecrato nuntii dirigantur ad regẽ Francorum periũ, ex quo res redit ad primũ statũ, vt ff. de pact. si vnus. §. pactus. & 35. dist. ab exordio. non ob. 12. q. 2. non liceat. quia ille non poterat legem imponere suo successori. extra de elec. innotuit.

c [Et territorijs.] Quid sit territoriũ, quid sit oppidum, quid vrbs, habes ff. de verbo. signifi. pupillus. §. territoriũ. Et sic est arg. quòd nomine ciuitatis non cõprehenduntur eius territoria, vt 12. q. 2. ca. vlt. & ff. de verb. signi. l. 2. & ff. de arbi. si cum dies. §. si arbiter. Argu. contra ff. de verb. sign. qui in continentibus. & l. ædificia. ff de mun. insulæ ff. de offic. præ. vrb. l. 1. ibi, *Cum vrbem.*

Ciuitatis appellatione eius territoria nõ cõprehenduntur.

ctum confirmationis [a] nostræ tibi beato Petro principi Apostolorũ, & per te vicario tuo domino Paschali summo Pontifici, & vniuersali Papæ, & successoribus eius in perpetuum; sicut a prædecessoribus nostris vsque nunc in vestra potestate & ditione tenuistis, & disposuistis Romanam ciuitatem cum ducatu suo, & suburbanis, atque viculis [b] omnibus, & territorijs [c] eius montanis, & maritimis littoribus, & portubus, seu cunctis ciuitatibus, castellis, oppidis, ac villis in Thusciæ partibus. *Item infra.* ¶ Quando diuina vocatione huius sacratissimæ sedis [d] Pontifex de hoc mundo migrauerit [e]; nullus ex regno nostro, aut Francus, aut Longobardus, aut de qualibet gente homo sub nostra potestate constitutus licentiam habeat contra Romanos aut publice, aut priuatim veniendi, aut electionem faciendi; nullusque in ciuitatibus, aut in territorijs ad ecclesiæ beati Petri apostoli potestatem pertinentibus aliquod malum propter hoc facere præsumat: sed liceat Romanis cum omni veneratione, & sine qualibet perturbatione honorificam suo Pontifici exhibere sepulturam; & eum, quem diuina inspiratione, & beati Petri intercessione omnes [f] Romani vno consilio, atq; concordia sine qualibet promissione ad Pontificatus ordinem elegerint, sine aliqua ambiguitate, vel contradictione more canonico consecrare; & dum consecratus fuerit, legati ad nos, vel ad nostros successores reges Francorum [g] dirigatur; qui inter nos, & illum amicitiam, & charitatem, ac pacem socient.

al. villulis

d [Sen.] Hæc dictio, seu, potius auget donationem, quam disiungat inter res donatas, vt ff. de aur. & argen. leg. l. si quis ita.

e [Migrauerit.] olim enim nullus audebat tractare de electiõe Papæ ante tertiũ diẽ post sepulturã præmortui, vt j. dist. 79. nolli[o]. sed per contrariam consuetudinẽ hoc hodie abrogatum est.

Papæ electio olim per triduum differebatur.

ADDITIO. Idẽ sentiunt hic Hug. & L. quorũ fuit hæc gloss.

f [Omnes Romani.] Nota quòd olim oẽs Romani interérant electioni ex cõsuetudine. j. ca. prox. & ca. seq.

[*Item Leo quartus Lothario, & Ludouico Augustis.*]

¶ Electio, & consecratio Romani Pontificis non nisi iuste, & canonice fiat. C. XXXI. PALEA.

S. Antonin[us] ibid. Iuo par. 5. c. 14.

INter nos, & vos pacti serie statutum est, & confirmatum, quòd electio, & consecratio futuri Romani Pontificis non nisi iuste, & canonice fieri debeat.

g [Francorum m.] Nota imperium prius Francorũ fuisse: sed postea Teutonici virtutibus promeruerũt imperium, vt 28. quæst. 1. §. ex his. in quos hodie translatum est imperium. extra de elect. venerabilem.

Imperiũ Franci primo, dein Teutonici habuerunt.

Not. hic ꝙ olim Francus vocatur Romanus imperator.

[*Item constitutio [a] primi Henrici, & primi Othonis cum Romanis Pontificibus.*]

¶ Ab Imperatore, vel nuntijs eius electioni Romani Pontificis nullum obstaculum generetur. C. XXXII. PALEA.

Ansl. l. 4. c. 37. & l. 6. c. 7. Iuo par. 5. c. 52.

In legib. Lõgob. l. 5. tit. de Põtifi. leg. 5.

[abest a Grat. & Iuo.]

COnstitutio primi Henrici, & primi Othonis cum Romanis Pontificibus. Vt nullus missorum nostrorum cuiuscumque impeditionis argumentum in electione Romani Pontificis componere audeat, omnino prohibemus. *Item.* In electione Romanorum Pontificũ neque liber, neque seruus ad hoc venire præsumat, vt illis Romanis, quos ad hanc electionem per constitutionem sanctorum Patrum antiqua admisit consuetudo, faciat aliquod impedimentum. Quòd si quis contra hanc nostram constitutionem [facere] præsumpserit, exilio tradatur.

a Constitutio.] *Ex antiquo exemplari Gratiani restitutus est hic titulus: in quo exemplari post titulum ipsum, interposita rubrica, incipit caput.* Vt nullus, &c. *vt etiam apud Iuonem. Verum, quia receptum est, vt initium huius capitis sit a dictione,* Constitutio. *relicta sunt hæc verba etiam in principio ipsius. Extat vero hoc capitulum in vetustis quoque exemplaribus, in quibus hæ paleæ esse non solent.*

CONSTITUTIO.] CASVS. Dicit hic quòd primus Henric[us] & primus Otho cõstituerunt cũ Romanis põtificibus, vt nullus eorũ nuntius vel alius cuiuscũque sit gentis vel cõditionis, in electione Romani Pontificis audeat contradicere: & qui contradicere voluerit, exilio perpetuo tradatur.

Item constitutio Othonis.

S. Antoninus p. 2. tit. 16. c. 1. §. 16 in medio. Ansl. l. 1. c. 90. & l. 4. c. 36.

¶ Iuramentum Othonis, quod fecit domino Papæ Ioanni. C. XXXIII.

TIbi domino [h] Ioanni Papæ ego rex Otho promittere, & iurare [i] facio per patrem, & filium, & spiritum sanctum, & per li-

TIbi domino.] CASVS. In hoc ca. cõtinetur qualiter Otho iurauerit fidelitatẽ Ioanni Papæ per suũ procuratorem: in quo dicitur quòd in 8. cap. tenetur.

corum ad pacem & amicitiam inter eos sociandam. Secunda pars incipit ibi, *Idem quando diuina.* Sequens cap. patet.

a [Confirmationis.] Argu. quòd aliquid simul datur & confirmatur, vt not. j. ca. in synodo.

b [Viculis.] idest, villulis. ff ad muni. qui ex vico. nec posset Imperator illã donationẽ reuocare. nã dicit lex, ꝙ sola immensitas est mensura rerũ donatarũ in ecclesia C. de sacrosan. eccl. authen. sed hodie. imo nec cõcedit hic: sed cõcessa cõfirmat. nã oĩa hæc & alia plura iã prius fuerãt ecclesiæ cõcessa. j. 96 dist. Constantinus. præterea quia Imperator potest alienare [1] res imperij, vt ff. de lega. 1. apud Iulianũ. §. vlt. Itẽ quia per hanc concessionẽ nõ læditur im-

Imperator imperij res alienare potest.

1 Ad hoc facit cap. vlt. & no. 16. q. 1. placuit. secundum Io.

h [Tibi domino.] Arg. quòd qui feudum recipit ab ecclesia, iuramentum fidelitatis non solum ecclesiæ, sed etiã prælatis præstare debet, vt extra de iureiuran. Ego N. episcopus [3]. & dist. 23. quamquam. & 22. q. 5. de forma. imo etiam ipsi capitulo, vt extra de verb. signi. cum clerici. cum ipsi sint pars corporis sui, vt 6. q. 1. si quis cum [4]. Nõ ob. extra de simo. ex diligenti. quia ibi nõ erat ius feudi, de quo iure plene habet in cõstitutione Friderici, de feudis.

i [Et iurare.] Nota ꝙ œconomus siue syndicus iurat in animam propriã: extra de iura. ca. in præstandis. sed procurator iurat in animã domini, vt hic, & 100. dist. optatum. & 17. q. 4. metuentes. & extra de offi. leg. nouit. in parte decisa. Fit autẽ hoc iuramentũ sub talibus

Vasallus ecclesiæ cui debet fidelitatis iuramentũ præstare.

[3] Meminit eo. tit. in c. §. nunc agit in prin. & de pæ[illegible]. cum non li[illegible]. §. adeoque. in prin. Archi.

[4] Alias §. verum. Oeconomus & procurator dicuntur [illegible].

gnum hoc viuificæ crucis, & per has reliquias sanctorum: quòd si permittente Domino Romam venero; sanctam Romanam Ecclesiã, & te rectorem ipsius exaltabo secundum posse meum; & numquam vitam, aut membra, & ipsum honorem, quem habes, mea voluntate, aut meo [a]consilio, aut meo consensu, aut mea exhortatione perdes: & in Romana vrbe nullum placitum, aut ordinationem faciam de omnibus, quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, sine tuo consilio: & quidquid de terra sancti Petri ad nostram potestatem peruenerit, tibi reddam: & cuicumque italicum regnum commisero, iurare faciam illum, vt adiutor tui sit ad defendendum terram sancti Petri secundũ suum posse. Sic me Deus adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia.

a ¶ Sic me Deus.] *Addita hæc sunt ex Centio. Camerario, in cuius libro habentur multa formæ iuramentorum; & extat manuscriptus Romæ.*

Item ex primo libro capitulorũ † Caroli, & Ludouici Imperatorũ, c. 84. — *† al. capitulariũ*

¶ Liberum sit clero, & populo de propria diœcesi episcopum eligere. C. XXXIIII.

Ans. l. 6. c. 6.

SAcrotum canonum non ignari, vt in Dei nomine sancta ecclesia suo liberius potiretur honore, assensum ordini ecclesiastico præbuimus, vt scilicet episcopi per electionem [b] cleri, & populi secundum statuta canonum de propria diœcesi [c], remota personarum [d], & munerum [e] acceptione, ob vitæ meritum, & sapientiæ donum eligantur; vt exemplo [f], & verbis sibi subiectis vsquequaque prodesse valeãt.

Ex constitutionibus his, & pacto Ludouici Imperatoris deprehenditur, Imperatores illis renuntiasse priuilegijs, quæ de electione summi Pontificis Hadrianus Papa Carolo Imperatori, & ad imitationem eius Leo Papa Othoni primo Regi Teutonicorum fecerat. Cum ergo præmissis auctoritatibus cunctis liqueat electionem clericorum tantummodo esse; quæritur, quorum sit ipsa electio; an clericorum maioris [g] ecclesiæ tantum, an etiam aliorum religiosorum, qui in eadem ciuitate fuerint. Sed (sicut in breuiatione canonum Fulgentij Carthaginensis ecclesiæ diaconi inuenitur) in septimo capitulo † Nicæni concilij, & in Gangrensi statutum est, vt ad eligendum episcopum sufficiat ecclesiæ matricis arbitrium. Nunc autem sicut electio summi Pontificis non à Cardinalibus [h] tantum, verum etiam ab alijs religiosis clericis auctoritate Nicolai Papæ est facienda; ita & episcoporum electio non à canonicis tantũ, sed etiã ab alijs religiosissimis clericis; sicut in generali synodo Innocẽtij Papæ Romæ habita cõstitutũ est. Ait enim.

† al. septimo Niceno concilio

Nicolaus ij. al. 1. in conc. Rom. c. 1.

Innoc. ij. c. 28.

¶ Absque religiosorum virorum consilio canonici maioris ecclesiæ episcopum non eligant. C. XXXV.

OBeuntibus sane episcopis, quoniam vltra tres menses vacare ecclesiam sanctorum patrum prohibent sanctiones; sub anathematis [i] vinculo interdicimus, ne canonici de sede episcopali ab ele-

---

talibus verbis. Ego iuro in animam domini mei, quod ipse hoc seruabit [1]. Vel sic iurat. Dominus meus iurat per me, quod hoc seruabit: sic ipsum Deus adiuuet. Sed qualiter obligat aliquis aliũ per iuramẽtũ cõtra id quod legitur insti. de inuti. stipul. §. si quis alij? Sed dic quod dominus semet obligat, sed per aliũ, vt extra de ten. cacó. mulieres. ff. de admi. tuto. ita autẽ §. gessisse. Sed quid si dominus reuocet mãdatum [a], nũquid intelligitur obligatus per tale iuramentũ? ita, si nõ peruenit reuocatio ad procuratorem: sicut ad quod facit iudex tenet, donec ignorat reuocatũ mandatum, vt extra de app. si duob. & ratione ignorantiæ tenet sententia, vt 3. q. 7. §. tria. in prin. & 9. q. 1. ordinationes. ff. de of. fi. præsi. si forte ff. de procur. si procuratorem. in fi. ff. mand. si mandassem. Ioan. Si autem lis esset contestata, oporteret quòd reuocatio peruenisset ad iudicem vel aduersarium: alioquin firmũ est quod fit cum procuratore, vt extra de procura. mãdato. Si autem non sit lis contestata, videtur sufficere si reuocatio peruenit ad procuratorem, vt dicit expresse decre. extra de procu. ex insinuatione. & cap. sequẽ. Sũt tamen speciales casus in quibus requiritur perseuerantia: sicut cũ matrimoniũ contrahit per nũtium, si dominus reuocat mandatũ, nõ dico dominũ obligatũ, licet nũtius ignoret reuocatũ [2]: & cũ pater mãdat filio vt aliquem manumittat. ff. de manu. vĩdi. si pater. & hoc ideo quia pater & filius cẽsentur vna persona, vt 35. q. 3. §. hac auctoritate. Ioan.

a ¶ Meo.] aliàs, meorum. sed quã cautionẽ potest de hoc facere, quod illi nõ dent damnũ, cõtra id ff. cõmod. adeo? Vel qualiter potest se obligare ad alienum factum, contra id instit. de inuti. stip. §. si quis alij? nec enim tenet quis de facto familiæ suæ si ipse nõ mandauit, nec ratũ habuit, vt 1. q. 4. quia prælatus. ex. ra de restit. spol. cũ ad sedẽ. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. ait prætor. Sed dic quod intelligitur obligasse se curaturũ, ne ab eis damnũ daretur. 22. q. 5. de forma. sicut est cũ quis promittit aliũ filiũ in iudicio sistẽdũ ad hoc tenet vt operã det quã potest. ff. de ver. obli. quoties quis. Sed littera illa, meorũ, nõ est in libro meo. Ioan.

Sacrorum.] CASVS. Carolus & Ludouicus constituerunt, vt episcopi a clero & populo de sua diœcesi eligerentur ob vitæ meritũ, & sapiẽtiores remota acceptione munerũ & personarũ: quatenus verbo & exẽplo suis possint prodesse subiectis.

b ¶ *Per electionem.*] Hoc nomen propriè & impropriè sumit hic cũ illis genitiuis cleri & populi: ar. ff. cõmo. si vt certo. §. cõmodatum.

c ¶ *Diœcesi.*] Not. pro Hu. quod examinandi sunt omnes de diœcesi prius quam eligatur extraneus, vt dixi 61. dist. nullus.

d ¶ *Personarum.*] sic 8. q. 2. dilectissimi. & extra de insti. ad decorẽ.

e ¶ *Et munerum.*] Cum talis eligatur: à Deo dicitur eligi. 8. q. 1. si ergo. Hug.

f ¶ *Vt exemplo.*] nam cœpit Iesus facere & docere, vt 26. distin. ecce. & §. ex his.

EX HIS. CASVS. Concludit Gratianus ex supradictis, quod Imperatores renuntiauerũt priuilegijs quæ sibi cõcessa fuerant de electione summi Pontificis. Et cum constet ex supradictis, quod electio est clericorũ tantum modo, nunc quæritur incidenter, an sit tantum canonicorũ matricis ecclesiæ, an etiã aliorũ religiosorum eiusdẽ ciuitatis. Cui quæstioni respondẽs primo probat auctoritate Niceni & Gãgrensis concilij, quod sufficiant clerici matricis ecclesiæ ad episcopum eligendum. Postea videtur hoc corrigere per auctoritatẽ Nicolai, dicens quod sicut electio Papæ nõ fit à Cardinalibus tantũ, sed etiam ab alijs religiosis: sic & electio episcopi non à canonicis tantũ, sed etiã à religiosis fieri debet: quod probat auctoritate Innocẽtij Papæ.

g ¶ *Maioris.*] Sic ergo nomen clericorum restringitur ad maioris ecclesiæ canonicos [3], vt 10. q. 1. antiquos. 8. q. 1. c. 2. extra de verb. signi. cum clerici. benigne est in talibus seruanda consuetudo, vt extra de causa poss. cum ecclesia.

h ¶ *Non à Cardinalibus.*] vt s. dist. 23. cap. 1. &c.

Obeuntibus.] CASVS. Constituit in hoc cap. Innocen. Papa, quod cum vltra tres menses à tempore vacationis episcopalis ecclesia vacare nõ debeat: canonici sub vinculo excõmunicationis non faciant electionẽ episcoporum religiosis exclusis, vt eorũ consilio idonea eligat persona. Si autẽ fuerit aliter factum, irritũ erit & vacuũ. Nunc quærit Gratianus incidenter, si duo a partibus eligantur, quis sit alteri præferẽdus: quod per sequen. cap. declaratur.

i ¶ *Sub anathematis.*] quid de hoc tenere debeas, dixi s. eadem, Salonitanæ.

a ¶ Exclu-

Marginalia: De consimili sta. no. Inno. in l. 6. de test. præsd ... in glo. s. ... &c. Procurator ... aliqua ... Idem no. Inno. extra de ... 10. q. ... [illegible]. — C. sent. ... stipula ... in l. ... — ... familiæ ... domini obli... — De hac ma. ... — Nomen clericorum quandoque restringitur. — Adde ... aliquando ad ... cap. ...

Electione dicit quos tripliciter excludi. Ad hoc dictio videtur contra. Hinc quod dico, hoc quod in multis ecclesiis derogatum est hunc canonem contraria consuetudine, quam Papa scit, & non improbat: & sic videtur tacite approbare. Arc.

a ¶ *Excludant.*] dicit. H. istos tripliciter excludi. tunc proprie excluduntur, cum non vocantur: vel si vocati non audiuntur: vel si sponte veniant, non admittatur. Credo hoc cap. nõ teneri: aliud enim seruatur, & religiosi hic vocantur clerici ciuitatis, vel prælati episcopatus. arg. 79. dist. si quis pecunia.

Electione episcoporũ excludant[a] religiosissimos [b]viros; sed eorum consilio honesta & idonea persona in episcopum eligatur. Quòd si exclusis[c] eisdem religiosis electio fuerit celebrata; quod absque assensu[d] eorum[e], & conniuentia [f]factũ fuerit, irritum habeatur & vacuum.

Nunc ergo quæritur[g], *si vota eligentium in duas se diuiserint partes; quis eorum alteri sit præferendus. De his ita scribit Leo episcopus ad Anastasium Thessalonicensem episcopum epist. 82. al. 84. cap. 5. [sed paulo aliter.]*

¶ Cum vota eligentium in duas se diuiserint partes, quis sit præferendus alteri. C. XXXVI.

Poly. l. 2. tit. 1. Ans. l. 6. c. 19. Iuo p. 5. c. 347. Pann. l. 3. c. 6. † al. plebs inuita

SI forte [quod[a] nec reprehensibile, nec irreligiosum iudicamus] vota eligentium in duas se diuiserint[h] partes; metropolitani iudicio[i] is alteri præferatur, qui maioribus & studijs[k] iuuatur, & meritis; tantum vt nullus[l] inuitis, & non petentibus ordinetur; ne ciuitas † episcopum non optatum aut contemnat, aut oderit.

a ¶ Quod nec reprehensibile, nec irreligiosum iudicamus.] *Hæc verba, quæ à cæteris collectoribus non referuntur, non sunt inuenta apud Leonem; sed apud Gregorium, ex quo referuntur infra 8. q. 1. c. nec nouum.*

DISTINCTIO LXIIII.

g pa

H*Inc considerandum*[m] *est, à quibus, vel quo tempore sacri ordines sunt tribuendi; vel quibus in locis patriarcha, primates, archiepiscopi, episcopi, chorepiscopi, & reliqui sacerdotes sint ordinandi. A quibus ordinentur episcopi, in Nicæno primo concilio definitum est, in quo sic legitur, cap. 4.*

b ¶ *Religiosissimos.*] idest, prælatos aliarum ecclesiarum.

c ¶ *Exclusis.*] quia inuitæ nuptiæ, &c. 31. q. 2. §. 1.

Religiosorũ consensus an sit in episcoporũ electione requirẽdus.

d ¶ *Assensu.*] Videtur quòd non tantum consilium religiosorum, sed etiam consensus ipsorũ requirendus est: & ita videtur quod religiosorum personæ faciant partẽ in electione. arg. extra de electio. cum in veteri. nam & sequaces sunt aliorũ in electione, vt 79. dist. cap. 1. & cap. si quis pecunia. & 23. dist. in c. 1. & satis potest dici, quod vbi consilium ipsorum fuerit requisitum, quod nulla sit electio. si tamen sit habitum consilium, & nõ consensus, tenet electio, vt extra de arbit. cum olim. & est si. ff. de administ. tuto. quidã decedẽs. §. Papinianus. & extra de reg. licet. C. de iure emphy. l. vlt. Et expone consensu requisito, licet non habito.

e ¶ *Eorum.*] Ar. quod non sufficit religiosorum præsentia, nisi habeatur consilium. argu. j. 10. quæst. 3. casellas. argu. 12. quæst. 2. sine exceptione. §. 1.

f ¶ *Et conniuentia.*] Ar. quod aliquorũ consensu fieri debet, eorũ dissensu impeditur faciendũ, & dissoluitur factũ, vt s. dist. 51. qui in aliquo. & 31. q. 2. si verũ. s. dist. 62. nulla ratio. 1. q. 1. ordinationes. 10. q. 2. casellas. 12. q. 2. alienationes. & cap. fine. 15. q. 7. eps nullus. 33. q. 5. quod Deo. & cap. manifestum. 30. q. 2. puella.

Collatio numeri ad auctoritatem &c. est in electione facienda.

g ¶ *Nunc ergo quæritur.*] Super isto §. posuit H. dist. quia cũ eligentes dissentiunt, tria consideranda sunt auctoritas, numerus, & bonus zelus. Auctoritas consideratur in dignitatibus, zelus consistit in animo, vt sine carnali amore eligant, sed secundũ meritũ personæ. De numero patet, & dicit quod vbicumque duo ex illis cõcurrũt, præponderãt tertio. vnde si ex vna parte est auctoritas & bonus zelus, & ex altera numerus: pro priore iudicatur, vt s. 3. dist. cap. 1. & 93. dist. miratus. 7. q. 1. denique. Item si ex vna parte est numerus & auctoritas, & ex altera est bonus zelus, pro primo iudicatur. arg. 28. dist. de Syracusanæ. Ibi enim bono zelo contradicebant qui significabant Papæ electum habere vxorem & filios: sed tamẽ quia plures erãt ex alia parte, & maioris auctoritatis, cõsensit Papa illis. Itẽ si numerus & bonus zelus ẽ ex vna parte, & ex altera parte auctoritas, statur primo. 65. dist. ca. 1. & 2. Hanc dist. non approbo: quia licet ex vna parte sit auctoritas & melior zelus, ex altera numerus: statur pro numero, vt extra de elect. dudũ 1. & extra de appel. cõstitutus. nisi numerus esset in paruo maior: & auctoritas aliorũ lõge præcelleret: & posset eo casu fieri cõpẽsatio, vt extra de testi. in nostra. nã vbi est par debitum, & dispar numerus creditorũ, semper numerus præfertur, vt C. qui bo. ced. poss. l. vlt. §. 1. tunc. n. decurritur ad dignitatẽ cũ par numerus est hincinde. ff. de pact. maiorẽ. similiter dico ad zelũ decurrendum, cum par vel fere par numerus est hincinde. Sed quid si par est zelus, numerus & auctoritas hincinde? tũc recurratur ad meritũ personæ, vt j. ca. proxi. Sed si omnia sũt æqualia, tũc cassetur vtriusque electio, & nouus eligatur, vt 79. dist. si duo. Vel iudex cogat eos ad concordiam, vt instit. de satisda. tut. §. fin autẽ. Vel res forte dirimatur, vt in Matthia, vt 21. dist. cleros. & C. cõmu. de leg. l. vlt. in prin. & ff. de iu. di. sed cũ ãbo. Vel metropolitanus gratificet cui velit, vt extra de paroch. c. 1. & argu. ff. ad Sylla. l. 3. §. si cũ oẽs. & ff. de relig. l. vlt. Vel præferatur ille qui prius ordinatus est, vt 75. dist. c. vlt. vel senior præferatur, vt 35. q. 6. c. 1. ff. de fide instru. l. vlt. Vel ille qui prius nominatus est, vt in auth. de mona. §. penul. coll. 1. Vel præferatur ille qui quandoque deliquit, illi qui semp bonus fuit. Vel præferatur ille qui diutius militauit in ecclesia, vt 61. dist. quid proderit. Si autẽ vtraque electio ẽ vitiosa, vtraque cassaẽ, vt extra de elec. consideraumus.

Electis duobus æqualiter quis alteri præferatur. Hanc iacet stat quam vero... De hoc nota ... de elec. ... sia vestra ... videat & quam ... Goff. in sum. de in. pat. § ... tot. ... præsentata.

SI forte.] CASVS. Quæsitũ fuit à Leone, si duo ad episcopatum eligantur, quis sit alteri præferendus? Et respõdet quod iudicio metropolitani præferri ille qui maioribus iuuatur meritis & studijs: & licet possit archiepiscopus alterũ alteri præferre; tamen omnibus canonicis inuitis vel plebe non potest episcopum dare: ne quem nolunt, odiant & contemnant.

h ¶ *Se diuiserint*] quia natura hominis prona est ad dissentiedũ. ff. de arbi. ite si vnus. §. vlt. arg. 20. q. 3. procliuus. Et præsumit hic casus, quod licet discordia sit in electione, quod vtraque pars bono zelo moueatur, vt 8. q. 1. nec nouũ. Sed contra. s. ead. notte. Illud est frequentius. hoc autẽ rarũ. 15. quæst. 1. omnis ætas.

i ¶ *Iudicio.*] Sed quid si metropolitanus non vult ipsum cõsecrare: videtur quod tũc a suffraganeis petenda sit consecratio, vt 89. dist. volumus. Sed melius est, quod à superiore petatur [3], vt 9. q. 3. nunc vero & 8. q. 3. Artaldus. extra de iure patro. nullus.

De hoc not. j. 65. dist. c. 1.

k ¶ *Studijs.*] eligentium: quia magis appetitur ille quàm ille.

Electio vtriusque electi cassatur timore scandali.

l ¶ *Tantum vt nullus.*] quasi dicat, si timetur scandalum, tunc vtriusque electio cassabitur, vt 79. dist. si duo. tũc enim est aliquid detrahendũ seueritati, vt 50. dist. vt constitueretur.

HInc considerandum.] Hæc dist. diuiditur in tres partes. In prima probat, quod episcopus debet cõsecrari in loco vbi mãdauerit metropolitanus. Secũda ibi, *Quos per ambitiones*. Tertia ibi, *Episcopum*. Ioan. de Fan.

CASVS. Supra ostensum est, a quibus epi sint eligẽdi. Amodo vult ostẽdere Gratianus, à quibus sacri ordines sint cõferendi: & quo tẽpore sint tradẽdi: & in quibus locis patriarchæ, primates archiepi, epi, chorepi & reliq. sacerdotes sint ordinadi. Et durat tractatus vsque ad 81. dist. videlicet a quibus ordinẽtur epi, in Niceno concilio diffinitũ est. Vnde in hac 64. dist. docet, quod episcopi sunt ordinãdi ab archiepiscopo cum omnibus suffraganeis: vel saltem a tribus possunt ordinari de mandato archiepiscopi.

m ¶ *Hinc considerandum.*] Hic depingitur 64. dist. In præcedenti distinctione docuit ad quos pertineat episcoporũ electio. In hac orditur tractatũ suum vsque ad 81. dist. ostendendo a quibus sacri ordines sunt distribuendi, & quo tẽpore, & in quibus locis. A quibus, hoc facit in hac distinctione [4]. Ex quo tẽpore, hoc facit in 75. dist. In quibus locis, hoc facit in 80. dist. Primo dicit de consecratione episcoporũ. Nota ergo, quòd electus in episcopum cõfirmatus debet consecrari a metropolitano cũ suis suffraganeis: vbi autẽ metropolitanus adesse non potest, vel etiã non vult, præstabit auctoritatem hoc faciedi tribus ad minus, alijs omnibus per litteras suas consensum præbentibus. Item metropolitanus ab omnibus suis suffraganeis debet consecrari, aut saltem à tribus.

Et in sequenti vsque ad 75. dist. Electus cõfirmatus à quo debet consecrari.

Quis metropolitanus hoc debet pare possunt probatur extra de ele. suffraganeis & de tr... c. 1. & de offic. ordi. quod sedem.

4 piscopi.]

¶ Ab omnibus comprouincialibus episcopi ordinentur. C. I.

Episcopi ab omnibus, qui sunt in prouincia sua, debent ordinari. Si vero hoc difficile fuerit, vel aliqua vrgente necessitate, vel itineris longitudine, certe tres episcopi debent in vnum congregari; ita vt etiam ceterorum, qui absentes sunt, consensum in litteris teneant, & ita faciant ordinationem. Potestas tamen vel confirmatio pertinebit per singulas prouincias ad metropolitanum episcopum.

In concilio Niceno c. 4. Ansel. l. 6. c. 4. & 54. Iuo p. 5. c. 117. Burc. l. 1. c. 27. concordat.

Item Anacletus ad episcopos Italiæ, epist. 2.

¶ De eodem. C. II.

Ordinationes episcoporũ auctoritate Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia, episcopis sunt celebrandæ. *& infra.* Quod si simul omnes conuenire minime poterunt; assensum tamen suis apicibus præbeant, vt ab ipsa ordinatione animo non desint.

Dist. 75. c. ordinationes. Ans. l. 6. c. 53. Burc. l. 1. c. 15. Iuo p. 5. c. 69. Pann. l. 3. c. 12. & 17. Poly. l. 2. tit. 6.

¶ Apicibus.] *In epistola est, precibus. Apud Iuonem, & Burchardum,* precibus, & scriptis.

[*Ex concilio Arausicano primo, c. 21.*]

¶ PALEA. C. III.

De abiectione eius, quẽ duo præsumpserint ordinare episcopi in nostris prouinciis, placuit de præsumptoribus, vt sicubi contigerit duos episcopos tertium ordinare, & ipse, & auctores damnabuntur, quo cautius ea quæ sunt antiquitus instituta, seruentur.

QVOD ERGO. Soluit Gratianus contrarietatem prędictam, dicēs quòd illud cap. sicut intelligit de eo quem constabat esse epm: & ideo non deberet reordinari ordinatus ab eo. Illud autē cap. presbyteris, intelligit de eo quē nō constabat fuisse epm: & ideo ab eo ordinati reordinant: qui si prius non fuerint ordinati scda ordinatione vere recipiunt ordines. si vero in prima ordinatione ordines receperunt, in scda nihil recipiūt nisi solam vnctionē. Et hoc probat ad instar baptismi. & idem dicit esse faciendum de ecclesiis.

g ¶ *Non reiteratur*.] Hæc solutio est canonica. dixit tñ G. quòd si milies ordinat presbyter, tot presbyterales ordines recipit quot recipit sacerdotia. Idē dicit de baptismo. aliter enim quomodo fieret iniuria sacramento, vt j. de consecra dist. 4. ostenditur. vel quomodo diceretur quis bis baptizari, vt j. de consecra. distin. 4. qui bis. & cap

& cap eos. Item cum dicatur accedat verbũ ad elementum, & c. 1. q. 1. detrahe. ergo quoties dicuntur verba illa, & apponitur elementum, fit nouũ sacramentum. Nã & sæpius sumit aliquis corpus Christi, & sæpius excõicatur aliquis, & ex pluribus causis aliquis possidet rẽ aliquã, vt ff. de acq. pos. possideri. §. ex plurib'. Sed cer-

Formatæ.] formatæ siue dimissoriæ dicuntur litteræ, quibus quis eximitur à iurisdictione sui episcopi, quæ olim cum solennitate magna fiebãt, vt 73. dist. cap. 1. Commendatitiæ siue pacificæ dicuntur, quæ dantur clerico viatori, qbus commẽdatur, vt pacifice possit exequi officium suũ. Et licet Gratianus dicat, q chorepiscopi dare tales poterãt, illud nõ credo, sed solus episcopus, vt de consec. distin. 5. non oportet. 71. dist. extraneo. Quod archidiaconus eas dare non possit, habes extra de offi. archid. significasti.

Formatæ siue dimissoriæ.

Et bene Io. de Fan. & ita est arg. q chorepiscopus non possit dare licentiam clericis, vel laicis, vt eant in peregrinationẽ, quia nõ possunt formatas dare secundum L. & Hug.

¶ Non debet iterum consecrari ecclesia semel consecrata. C. III.

De cõsecr. dist. 1. c. ecclesijs.

Ecclesijs [a] semel consecratis Deo non iterum debet cõsecratio adhiberi; nisi aut ab igne exustæ, aut sanguinis effusione, aut cuiuscumque semine [b] fuerint pollutæ: quia sicut infans à qualicumq; sacerdote in nomine patris, & filij, & spiritus sancti semel baptizatus, nõ debet iterum baptizari; ita nec locus Deo dicatus, est iterum consecrandus, nisi propter eas [c] causas, quas superius nominauimus: si tamen fidem sanctæ Trinitatis tenuerunt, qui eum consecrauerunt.

2 *Inter episcopos, & chorepiscopos [d] autem hæc est differentia, quòd episcopi non nisi in ciuitatibus, chorepiscopi etiam in vicis ordinari possunt: episcopi formatas [e] tribuunt; chorepiscopi non nisi commendatitias [f], & pacificas dare valent. Episcopi ius consecrandi habent; chorepiscopi tantum minores ordines tribuunt; leuiticam [g] autem, & sacerdotalem benedictionẽ non valent præstare. De his ita scribit Leo. I. ad episcopos Germaniæ, & Galliæ, epist. 86. al. 88.*

f Commendatitias.] argu. contra 71. distin. extraneo.

g Leuiticam.] nec subdiaconalem, nisi tantum lectoratum, vt infra prox. dist. c. 1. in fi. Sed G. fuit deceptus ex cap. seq. vbi non dicitur nisi de duobus ordinibus tantum. Io. de Fan.

¶ In quibus chorepiscopi ab episcopis differant. C. IIII.

Iuo p. 6. c. 72. Ans. l. 7. c. 122. Poly. l. 4. tit. 26.

Quamuis chorepiscopis, & presbyteris plurima [h] cum episcopis ministeriorum communis sit dispensatio; quædam tamen auctoritate veteris legis, quædam nouellis, & ecclesiasticis regulis sibi prohibita nouerint: sicut est presbyterorum & diaconorum, aut virginum consecratio; sicut constitutio altaris, ac benedictio, vel vnctio. Si quidem nec erigere [i] eis altaria, nec ecclesias, vel altaria consecrare licet, nec per impositionẽ manuum, fidelibus [k] baptizatis†, vel cõuersis hæreticis† [l] paracletum spiritum sanctum tradere, nec chrisma conficere, nec chrismate baptizatorũ frontes signare, nec publice [m] quidem in Missa quemquam pænitentem reconciliare, nec formatas cuilibet epistolas mittere. Hæc enim omnia illicita sunt chorepiscopis; qui ad exemplum, & formã lxxij† discipulorũ esse noscuntur, vel presbyteris, qui eamdem gestant figuram: quoniam quamquam consecrationem habeant; pontificatus tamen apicem non habent.

† baptizandis] orig. & Iuo
† ex hæresi] ori.
† al. lxx.

3 *Hi vero propter insolentiam suam, qua officia episcoporum sibi vsurpabant, ab ecclesia hodie prohibiti sunt.*

Vnde Damasus [n] Papa ait ad episcopos Africæ, epist. 4.

Quamuis.] CASVS. In hoc cap. 10. enumerantur, quæ pertinent ad officium episcoporũ, quæ chorepi sibi vsurpare non debent, licet multa sint cõmunia chorepiscoporum, & presbyterorum cum episcopis.

h Plurima.] quo ad minores ordines conferendos, quo ad prædicationem, quo ad confessionem, ita tamẽ, q nõ possit conferre nisi lectoratũ, & inferiores, ostiariatum, & psalmistatum.

i Erigere.] in ecclesia consecrata. nam ante cõsecrationem licet presbyteris constituere altaria, sed post nõ, nisi de cõsensu epi, qđ si fecerit, deportatur. arg. j. de consec. dist. 1. nullus presbyter. hæc expositio est illius verbi, cõstitutio altaris.

¶ Ordo chorepiscoporum a sacra sede reprobatur. C. V.

Polyc. ibidem Ans. l. 7. c. 123.

Chorepiscopi tã ab hac sacra sede, quàm à totius orbis fuerant episcopis prohibiti. Nimis ergo eorũ institutio improba, nimis est pra

certe sm hoc si centies aliquis contraheret cum aliqua, tot essent matrimonia, quod falsum est. 31. q. 1. quomodo. Item posset secũdum hoc deponi ab vno sacerdotio, & retinere aliud. Dicas ergo q nõ iteratur nisi vnctio exterior, & sicut secunda manumissio nihil adiicit primæ, vt C. de manumis. vindi. l. 2. sic in sacramento. Vltima opinio verior est.

Dicas q sacra [illegible]

Ecclesijs.] CASVS. Quæsitum est in Nicæno concilio, vtrum ecclesiæ semel consecratæ sint iterum reconsecrandæ. Respondetur, q non, si in forma ecclesiæ sint consecratæ, nisi alicuius semine vel sanguinis effusione sint pollutæ vel cõbustæ. Nã sicut semel baptizatus non debet iterũ baptizari, sic locus in forma ecclesiæ cõsecratus nõ debet iterũ cõsecrari, nisi pp supradictas causas.

a Ecclesijs.] quid iuris sit de hac materia, notaui de consecra. distinct. 1. ecclesijs.

b Semine.] fornicario. nã dicit G. q & in ecclesia vir vxori tenetur debitũ reddere, sed male. arg. ff. de solutio. quod dicimus.

c Propter eas.] adde aliũ casum de consec. dist. 1. si motum.

INTER EPISCOPOS. Hæc est secũda pars distinctionis, in qua ponit differentiã inter episcopos & chorepos. Io. de F.

CASVS. In hoc §. assignat Gratianus differentiam triplicẽ inter episcopos & chorepiscopos, quia episcopi ponuntur tm in ciuitatibus, chorepiscopi in vicis. episcopi formatas tribuunt litteras, chorepiscopi cõmendatitias siue pacificas tantum. Item episcopi conferunt sacros ordines, chorepiscopi tantum minores.

d Inter episcopos.] Ponit tres differentias inter epos & corepiscopos. Illi autem chorepiscopi aliquid habebãt supra presbyteros, sed non bene determinat quid.

Chorepiscopi aliquid habebant vltra presbyteros.

k Fidelibus baptizatis.] Hugo intelligit litteram sic, baptizatis, scilicet extra ecclesiam, & redeuntibus ad eam, vt de consecra. dist. 4. ab antiqua. quod postea sequitur, de hæreticis intelligit in ecclesia baptizatis. Vel dic q idem repetitur in seq. littera. Alij intelligunt de infantibus baptizatis in necessitate à patre vel a matre. 30. q. 1. ad limina. quibus postea episcopus in confirmatione debet ea cõferre, quæ collata eis non fuerunt, vt hic. 1. q. 1. § ecce. sequens vero littera intelligitur de baptizatis non in necessitate, & ita non repetit idem.

Altaria ante cõsecrationem erigi possunt.

l Hæreticis.] j. de consec. dist. 4. quamuis.

m Nec publice.] quod solus episcopus potest. 50. dist. in ea. nisi in necessitate, vt 26. q. 6. c. vlt. & c. 1.

Hoc dicit La. sed littera hoc non patitur, quia aperte loquitur de hæreticis. Io. de Fan.

HI VERO. Hæc est tertia pars dist. in qua probat, q chorepiscopi recesserunt ab aula. Io. de Fant.

CASVS. Dicitur in hoc §. quòd chorepiscopi episcoporum officia vsurpabant, & ideo ordo eorum est hodie exstirpatus.

n Vnde Damasus.] sed tamen hunc Nicolaus est secutus, & sic est contra distin. 50. studeat. sed iam tempore Nicolai aboleuerat constitutio Damasi, vel fuerunt prohibiti, non quin essent, sed ne essent vt prius.

Chorepiscopi.] CASVS. Quæsitũ fuit à Damaso Papa, quare ordo chorepiscoporum sit hodie prohibitus. Et respõdet, propter duas rationes. Prima est: quia sibi improbe vsurpabant officia episcoporum. Secunda est: quia tantum duos fuisse ordines legitur inter discipulos Christi, scilicet duodecim apostolorũ, & septuaginta duorum discipulorum. & cũ non possit tertius reddi, vnde ille tertius ordo processerit, ideo merito exstirpari debet. Et illud qđ

postea sequitur, est pars ca. vt dicit Hug. Alii tamen dicunt, quòd est §. Casus patet per se.

a ¶ *Vnde*] id est, ex qua causa.

b ¶ *Processerit.*] quo ad talem præsumptionem.

c ¶ *Ignoramus.*] Sed nōne per totum orbem fuerunt chorepiscopi, ergo præsumendum est, q fuerunt ab apostolis vel conciliis instituti, vt 12. dist. illa. Sed hic non negat illos ab apostolis institutos, sed causā institutionis ignorat. Et est hic argu. q à quocūq; auctore aliqd sit institutū, & q̄rūcū-q; diu obiētū, si nō subest causa, vel si onerosum est, extirpandum est, vt 12. dist. omnia.] de cōsec. dist. 1. placuit. & 10. q. 1. hanc. & 63. dist. 5. verū. extra de cess. puene.

d ¶ *Et quod ratione.*] institutionis. Et est argumentum, pro rōne reddenda †, vt extra de cē si. peruenit. & C. de codicillis. l. pen. ff. sol. matri. docem.

Corepiscopi an fuerint ab Apostolis instituti.

† Ad idē extra de præscrip. si quando. vbi de hoc & 23. q. 4. & 3 .... [illegible]

QVOD AVTEM. Hæc est quarta pars distin. i qua probat, quòd filii ecclesiæ possunt hęri patres: scilicet possūt fieri episcopi loco apostolorum. Io. de Fan.

e ¶ *Nomen non habent*] arg. *Si te primeris, nec nomen habere mereris.* 32. q. 4. dicat. in fi. C. de fer. a nullo. arg. 86 dist. fratrem. 16. q. 1. si cupis.

† Vide Nico. Euerar. de loc. leg. ab Etymolog. ... [illegible]

Q *Vorum vices.*] CASVS. Quæsitū fuit ab Vrbano quorum locum episcopi hodie teneant in ecclesia, & quorum vice fungantur. Et respondet, q locū tenent apostolorum, & eorum vice fungūtur. Et hoc probatur auctoritate Augustini dicentis, Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, &c. quę auctoritas durat vsque in finem.

ua; quia vt hi de summo sacerdotis ministerio aliquid præsumant, omni auctoritate caret. *& infra.* ¶ Nam non amplius, quàm duos ordines inter discipulos Domini esse cognouimus, id est duodecim Apostolorū, & septuaginta †discipulorū. Vnde [a] iste tertius processerit [b], funditus ignoramus [c]. Et quod ratione [d] caret, extirpari necesse est.

† al. hus.

4 ¶ Quod autem † episcopi non sint, qui minus, quàm à tribus sunt ordinati episcopis, omnibus patet: quoniam, vt bene nostis, prohibitū à sanctis est patribus, vt qui ab vno, vel à duobus sunt ordinati episcopis, nec nominentur episcopi. Si nomen non habent [e], qualiter officium habebunt?

† al. enim

Item Vrbanus secundus.

¶ Apostolorum in ecclesia locum episcopi tenent. C. VI.

Quorum vices [f] in ecclesia habeant episcopi, & quis eis hanc dignitatem dare debeat, sanctus Augustinus ostendit, inquiens [Pro patribus tuis nati sunt tibi filii. Quid est pro patribus tuis nati sunt tibi filii? Patres missi sunt Apostoli: pro Apostolis filii nati sunt tibi. cōstituti sunt episcopi. Hodie enim episcopi, qui sunt per totū mundum, vnde nati sunt? Ipsa ecclesia [g] patres [h] illos appellat, ipsa illos genuit [i], & ipsa illos [k] constituit in sedibus patrum. Non ergo te putes desertam, quia non vides Petrum; quia non vides Paulum; quia non vides illos, per quos [l] nata es [m]. de prole tua tibi creuit paternitas. Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram.] & infra [Filios genuit ecclesia; constituit eos pro patribus suis principes super omnem terram.]

In Ps. 44.

DISTINCTIO LXIX.

T ps

Tonsura vero [n] *clerici de manu abbatis suscipi potest, si eidem abbati manus impositio ab episcopo facta noscatur. Vnde in septima synodo cap. quartodecimo legitur.*

¶ Abbates, quibus ab episcopo manus imponitur, aliquos tonsurare possunt. C. I.

Quoniam videmus sine manus impositione à paruula ætate tonsuram [o] cleri quosdam accipientes, nondumque ab episcopo manus impositione percepta super ambonem irregulariter in collecta legentes; præcipimus amodo id minime fieri. Idipsum quoque obseruandum est etiam inter monachos. 2 ¶ Lectoris [p] autē manus impositione † [q] licentia est abbati solūmodo in proprio monasterio [r] faciendi; si dumtaxat eidem abbati manus impositio [s] facta noscatur

Iuo p. 5. c. 376.

† al. impositionē

f ¶ *Quorum vices.*] infra 12. q. 1. videntes. & dist. 21. in nouo.

g ¶ *Ecclesia*] ergo est ecclesia mater & filia. Item ecclesia quādoque dicitur vxor. 7. q. 1. sicut. & 11. q. 2. sicut. quādoque mater. 12. q. 2. qui abstulerit. quandoque dicitur filia, vt de conse. dist. 1. ecclesia. nam catholicorum collectio, quę est ecclesia, per episcoporum prædicationem generatur, vt 23. q. 4. recurrat. Item ecclesia etiam dicitur locus vbi Deum timentes veniam postulant. in Auth. vt liceat ma. & auiæ. §. quia vero. coll. 8.

Ecclesia est mater, vxor, & filia.

h ¶ *Patres.*] quia eam protegunt, & defendunt.

i ¶ *Genuit*] per baptismum. & ita ecclesiæ filius datur ei curator, quod etiam lex dicit. ff. de tuto. & cur. datis ab his. l. his qui. dic vt notatur 12. q. 1. c. vlt.

k ¶ *Illos.*] in hoc comparatur patri episcopus, & ecclesia filio; quia sicut filius non potest sine auctoritate patris litigare, vt C. de bonis quæ lib. l. vlt. sic ecclesia sine auctoritate prælati, vt extra de iud. causam. & 16 q. 1. monachi. Item sicut filius nō cōuenitur, sed pater noīe filii, vt C. de bon. ma. l. 1. C. de anna. excep. l. 1. sic ipse prælatus est conueniendus, non ecclesia, nisi negotia ecclesiæ distincta sint à negotiis prælati, vt extra de rescri. c. edoceri.

Episcopus patri, & ecclesia filio comparatur.

l ¶ *Per quos.*] per eos pullulauit, & creuit, cū nulla esset tūc tpis.

m ¶ *Nata es.*] id est, augmentata.

Tonsura.] Hæc di. diuiditur in tres partes. Secunda ibi, *Lectoris*. Tertia ibi, *Simili modo*. Io. de Fan.

CASVS. Hic intitulatur 69. dist. in qua ostendit, q non solum episcopi possunt conferre minores ordines, sed etiam abbates in propriis monasteriis possunt conferre lectoratum: quibus abbatibus ab episcopo manus impositio facta est.

n ¶ *Tonsura vero.*] in hac 69 dist. tractat de collatione minorum ordinum vsque ad lectoratum. Et nomine tōsuræ, accipe hic tres minores ordines, psalmistatum, ostiariatum, & lectoratum. & hoc licet abbati tantum in suo monasterio: exorcistam tamen facere vel acolythum non licet.], ea c. vlt.

Tonsura quos tres ordines comprehendit.

Quoniam.] Hoc capitulum diuiditur in duas partes. In prima parte prohibetur, ne aliquis super pulpito i ecclesia vel monasterio legat epistolā, vel lectionem, nisi primo fuerit ordinatus, & tonsuram habeat ad modū clerici. In secūda parte dr, q abbates & sacerdotes, qbus ab episcopo manus imponitur iuxta morem præficiendorum abbatum conferre possunt in suis monasteriis lectoratum. Idem licebat quōdam chorepiscopis. Et nota q legere epistolam pertinet ad subdiaconū, legere lectiones ad lectorem pertinet.

o ¶ *Tonsuram.*] id est coronam. nam aliam tonsuram posset femina dare.

p ¶ *Lectoris.*] vel etiam ostiarii, non autem 3 exorcistæ, vel acolythi faciendi ius habent licet sit arg. contra extra de or. ab episcopo qui renun. epis. c. 1. sed & si abbas ex priuilegio habeat, vt omnes minores conferat, bene potest. Sed numquid hodie abbas potest cōferre istos ordines? Credo 4 q sic, si tamen manus ei est imposita. extra de æta. & quali. ord. cū cōtingat. Io. Ego nō credo, q possint conferre tales ordines abbates, nisi lectoratum, vt videtur dicere hoc ca. & decre. cum contingat. Si autem esset sacerdos abbas, posset etiā cōferre psalmistatum, vt 23. dist. Psalmista. quia psalmistatum dat simplex sacerdos, vt 23. dist. psalmista.

3 Hæc fuit solu. H. & Laur. qui dicunt idem q[illegible] primi, sequuntur.

4 Credo Aug. Clanaf. ver. ordo a. 6. 1. semper requiritur ... [illegible] episcopalē in omni ordine conferendo.

q ¶ *Manus impositione.*] ā. 23. dist. subdiaconus. contra 5.

r ¶ *Monasterio.*] sed & monachos alterius monasterii potest ordinare, si inuitatus fuit. 9. q. 2. Lugdunensis.

s ¶ *Impositio.*] quæ non est nisi benedictio, vt 2. q. 1. manus.

5 Hoc cap. non obstat, qa hic loquit de impositione manus ordinaria, sed contrarium de consecratoria secun dū H. & idē sentit Gof. extra de æt. & qual. cum contingat. Arch.

2 ¶ Se-

a ¶ *Secundum morem.*] De quo habes 12.q.2.alienationes. nec hoc postulabit a superiore. nam sufficit semel à iure concedi. ff. de condi.institu.l.quæ sub conditione.§.fi.
b ¶ *Præceptione.*] generaliu argu.16.q.1.cunctis.64.dist. ordinationes.& 75.dist.ordinationes.

Non
ab episcopo, [secundum † morem [a] præficiendorum Abbatum,] dum constet illum esse presbyterum. ¶ Simili etiam modo secundum antiquam consuetudinem chorepiscopos præceptione [b] oportet episcopi promouere lectores.

† *Hac nõ sunt in græco canone.*

Item ex concilio Laodicensi, cap. 26.

¶ Non exorcizent, qui ab episcopo prouecti non sunt. C. I 3.

NOn oportet exorcizare [c] eos, qui necdum ab episcopis sunt promoti † [d], neque in ecclesijs, neque in domibus [e].

† *al. promoti*

DISTINCTIO LXX.

A *B episcopis* [f] *alterius* [g] *ciuitatis clericus ordinari non poterit, nec etiam à proprio* [h] *absolute ordinandus est: absoluta enim ordinatio Chalcedonensi concilio prohibetur, & vacuam habere manus impositionem præcipitur: in quo sic statutum est canone 6.*

¶ Nemo ordinandus est absolute. C. I.

Ansl.l.7.c.105. Poly.l.2.tit.35. Burch.l.2.c.6. Iuo par.6.c.26. Pann.l.3.c.27.

NEminem [i] absolute [k] ordinari presbyterum, vel diaconum, vel quemlibet in ecclesiastica ordinatione constitutum, nisi [a] manifeste in ecclesia ciuitatis [l], siue possessionis [m], aut in martyrio [n] aut in monasterio, qui ordinatur, mereatur ordinationis publicatæ vocabulum. Eos autem, qui absolute ordinantur, decreuit sancta synodus vacuam [o] habere manus impositionem, & nullum [β] tale factum valere ad iniuriam [p] ipsius, qui eum ordinauit.

a ¶ Nisi manifeste.] *Græce legitur:* εἰ μὴ ἰδικῶς ἐν ἐκκλησίᾳ πόλεως, ἢ κώμης, ἢ μαρτυρίῳ, ἢ μοναστηρίῳ ὁ χειροτονούμενος ἐπικηρύττοιτο: *hoc est:* nisi proprie in ecclesia ciuitatis, vel pagi, aut martyrio, aut monasterio, qui ordinatur, pronūtietur. *In ordine autem Romano sit mentio talis pronunciationis, episcopi nomine per archidiaconum facta* De titulo S. Stephani eligimus Petrum ad lectorem ad eundem titulum.
β ¶ Nullum tale factū.] *Græce,* μηδαμοῦ δύνασθαι ἐνεργεῖν, *id est* nunquam posse operari.

Item ex concilio Vrbani II. habito Placentiæ.

¶ Irrita fit ordinatio sine titulo facta. C. II.

S.Antonin9 par. 2.c.1.§.22.

SAnctorum canonum statutis consona sanctione decernimus, vt sine titulo facta ordinatio irrita habeatur, & in qua ecclesia quilibet titulatus est, in ea perpetuo [q] perseueret.

NOn oportet.] CASVS. Dicit hic, quod non debent exorcizare in ecclesijs vel in domibus priuatorum, qui non sunt ab epis cõsecrati. Et nota quod vnum vel duo neque, superabundant.
c ¶ *Exorcizare.*] id est, legere exorcismos.
d ¶ *Promoti*] ad ordinem exorcistæ.
e ¶ *In domibus.*] id est in ecclesijs non sacratis. Superfluunt duo neque. Ioan.

AB episcopis.] CASVS. Supra ostensum est, quod clerici sunt à proprio epo ordinandi. nunc autem volt ostẽdere Gratianus quod nullus eps debet ordinare clericũ alterius sine eius licentia: quod ostendit.§.71.dist. Et ostendit quod nullus debet ordinari sine titulo: & si ordinentur, irrita erit talis ordinatio quo ad executionem: quod ostendit in hac 70.dist.in cap.1.& 2. Ioan.de Fant.
f ¶ *Ab episcopis.*] Hic depingit 70.dist. Quia dixerat presbyteros & reliquos clericos ab epo debere ordinari, inde sumpta occasione ostendit, quod nullus ordinandus est sine titulo, id est sine ecclesia vel ecclesiastico beneficio. & si fuerit ordinatus, debet deponi tam in iniuriam ordinantis quam ordinati quia permisit se sic promoueri.16.q.7.decernimus.21.q.2.cap.1. sed quoniam epi hanc pœnam nullam reputabant, hodie prouisum est, vt remaneant promoti, & eps vel etiam eius successor eis prouideat. extra de præben.episcopus. extra eod.titu.cum secundum.
g ¶ *Alterius.*] hoc exequitur in dist.sequenti.
h ¶ *A proprio.*] hoc exequitur in ista dist.&c.

Ordinans sine titulo deponitur.

NEminem.] CASVS. Statutũ fuit in Niceno cõcilio, vt nullus eps ordinet aliquem clericũ sine certo titulo alicuius ecclesiæ in ciuitate vel extra ciuitatẽ. & si ordinauerit aliquem clericũ sine titulo, in opprobrium ordinantis officij executione carebit.
i ¶ *Neminem.*] etiam in minoribus ordinibus non debet ordinari. argu.12.q.1.videntes.32.dist.si qui vero. cũ enim habeat officium in ecclesia, ergo & beneficium debet habere. extra de præben. dilectus. extra de fil. presby. propoluit. ne dicatur: Mendicat in plateis infelix clericus, vt 93.dist.diaconi.

Clericus infelix mendicat in plateis.

k ¶ *Absolute.*] id est, sine titulo.
l ¶ *Ciuitatis.*] hoc ideo dixit, quia potius est præsentãdus clericus qui est de ciuitate quam extraneus, vt § dist.proxi.hortamur. C.de episco.& cleri.in ecclesijs.

Clericus ciuitatensis est extraneo præferendus.

m ¶ *Siue possessionis.*] id est, si ordinatur ad titulum patrimonij sui, vt extra de præben.c.nisi. Vel hoc ideo dicit, quia potius sunt illi clerici instituendi de quorum bonis fundata [1] est ecclesia, vt extra de rescript. cum adeo.

[1] Fundata Idã Arch. Præpos. hic vide Roch. Curt. de iure patr.ver. honorificum,q.18.

n ¶ *In martyrio.*] Vbi sunt reliquiæ martyrũ. vel loquitur de regulari ecclesia. Colligit etiã hic ex eo, quod dicit, sine possessionis, argu. quod si quis habet patrimoniũ sufficiens, ordinari potest sine titulo. extra de præben. episcopus.
o ¶ *Vacuam.*] quo ad executionem.
p ¶ *Ad iniuriam.*] & etiam suum delictum: quia se sic permisit promoueri, aliàs alterius odio nõ debet alius prægrauari. C.de inofficio. testa. si quis in suo. extra de his quæ fiunt à maio.parte capit.c. quæsitur. in fine.

SAnctorum.] CASVS. In hoc cap. quinque per concilium Vrbani statuuntur. Primũ est, vt ordinatio sine titulo facta irrita habeatur. Secundum est, vt clericus perpetuo perseueret in ecclesia in qua est intitulatus. tertium est, vt clericus non intituletur in duabus ecclesijs: quia licet ex dispensatione episcopi clericus possit duabus ecclesijs præsidere, canonicus tñ præbendarius in duabus ecclesijs esse non potest. Quartum est, vt præpositus maioris ecclesiæ curam habeat de ecclesijs pauperibus, quæ clericos suos sustentare non possunt. Quintum est, vt præter nouem præfationes decima dicatur, quæ incipit: Aequum & salutare.
q ¶ *Perpetuo.*] id est, dum viuit [1]. ff. pro sol.l.1. filius enim non debet esse temporalis nec hæres. ff. de adop. quæsitum [2]. & instit. de hære. insti. §. hæres.

[1] Adde quid proprie dicatur perpetuum, & quid æternum: nec in Leum debere collēñ. ff. de ser. vrb præd.

a ¶ *In duabus.*] Qui enim titulum habet in vna ecclesia, si recipit secundam ecclesiam vel præbendam pro titulo, perdit primam, vt extra de concel. præben. & eccle. non vacan. litteras. sed si recipit ipsam quasi beneficium, & quasi commendatam siue stipendium, tunc secus: & tunc non est canonicus secundæ præbendæ [2], nec cum eis potest eligere. Si quæras quare canon iste permittit episcopo dispensare in ecclesijs, & non in præbendis: dico quod æque potest dispensare in præbendis sicut in ecclesijs, dummodo sint de eodem episcopatu. Est ergo hæc veritas, quod de iure communi non potest quis habere duas ecclesias vel præbendas in eodẽ episcopatu vel in diuersis, nisi in casibus notatis 21.q.1. in summa. Sed numquid hodie beneficium huius canonis est sublatum epis per illam nouam constitutionem, de multa, in titu. de præben. ex eo quod dicitur ibi, per sedem apostolicã poterit dispensari [3]. Dico quod non: sed tantum vaga & indiscreta dispensatio est ablatã ab eis non probabilis: sicut per remotionem appellationis nõ remouetur necessaria appellatio vel probabilis, extra de appel. pastoralis. sic cum dominus prohibuit iurare, non prohibuit iuramentũ necessarium, sed temerarium, vt 22.q.1 cap. ita. sic cũ dominus prohibuit vxorem separari a viro, intelligendum est tantum de illa separatione, quæ fit sine ratione, vt 33.q.2. quos Deus. Si obijcias, quod priuatur episcopus, qui permittit ipsum habere prius stipendium, vt ibidem dicitur. extra de præben. quia in tantum. de cle. nõ resi. quia nonnulli. ergo dispensare non potest. Non sequitur: quia episcopus

[2] Alias incipit, si ubi.

Episcopi verum hodie possint circa beneficiorum pluralitatẽ dispensare.

[3] Sed numquid in casu poterit legatus cardinalis? Dic Roffre. bene, quod cum ea tenet quod quia hoc specialiter sedi apostolicæ refertur, & hoc ipse notat in suo libel. lo orarẽ canonici. B. Ad plures prebẽ de possunt aliqui conferri, vt ea prima. §. fin. quod dicit est, &c. Arch.

eps punitur qui ordinat clericum concubinarium, vt 51. dist. qui in aliquo. & tñ cum ipso dispensare potest: sed ideo punit, quia indiscrete dispẽsat. Si obijcis qđ dr ibi per sedem apostolicam: ergo nõ potest per alium non sequitur: quia eodem modo decretum dicit quod ordinationes epõrum faciendæ sunt auctoritate apostol. 64. dist. ordinationes. & tñ propria auctoritate fieri possunt. Sic etiam alibi dr, quod quilibet presbyter potest & debet baptizare vel celebrare de licentia epi, vt 16. q. 1. cunctis. & tñ suo iure potest baptizare: sed ideo dicit hoc, quod eius auctoritate saltem generali debeat fieri dispẽsatio. Vel dic quod tũc solus Papa dispensat, cum quis diuersa beneficia i diuersis episcopatibus vult habere, ppter repugnantiã quæ ex hoc proueniret: quia nemo duobus dominis potest seruire, vt 21. q. 1. c. 1. Ioan. Hæc glossa nihil valet: quia Papa tãtum dispensat circa plures ecclesias habentes curam animarũ & plures dignitates, vt expresse dicit decre. de multa sed circa plura beneficia simplicia non vr cpo dispẽsare phibitũ.

a ¶ *In duabus.*] Nec iure ciuili quis i duobus collegijs potest connumerari. ff. de col. l. 1. §. 1. nec duas militias habere. C. q. mili. nõ pos. l. 5. §. in posterum. nec duos honores ff. ad municip. libert⁹. §. pscriptio.

b ¶ *Diuersis.*] non cõuentualibus: cum enim nec canonicus in diuersis conuentualibus esse possit, ergo multo magis nec prælatus, ita quod sit in eis canonicus.

c ¶ *Cura.*] 12. q. 2. bonæ rei. Lau.

d ¶ *Preposito.*] Id est, epo, qui est ordinator in cunctis, vt in ptio hic signato. 25 dist. c. 1. Vel dic ppósito, id est, archidiacono. arg extra de ver. sig. quãtis. & sic nec illud erit ɔ̃rium.

e ¶ *Tam de possessionibus.*] Arg. pro capel. vt decimæ debitæ maiori ecclesiæ sic communicentur illis. Arg. contra 12. q. 1. videntes 2. 1. q. 1. c. 1.

f ¶ *Prouideat.*] Vt dentur vni, vel simul vniantur, vt 10. q. 3. vnio. de consec. dist. 1. c. 2. & extra de præb. exposuisti.

g ¶ *Nouem.*] de consec. dist. 1. inuenimus.

¶ Omnino autem in duabus[a] aliquem titulari non liceat, sed vnusquisque in qua titulatus est, in ea tantum canonicus habeatur. Licet enim episcopi dispositione, vnus diuersis[b] præesse possit ecclesijs; canonicus tamen præbendarius, nisi vnius ecclesiæ, in qua conscriptus est, esse non debet. ¶ Si quæ tamen capellæ sunt, quæ suis reditibus clericos substentare non possunt; ea cura[c] ac dispositio præposito[d] maioris ecclesiæ, cui capellæ subditæ esse videntur, immineat; & tam de possessionibus[e], quam de ecclesiasticis capellarũ officijs ipse prouideat[f].

In eodem etiam concilio antiquis nouem[g] præfationibus decima addita est, quæ ita se habet [Aequum, & salutare, & te in ven. vel assumptione beatæ Mariæ collaudare, benedi. & prædi. qua, & vnigenitum tuum S.S. obumb. concep. & virginitatis gloria permanente lumen æter. mundo effudit, Iesum Christum dominum nostrum.]

DISTINCTIO LXXI.

De clericis vero[h] non ordinandis ab episcopo alterius ciuitatis, in Sardicensi concilio, c. 18. & 19. statutum est, in quo Ianuarius episcopus dixisse legitur.

¶ Clerici ab episcopo alterius ciuitatis non ordinentur. C. I.

Illud quoque sanctitas vestra statuat, vt nulli episcopo liceat alterius ciuitatis ecclesiasticũ hominẽ[a] solicitare, & in sua diœcesi clericũ ordinare. Vniuersi dixerunt, Placet: quia ex his contentionibus[i] solent nasci discordiæ; & ideo prohibet omnium sententia, ne quis hoc facere audeat. ¶ Olius episcopus dixit. Et hoc vniuersi constituimus, vt quicumque ex alia parochia voluerit alienum ministrum sine consensu episcopi ipsius, & sine voluntate[k] ordinare, non sit rata ordinatio[l] eius. (C. 19.)

a ¶ Hominem.] *In concilio latino legitur:* ecclesiasticum ministrum solicitare, & in suis parochijs clericum, &c. *Infra ead. c. primatus. (vbi huius canonis sententia videtur referri) legitur,* vt nemo alterius plebis hominem vsurpet. *Græco autem caput istud, quod in latino decimum octauum est, non habetur.*

Item Innocentius ad Victricium Rothomagensem episcopũ, epist. 2. c. 7.

¶ De eodem C. II.

De aliena ecclesia ordinare clericum nullus præsumat[†], nisi eius episcopus precibus exoratus[m] concedere voluerit. (Pann. l. 3 c. 64. † al. vsurpet)

Item ex Niceno concilio, c. 16. in fine,

¶ Qui sine episcopi consensu ordinatur, irrita fit eius ordinatio. C. III.

Si quis ausus fuerit aliquem, qui ad alterum pertinet, in sua ecclesia ordinare, cum non habeat consensum[n] illius episcopi, à quo recessit clericus; irrita sit huiusmodi ordinatio. (Burc. l. 1. c. 109. Iuo par 5. c. 21. ex alia uersione.)

Item ex Concilio Chalcedonensi, c. 20.

¶ Clericus vnius ecclesiæ in alia non ordinetur. C. IIII.

Clericos in suis ecclesijs constitutos, sicut iam diffiniuimus, non liceat in alterius ciuitatis ecclesijs ordinari: sed quiescant[o] in ea, in (Ans. l. 6. c. 135. & l. 7. c. 109. Iuo. p. c. 6. 361.)

De clericis.] Casvs. Hic ponitur 71. dist. in qua ostẽdit Gratianus, quod clericus vnius epi non est ab alio epo ordinandus, vel in ecclesia recipiendus sine licẽtia & literis sui epi: alioquin irrita erit ordinatio & receptio: nisi causa hostilitatis fuerit ab ecclesia sua eiectus clericus: quia tunc dum durat hostilitas recipi potest, vt 7. q. 1. pastoralis. Io. de Fan.

h ¶ *De clericis vero.*] In hac dist. 71. ostẽdit Gratianus, quod clericus vnius epi non est ab alio ordinandus epo, vel in aliqua ecclesia instituendus sine literis sui epi. quod si factum fuerit, irritabitur, nisi hostilitatis causa clericus exularet. ĩ. eod. clericos.

Illud.] Casvs. Quidam epi ordinabant & recipiebant in suis ecclesijs aliorum eporum clericos, eis irrequisitis: unde contentiones & discordiæ nascebantur: & ideo statutum fuit in concilio Sardicen. ne hoc decetero fieret, nisi cum licentia suorum eporũ: alioquin irrita erit talis ordinatio. Duo sequentia cap. plana sunt, quæ fere idem dicunt cum isto.

i ¶ *Contentionibus.*] Nam communitas mater discordiæ est. ff. de leg. 2. cum pater. §. dulcissimis.

k ¶ *Et sine voluntate.*] Arg. expressum ad id qđ dixi. 7. q. 1. placuit.

l ¶ *Ordinatio.*] nisi postea ratum haberet suus episcopus ĩ, vt 63. dist. Salonitanæ.

m De aliena. ¶ *Exoratus.*] Sed nũquid sufficeret ut dissimularet? Non, ut 85. dist. Florentinum. & 63. dist. literas. ut not. ĩ. 7. q. 1. c. placuit.

n Si quis ausus. ¶ *Consensum.*] Ergo cũ consensu eius poterit. C. de sacr. sanct. eccl. qui sub prætextu. & expresso consensu, nõ tacito. ff. de procura. filiusfami. §. inuitus.

Clericos.] Casvs. Quæsitũ fuit in Chalcedon. concilio, utrũ epo liceat ordinare in sua ciuitate clericos alterius ciuitatis? Et diffinitũ est quod non: sed unusquisq; clericus perseueret in ea ecclesia in qua ab initio consueuit: exceptis illis, qui causa hostilitatis & necessitatis suas ecclesias perdiderunt & ciuitates. & quicumque eps contrafecerit, excõicatus permanebit cum eo quem suscepit, donec ad suam ecclesiam reuertatur clericus.

o ¶ *Sed quiescant.*] nisi uocentur, & eligantur ad alias ecclesias. tunc enim auctoritate maiores possunt transire ad alias, ut 7. q. 1. episcopus de loco.

Communitas discordiã parit.

a ¶ *Ex necessitate.*] Sed pone q presbyter amisit ecclesiã suam, episcopus ciuitatẽ suam: tamen remanet in aliqua parte sui episcopatus: nũquid clericus recedet, quo voluerit sine litteris epi? Dicũt quidam q non. nam adhuc prælatus remanet amissæ ecclesiæ. Alij dicunt contrarium, vt dici. 7.q. 1. pastoralis. Sed verior est ratio prior: quia episcopus adhuc nõ desinit esse suus prælatus: quia nõ tantũ ratione beneficij, sed etiã ratione ordinis est prælatus suus. Alij dicunt in pendenti esse vtrum sit prælatus. nã si postea liberatur ecclesia, remanet ecclesiæ prælatus. alias nõ. 7.q.1. pastoralis. & arguitur ad hoc extra de cleri. non reside. fraternitati. Item pone q eps dat ei licentiam transeundi ad aliũ episcopatũ sub ea conditione, vt si redierit prior ecclesia ad libertatẽ, redeat ad eã nũquid eps interim est prælatus eius? Sic: non tñ potest eũ excõmunicare, nisi forte ecclesia liberata nõ velit redire. licet enim interim sit eius prælatus, ligatã tamen habet executionẽ. Item si ad aliã ecclesiam vellet eũ reuocare, nõ posset nisi ad suam, ex quo ei licentiã dedit: nisi ei sub hac conditione licentiã dedisset, vt posset eũ quandocumque vellet reuocare. Itẽ si totus epatus occupatus est a Saracenis: numquid remanent clerici eius epi, cum omnes sint in episcopatu alterius? Dico q remanent, sed non habet iurisdictionẽ liberã in eos. Itẽ numquid possunt eos vicini episcopi recipere sine litteris eius? Sic: ipse tamen si epatus eius esset liberatus, posset eos reuocare, etiã si eis licentiã dedisset: nisi forte licentiando eos absoluerit. Vel dic q prior desinit esse plat⁹ ipsorũ, vt no. 7.q.1. pastoralis.

b ¶ *Tamdiu.*] infra 21.q.4. episcopi. Arg. j. 7.q.2.c.2.&c.

F ¶ *Raternitatem.*] Casus. In ecclesia Benafrana erat quidam diaconus nomine Gratianus: quem Fortunatus episcopus volebat in sua ecclesia ordinare: & eum propter hoc postulauit a Papa. & quia in ecclesia Benafrana non erat episcopus hostilitate faciẽte à quo peti posset diaconus ille: Papa eũ sibi sine mora concessit.

c ¶ *Habituro.*] absolute ponit hoc verbo. 63. dist. Agatho.

d ¶ *Licentiam.*] Sed numquid capitulũ dũ ecclesia vacat posset ipsum licentiare? Nõ: qa quædam alienatio est, quæ non potest fieri vacante ecclesia. 12. q. 2. si qua. de hac materia habes 24. dist. c. 2. Ioan. Sed quid si ecclesia habet visitatorẽ? Videtur quòd iste possit alienare, vt instit. de cura. §. vlt. nam auctoritate metropolitani debet constitui visitator. Sed videtur contra qđ dicit lex: qa ad ea quæ solẽnitatem iuris desiderãt, tutore opus est. ff. de cõsensu & auctoprasta. l. curatorẽ. vnde non credo hæc fieri posse per visitatorẽ, cũ solennitatẽ exigant. 10. q. 2. hoc ius. Ioan.

P ¶ *Rimatus.*] Casus. Episcopus Vegeselitanus surrexit in concilio Charthagin. & suggessit concilio, vt statueret ne aliquis episcopus vsurparet clericum vel parochianum alterius, nec apud se retineret sine alteri⁹ episcopi licentia: cuius dictum Gratus episcop⁹ approbauit: & per cõcilium Sardicen. cõfirmauit. & auctorizauit. Sequens cap. patet.

e ¶ *Sine litteris.*] j. pxi. dist. ca. 2. & 3. & j. 76. dist. c. vlt. & s. c. proxi. & s. 61. distin. Osius. & 85. distinct. Florentinum. in fin. & s. 63. distinctio. litteras.

e ¶ *Sine litteris.*] crederem tamen & testes sufficere. C. de fi. instr. in exercendis. & extra de cler. pere. tuæ. Lau.

f ¶ *Obtineat.*] Sed nonne extraneus episcopus potest ordinare laicum de alterius episcopatu, cũ laicus possit transferre domiciliũ quo voluerit? Dico q sic: sed domicilio non translato non pôt eũ ordinare: sicut nec alia sacramenta ab extraneo recipere posset, vt de pæn. dist. 6. placuit. de conse. dist. 2. tribus. nec peregrinari potest laicus sine licentia episcopi. de consec. dist. 5. non oportet.

g ¶ *Sine episcopi.*] sic C. de offi. ma. mi. milites. vbi dicitur, q sine licentia Imperatoris, &c.

h ¶ *A collega suo.*] Sed pone q eum concedat: vbi dicitur iste habere domicilium? Dic q si vtrumque beneficiũ retinet, vtrobique ff. ad munici. l. Labeo. & l. assumptio. §. a viris prudentibus.

i ¶ E *Xtraneo clerico.*] ¶ *Commendatitijs.*] j. de conse. dist. 2. trib⁹. extra de cleri. peregri. ca. tuæ. & 20. q. vlt. c. vlt. & 19. q. 2. duæ. & C. de episco. & cle. l. si qua.

Clerici an obedire tenetur ... qui ciuitatem sua amisit.

...qua ab initio ministrare meruerunt: exceptis illis, qui proprias ciuitates perdiderunt, & ex necessitate[a] ad alias ecclesias migrauerunt. Si vero quicumque episcopus post definitionem istam ad alium episcopum pertinentem clericum susceperit; placuit sanctæ synodo, & eum, qui suscepit, & eum, qui susceptus est, tamdiu[b] excommunicatos manere, quamdiu ipse clericus reuertatur ad propriam ecclesiam.

Item Gregorius Fortunato episcopo Neapolitano, l. 5. ep. x1. seu c. 111.

10. dist. l. 3. c. 20. Poly. l. 1. tit. 7. Aui. l. 7. c. 80.

¶ Apostolica permissione vnius ecclesiæ clericus in altera valeat ordinari. C. V.

FRaternitatem tuam à nobis petisse recolimus, vt Gratianum ecclesiæ Benafranæ diaconum tuæ concederemus ecclesiæ cardinandum•. Et quoniam nec episcopum, cui obsecundare, nec propriam habet ecclesiam, hoste scilicet prohibente, quo suum debeat ministerium exhibere; petitionem tuam non præuidimus differendam. Idcirco scriptis tibi præsentibus eum necessario duximus concedendum, habituro[c] licentiam[d] diaconum illum, nostra interueniente auctoritate, ecclesiæ tuæ, Deo propitio, constituere cardinalem.

•¶ Cardinandum.] *Antea legebatur*, ordinandum. *Emendatum est ex ipsa epistola. Cardinare vero, seu cardinalem constituere, (quod est in fine huius capitis) ita videtur B. Gregorius accepisse, vt canonicam translationem significet. Nam cum tempore S. Gregorij canon sextus concilij Chalcedonensis accurate obseruaretur, vt nullo modo daretur alicui locus in ecclesia (qui nunc titulus vocatur) nisi simul ad eum locum ordinaretur; cum aliquis iam ordinatus, necessitate aliqua in aliam ecclesiam transferebatur, vt in illa in eodem gradu, quo in prima ordinatus erat, deseruiret; in secunda dicebatur incardinari; quod ex isto nunc indicato loco patere potest, & ex lib. 3. epist. 14. & alibi. Quod etiam in episcopis B. Gregorius faciebat, lib. 2. indict. 10. epist. 6. & epist. 25. (quod refertur infra. 7. q. 1. c. pastoralis.) & indict. x1. epist. 13. & sequenti; quod habetur infra 21. q. 1. c. relatio. De hac re Ioannes diaconus lib. 3. c. 8. & x1. & 16. Gregorium vero Ioannes vij. & facto ipso, & vocabulo in eadem notione accepto, est imitatus; quod ex aliquot manuscriptis huius epistolis constat.*

Item ex concilio Carthaginensi 1. c. 5.

Burc. l. 2. c. 43. Iuo p. 6. c. 144. Ans. l. 6. c. 124.

¶ Sine litteris episcopi sui in aliqua ecclesia clericus non suscipiatur. C. VI.

PRimatus† episcopus Vegeselitanus dixit. Suggero sanctitati vestræ, vt statuatis non licere clericum alienum ab aliquo suscipi sine litteris[e] episcopi sui; neque apud se retinere; nec laicum vsurpare sibi de plebe aliena, vt eum obtineat[f] sine conscientia eius episcopi[g], de cuius plebe est. Gratus episcopus dixit. Hæc obseruantia pacem custodit: Nam & memini in sanctissimo concilio Sardicensi statutum, vt nemo alterius plebis hominem vsurpet: Sed si forte erit necessarius; petat a collega[h] suo, & per consensum habeat.

† al. primatus

† ordinet] orig.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 13.

¶ Sine litteris commendatitijs clericus extra suam ecclesiam non ministret. C. VII.

Burc. l. 2. c. 139. Ans. l. 7. c. 162. Poly. l. 4. tit. 31.

EXtraneo clerico, & lectori extra ciuitatem suam sine commendatitijs[i] litteris proprij episcopi nusquã penitus liceat ministrare.

Item ex sermone Sancti Augustini ad populum.

Capitulũ nõ pōt licentiare cleri. eõ sede vacante.

Sub. quoniam debet constitui ... auctoritate metropolitani. Lau. qđ dic vt plene dixi 61. dist. ca. vlt. & ibi de hoc.

Ex isto tex. infertur q litteræ epi sunt authenticæ: eõ (vt hic) faciunt fidem. Concord. text. in l. monumentorum. & ibi gl. & doc. C. de test. & temp. fu. ... Bald. Pe. de Bel. pertu. & Cy. in leg. si qua per calumniã. C. de epis. & cleri.

Ad idem 7. q. 1. pastoralis. nã multa sunt in pendenti. ff. si certum pe. prodide. Sed et extra C. de funeru. pos. l. vlt. Accur.

Laicum an possit ordinari à non suo episcopo.

Ad hoc C. de incol. l. ...

Horta-

H *Ortamur.*] CASVS. In hoc cap. monet Augu. patronos, ne aliquem clericum in suis ecclesijs eligant, nisi fuerit ordinatus ab episcopo, in cuius diœcesi sita est ecclesia: vel nisi recipiatur ab eo per litteras commendatitias. Sequens cap. patet per se.
a ¶ *Veniens.*] Hoc verum est, cum ille qui clericum præsentat, laicus est: quia quandiu idoneus est in suo episcopatu, nõ præsentabit extraneũ. eps enim vndecũque posset præsentare, vt j. 16. q. 2. si quis episcoporum. 1.

b N *Vllum absque.*] ¶ *Peregrinorũ.*] Clerici peregrini large possunt appellari omnes, qui non sũt de episcopatu ordinãtis: siue sint clerici, siue laici: quia nulli taliũ debẽt recipi ab aliquo epo ad dignitatem, vel ordines, vel alia sacramẽta ecclesiastica. ſ. ead. dist per totum. & spẽcialiter. eod. tit. primatus. & hoc extra de cle. peregri. c. 2. & 3. Et qꝫ omnes tales dicanẽ peregrini & extranei, est arg. 3. q. 6. peregrina 6. q. 3. c. 1. & 2. Ignoti dicuntur quorum origo, vita, & singularitas sũt ignota episcopo, non distincto, sint de codẽ episcopatu, vel alio. 24 dist. quando 42. distin. quiescamus. versic. si enim in clero, &c. Ar. 2. q. 7. quærendũ. ver. quorum vita, secundũ Ra. & Gof.

berat, incidit in canonem. 17. q. 4. si quis suadente.
h P *Lacuit.*] ¶ *Eligitur.*] Argu. ex electione ius acquiri, quidã tamen dicunt contrariũ & exponũt semel, id est perfecte ita qꝫ confirmatus sit. arg. extra de offi. de leg. 10 litteris. & etiã si nondum est translatus, vt est arg. ff. de dona. qui saxum.

Quo-

De eodem. C. VIII.

HOrtamur christianitatem vestram iuxta sanctorum canonum instituta, vt in ecclesijs à vobis fundatis aliunde veniens [a] presbyter non suscipiatur; nisi à vestræ fuerit ecclesiæ consecratus episcopo, aut ab eo per commendatitias litteras suscipiatur.

Burc. l. 15. c. 30. Iuo p. 16. c. 31.

Item ex concilio Antiocheno, c. 7.

¶ Absque formata clerici peregrini non suscipiantur. C. IX.

NVllum [b] absque formata [a], quam Græci epistolam dicunt, peregrinorum clericorum suscipi oportet.

a ¶ Formata.] *Græce est* μηδένα ἄνευ εἰρηνικῶν δέχεσθαι τῶν ξένων, *quod Dionysius vertit.* nullus peregrinorum sine pacificis, idest commendatitijs suscipiatur epistolis. *atque ita Burc. & Iuo habent.*

DISTINCTIO LXXII.

D*Imissorias* [c] *vero litteras episcopus nisi rogatus, non tribuat: sicut statutum est in synodo habita Roma. Vnde Leo Papa ait.*

¶ Nisi eodem petente, nulli dimissoriæ litteræ præstentur. C. I.

EPiscopus [d] subiecto sibi sacerdoti, vel alii clerico, nisi ab ipso postulatus [e], dimissorias non faciat; ne ouis quasi perdita, aut errans inueniatur.

Ansl. 6. c. 122.

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 21.

¶ De eodem. C. II.

CLericum [f] alienum, nisi concedente eius episcopo, nemo andeat vel retinere, vel promouere in ecclesia sibi credita. Clericorum [g] autem nomen etiam lectores, & psalmistæ, & ostiarij retinent †.

Burch. l. 2. c. 42 Iuo p. 6. c. 14

† al. retineant

Item ex concilio Milenitano, c. 15.

¶ In vna ecclesia ordinatus, in alia non suscipiatur †. C. III.

† al. teneatur

PLacuit [h], vt quicumque in vna ecclesia vel semel eligitur [a]; ab alia ecclesia ad clericatum non teneatur.

Conc. Africanũ c. 57.

a ¶ Eligitur.] *In concilio Milenitano est* vel semel legerit; *itemque in concilio Carthaginensi græco, c. 91.* ἅπαξ ἀναγνῷ, *in Africano autem, c. 57.* vel semel suscepto officio legerit.

DISTINCTIO LXXIII.

Q*Valiter vero commendatitia, vel dimissoria, seu formata epistola facienda sit, videndum est. Debent namque litteræ græcæ interponi in ea epistola, & nõ sine causa. Græca enim elementa litterarum, numeros etiam exprimere, nullus qui vel tenuiter græci sermonis notitiã habet, ignorat. Ne igitur in faciendis epistolis canonicis, quas mos latinus formatas vocat, aliqua fraus falsitatis temere præsumeretur, hoc à patribus cccxviij. Nicææ congregatis saluberrime inuentũ est, & constitutum; vt formatæ epistolæ hanc calculationis, seu supputationis habeant rationem: idest, vt assumantur in supputationem prima græca elemẽta patris, & filij, & spiritus sancti, hoc est* π, υ, α: *quæ elementa octogenarium, & quadringentesimum, & primum significant numerum. Petri quoque Apostoli prima littera, id est,* π, *quæ numerũ octoginta significat: eius quoque, qui scribit, episcopi † prima littera; cui scribitur, secunda littera; accipientis, tertia littera; ciuitatis quoque, de qua scribitur, quarta, & indictionis, quæcumque est illius † temporis, numerus assumatur. Atque ita his omnibus græcis litteris, quæ, vt diximus, numeros expri-*

Ex Attico ad finẽ concilij Chalcedonensis. Aos. l. 6. c. 121. Iuo p. 6. c. 433.

† vel epistolam

† al. id.

D *Imissorias.* CASVS. Supra in proxi. dis. dictũ est, q clericus alienus sine litteris dimissorijs vel commendatitijs sui episcopi, & sine eius licentia recipi non debet: ideo supponit hãc 72. dist. in qua ostendit, qꝫ clerico non debet pater licentia sine litteris dimissorijs: quas episcopus non debet dare nisi rogatus. Et casus omnes plani sunt.

c ¶ *Dimissorias.*] Hic depingitur 72. distin. Dixerat supra magister, clericum sine commendatitijs litteris sui episcopi non esse recipiendum. nunc ostendit, quòd episcopus nõ debet eas dare nisi instanter rogatus.

d E *Piscopus.*] ¶ *Nisi ab ipso.*] scilicet qui eũ habere desiderat & postulat: sicut cũ quis transit in familiam alterius, vt ff. de adop. l. 2. sic ſ. 70. dist. c. 2.

e ¶ *Postulatus.*] Sunt enim quædam quæ nõ conceduntur nisi cũ instantia, vt palliũ. 100. dist. prisca. & apostoli. 2. q. 6. post appellationem. bene accedit ad hoc quia qui præest, parcissime debet commeatum dare. ff. de re milit. officium.

f C *Lericum.*] ¶ *Episcopo*] sic C. de emancip. iubemus.

g ¶ *Clericorum autem.*] ſ. dist. 21. cleros. ergo & qui ostium ver-

Q *Valiter.*] CASVS. Hic intitulatur 73. distin. quæ in scholis non legitur: quia ea quæ ibi continentur, in desuetudinem abierunt: nec modo locũ habent: ibi enim continetur qualiter & quibus litteris vel græcis vel latinis formatæ debent fieri: sed nunc non sic fiunt: & ideo quia in ea nulla vel modica vtilitas continetur, ideo membranas occupare non debet. 19. dist. si Romanorum.

Quo-

munt, in unum ductis, unam, quacumque fuerit collecta, summam epistola teneat: hanc qui suscipit, omni cum cautela requirat expresse †. *Addat praeterea separatim in epistola etiam nonagenarium, & nonum numerum, qui secundum graeca elementa significat ἀμήν.*

† al. expressam

¶ Exemplar formatae epistolae, quae in Nicaena synodo à CCCXVIII. Patribus facta est. C. I.

Burc. l. 2. c. 227. Iuo p. 6. c. 434. simile quiddam multoq; magis, c. 435. Matth. 10. Rom. 12.

IN nomine patris. π. & filij. υ. & spiritus sancti. α. π. Vualterio Spirensi episcopo. Ego Burchardus sanctae Vuormaciensis ecclesiae deuotus, gregis Christi famulus, in Deo vero summae felicitatis beatitudinem. Cum sancta catholica ecclesia prompta sit sequi documenta Euangelica; quae dicunt[Qui recipit prophetã in nomine prophetae, accipiet mercedem prophetae. & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet, &c.] & Apostolus iubeat hospitalitatem sectari, & necessitatibus sanctorum virorum communicare; tamẽ propter eos, qui cauteriatam habent suam conscientiam, dicentes se esse simplices, cum sint astutia diabolica repleti; & pro opere pietatis dicunt se de loco ad locum transire, cum sint. sua malitia faciente, fugitiui; & dicunt se esse ministerio sacro insertos, cum non sint; statutum est à sanctis patribus, neminem clericum alienum, & ignotum recipi ab aliquo episcopo & inthronizari in sua ecclesia; nisi habeat à proprio episcopo epistolam, quae in canonibus nominatur formata. Ideo notum facimus fraternitati †vestrae; quod praesens frater noster harum litterarum portitor nomine Hermannus †non pro sua nequitia expulsus est a nobis; sed postulantibus fratribus, eo quod ex familia nostra fuit, & noster baptizatus, fecimus ei libertatem receptam in † cornu altaris canonice; & ordinauimus eum ad gradum presbyterij. Cui etiam has dimissorias, siue commẽdatitias litteras facimus; & eum ad vestram dilectam fraternitatem dirigimus; vt in vestra parochia sub vestro sacro regimine, & defensione consistere valeat. Ego, inquam, Burchardus humilis episcopus in nomine patris, †& filij, & spiritus sancti, & in vnitate sanctę ecclesiae, in qua Petro datum est ius ligandi, atque soluendi, absoluo Hermannum presbyterum de ciuitate Vuormaciensi indictione x. & licentiam do vobis inthronizandi eũ in quacũq; ecclesia vultis vestrae parochiae. ¶ Hanc ergo epistolam graecis litteris hincinde munire decreuimus, & annulo nostrae ecclesiae firmare censuimus. Fraternitatem vestram Christus nobis incolumem conseruet ᵃ. π. υ. α. π. β. ι. ζ. ξ. ἀμήν. Data Vuormaciae Idibus Martij, anno Dominicae incarnationis, M X I I. Indictione X.

† al. paternitati
† Hermannus, Iuo.
† al. à
† al. patris π. & filij υ. & spiritus sancti α.
Iuo p. 6. c. 434. simile.

ᵃ ¶ Conseruet.] *In hoc & sequenti capite ea tantum sunt emendata, quae exemplarium auxilio restitui poterant. Caeterum quae hoc loco sequuntur, etiam apud Burchardum sunt depravata. Facile autem restitui possunt ex regulis initio distinctionis traditis. Quibus quidem regulis optime respondet exemplum ab Iuone allatũ par. 6. c. 435. si litera in extremo 434. capitis posita, ponantur loco earum quae in ipso 435. afferuntur. Addita enim illa dictione ἀμήν, fiet numerus ibi notatus, idest IↃCCLXXVIII. Bene etiam procedet exemplum cap. 434. si vbi nũc summa est 1139. fiat 1439 satis sit notum ostendisse.*

¶ Incipit epistola formata a CCCXVIII. episcopis, & ab Attico Constantinopolitanae vrbis episcopo edita. C. II.

Ans. l. 6. c. 121.

SAnctissimo in Christo fratri summa dulcedine charitatis amplectẽdo. A. illius ciuitatis episcopo, υ. illius ecclesiae praesul perpetuae beatitudinis optat in Christo salutem. π. υ. α. π. De cetero nouerit sancta fraternitas vestra, quòd iste clericus Hermannus nomine, nostra in parochia instructus, ac detonsus paruitatem nostram rogauit; quatenus illi commendatitias litteras conscriberemus; quibus vestrae celsitudini commendatus, sub tuitione vestri regiminis degere posset: cuius voluntati consentientes, secundum canonicã auctoritatem litteras ei dimissorias dedimus; per quas & ipsi concedimus, vt sub vestro magisterio diuinae seruituti insistens suae deseruiat vtilitati; & vobis licentiam tribuimus, vt, si dignum eum iudicaueritis, ad sacros ordines promoueatis. Commendatum ergo eum curae vestrae suscipite; & nostris ex partibus absolutũ in vestrarum ouium numero custodite. Quas litteras, vt vigore veritatis firmatae, indubitanter à vobis suscipiantur; litteris graecis, vt canonica docet auctoritas, confirmare satagimus. Sancta Trinitas vestram beatitudinem ad regimen sanctae suae ecclesiae perpetualiter bene valere concedat, ἀμήν; vel sic, ϙ θ. (quę eamdem summã exprimunt) indictione x. Continet haec formata epistola summam numeri M. CCCC. X V. † Y. graecam in nomine illius primam ponimus; quia gręci eam in quibusdam locis pro, u, consonante ponunt; sicut est Δαυίδ & ευαγγέλιον.

† al. m. cc. xxv.

ᵃ ᵃ Ab Attico] *Antea legebatur, abbatibus. Restitutus est locus ex coniectura (quod perraro factum est) quoniam euidenti ratione nitebatur.*

ᵇ ¶ ἀμήν, vel sic. ϙ θ.] *Addita sunt haec ex aliquot vetustis exemplaribus, & vtrisque istis notis idem numerus nonagesimus nonus significatur. In codicibus vero impressis vel nihil erat; vel dictio, amen, latine scripta; in qua nulla est numeri significatio.*

DISTINCTIO LXXIIII.

al. ordinari

QVaritur ᵃ de his, qui ab episcopis suis promoueri † contemnunt, an inuiti sint sublimandi, an non. De his ita statutum inuenitur in concilio Aurelianensi 3. c. 7.

Varitur.] Hic dist. diuiditur in tres partes, in quarum prima probat magister, q clerici nõ sũt ad ordines compellendi. Secunda ibi, Sane. Tertia ibi, Verum. Ioa. de Fant.

C. a s v. Supra in pluribus locis facta est mẽtio de promotione clericorũ. Sed quia clerici quandoq; nolũt promoueri, ideo Grat. annectit hanc 74. dist. in qua quaeritur, an aliqs inuitus sit promouendꝰ. Et hoc ordine procedit. Primo ponit, q clerici inuiti promoueri non debẽt p duo prima c. postea probat contrarium, deinde solutionẽ dat. ibi c. §. verum.

a ¶ Quaeritur.] Hic depingitur 74. dist. in qua quaeritur, an quis inuitus sit ordinandus: & praecise continetur in quibusdã ca. q non, in quibusdã q sic, vt scilicet de nolentibus, nãt volentes. cũ ergo nec aliquis vult promoueri, nec necessitas vel vtilitas ecclesiae exigãt: nõ est cogendus, vt in ea ep. ca.

Ordinandus est quis inuitus faciente vel vrgente necessitate.

cap. 1. & 2. si autē necessitas ecclesiæ hoc exigit, cogitur, iuxta illud qd̄ habes ī. e. c. 3. & 4 & 23. q. 4. displicet. si autem exigat vtilitas ecclesiæ, tunc debet cogi iuxta id quod habes ī. ea c. vlt. [1] Hæc tamen distinctio videtur reprobari ī. eo. ca. epõrum. & extra de ætā. & quali. ordi. quæris. & ideo dici potest omnia hæc referendo ad arbitrium iudicis. Præterea quando dices q̄ vtilitas sit, & nō necessitas? Tunc dico vtilitatem esse tantū cum ecclesia īdiget promotione aliquorū qui nolūt promoueri, & tamē alij qui sunt in eadem ecclesia q̄ promoueri possunt, vt ī. eo. c. vlt. Tūc autem dico necessitatē esse, quando ecclesia indiget p̄motione aliquorū; nec alij sunt in ecclesia qui dignē possunt promoueri, vt ī. eod. cap. 4. Si vis distinguere secundum distinctio. H. scilicet quis sit promouendus: dic q̄ promouendus ad dignitatem cogitur per subtractionem beneficiorum. Alij dicunt, quòd per attractionē etiam corporis ad ordines, vt ī. 12. quæst. 6. cap. vlt. 8. quæst. 1. in scripturis. 23. quæst. 4. displicet. si tamen. sit semper inuitus, non cogitur. 20. q. 3. præsens. ī. eo. c. vbi. Inuitis enim non sunt dandi honores. ff. de decur. l. 2. & 3. §. vlt. Sed promouendus ad ordines, vel honores suadente vtilitate, tantum cogitur secundū quod habes ī. e. ca. vlt. §. quòd maiores sunt pluribus beneficijs honorandi, vt ibi dicitur. Necessitate cogente cogitur suspensione ab officio. ī. ead. si qui. & cap. placuit. in quo intelligo & priuationem beneficij. regulariter enim vno subtracto & reliquum est subtractum, vt 81. dist. si quis amodo. Credo tamen quòd debeat præcedere suspensio ab officio, quasi quædam excommunicatio: quam si contemnit, sequitur beneficij subtractio, vt 60. dist. innouamus. 23. quæst. 4. c. forte. Si vero nec necessitas nec vtilitas exigit, non est cogendus: & si episcopus eum cogat, videtur causa odij & ingratitudinis eum cogere. ī. c. episcopus. & c. gesta. Quidam tamen volunt remouere distinctionem de necessitate & vtilitate, arg. ī. e. episcoporum. & dicunt q̄ diuersi canones diuersas pœnas imponunt nolentibus promoueri: & est in arbitrio episcopi quam imponat. Aliter tamen soluitur hæc contrarietas extra de ætā. & quali. quæris. Ioan. Quidquid dicat Ioan. decre. illa, quæris. dicit quòd cogi possunt, si vtilitas vel necessitas exigat, per subtractionem officij & beneficij. & tunc dico vtilitatem esse ecclesiæ, cum ille qui promoueri petitur, vtilior est in officio quàm alter qui iam est promotus: & vtile est plures esse in ecclesia in eodem officio. Necessitas est cum iam promotus non sufficit: vel non est aliquis promotus. B.

[Margin: Vbi de hoc in g. a. 1.]

[Margin: Honores nō esse inuitis dandos.]

[Margin: Officio subtracto, subtrahi debet beneficium.]

demque tempore in sacerdotem promouit: & ab archidiaconatu remouit. Quod cum significatum esset Grego. & cum deprehenderet quòd hoc malo zelo sit actum fuisset, reprehendit episcopum, dicens quòd sicut nemo compellitur promoueri inuitus, ita aliquis ab ordine non debet eijci sine culpa.

[Margin: Indignus minoribus ad maiora non promouetur.]

¶ Annuæ suspensioni subiaceat episcopus; qui inuitum ordinare præsumit. C. I.

EPiscopus, qui inuitum [a], aut reclamantem [b] præsumpserit ordinare, annuali pænitentiæ subditus Missas facere non præsumat [c].

Item Gregorius Natali episcopo Salonitano, in primo lib. reg. epist. 19.

¶ Nullus promoueatur inuitus. C. II.

[Margin: Poly. l. 2. tit. 33. Iuo p. 6. c. 379. † al. adducitur]

GEsta [d], quæ nobis in concilij vestri confecta secretario [e] direxistis, in quibus archidiaconus Honoratus addicitur †, plena esse cognouimus semine iurgiorum: cum vno eodemque tempore vna persona [f] nolens ad sacerdotij ordinem prouehitur, quæ [g] tamquam immerita à diaconatus officio remouetur. Et sicut iustum est, vt nemo crescere [h] compellatur inuitus; ita censendum puto similiter, ne quisquam insons ab ordinis sui ministerio deijciatur iniuste.

Contra inuenitur in conc. Carthag. c. 31.

[Margin: In codice canonum.]

¶ Qui ab episcopis suis promoueri contemnunt, à locis suis deijciantur. C. III.

[Margin: Iuo par. 6. c. 42.]

SI [a] qui clerici ab episcopis suis promoueri contempserint; nec illic maneant, vnde recedere [i] noluerunt.

a ¶ Si qui.] *Verba huius capitis sunt titulus sequentis capitis*, Placuit. *qui est proprius canon trigesimus primus concilij Carthaginensis in codice canonum, & apud Græcos.*

¶ De eodem. C. IIII.

[Margin: Burc. l. 2. c. 178. Iuo par. 6 c. 42. Ansl. l. 6. c. 103. † ecclesiarum non obtemperauerint]

PLacuit, vt quicumque clerici, vel diaconi pro [a] necessitatibus ecclesiasticarum † rerum non obtemperauerunt episcopis suis volentibus eos ad honorem ampliorem in ecclesia sua promouere; nec illic ministrent in suo gradu, vnde noluerunt recedere.

a ¶ Pro necessitatibus] *græce est*, διά τινας ἀναγκαστικὰς αἰτίας τῶν ἐκκλησιῶν αὐτῶν. *id est*, ob quasdam cogentes causas suarum ecclesiarum.

Item ex concilio Agathensi, c. 23.

E Piscopus.] CASVS. Dicitur in hoc cap. quòd episcopus non debet promouere aliquem inuitum vel reclamantem: quod si fecerit, à celebratione Missarum suspensus, annuæ pænitentiæ subiacebit.

a ¶ Qui inuitum.] aliquo indicio alio q̄ voce voluntatē ostēdēte.

b ¶ Aut reclamantem.] voce vel signo. 50 di. si quis diaconus. quamuis enim esset inuitus: si nec voce nec aliquo indicio reclamaret, præsumeretur voluntarius. 54. di. c. si seruus. aut reclamantem signo saltem. nam & per signa ita apparet voluntas, sicut per vocem. 32. q. 5. nec solo. 20. q. 2. c. 1. & 2. Et sic no. differentiam inter inuitum & reclamantem, vt ff. de serui. vrb. præd. inuitum.

[Margin: Voluntas manifestatur signis & voce.]

[Margin: 2 Ad idē extra de sponsa. vel apud. Ice adde Bal. in l. quamuis. C. de impu. & ali. subst.]

c ¶ Non præsumat.] nihilominus deponetur, vt ī. eo. vbi.

G Esta.] CASVS. Natalis episcopus cum haberet archidiaconem suum exosum nomine Honoratum, quia contradicebat sibi, ne vasa sacra parentibus largiretur: illum inuitum vno eo-

d ¶ Gesta.] Hoc cap. & c. Honoratus. loquuntur de eadē materia: & idem est casus vtriusque.

e ¶ Secretario.] aliter sumitur 23. dist. non oportet.

f ¶ Persona.] Argu. non debere promoueri ad maiora, qui minoribus indignus iudicatur. argumen. 24. quæst. 1. miramur. & distin. 44. nulli liceat. ff. de senatuscons. qui indignus. & cui interdicitur pomeriū, &c. ff. de ser. expor. cum pacto. ff. de interdict. & releg. l. relegatorum. §. vlt.

g ¶ Quæ tamquam.] idest, & illa. Argu. quòd [2] contraria allegans non est audiendus. 13. quæstio. 2. quàm præposterum. de consecra. tio. distinctio. 2. reuera. 23. quæst. 7. cap. 3. extra de appella. sollicitudinem.

[Margin: Contraria allegans audiri non debet.]

h ¶ Crescere.] Arg. quòd monachis vel canonicis inuitis districtior vita non possit [3] imponi: arg. 15. q. 1. non est. & 20. q. 3. præsens. 10. 32. q. 1. integritas. B.

[Margin: Monachis inuitis an districtior vita possit imponi.]

[Margin: [3] Hoc asseruisse ponunt T. & B. extra de cle. vel monach. relatū. sed hoc dictum forte verū est in clericis nō professis. Archi.]

CONTRA. CASVS. Hucusque probauit, quòd aliquis non sit promouendus inuitus, modo vult probare contrarium per quattuor sequentia cap.

S I qui.] CASVS. Quæsitum fuit in concilio Carthaginensi, quam pœnam debeat pati clericus, qui propter necessitatem ecclesiæ suæ ad maiores ordines recusat ascendere. Et respondet quòd debet remoueri ab officio illius ordinis, à quo recedere noluit. Idem est casus sequen. cap.

i ¶ Recedere.] Non quòd amittat quis ordines inferiores si promoueatur ad maiores: sed dicitur recedere quo ad executionem solennem: quia non ita solenniter exequitur quis inferiores ordines: vel recedit quo ad appellationē. Quòd recedat à priore, est ar. 37. dist. qui de mensa. 92. di. c. in sancta. Sed (vt prædixi) recedit quo ad onus [a], nō quo ad honorē: ar. opti. ff ad muni. l. municeps. Sed qd̄ si se dicat criminosum, est ne ei credendū: vi. q̄ non: quia mota iā sibi controuersia hoc dicit: arg. extra de testi. licet. extra qui matri. accusa. poss. cū in tua. & cap. peruenit. Sed dic ei credēdū. extra de ætā. & quali. quis à nobis. Similiter si se dicit insufficientē, audiendus est. arg. ī. e. eporum. alias si nō auditur eius excusatio, potest appellare. C. de appella. eiues. & l. qui ad ciuilia.

[Margin: a Onus, vnde nō immunes recusare nō possunt compelli in inferiori ministrare. Pan. c. 1. de vi. & honest. cle.]

[Margin: Criminosum se dicens an sit credendum.]

Episcoporum].Casus. Quidam episcopi vel prælati præponebant clericos posteriores tempore vel ordine clericis prioribus: & ideo prohibitum fuit in concilio Agathen. ne hoc de cetero fieret, nisi in duobus casibus, scilicet si prior contemneret ordinari, vel nimis esset simplex, in quibus casibus ille minor præponetur, quem episcopus elegerit præponendum. Vel aliter, hoc ca. duas habet partes. Prima loquitur de promouendo, in quo casu minor maiori, vel posterior priori nõ est præponendus, nisi prior obedire contemnat. Secunda pars loquitur de archidiacono iam promoto: qui si est nimis simplex, habebit tantum nomen archidiaconatus, & alius quem episcopus elegerit præponendum, habebit administrationem. Secunda pars incipit ibi, *Sane*.

† al. ne] orig.

† al Archidiaconatus

¶ Posteriores prioribus episcopi non præponant. C. V.

EPiscoporum [a] etiam, quorum vita non reprehenditur, posteriorem priori nullus præponat, nisi † forte superbia elatus, quod pro necessitate ecclesiæ episcopus iusserit, implere contemnat. 2 ¶ Sane [b] si officium Archidiaconatus † propter simpliciorem [c] naturam implere, aut expedire nequiuerit, ille loci sui nomen teneat, & ordinationem [d] ecclesiæ, quem elegerit episcopus præponendum.

6 Et ordinationem.] *Quamuis in præcedentibus conciliorum editionibus Coloniensibus legatur,* & ordinationi ecclesiæ, quem elegerit episcopus, præponatur: *tamen in vetere Coloniensi, duobus Parisiensibus, & duobus codicibus conciliorum Vaticanis est eodem modo, atque apud Gratianum.*

Item Gregorius Ioanni episcopo, Syracusano, lib.xi.epist.34.

¶ In quo loco quisque ordinatus est, inuitus teneri non debet. C. VI.

† al. veneranda

† al. contristationis

QVorumdam ad nos relatione peruenit Cosmã, qui ex monacho monasterij sanctæ Luciæ a decessore vestro memorãdæ † memoriæ Maximiano in ecclesia [e] Syracusana factus subdiaconus, atque à vobis postea in possessione, quæ Iuliana dicitur, presbyter est ordinatus, ita nimia tristitia, & loci qualitate [f] vehementer afflictum, vt vitam sibi poenam existimet, & contritionis † suæ fugam quærat auxilium. Et ideo [g], quia tales erga subiectos nostros [h] debemus existere, quales nobis, si subiecti fuissemus, nostros volueramus esse præpositos † magnæ benignitatis est, si eũ in ecclesiam, vbi subdiaconi est functus officio, sanctitas vestra reducere, atque illic presbyterum voluerit constituere Cardinalem. Quod & facere, quantum arbitramur, debebitis; si tamen nihil est, quod iuste cõtra ipsum animos vestros exasperet. Si vero aliqua culpa est, suis nobis hoc epistolis vestra fraternitas, vt scire possimus, insinuet.

† Adde vers. in 9 collat. 8. ... §. ff. ...

3 *Verum illud Gregorij de his intelligendum est, qui non causa necessitatis, sed causa ingratitudinis callide ab episcopis suis promoueri quæruntur. Illud autem Carthaginensis concilij de his intelligitur, qui nolunt obtemperare episcopis suis propter necessitatem ecclesiæ volentibus eos ad altiora promouere. Hanc distinctionem ex decreto Simplicij Papæ quilibet corroborare valet, qui scribens Ioãni episcopo Rauẽnati, epist.2. ait inter cetera.*

Poly.l.5.tit.33. Ansel l.6.c. 66. & 67. Burch.l.5.c.29. Iuo p.5. c 140.

† al. electione

¶ Non est aliquis inuitus ad episcopatum pertrahendus. C. VII.

VBi ista didicisti, quæ in fratrem, & coepiscopum nostrum Gregorium non dilectione †, sed inuidia perperrasti? quem inexcusabili violentia pertrahi ad te passus es, atque vexari, vt ei honorem [i] tantum, non per animi tranquillitatem, sed per amentiam, sicut dicen-

a ¶ *Episcoporum*] sic construe. Nullus episcoporum præponat posteriorem priori, quamuis posterior sit de numero eorum, &c. Et nota secundum opi. H. quod prior debet semper eligi, & de priori, vt dicit, sufficit ne malus existat, licet posterior melior sit, vt j. 75. dist. cap. vlt. Alij dicunt semper meliorem præferendum, etiam si posterior sit. arg. 16. dist. 6 synodus. versi. prima.

• Posterior † duobus casibus ... priori præferendus ... simplicitas ... promouendum impedit.

b ¶ *Sane.*] hanc litteram intelligunt quidã de promouendo, & est totum cap. & ita assignantur duo casus, in quibus posterior præfertur priori, scilicet cum renuit prior promoueri, vel cum est simplicior quàm esse debeat in officio ad quod eligitur, & tunc lege, ille scilicet posterior, tenebit nomẽ loci sui, id est, debiti sibi prioris, vel debiti ratione prioritatis.

c ¶ *Propter simpliciorem*] 7.q.1. quia. & cap. petisti. contra. s. dist. 39. Petrus. & dist. 47. de Petro.

d ¶ *Et ordinationem.*] id est, administrationem. & dicit Archid. f. fandi, & ita simplicitas impedit promouendum [i], sed non deijcit iam promotum. Si vis intelligere de iam promoto, dic ille scilicet simplex, tenebit, id est, habebit nomen & dignitatem: quia non remouebitur, sed dabitur ei coadiutor, & hoc est quod dicit, & ordinationem, id est, administrationem teneat ille, quem elegerit episcopus [3].

† Adde quia dicitur simplex, ... in pri ... de aetate ...

QVorumdam.] Casus. Maximianus episcopus Syracusanus ordinauit in ecclesia sanctæ Luciæ Cosmã monachum in subdiaconum. Postea Ioan. fecit eum presbyterum, qui successor Maximiani fuit, & posuit eum in possessione quę dicitur Iuliana, vbi ex loci qualitate & tristitia affligebaẽ intantũ, vt vitã sibi pęnã existimaret: propter quod supplicauit Papæ, vt pristino loco restitueretur. Scribit ergo Papa Ioanni successori Maximiani quatenus eum in pristinum statum reducat, nisi iusta causa sit iratus contra episcopum. & si est aliqua causa culpæ præcipit sibi, vt eã sibi insinuando manifestet.

[1] Secundũ ... videtur, quod ... prælatus, & sic videtur ... & not. causa de ... Gof. & H. quod conditio ... est prælatus ... habet ... animarũ, ... vide.

e ¶ *Syracusana.*] quæ monachorum est, sicut & Cantuariensis. Et ita non est arg. hic quod monachus possit esse secularis canonicus: licet enim possit esse prælatus, tamen non potest præbendã habere, quæ priuatæ est vtilitatis. H. cõtra sentit. vt dixi 63. dist. c. 2. & 16. quæst. 7. in nona.

Monachus non potest esse secularis canonicus.

f ¶ *Qualitate.*] arg. quod si quis translatus est de vna ecclesia in aliã ecclesiam, & deceptus est qualitate loci restituendus est. Et ita error qualitatis dissoluit matrimoniũ spũale [3], & ad de quod dixi. 23. dist. c. communis.

Error qualitatis dissoluit matrimonium spirituale.

[3] Idem dicit in facto Laur. ...

g ¶ *Et ideo*] vt in Authen. vt cum, de appel. cog. §. cõsiderare. coll. 8.

h ¶ *Subiectos nostros.*] sic 95. dist. c. ecce. & 22. q. 5. de forma.

VERVM. Hæc est tertia pars huius distinctio. in qua soluit & dicit, quod præcise non est quis compellendus ad aliquam dignitatem. & hoc probat tribus auctoritatibus. Io de Fant.

Casus. Soluit Gratianus prædictam contrarietatem, dicens quod illud capitul. gesta. intelligitur de his qui non causa necessitatis, sed causa odij volunt clericos promouere. Illa vero cap. si quis. & placuit. intelliguntur de his clericis qui causa necessitatis contemnunt promoueri. Et hanc distinctionem probat sequens cap.

VBi.] Casus. Ioan. episcopus Rauennas consecrauit quendam Gregorium inuitum in episcopum, de quo conquestus est Papæ: quare Papa scribit archiepiscopo, & redarguit eũ super hoc, & si decetero talia fecerit, priuabit eum ordinatione Rauennatis, & Aemilien. ecclesiæ. Nam priuilegiũ meretur amittere, &c.

i ¶ *Honorem.*] hic patet, quod licet quis coactus ordinetur, tamen recipit ordinem. arg. 1. q. 1. quod quidam. & 45. dist. de Iudæis. Sed si absoluta esset coactio, tunc nullum reciperet ordinem, vt extra de baptismo, maiores. Sed nunquid ille qui conditionali coactione ordinatus est, tenetur continere? videtur quod sic, vt 45. dist. de Iudæis. Item quia coacta voluntas est voluntas, vt 15. q. 1. merito. maxime secundum illos qui dicunt, quod ordini sit votum annexum, vt 27. dist. diaconus 84 dist. cum in præterito. Dicunt quidam [a] quod talis teneatur continere, & licet nõ debeat quis cogi ad recipiendum ordinem, tamẽ receptum cogitur seruare. Sed hoc non credo vbi metus talis est, qui cadit inconstantem virum, vt extra quod metus

Ordinatus coacte an ordinem recipiat, & continere debeat.

[a] Vt Lau. de hoc facto not. Goff. & Rayon. I. suis summis, vt dixi ... de ... vide ... de his quæ ui metusue ... j. vt.

tus causa, c. perlatū & c. cum dilectis. q̃a integritas est res voti. & nō præcep. 32. q. 1. cap. integritas. & continentia non debet esse nisi voluntaria. vt 32. dist. c. ante triennium. & 10. q. 3. c. præsens. nec dico talem in aliquo habere priuilegium clerici; si tamen vult vti eo, potest; sed tunc continere tenetur. Secus autem in baptismo; q̃a illud est sacramentum salutis & necessitatis, id o illud cogitur retinere, vt i ca. de Iudæis.

T. & H. Et est arg. contra H. sententiam, quam not. 4. q. 2. in summa. Nam si post contumaciam infamis esset, non retineret ecclesiasticam dignitatem. C. de digni. l. 2. lib. 12. extra de accus. prælato. inter.

g ¶ *Contradices.*] attende archiepiscopum à subdito excommunicari

dum est, irrogares? Neque enim talia potuissent fieri sanitate consilij. Nolumus exaggerare, quod gestum est, ne cogamur iudicare, quod dignum est. Nam priuilegiū meretur amittere, qui permissa sibi abutitur potestate. *& infra* ¶ Denuntiamus autem, quòd si posthac quidquam tale præsumpseris, & aliquem seu episcopum, seu presbyterum, seu diaconum, inuitum[a] facere forte credideris; ordinationes tibi Rauennatis ecclesiæ, vel Æmiliensis noueris auferendas.

Item Gregorius Antonino subdiacono, lib. secundo, episto. sextadecima. indictione x.

¶ De eodem. C. VIII.

HOnoratus archidiaconus ecclesiæ Salonitanæ[b] à sanctæ memoriæ decessore meo, missa supplicatione poposcerat; vt ab antistite suo inuitus proueh̃i ad fortioris gradus ordinem contra morem nullatenus cogeretur. Hoc enim fieri sibi non prouehendi gratia, sed causa ingratitudinis[c] perhibebat. Pro qua re tunc iam sanctæ memoriæ decessor noster scriptis suis Natali fratri, coepiscopoque nostro interdixerat, ne prædictum Honoratum archidiaconum inuitum proueheret, neve dolorem conceptæ ingratitudinis diutius in corde retineret. Cumque & a nobis hæc eidem summopere fuerint Interdicta; nō solum mandata Dei negligens, sed & scripta nostra contēnens, præfatū archidiaconum quasi ad fortiorem honorem,[d] prouehens, conatus est arte callida degradare. Vnde actum est, vt eo de archidiaconatus loco summoto, alium asciseret, qui eius obtemperare moribus potuisset. Quem Honoratum archidiaconum arbitramur antistiti suo aliud displicere non potuisse; nisi quòd eum vasa sacra suis dare parentibus prohibebat. Quam causam subtili volumus, & tunc sanctæ memoriæ decessor meus, & nunc ego indagatione discutere; sed ipse suorum sibi actuum conscius[e], personam ad iudicium postposuit destinare. Proinde experientiam tuam præsentis præcepti auctoritate duximus fulciendam, quatenus conueniens in Salona, Natalem fratrem, coepiscopumque nostrum saltem tot scriptis[f] admonitum studeat adhortari; vt supra memoratum archidiaconum in suo statim loco suscipiat. Quòd si facere hoc contumaciter, vt consueuit, forte distulerit, vsum ei pallij, qui ab hac sede cōcessus ei est, ex auctoritate sedis Apostolicæ contradices[†] [g]. Quem si etiam amisso pallio adhuc[h] in eadem pertinacia perseuerare perspexeris; dominici quoque corporis, & sanguinis eumdem antistitem participatione priuabis.[i]

Adhibenda est etiam disciplina, qua nolentes promoueri ad sacros ordines, ad obediendum episcopis suis prouocentur. In minoribus siquidem ordinibus constituti, paulatim per singulos gradus sunt prouehendi; vt contemnentes suis obedire episcopis, doleant sibi esse prælatos, quos prius habebant subiectos.

a ¶ *Inuitum.*] j. 23. q. 4. cap. duplicet ubi 2. j. 1. q. 6. sicut u. & contra. & j. 7. q. ult. 1. c. scias, C. de episco. & cler. l. si quemquam. cōtra. Sed dico, q̃ semper ab initio debet esse inuitus, vt dixi j. 8. q. 1. in scripturis. Io.

H*onoratus*] CASVS. Archidiaconus Honoratus cōtradicebat episcopo Natali, ne sacra vasa consanguineis daret, propter quod vt eum callide degradaret, volebat ipsū inuitum cōpellere ad sacerdotium, quod antecessor Gregor. prohibuit sibi per scripta ad supplicationem dicti archidiaconi; ipse vero contemnens eius prohibitionem, & etiā Gregor. Honoratum inuitū in sacerdotem ordinauit, & ab archidiaconatu eum eiciens, alium loco eius instituit, qui suis moribus obtemperaret, pp quod Honoratus conquestus est postea Gre. Greg. vero cū sæpe citasset Natalē, vt Romā veniret, & ipse semper contemneret, commisit Antonino subdiacono, vt pergens in Salonam moneat episcopum Natalem, quatenus Honoratū in archidiaconatu restituat; quod si facere contēpserit auctoritate Apostolica primo ei vsū pallii auferat; & si adhuc contumax fuerit, communione corporis, & sanguinis Christi priuet.

b ¶ *Salonitanæ.*] infra 93. dist. miratus.

c ¶ *Sed causa ingratitudinis*] qui aliquem propter odium, vel ingratitudinem nominat ad dignitatem, tenetur ei ad omne damnum quod exinde accidit. C. si propter inimicitias creatio facta sit. l. prima, lib. 10.

d ¶ *Honorem.*] nam dicit lex, q̃ ex quo quis promouetur ad maiorem dignitatem, amittit priorem. C. de primice. l. 1. lib. 12. Et est argu. ff. ad municip. l. municeps.

e ¶ *Conscius.*] argum. q̃ qui vocatus non venit, hoc ipso videtur diffidere de causa. 11. q. 1. Christianis. 3. q. 9. decernimus.

f ¶ *Tot scriptis.*] arg. hic q̃ nemo puniendus est pro prima contumacia. 92. dist. cap. vlum. & 84. dist. c. 1. sed fieri debet prout canon dicit 23. q. 4. forte. quod non est verum, vt dixi 4. q. 5. quisquis. In hoc casu veniunt T. Hug. & Iac. q̃ puniri debet in expensis citatus si in prima citatione nō veniat, licet ius ei concedat trinam citationem, vt 24. q. 3. de illicita. & C. quomodo & quando iudex. Auth. qui semel. Nec dicitur antea contumax quantum ad excommunicationem, vel missionem in possessionem: puniri tamen debet in expensis si in prima citatione non venit. ff. de his quis sui dicenti non ob. l. vna & ita in publico conuentu responderunt. Ia.

cari posse, & eiusdē cēsuræ similitudine posse deponi illius auctoritate personæ à quo fuit destinatus, vt 2. q. 6. si episcopus. Bar.

h ¶ *Adhuc.*] argu. q̃ crescente contumacia debet crescere & pœna. ff. de inter. & releg. relegatorū. Et iste ordo est seruandus, cum aliquis punitur pro contumacia, vt post admonitionem suspendatur, secundo excommunicetur, tertio deponatur, quarto curiæ tradatur, vt 23. q. 4. forte. in fi. 34. dist. quorumdam. Sed si pro crimine quis punitur, tunc primo deponitur, postea excommunicatur, vt 81. dist. dictum. extra de iud. cum non ab homine. S.

i ¶ *Priuabis.*] id est, priuatum esse ostendes. nam eoipso, quòd contumax erat, priuatus erat. vel priuabis quo ad hoc vt possit vitari ab alijs in sacramentis.

ADHIBENDA EST. CASVS. Supra in c. placuit. & i. c. si qui. ostensum est qualiter in tempore necessitatis nolens promoueri sit puniendus. Nunc vero dicit Gratianus, q̃ si est vtilis ecclesiæ, & non vult promoueri, qualiter prouocetur, vt episcopo suo in hoc obediat. Dicit enim q̃ minores paulatim sunt promouendi, vt contemnens promoueri, doleat minores sibi esse prælatos in ordine, & præbenda: & sic de nolente fiat volens.

Marginal notes: berl. de Relig. in l. sanctimo. C. de iudic. — 23. q. 5. c. priuilegium. — Contra, sup. 1. q. 1. sunt & de neg. gest. & in l. Iudæus. C. de sacros. eccl. — 23. q. 4. c. denuntiamus autem. — Vid. & hoc plenius. — Anselm. l. 7. c. 73. — † al. contradicito — orig. — Contumax quomodo ordine puniatur. — Vbi de hoc. extra de rescr. c. cum super. — Contumacia prima non faciat aliquem puniri. — In gl. sed obij. c. arg. alio vt, etiam propter id quod sequitur. — Arg. contra j. 24. q. 1. si qui de Potentibus. vide de hoc. — Adde ad hoc Bar. & Bal. & Al.

Consuluit.] Casus. Victor episcopus consuluit Gelasium quid esset sibi faciendum, cum diaconi sui pro vtilitate & necessitate ecclesiæ promoueri in sacerdotes contemnant: qui respōdet dicēs, q inuiti cōpellendi nō sunt: sed debet acolythos & subdiaconos (si digni sunt) in pbyteros ordinare, eis maiora beneficia asi-

†al. episcopo Alexandrino

Vnde Gelasius scribit Victori episcopo †.

¶ Cum maiores ordinari contempserint, de minoribus promoueantur ordinibus. C. IX.

Ansl.7.c.102. Iuo p.6.c.106. Polyc.l.2.tit.31.

Consuluit dilectio tua de suorum promotione clericorum, perhibens, quòd diaconi ad presbyterij gradum (quo ecclesiam tuam memoras indigere [a]) venire detrectant. Quapropter quia inuitos fieri ecclesiastica moderatio, grauitasque non patitur; vt ex nolentibus fiant volentes, ordinatio illa potest perficere †; si † quos habes vel in acolythis, vel subdiaconis maturiores ætate, & quorum sit vita probabilis, hos in presbyteratū studeas promouere, vt qui in suis ordinibus proficere noluerint, reddantur suis inferioribus post minores †; ipsaq; commoda [b] presbyteri propensius [c], quàm diaconi consequantur: vt hac [d] saltem ratione [e] constricti & honorem, quem refugerant, appetere nitantur [f], & quæstum.

†al proficere †al quia scilicet si quos Iuo par. 6.c.43. †al posteriores

DISTINCTIO. LXXV.

Tempus autem.] Hæc dist. diuiditur in quinque partes: in quarum prima dicitur, q die Dominica & & hora tertia & ieiuni debent epi consecrari quocumque tpe: & hoc probat per c. seq. Secunda ibi, *Tempus autē*, Tertia ibi, *Ceterorū*. Quarta ibi. *Quod die*. Quinta ibi, *Ordinationes*. Ioan. de Fan.

Casus. Ostēso qualiter & à quibus sit clericorum ordinatio faciēda, nūc ostēdit Gra. quo tpe sit ordinatio facienda. Et primo de ordinatione epōrū, postea de ordinatione ceterorū explicat, & dicit hic q in consecratione epi certū tēpus nō eligitur: dū modo in die dñica & hora tertia & ieiunātibus fiat, vt j.e.c.1. Ceterorū vero ordinationes fiunt in certis tēporib⁹, vt j.e.c.vl.

Tempus autem [g] *consecrationis, sicut in ordine Romano habetur, ad episcopi benedictionem non eligitur* [h]. *Omni enim tempore* [i] *benedicuntur; dummodo ieiuni, & hora tertia benedictionem accipiant.*

Vnde Anacletus Papa scribit ad episcopos Italiæ, epi. 2. in princ.

g ¶ *Tempus autem.*] Hic depingit 75. dist. in qua agit magister de cōsecratione episcoporū, & de temporibus ordinationū. subiungit etiā de ordinatione aliorū clericorum. Debet aūt ordinatio episcoporū fieri hora tertia die Dominico. j. ead. ca.1. & cap. quod die. ceterorū vero in sex partibus anni, scilicet in quattuor temporibus, & in sabbato mediæ hebdomadæ quadragesimæ, & in sabbato sancto. j. ea. c. vlt. extra de temporibus ord. c. 3. & 63. dist. in litteras.

¶ Ordinationes episcoporum qua hora fieri debeant. C. I.

j. dist. 64. ordinationes eporum. Burch. l.1.c.15. Iuo. p.5.c.69. Ansl.6.c.53. Pann. l.3.c.12. Poly. l.2.tit.6. De prophetis. 3. re. 19. De Moyse exo. 29. De regib. 1. re. 10

Ordinationes [k] episcoporum auctoritate [l] Apostolica ab omnibus, qui in eadem fuerint prouincia, episcopis sunt celebrandæ. Qui simul conuenientes scrutinium [m] diligenter agant, ieiuniumque cum omnibus celebrent precibus, & manus [n] in sanctis Euāgelijs, quæ prædicaturi sunt, imponentes, Dominica die, hora tertia [o] orantes, sacraque vnctione, exemplo † [p] prophetarum, & regum capita consignando, vt hac ratione constricti & honorem quærant, & quæstum.

† al prophetarum exēplo regū capita perungentiū, eos mo. &c.

h ¶ *Non eligitur.*] idest, non est electum, vel determinatum in canone.

a ¶ *Indigere.*] Hoc verbum temperat H. ita q sonat in vtilitatem, non in necessitatem. Dicitur enim quis indigere eo quod bonū & vtile est sibi habere. si enim necessitas esset, cōpelleretur per subtractionē beneficij vel officij. j. eo cap. 3. 4. & 5. licet sit arg. contra. j. ea. episcoporū extra de æta. & quali. quæris. secundū quam potes soluere canones istos. illa tamē loquitur de his qui habēt plura beneficia, prout ipsa littera dicit: & quod ibi dicit, primatis, dic parte stipendiorum, non omnibus. Ioan. quidquid dicatur, illi decret. quæris. stabis. B.

b ¶ *Commoda.*] Nā exhortatione præmiorū, &c. ff. de iusti. & iur. l. 1. & 23 q. 4 c. vlt. Ioan.

c ¶ *Propensius.*] Sed quomodo hoc procedet, vbi præbendæ omnes æquales sunt? Potest dici, quòd decurtentur præbendæ eorū. Vel dic consequantur spe, non re.

Presbyteri p'mi decimis habebūt quam diacones.

e ¶ *Propensius.*] Est hic argu. de iure communi plus presbyteros quam diacones de oblationibus & decimis debere habere: ar. 32. dist. præter hoc. quod verum est: sed de specialitate quandoque aliter fit. 1. q. 2. cap vlti.

Additio. De hoc etiam not. 1. quæst. 2. cap. vlti. vbi videas. 16. q. 7. c. 1. Archid.

d ¶ *Vt hac.*] Hic vt, consecutiuum est. 1. quæst. 1. quisquis. si enim esset causatiuum, simoniam committeret qui propter quæstum Deo seruiret. Deo enim propter Deum seruiendum est principaliter, vt 8. quæst. 1. sunt in ecclesia. & 1. quæst. 1. non est. & si esset causatiuum, videretur eos inuitare ad inuidendum alijs. Item argu. beneficium sicut priuilegium quandoque concedi alicui odio alterius.

Deo propter Deū est seruiendum. Dic q hoc totum ideo est qa habet respectus ad vtilitatē ecclesiasticā: in odiū alterius nō esset priuilegiū conferendū alicui. C. de sac. & sanc. eccl. l. si. Argu. ff. ad Treb. l. si cum ab her. ff. de admi. tut impuberi. §. tempus. Ioā. de fano.

e ¶ *Ratione.*] Graue enim videtur quòd plus detur socio quàm sibi etiam fratri. C. de bo. quæ lib. cum oportet. 1. responso. nec de eadem societate debet vnus plus quàm alius consequi. ff. pro soc. verum. § si cum tres nec est alicui conferendum vnde alij scrupuloso corde moueantur, vt 16. q. 7 ca. 1.

f ¶ *Nitantur.*] Argu. quòd fit quandoque secundario quod principaliter fieri non potest, vt hic, & ff de postula. l. 1. §. pe. & vlti.

i ¶ *Omni enim tempore.*] idest, omni mense, vel septimana. similiter restringitur de consecra. distin. 4. omni tempore. ibi exponitur, idest, omni anno.

Additio. De hoc etiam not. 31. dist. tenere. Archidia.

Ordinationes.] Casus. Anacletus docet in hoc cap. quòd ordinationes, idest, consecrationes episcoporum debent fieri ab omnibus comprouincialibus episcopis die Dominica, & hora tertia, sacra vnctione interueniente, exemplo prophetarū & apostolorum & Moysi. Nam Samuel inunxit Dauid & Helizæus Iehu Regem, apostoli Iacobum, & Moyses Aaron.

e ¶ *Ordinationes.*] Casus. Ostenditur a quibus, qualiter, qua hora, qua die episcopus debeat ordinari.

l ¶ *Auctoritate.*] generali. extra de elect. cum in cunctis. 16. quæst. 1. cunctis.

m ¶ *Scrutinium.*] idest, examinationē, de qua habes dist. 23. q. eps.

n ¶ *Manus.*] Duo ponent super caput consecrandi codicem euangeliorum. tertius fundet benedictionem: alij omnes ponēt manus super caput eius, vt 23. dist. episcopus.

o ¶ *Tertia.*] Multiplex est ratio de hora tertia: quia debet tūc Missa publice celebrari, vt de cons. dist. 1. nocte. sine qua Missa nō pōt consecrari: quia nec ecclesia sine Missa cōsecratur. de cōsec. dist. 1. oēs. licet quidā dicant contra, q scilicet non sit de substantia consecrationis: quibus ego assentio: a quia nō est de substātia vnctio ipsa, de qua magis videtur q sit de substātia. imo si omissa est, supplē. extra de sacra vnct. c. 1. in prin. Alij tamen dicunt omnia ista esse de substātia: ar. 23. dist. quorumdā. præter tempus, vel horam, quia quocumque tēpore ordinatur, recipit ordinem. arg. j. 77. dist. subdiaconus. extra de temp. ord. sane. nā quādoque citius, quādoq; tardius Missa celebratur. Item ideo est facienda consecratio hora tertia: qa spiritus sanctus i igneis linguis hora tertia, &c. de conse. dist. 1. nocte. quorū loco succedūt epi. 21. dist. in nouo. & quia hora illa dominus est crucifixus, vt ibidē dicitur. & tali hora apostoli consecrauerunt Paulum, & Barnabam, &c. j. eod. quod die.

Epōrū consecratio fit hora tertia. Ecclesia potest & sine Missa consecrari. Et bene secundum Hu. & Lau. contra fuit glo. ista. de hoc plene not. extra de elec. q sicut. vbi idem dicitur.

p ¶ *Exemplo.*] quia Samuel inunxit Dauid & Saulem: Helizæus Iehu in regem Israel.

Samuel inunxit Dauid.

a More apostolorum.] qui inunxerunt Iacobū. § 66. dist. porro.
b Et Moysis.] qui inunxit Aaron & filios eius. 21. dist. § 1.
c Sanctificatio.] idest, omnis vnctio sanctificans, & efficax est à spiritu sancto. Et sic patet q in collatione sacramēti cōfert gratia: & illa gratia inuisibiliter operatur. 1. q. 1. multi. & si sacramētū aliquod confertur digno, tunc corroborat virtutem priorē, vt de consec. dist. 5. nouissime. & augetur in eo gratia. de consec. dist. 4. non ex quo. Sed si sacramentū confertur indigno, solum sacramentum recipit, & illud rec pit ad sui malū: sed non recipit rem sacramēti. Hęc materia optime tractatur extra de sacra vnctio. cum venisset.
d Chrismati.] Et ita chrisma est sacramentum: quod concedo sicut & aqua. 1. q. 1. detrahe. & c. multi.

habeat hoc in prouincia. extra de eo qui fur. or. recep. cū H. laton.

Quod à patribus.] CASVS. Quæsiuit Dioscorus Alexandrinus patriarcha à Leone, vtrū indifferenter omnibus diebus sacri ordines possunt, vel debent conferri. Et respondet q nō: sed tantū post diē sabbati, & post exordia noctis, q lucescit in prima

rum, more[a] Apostolorum, & Mosis[b] vngentes; quia omnis sanctificatio[c] constat in spiritu sancto: cuius virtus inuisibilis, sancto chrysmati[d] est permista: & hoc ritu solennem celebrent ordinationem.

2 *Tempus autem consecrationis, trium mensium spatio clauditur: vltra quod, nisi necessitate cogente, episcoporum consecrationes post electionem differri non licet. Vnde in Chalcedonensi concilio, c. 25. legitur.*

¶ Vltra tres menses non differatur episcoporum ordinatio. C. II.

Quoniam quidam metropolitanorum, sicut ad nos perlatum est, negligunt creditos sibi greges, & differunt ordinationes facere episcoporum; placuit sanctæ synodo intra tres[e] menses fieri ordinationes episcoporum; nisi forte inexcusabilis necessitas[f] coegerit tempus ordinationis[†] amplius protelari. Si autem[*] quis episcoporum[g] hæc non obseruauerit, ipsum debere ecclesiasticæ condemnationi subiacere; redditus vero eiusdem viduatæ ecclesiæ integros reseruari apud œconomum[h] eiusdem ecclesiæ placuit.

Poly. l. 2. tit. 10. Burch. l. 1. c. 24. Ans. l. 6. c. 40. Iuo p. 5. c. 135.

† τῆς ἀναβολῆς

* Si autem quis.] *Sic etiam in prisca versione. Græce est:* εἰ δὲ μὴ τοῦτο ποιήσοι, ὑποκεῖσθαι αὐτὸν ἐκκλησιαστικῷ ἐπιτιμίῳ. *quæ alter interpres vertit.* Quòd si hoc minime fecerit, correptioni ecclesiasticæ subiacebit. *De metropolitano enim loquitur.*

3 *Ceterorum vero ordinationes non nisi in temporibus certis, & diebus, maxime sacerdotum, & leuitarum fieri debent; vespera videlicet sabbati, vel mane diei Dominica continuato ieiunio. Vnde Zepherinus Papa scribit ad episcopos Aegypti, epist. 2.*

¶ Ordinationes presbyterorum, vel leuitarum qua hora fieri debeant. C. III.

Ordinationes[i] presbyterorum, leuitarumque, tempore[k] congruo, multis coram adstantibus, solenniter agite; & probabiles, ac doctos viros ad hoc opus prouehite, vt de eorum societate, & adiumento plurimum gaudeatis.

Poly. l. 2. tit. 28. Ans. l. 7. c. 43. Burc. l. 2. c. 3. Iuo par. 6. c. 23. & 47.

Item Leo episcopus Dioscoro Alexandrino episcopo, epist. 79. c. 1.

¶ Presbyteri, & leuitæ qua hora ordinandi sunt. C. IIII.

Quod à patribus nostris propensiore cura nouimus esse seruatū, à vobis quoq; volumus custodiri; vt non passim diebus omnibus sacerdotalis, vel leuitica ordinatio celebretur; sed post diē sabbati[l] eius

Polyc. ibidem. Ans. l. 7. c. 44. Iuo par. 6. c. 71.

TEMPVS. Hæc est secūda pars dist. in qua dicitur, q ecclesia episcopalis vltra tres menses vacare nō debet: & postquā electus fuerit, vsq; ad alios tres menses consecrari: interim ecclesia per œconomum gubernatur. & hoc proba per c. seq. Ioa. de Fan.

CASVS. Supra dictū est qua die, & qua hora debet episcopus cōsecrari: nunc autem dicit intra quod tempus à tempore electionis & confirmationis debeat consecrari. Et dicit Gratianus q intra tres menses, nisi p necessitatem differretur.

Quoniam.] CASVS. Duo dicuntur in hoc c. Primū est q nullus archiepiscopus differat ordinationes episcoporum vltra tres menses. nisi necessitas compulerit amplius protelari. Secundum est q redditus viduatæ ecclesiæ debent esse in potestate œconomi, donec eps eligatur, & confirmetur.

e Tres.] vsq; ad tres menses fit electio. 50. dist. postquam & vsq; ad alios tres menses cōsecratio, vt hic dicitur, & 100. dist. quoniā.
f Necessitas.] propter quā quandoque posset differri per totā vitam electi, maxime confirmati, vt si vacatura corpore: ar. extra de elec. cū in cunctis. licet sit arg. contra extra de æta. & quali. c. 1. vel si non reperiret idoneus in ecclesia, nisi in minoribus ordinibus, vt j. 7. q. 1. constitutū. § dist. 61. Osius. 28. dist. de Syracusanæ.
g Episcoporum.] vel metropolitanorū, vel electorū, qui epi fiunt destinatione: cōtra vtrosq; enim pœna est statuta 100. di. quoniā.
h Apud œconomum.] De hac materia dixi j. 12. q. 2. illud.

CLERICORVM Hæc est tertia pars huius dist. in qua dicitur quòd ordinationes clericorum non debeat fieri nisi congruo tempore. Ioan. de Fan.

CASVS. Supra dictum est quo tempore ordinētur episcopi. Nūc vero docet Gratianus quo tēpore ceteri debeāt ordinari. Et dicit q certis temporibus, scilicet sex, idest, in quattuor temporibus anni & in sabbato sancto, & in sabbato qd est ante Dominicā de passione Domini, vt j. eo. ca. vlt. Minores etiam ordines possunt cōferri in die Dominica ab episcopis, vt extra de tempo. ordi.

¶ Casus, seq. cap. planus est.

i Ordinationes.] ¶ Leuitarum.] Hoc idem in subdiacono: nisi in capa tantū. extra de tempo. ordi. cap. 1. sed secundū hęc decreta nōdū subdiaconat' erat sacer ordo. ar. j. e. c. pen. 60 dis. c. si.
k Tempore.] & in maiori ecclesia, vt argu. j. dist. 67. reliqui. & arg. 94 dist. c. vlt. minores autem ordines, vbi, & qu audio statuerit potest eps conferre, vt extra ea. c. 3. & omnes simul si cōsuetudo

prima sabbati, vel in Dominica in mane cōtinuato ieiunio sabbati vsque ad diē Dominicam: in quibus, id est intra quæ tempora ieiunis, & a ieiunantibus debet fieri consecratio. sic vt videtur Beneuē. & etiā mihi casus ponendus: licet nō seruetur de consuetudine.

l Sabbati.] Quidā intelligunt hoc cap. de sabbato paschali, vt si quis tunc velit conferre ordines, debeat eos cōferre in occasū solis: quia Missa tunc non est cātanda nisi die illa finita, vt j. de cōse. dist. 3. sabbato. qd patet ex eo quod dicitur tūc, Deus, qui hāc sacratissimā noctē. H. dicit q omnes ordines sunt conferendi die Dominico. Et dicit q vespera præcedentis noctis trahitur ad diē sequentem, vt siue de vespere in sabbato, siue de mane in Dominico conferantur, semper in die Dominico videantur conferri. sed certe secundū hoc non esset necessaria continuatio ieiunij. Præterea omnia iura dicunt, q tantū in sabbato conferendi sunt ordines, vt extra. c. c. 3. Alij dicunt, q omnes ordines sabbato cōferuntur. & dicunt, q mane Dominicæ diei potius trahitur ad vesperā præcedentē, quam vespera ad mane. Et ita siue cōferantur vespere in sabbato, siue in mane sequenti, sēper fictione canonica conferent sabbato: & secundū hoc de iure debet cōtinuari ieiuniū. Innoc. autē nō determinat, an mane trahatur ad vesperā præcedentē, an vespera ad mane. de temp. ordi. litteras. Cōsuetudo tamen habet, q tātū circa horā nonam sabbati fiunt ordinationes. secundum H. ex. quod post diē sabbati. i. post finitū diem sabbati. Alij exponunt post diē sabbati, idest, post inceptū diē sabbati. Io. certe H. opinio vera videtur: & male reprehēdit de cōtinuatione ieiunij: quia ita incept. ita erit dies Dominica: & ideo ēst necessariū ieiuniū: licet nō seruetur de cōsuetudine: nisi velis dicere q hæc cāne abrogata p decre. extra eo. ti. c. 3. B in consecratione autē episcopi nō est necessaria cōtinuatio ieiunij: cū tātū die Dominico consecretur: & in mane q libet

Ad hoc dedi sec. dist. 1. in ieiunijs. vide.

Adde quod accipiat intellectu gl. Bar. in de ver. in l. more romano. ff. de feriis. & l. aut tempus. ad sylla.

Episcoporum consecratio fit tantum die Dominico.

libet intelligatur ieiunius, vt extra. e litteras. sed licet quis possit or dinare ... tamen alium ordinem non posset eidē conferre in mane cui vni contulerat in sabbato. extra. e. litteras. Sed nunquid Dominico die in mane pōt quis ordinari in sacerdotem, & eadē die hora tertia ...ratur, qa Missa nō decantatur in sabbato, sed in principio sequentis noctis, & dicitur, Deus qui hanc sacratissimam noctem, &c. & ita est de die Dominica nox illa. Lau.

QVod die.] Hęc est quarta pars huius distinctionis, in qua probat, q episcopi semper debent consecrari die Dominico more Apostolorum, qui de mandato Domini imposuerunt ioannis Paulo & Barnabæ, & quia eodem die Dominus resurrexit. Io. de Fan.

noctis, quæ lucescit in prima a sabbati, exordia † cōsecrādi eligantur b, in quibus his, qui consecrandi sunt, ieiunis, & à ieiunantibus sacra benedictio conferatur. Quod eiusdem c obseruantiæ erit, si mane, ipso dominico die, cōtinuato d ieiunio e sabbati, celebretur: a quo tempore præcedentis noctis initia non recedunt: quod f ad diem resurrectionis (sicut etiam in Pascha Domini declaratur f) pertinere non dubium est.

Idem eodem capite.

¶ Quare die Dominico sacerdotum ordinationes celebrentur. C. V.

4 QVōd a die g Dominico † ordinationes sacerdotum h celebrentur, non tantum ex consuetudine, sed etiam ex Apostolica nouimus venire doctrina; scriptura manifestante, quod cū Apostoli Paulum, & Barnabam ex præcepto spiritus sancti ad Euangelium gentibus mitterent prædicandum, ieiunantes, & orantes impo fuerunt eis manus: vt intelligamus, quanta & dantium, & accipientiū deuotione curandum sit, ne tantæ benedictionis sacramentum negligenter videatur impletū. Et ideo pie, & laudabiliter Apostolicis morem gesseris institutis; si hāc ordinandorum sacerdotum formam per ecclesias, quibus Dominus præesse te voluit, etiam ipse seruaueris, vt his, qui consecrandi sunt, nūquam benedictio †, nisi in die Dominicæ resurrectionis tribuatur: cui à vespera sabbati initium constat adscribi †; & tantis diuinarum dispensationum † mysteriis est consecrata, vt quidquid i est a Domino insignius constitutum, in huius diei dignitate sit gestum. In hac mundus sumpsit exordium: in hac per resurrectionem Christi & mors interitum, & vita accepit initium. In hac, &c.

a ¶ Quōd die.] *Sumptum est caput hoc ex eodem loco, vnde & antecedens, mutato tamen verborum ordine, & nonnullis mutatis adiectis. In ipsa enim epistola post ultima verba præcedentis capitis, sequitur continuanter.* Nam præter auctoritatem consuetudinis, quam ex Apostolica nouimus venire doctrina, etiam sacra scriptura manifestat, quòd cum Apostoli, &c.

{ *Item in ordine Romano, c. de gradibus ecclesiæ.* }

¶ De eodem. C. VI. PALEA.

QVando, & vbi libitum fuerit, vsque ad subdiaconatus officium ordinātur clerici: diaconi vero, atque presbyteri numquam † nisi in publica ordinatione.

Item Gelasius ad episcopos per Lucaniam, epist. 1. c. 13.

¶ De temporibus ordinationis. C. VII.

5 ORdinationes presbyterorum, & diaconorū, nisi certis temporibus, & diebus exerceri non debent, id est quarti k mensis ieiunio, septimi l, & decimi m: sed & etiam quadragesimalis n initii, ac mediane † hebdomadæ, & sabbati ieiunio circa vesperam nouerint celebrandas: nec cuiuslibet vtilitatis causa, seu presbyterum p, seu diaconum his præferre q, qui ante ipsos fuerint ordinati.

[Left margin: ¶ Hoc etiam de planis ... Vin. & ... in extra de tem. ... | † exordia deliganter, hoc est sub iugo diuini officij substituuntur] orig. | † quam] orig. | ¶ Et illo ... | Iuo p. 6. c. 70. Pann. l. 3. c. 13. | Act. 13. | † al. benedictione tribuantur] orig. | † dispensationum | ¶ Concor. ... H. more Roma. ... | Ans. l. 7 c. 61. † al. non | Et Gregorius 3. epist 3. | Poly l 2. tit. 18. Ans. l. 7. c. 45. Iuo p. 6. c. 74. Pann. l 3. c. 15. † mediana quadragesima die sabbati ieiunio] orig.]

[Right column gloss: CASVS. Leo Papa in hoc c ostendit, q ordinationes sacerdotū debēt fieri in die Dñica hora, quæ dies Dominica initium habet à vespera sabbati, quod probat per consuetudinē, & et per doctrinam Apostolorum: qui die Domini ca Paulum, & Barnabā consecrauerūt. Nam in hac die mundus sumpsit exordiū, & vita principium, & mors interitum habuit.
g ¶ Quod die.] H. ponit fundamentum suæ opinionis in c. illo, q scilicet in die Dominico possunt ordines conferri, quod patet p hoc, q dicit ordinationes sacerdotum, & per id q dicit initium, &c. nos q contrariū dicimus, exponimus ordinationes sacerdotum, id est episcoporum consecrationes: pro quo intellectu bene facit q infra subdicit, ex Apostolica, &c. Nā Paulus & Barnabas epi fuerunt. vnde per eorum exemplum nihil probatur nisi de episcopis: & quod dicit, cui initiū, &c. die nihil facere ad rem, sed dicit in sententia, immo adscribitur ei actione canonis, non in veritate.
h ¶ Sacerdotum.] id est, episcoporum: sic non erit pro H.
i ¶ Vt quidquid.] 16. q. 1. c. vlt. de conse. dist. 4. quæstio.
ADDITIO. Ex hoc colligitur, q generalis sermo non accipitur generaliter, vt ibi not. Archid.
ORdinationes] CASVS. Duo dicit in hoc c. Primū est, q ordinationes sacerdotū, diaconorū, & subdiaconorū nō fiant feriis, nisi i ses tpibus annt. s. in quattuor tpib, & in sabbato ante dñicā de passione Domini, & i sabbato sancto. Secundū est, q nullus episcopus debet præferre posteriorē priori.]

[Far right margin: dicitur Sabbato ... | 4 Arg. ad hoc 93. dist. c. olim. Ioan. de Fan. | Annus i Martio quandoque incipit.]

in episcopum? H. dicit q sic, quia numquam inuenitur prohibitū.
a ¶ In prima.] id est, mane die Dominico.
b ¶ Eligantur.] id est, electi consecrentur. Hypallage. 18. quæst. 2. diffinimus.
c ¶ Quod eiusdem] id est, conferantur ordines.
d ¶ Continuato.] ab ordinatoribus vel ordinandis. Lau.
e ¶ Ieiunio.] quid si pransus conferat ordinem: numquid conferuntur ordo? H. dicit, q sic, & idē dicit in aliis sacramentis, præterquam in eucharistia, & forte idem posset dici de eucharistia. argumen. de consec. dist. 2. liquido. quod concedo, quia pransus bene potest conficere, licet non debeat, arg. illius c. liquido.
f ¶ Declaratur.] Legitur enim in quadā Homilia Bedæ, quæ legitur nocte illa super Euangelio illo: Vespere aūt sabbati, vbi dicit Beda, q in die illa noctes incipiunt præcedere dies, ideo: forte, vt tres dies & noctes haberi possint in quibus Dominus fuit in ventre terræ, quod nec sic habetur nisi synecdochice; vel declaratur hoc est, q ... Rome ... ...
k ¶ Quarti.] id est, hoc semper in omni septimana Pentecostes occurrit, & loquitur secundum antiquam computationem Lanuorum, qui incipiebant annum à Martio.
l ¶ Et septimi.] id est, Septembris.
m ¶ Decimi.] id est, Decembris.
n ¶ Quadragesimalis.] i. in prima septimana quadragesimæ.
o ¶ Mediana.] in qua cantatur, Sitientes, quæ præcedit Dominicam de passione.
ADDITIO. Et extra de temp. ordi. cap. 3.
p ¶ Seu presbyterum.] de hoc dixi s. 74. distin. episcoporum. 8. q. 1. licet ergo.
q ¶ Præferre.] ecce hic habes, quòd prius ordinati præferantur

[Left margin: Sacramenta conferri possunt post ... Alias ... | Illa est figura ...]

tur [1] aliis, vt in habẽdis honoribus, & in aliis, vt 17. dist. §. hinc. & extra de maio & obedien c. 1. & 74 dist. episcoporum etiam. licet posteriores sint meliores, non obstat 24. q. sicut. 7. q. 1. licet. vt ibi notatur, licet sit argumentum 3. ꝯ. dist. 16. lecta. [2] ver. prima. Ioã. Hodie sufficit si electus à maiori parte capituli sit bonus, vt extra de elect. cum nobis. B.

e ¶ *Iunij.*] nec hoc semper, immo in septimana Pentecostes.
f ¶ *Et hoc sciendum est*] quod ab hinc dicitur manet immutatũ, superiora per sequentem canonẽ mutantur. s. statuimus. & ita vtile non vitiatur per inutile. contra 9. dist. si ad sacras. Lau.
g ¶ *Celebrari.*] cedit ergo in ieiunio minus dignum digniori. arg. ff. de

1 Et ita attenditur hic tẽporis prioritas, sic 17. dist. §. vlt. extra de ma. & obe. c. 3. & alibi excellentia ordinationis. ff. de albo scri. l. vlt. extra de mai. & obed. per tot. Arch.

DISTINCTIO LXXVI.

Quibus temporibus [a] *ieiunia celebranda sint, Calixtus Papa determinat scribens Benedicto episcopo, epistola prima.*

Quibus temporibus ieiunia celebrentur. C. I.

IEiunium, quod ter in anno apud nos celebrare didicisti, conuenientius nunc per quattuor tempora fieri decernimus; vt sicut annus per quattuor voluitur [b] tempora, sic & nos quaternum solenne agamus ieiunium per anni quattuor tempora.

Poly. l. 3. tit. 25. Iuo p. 4 c. 27. Pan. l. 2. c. 175.

Item ex concilio Moguntino primo, cap. 34. [sed ibi fusius; hic summatim.

¶ De eodem. C. II.

COnstituimus [c], vt quattuor tempora anni ab omnibus communi † ieiunio obseruentur: id est in mense Martio, hebdomada prima; in Iunio, secunda; in Septembri, tertia; in Decembri, quarta.

Capitul. 5. c. 86. Burch. l. 13. c. 2. Iuo p. 4 c. 35. Pan. l. 2. c. 180.
† al. cum

¶ *Auctor Micrologi c. 24. & 25. de hoc ipso Moguntini concilij canone disputans, aperte ait hoc ex ignoratione traditionis ecclesiasticæ fuisse profectum. Vnde Leo Papa ait*, Huius obseruatione, &c. *quod refertur infra ead. dist. c. 6. Et ne quis occasione horum conciliorum Germanicorum decipieretur, Gregorius septimus (quod in eodem Micrologo narratur) veterem Romanæ ecclesiæ consuetudinem renouauit. De qua re in concilio Claromõtensi Vrbani secundi, canone primo sic statuitur.* Primum ieiunium quattuor temporum semper fiet prima hebdomada quadragesimæ; secundum in hebdomada Pentecostes absque genuum flexione, cum alleluia, & Gloria in excelsis Deo, & vestibus solẽnibus fiet; tertium plena hebdomada ante æquinoctium autumnale; quartum plena hebdomada ante Natale Domini, vigilia eiusdem accepta. *Et idem repetitur in altero concilio Placentiæ postea habito, quod est in bibliotheca Vaticana, & citatur infra ead. c. statuimus.*

Item ex concilio Salegunstadiensi habito, c. 2.

¶ De eodem. C. III.

DE ieiunio autem incerto quattuor temporum hanc certitudinẽ statuimus, vt si calendæ Martiæ [d] in quarta feria, siue antea euenerint, eadem hebdomada ieiunium celebretur. ¶ Si autem Calendæ Martiæ in quintam feriam, aut sextam, aut sabbatum distenduntur; in sequentem hebdomadam ieiunium differatur. Simili quoque modo, si Calendæ Iunii [e] in quarta feria, aut antea euenerint; in subsequẽti hebdomada ieiunium celebretur: & si in quinta, aut sexta feria, aut sabbato contigerint; ieiunium in tertiam hebdomadam reseruetur. ¶ Et hoc sciendum [f] est, quòd si quando ieiunium mensis Iunii in vigilia Pentecostes secundum prædictam regulam euenerit; non ibi celebrandum erit, sed in ipsa hebdomada solenni Pentecostes; [quia ª vigilia simul, & ieiunium celebrari [g] non debent]: & tunc propter solennitatem spiritus sancti, diaconi dalmaticis induantur, & alleluia cantetur; &, flectamus genua, nõ dicatur. ¶ Eodem modo de Septembris ieiunio constitutum est, vt si Calendæ Septembris in quarta feria euenerint, aut antea; ieiunium [h] in tertia hebdomada celebretur; & si in quinta, aut sexta, aut sabbato contigerint, in quarta hebdomada ieiunandum erit. ¶ In Decembri [i] vero illud obseruandũ erit, vt proximo sabbato ante vigiliam natalis Domini celebretur ieiuniũ; quia si vigilia in sabbato euenerit, simul vigiliam, & ieiunium celebrare non conuenit.

Burch. in fine. Iuo p. 4. c. 33. Pan. l. 2. c. 181.

ª ¶ Quia vigilia.] *Hæc vsque ad verbum* debent, *non sunt in ipso concilio impresso ex Burchardo. eadem vero sententia repetitur in fine capitis.*

Quibus tem poribus.] Hæc dist. diuiditur in tres partes, in quarũ prima dicitur quã debet fieri ieiunia quattuor temporum. & hoc probat per sex auctoritates. secundum ca. in fi. oõ tenet, neque Prima pars tertii capit. tenet, sed secũda pars tenet secũdum Io. de Fan. Secũda ibi, *Primum.* Tertia ibi, *Nõ autem.* Io. de Fant.

CASVS. Supra facta est mentio de quattuor tẽporibus, & ideo Gratianus supponit dist. 76. in qua primo ostendit quã quattuor tempora sunt celebranda, & vnde originem habuerũt. Addit ẽt quòd inter Pascha & Pentecosten nõ sunt ieiunia indicenda: nec genua flectenda.

a ¶ *Quibus tẽporibus.*] in hac dist. 76. agit magister de tẽporibus ieiuniorum. Ostendit ẽt diuersas origines eorũ. Postea ponit differẽtiã inter nos & Hebræos in computatione mensium [3]. Ostendit ẽt, quòd nõ sit ieiunandum a Pascha Domini vsque ad Pentecosten [1], nec esse flectenda genua [4].

Ieiunium.] CASVS. Quærit Benedictus eps a Calixto quoties quattuor tẽpora essent in anno celebranda, qui respondit dicens quòd hactenus ter celebrata fuerunt; sed melius est vt quater in anno celebretur solenne ieiuniũ, ad instar quattuor temporum anni, per quæ voluitur annus.

b ¶ *Voluitur.*] lex ẽt in æstatẽ & in hyemẽ annũ distinguit. ff. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. hoc interdictum.

c ¶ *Constituimus.*] hoc ca. est abrogatũ.

De ieiunio.] CASVS Hoc cap. habet duas partes. Prima est abrogata, quia non habet locũ quod in ea dicitur. Secunda est authentica, vbi dicitur quòd ieiunium æstiuũ celebrandũ est in prima hebdomada post Pentecostẽ: in quo tempore diaconi dalmaticis induantur, & alleluia cantetur, sed genua non flectimus. Ieiunium vero autumnale celebratur in Septembri in tertio die Mercurii Septembris computãdo à prima die mercurii eiusdem mensis. Hyemale autem ieiunium celebrandum est in mense Decembri ante vigiliam natiuitatis Domini. Secunda pars incipit ibi, *Et hoc sciendum.*

d ¶ *Martiæ.*] non semper, immo prima septimana quadragesimæ.

1 Vel. ca ieiunium.

4 Vt 3. ca. sicut. &c. seq.

Annus in æstatem & hyemem diuiditur.

ff. de mino. verum §. vlt. extra de consec. eccl. vel alta. cap. quod in dubiis. Et est arg. quòd si festum alicuius apostoli die lunæ euenerit, sabbato vigilia ieiunanda est; quia ieiunium & Dominica simul concurrere non possunt. extra de obser. ieiu. cap. 1. arg. contra extra de verb. sig. quæsiuit. Lau.

h ¶ *Ieiunium*] ꝩ. de consec. dist. 3. quoniam.

i ¶ *In Decembri.*] *Prima quadragena seruat ieiunia veris. Pneumatis hebdomada seruare sacrãa iubetur. Tertia septẽbris cultum fert mercurio sistẽ. Sabbata ieiunent vigiliam præsentia Christum.* Lau.

2 statuimus.

Dominica & ieiunium simul concurrere nõ possunt.

Ieiunia quattuor temporum.

Statuimus.] Casus. In hoc c. recte continetur in quibus temporibus ieiunia quatuor temporũ sunt celebrãda: & corrigit & emẽdat illud c. constituum[a]. & primã partẽ illi[9] capituli, de ieiunio.

a ¶ In Septembri.] secundum distinctionem cap. superioris. in fi.

Igitur.] Casus. Docet Leo, q post quinquaginta dies letitię con-

lius, septimus October: & Ianuarius decim[9]. Sed Romani olim primum mensem dicebãt Martium: nunc vero Ianuarium. Præterea quare Hebręi ieiunabant in Augusto, qui est eis quintus mensis, rationem assignat Zacharias in sequenti cap.

b ¶ Primum.] accipe in superiori dist. cap. vlt.

Contra Vrbanus in concilio Placentino, c. 15.

¶ De eodem. C. IIII.

Poly. l. 3. tit. 25.

STatuimus etiam, vt ieiunia quattuor temporum hoc ordine celebrentur: primum in initio Quadragesimæ: secũdum in hebdomada Pentecostes: tertium vero in Septembri [a]: quartum in Decembri more solito fiat.

Item Leo Papa, sermone primo de ieiunio Pentecostes.

¶ De eodem. C. V.

Polyc. ibidem

IGitur post sanctæ lætitiæ dies, quos in honorem Domini à mortuis resurgentis, ac deinde in cælos ascendentis exegimus, postque acceptum sancti spiritus donum, salubriter, & necessarie consuetudo est ordinata ieiunii, vt si quid forte inter ipsa festiuitatum gaudia negligẽs libertas, & licentia inordinata præsumpsit, hoc religiosæ abstinentiæ censura castiget.

Idem sermone octauo de ieiunio decimi mensis.

¶ De eodem. C. VI.

Polyc. ibidem

HVius obseruantiæ vtilitas, dilectissimi, in ecclesiasticis præcipue est constituta ieiunijs: quæ ex doctrina sancti spiritus ita per totius anni circulum distributa sunt, vt lex abstinentiæ omnibus sit adscripta temporibus. Si quidem ieiunium vernum in Quadragesima, æstiuum in Pentecoste, autumnale in mense septimo, hiemale autem in hoc, qui est decimus, celebramus; intelligentes diuinis nihil vacuũ esse præceptis, & verbo Dei ad eruditionem nostram omnia elementa seruire, dum per ipsius mundi cardines, quasi per quattuor euangelia incessabili tuba discimus, quod & prædicemus, & agamus.

Primum [b] vero mensem, quartum, septimum, & decimum, non Hebræorum ratione, sed nostra debemus accipere. Primus enim mensis apud illos est Aprilis, quartus Iulius, septimus October, decimus Ianuarius. In quibus, & præterea in quinto mẽse, qui est Augustus, quæ fuerit eis causa ieiunij Hieronymus in commentarijs ad cap. octauum Zachariæ exponit dicens.

¶ Quare in suprascriptis mensibus ieiunia lex imperauit. C. VII.

Polyc. ibidem

IEiunium [c] quarti, & ieiuniũ quinti, & ieiunium septimi, & ieiuniũ decimi (ἀπὸ κοινοῦ enim subauditur mensis) domui Iudæ, & Hierusalẽ in dies festos vertetur & gaudium: veritatem tantum Deus quærit, & pacem. In hoc loco [d], nostrorum multi multa dixerunt [e], & inter se dissonantia. *& paucis interiectis.* ¶ Cogimur igitur ad Hebræos recurrere, & scientiæ veritatẽ de fonte [f] magis, quàm de riuulis [g] quærere [h]. *& paulo post.* ¶ Ieiuniũ quarti [i] mẽsis, qui apud Latinos vocatur Iulius, die septima, & decima eiusdem mensis illud arbitrantur, quãdo descendens Moyses de monte Sina tabulas legis abiecit [k] atque confregit, & iuxta Hieremiam muri primum rupti sunt ciuitatis [l]. In quinto men-

Exo. 32.

Hier. 52.

¶ Ex isto text. infertur q quandoque magis cõsideratur accidẽtale. contra. l. 2. §. in actis. ff. de orig. iur. & l. 1. §. bestias. ff. de postu.

Ieiunium.] Casus. Hoc cap. diuidit in tres partes. In prima ponit Hiero. verba Zachariæ, vbi dr̃ q Hebræi ieiunant in quarto, quinto, septimo, & decimo mense: & ostẽdit q Latini expositores hunc locum varijs modis exposuerunt & dissonantibus. In secunda parte ponit multiplices causas quare ieiunant Iudæi in prędictis mensibus. In tertia parte primo exponit verba Zachariæ sm literam: postea sm anagogicum intellectum. Secunda pars incipit ibi, Cogimur. Tertia ibi, Hoc igitur est omne. Et verba sunt phetæ vsq; illud, In hoc loco. Et quod dicitur ibi, Quarti. &c. subauditur mensis. In hoc loco, verba sunt Hiero. inserta illi auctoritati.

c ¶ Ieiunium quarti.] Subauditur mensis. & arg. sumi potest ex hoc c. q etiam ea, quæ moralia sunt, immutantur per ecclesiam hodie. Nam alijs temporibus celebrabant olim hæc ieiunia, alij nunc.

Præcepta etiam moralia sunt p ecclesiam mutabilia.

d ¶ In hoc loco.] Verba Hiero.

e ¶ Dixerunt.] Ostẽdẽdo causas constitutionis talis vel talis ieiunij.

f ¶ De fonte.] Collige in dubijs ad rei originem recurrendum: & plus magistro q̃ discipulis credendum, vt di. xi dist. 9. vt veterum. & dist. 20. de quibus. 24. q. 1. loquitur. & dist. 12. præceptis. Arg. contra numquam ad rei origi nem recurrendum. ff. de leg. & senatusc. & ideo. nã dicit lex, q nõ de oĩb[9] q̃ constituta sunt reddi ratio potest, &c. ff. eti. eo. nõ omnium.

Magistro plus quam discipulis credendũ est.

computandos à die resurrectionis, quos in honorem Domini celebrauimus, indicitur ieiunium, vt si quid per abundantiam lętitiæ deliquimus, abstinentia ieiunij castigetur.

HVius.] Casus. Dicit in hoc c. q ex doctrina sancti Spiritus constitutum est, vt quaternũ ieiunium celebret in quattuor tẽporibus anni, s. in vere, & æstate, & autũno, & in hieme: ad instar quattuor elementorum, & quattuor cardinum mundi, & quattuor euangeliorum. Et primum est ieiunium in Quadragesima. Secundum. s. æstiuum post pẽtecostem. Autumnale est in Septembri. Hiemale in Decembri.

PRIMVM. Hæc sa pars huius dist. in qua dr̃ vnde habuerũt ortũ ieiunia Iudæorũ, qui aliter computant q̃ nos. Io. de Fant.

Casus. Iste §. respicit illud c. ordinationes. s. 75. dist. in quo facta est mẽtio de primo mense, quarto, septimo, & decimo. Et dicit Gratianus q debemus ibi intelligere primũ mẽsem & ceteros secundum computationem nostram, & non secundum computationem Hebręorum, apud quos Aprilis est primus mensis; quartus Iu-

g ¶ De riuulis.] Arg. non valere sumptum sine originali. C. de edẽ. Authen. ibi posita argu. q̃ extra de haeret. per uenit. Dicit Albericus q si est transcriptũ per manum tabellionis, valet: arg. ff. de adminisstrationis. vel tutel. Ho dicit non valere nisi per iudicem sit transcriptio, vt in authen. vt fratrum fil. §. illud. colla. 9. C. de test. publicati. Ioan. Hæc quæstio determinatur hodie per decre. quã nabes extra de fide instrumento. cap. vlti. vbi dr̃ q cæ. opiata instrumenta aliqua iussa caosa auctoritate iudicis scripta eandem vim habeant cum authenticis & originalibus. B.

Transcriptũ an valeat sine originali.

AVDIVI. De hoc not. 100. dist. contra morem. & extra de verborum signifi. abbate. Archid.

h ¶ Quærere.] supra dist. 9. vt veterum.

i ¶ Quarti.] mensis, scilicet secundum Hebraicam computationẽ.

k ¶ Abiecit.] cum inuenisset Iudæos conflasse vitulum. vt 45. dist. disciplina. j. de pœ. dist. 2. §. item opponitur.

l ¶ Ciuitatis.] a Nabuchodonosor, qui cũ Chaldæis cœpit ciuitatem Hierusalem. 23. q. 5. §. hinc. in fine.

a ¶ *Omnes*.] qui diffidere cœperunt: sed cum Moyses non diffideret, & esset maior xx. annis: quare non intrauit terram promissionis? rationem habes 23.q.4.) his omnibus. Et dic omnes, q a xx. an & supra exiuerunt de Aegypto.

b ¶ *Multa*.] Sed quare inducit hoc de Tito & Vespasiano, cũ ante per multa tẽpora fuisset illud ieiunium constitutũ? & dicimus q istud non facit ad propositũ: vnde est arg. q q̃nque aliqua inseruntur decretis, quæ non faciunt ad ppositum principale. arg. ĩ. proxi. dist. q die. ver. cui initium.

c ¶ *Hierosolymis*.] Legitur, in psalterio. Vt qd Deus repulisti: q Hierusalem capta est eo tẽpore, quo interfecerũt Iesum Christum, s. in Pascha: possumus dicere q tunc fuerit capta: sed illæsa cõseruata in se vsque ad Augustinũ, quando fuit accẽsa ab Ismael q Iudæus erat: & à quibusdam alijs.

d ¶ *Hoc igitur est omne*.] id est, hoc signat apud nos: nam apud Græcos decimus inuenit Octo-ber, vt ĩ. dis. 18. ppter.

e ¶ *Anagogen*.] id est, superiorem & spiritualẽ vel moralẽ intellectũ: nã ana, supra: goge, ducere: inde pædagogus quasi doctor. hoc modo exponitur. hic est enim quidã intellectus historicus, allegoricus, moralis, siue tropologicus, & anagogicus: & sicut diximus ĩ. dist. 37. vino. sic hæc vox, Hierusalem, historice signat ciuitatem illã terrestrem: allegorice ecclesiam: moraliter animã fidelem: anagogice cælestẽ Hierusalẽ. Moralis intellectus attendit quę iuxta nos sunt: allegoricus q̃ itra nos: anagogicus quæ supra nos. hic ergo ponit anagogicus p allegorico.

f ¶ *Et fames*.] j. 8. q. 2. audacter.

i ¶ *Succedamus*.] quia vnũ genu succedit alij: & ita factum notat.

k ¶ *Quinquagesima*.] Si quadragesimam dixisset, melius dixisset: nam post quadraginta dies ascendit in cælum. de conse. dist. 5. ieiunium.

...ctinne gaudendũ est, & nõ ieiunamus. sic & ĩ his quinquaginta diebus gaudendũ est, nec ieiunia sunt indicanda: nec genua flectimus.

se, qui apud latinos appellatur Augustus, cum propter exploratores terræ sanctæ seditio orta esset in populo, iussi sunt montem non ascendere; sed per quadraginta annos longis à ‡ terra sancta circumire dispendijs, vt exceptis duobus, Chaleb, & Iosue, omnes a in solitudine caderent. In hoc mense & a Nabuchodonosor, & multa b post sęcula a Tito & Vespasiano templum Hierosolymis c incensum est, atque destructum: capta vrbs Bethel, ad quam multa millia cõfugerant Iudæorum: aratum templum in ignominiam gentis oppressæ a Tito Annio Rufo. In septimo vero, qui apud nos appellatur October, sicut supra diximus, occisus est Godolias, & Iudæ tribus, ac Hierusalem reliquiæ dissipatæ. Legamus Hieremiam. Mense decimo (qui apud nos Ianuarius dicitur, eo quòd ianua anni sit, atq; principium) Ezechiel in captiuitate positus audiuit, & cunctus populus captiuorum, quinto mense templum esse subuersum: quod plenissime in eodem propheta cognoscimus. Hoc est igitur omne d, quod dicitur. Dies planctus, & ieiuniorum, quos hactenus habuistis in luctum, sciatis vobis (quia cogitaui, vt benefaciam Hierusalem, & domui Iuda) in lætitiam, & gaudium, & solennitates esse vertendos: ita dũtaxat, si veritatem diligatis, & pacem. Iuxta anagogen e, quia tunc ieiunamus, quando sponsus aufertur a nobis, & non meremur eius habere præsentiam; cum reuersus fuerit Dominus ad nos, & cogitauerit, vt benefaciat nobis; omnis tristitia vertetur in gaudiũ, & fames f pristina sermonis Dei, præsentia doctrinarum eius, & cęlestis panis saturitate pensabitur.

Num. 14.

‡ ad terrã sanctam] orig.

4. reg. 25.

Hier. 39. & 41.

Hier. 52.

Ezechiel. 33.

Ioann. 16.

Non autem videntur g *ieiunia quarti mensis posse celebrari ante diem Pentecostes. A die enim Dominica resurrectionis vsque in diem Pentecostes non indicuntur obseruanda ieiunia.* h *Vnde Ambrosius in eiusdem diei sermone sexagesimo primo, qui sic incipit.*

¶ De eodem. C. VIII.

SCire a debet sanctitas vestra. Per hos quinquaginta dies nobis est iugis, & continuata festiuitas: ita vt hoc omni tempore neque ad obseruandum indicamus ieiunia, neque ad exorandum Deum genibus succedamus i †. *& infra*. ¶ Instar ergo Dominicæ, tota quinquaginta dierũ curricula celebrãtur, & omnes isti dies, velut dominici deputantur. Resurrectio enim Dominica est. Nam in Dominica resurgens saluator reuersus ad homines est, & post resurrectionẽ tota quinquagesima k cum hominibus commoratus est. Æqualis ergo eorũ l necessarium vt esset festiuitas, quorum æqualis esset & sanctitas †. Sic enim disposuit Dominus, vt sicut eius passione in quadragesimæ ieiunijs contristaremur: ita eius resurrectione in quinquagesimæ ferijs lætaremur. Non igitur ieiunamus in quinquagesima; quia in his diebus nobiscum Dominus commoratur. ¶ *Item in Apologia* m *Dauid*. Hunc numerum [quinquagesimum videlicet] læti celebramus post Domini passionem, remisso culpæ totius debito, chirographo quoque n euacuato o, ab omni nexu liberi, & suscipimus aduenientem in nos gratiam spiritus sancti: die Pentecostes vacante ieiunio laus dicitur Deo, alleluia cantatur p.

† succidamus] orig. & aliquot Gratiani exemplaria vetusta, & recentes editiones.

† sic quantitas] orig.

C. 8.

Coloss. 2.

a ¶ Scire debet.] *In multis manuscriptis exemplaribus à capite* ieiunium. *vsque ad c.* post Pascha. *in aliquot etiam vsque ad vltimum, nulla est distinctio capitum. Tamquam enim vnico con-*

NON AVTEM. Hæc est tertia pars huius dist. i qua dr, q a pascha vsq; ad pentecostẽ nõ debemus de necessitate ieiunare. Io. de Fã.

CASVS. Dictum est supra in c. de ieiunio, q post pentecostem ieiunium quattuor tẽporum est celebrandum: modo vult hic Gratianus ostendere quare non ante, s. qa à pascha resurrectionis vsque ad pentecostem nõ indicuntur ieiunia ex necessitate. & hoc probat per seq. c.

g ¶ *Non autem videntur*.] Improbat quod dictum est ĩ. de ieiunijs ĩ. eá. c. statuimus. & c. de ieiunio. in prin.

h ¶ *Ieiunia*.] j. de conse. dist. 3. rogationes. contra Sol. licet ibi ieiunemus tribus diebus, nihilominus tñ est ibi continuata festiuitas. Nã dicit lex q perennis est siue continuus fluuius, licet quandoq; exarescat. ff. de flu. l. 1. 1. respon. Vel dic consuetudinem sequendam, 12. dist. illa.

SCire debet.] CASVS. Docet Ambro. q quinquaginta dies à pascha resurrectionis vsque ad penteco. reputantur velut dies resurrectionis & dies dominici: qa resurrectio die dñica fuit: & hos dies cũ hominibus & discipulis suis steuit: & ideo sicut in resurre-

niũ, & sic ponit totũ pro parte. sic 23. q. 4. cum superna. sic econuerso pars ponitur pro toto 14. q. 5. pœnale.

l ¶ *Eorum*.] Argu. pro omnibus vigilijs apostolorum ieiunandis, vel pro nullis: quod falsum est: ecclesia tñ Romana consueuit in vigilijs omnium ieiunare. extra de obser. ieiunio. consilium. nisi Ioannis Philippi & Iacobi, vt ibi. Lauren.

m ¶ *In apologia*.] id est, sermone excusatorio de adulterio, quod Dauid commisit cum Bethsabee. ab apo, quod est re: & logos, qđ est sermo: quasi responsio pro aliquo.

n ¶ *Chirographo quoq;*.] id est, peccato quo tenebamur diabolo obligati tamquam chirographo.

o ¶ *Euacuato*.] vt C. de plus pe. l. vna. & est argum. q cancellato instrumento liberatur debitor q: quod verum est nisi creditor probet contrarium. ff. de prob. si chirographum.

p ¶ *Cantatur*.] j. de consecratio. dist. 3. ne quis. & cap. ieiunium.

Ieiunandum est in vigilijs omnium apostolorum, nisi Ioannis Philippi & Iacobi.

Flumen est quod perenniter fluit.

Scilicet an isti sint dies de quibus loquitur in cap. rogationes. sine ieiunandi.

NECES-

NECESSARIO. CASVS. Concludit Gratianus ex supradicto cap. dicens quod ecclesia necessario instituit ieiunium post pentecosten: quod dicitur non esse ieiunandum in his quinquaginta diebus, intelligitur ex necessitate: de facto tamen ieiunamus in vigilia pentecostes, sicut in vigilia resurrectionis, & ad hoc inducitur sequens cap.

textu continentur multa auctoritates à Gratiano citata: Ideo verba ista, Scire debet sanctitas vestra, *cohaerent cum extremis verbis Gratiani ad finem praecedentis capitis, atque ita legendum,* Vnde Ambrosius in eiusdem diei sermone 61 qui incipit, Scire debet sanctitas vestra, *ac deinde subiungendum,* Per hos quinquaginta, &c. *Suo enim modo aptauit hunc locum Gratianus. Nam apud B. Ambrosium paulo aliter habetur.*

Necessario ergo ecclesia constituit, vt post diem Pentecostes ieiunia celebrentur. Sed quòd in illis quinquaginta diebus ieiunandum esse negatur; ex obseruantia [a] necessitate intelligitur.

Vnde idem Ambrosius in eiusdem diei sermone 60. qui sic incipit.

De eodem. C. IX.

NOsse credo vos fratres. Non minore lætitia celebramus diem Pentecostes, quàm sanctum Pascha curauimus. Tunc enim, sicut modo fecimus, ieiunauimus sabbato, vigilias celebrauimus: orationibus [b] pernoctantes [†] institimus; vnde necesse est [c] similem [†] obseruantiam similis lætitia subsequatur.

[b] *pernoctanter*] orig. [†] *similis obseruatio similem lætitiam subsequatur*] orig.

[a] Nosse credo.] *Idem euenit in hoc capite, quod in superiore euenisse notatum est. Cohaeret enim cum superioribus prima sermonis periodo quasi in summam redacta.*

Obseruantia vero similis dicitur quo ad factum, non quo ad necessitatē. Vnde Isidorus lib. 1. de ecclesiasticis offici ys, c. 42.

De eodem. C. X.

POst Pascha vsque ad Pentecostem, licet traditio ecclesiarum abstinentiæ rigorem prandijs relaxauerit [d]; tamen si qui monachorum vel clericorum ieiunare cupiunt, non sunt prohibendi; quia Antonius, & Paulus, & ceteri patres antiqui etiā his diebus in eremo leguntur abstinuisse, neque soluisse abstinentiam, nisi tantum die Dominico.

Item Hieronymus ad Lucinium, epist. 28.

De eodem. C. XI.

Poly. l. 3. tit. 23. Act. 13. 20. & 27.

VTinam omni tempore ieiunare possimus; quod in actibus [e] Apostolorum diebus Pentecostes, & die Dominico apostolum Paulum, & cum eo credentes fecisse legimus. *& infra.* Nec hoc dico, quòd Dominicis [†] diebus ieiunandum putem, & contextas [f] quinquaginta [†] diebus ferias auferā [g]: sed vnaquæque prouincia abundet in suo [h] sensu: & præcepta maiorum leges Apostolicas [i] arbitretur.

[†] *al. festiuis* [†] *al. sexaginta*] orig.

Item Pelagius Papa Petro episcopo Potentino.

Sabbato magno post horam baptismi episcopus valet ordinari. C. XII.

§. distin. 63. literas. Poly. l. 2. tit. 28. Ans. l. 6. c. 59. *al. Consiliniatis* §. dist. 54. c. frequens.

DIlectionis tuæ scripta suscepimus, quibus significas Latinum ecclesiæ Grumentinæ diaconum ad episcopatum Marcellionensis ecclesiæ, siue Clusitanæ [†] ab omnibus fuisse electū: quod iam ante hoc tempus retulisti & iussimus, vt veniret [k]; credentes eos de persona eiusdem ab episcopo [l] suo dimissorias accepisse. Quod si modo fecerunt, facite eum velociter ad vrbem Romam occurrere. vt si Deus iusserit, in sabbato magno post horam baptismi ordinetur. Quòd si ante memoratum diem nō occurrerit, cogetur vsque ad quarti [m] mensis ieiunia substinere.

OBSERVANTIA. CASVS. Dicit Gratianus, quod similis obseruantia est quo ad factum, & non quo ad necessitatē, cōsuetudo tñ ecclesiæ præiudicat ei quod Gratianus dicit.

POst Pascha] CASVS. Quæsitum fuit ab Isidoro, vtrum monachi vel clerici vel laici possunt ieiunare à resurrectione vsque ad pētecostē? qui respondet dicens, quod licet ecclesia relaxet ieiunia & abstinētiæ rigorem, si quis tñ vult ieiunare, potest ad instar Antonij & Pauli & ceterorum patrum, qui in his diebus in eremo ieiunauerunt, exceptis diebus Dominicis.

d [d] Relaxauerit.] interdicendo ieiunia.

VTinam.] CASVS. Lucinius quæsiuit à Hieronymo an sit peccatū ieiunare i 50. diebus post Pascha resurrectionis, & in diebus dominicis. Et respōdet quod non. Et hoc probat exemplo Pauli & aliorum credētium, qui in illis diebus ieiunauerunt: non tamen cogitur quis ieiunare, sed vnaquæque prouincia in sensu suo abūdat, & leges maiorum interpretatur.

e [e] In actib⁹.] i. 30. di. si quis tanquam. contra.

f [f] Contextas] i. interfertas solennitates, vel contextas. i. iuges & continuatas. s. ea scire.

g [g] Auferam.] dicendo tunc esse ieiunādū.

ADDITIO q.d. Nolo his diebus indicere ieiunium. Arch.

h [h] In suo.] vt morem obseruet in ieiunijs, sicut dicitur de vigilia Bartholomæi. extra de obser. ieiu. consilium.

i [i] Apostolicas.] consuetudo enim interpretatur leg. ē. ff. de ver. sig. annicul⁹.

DIlectionis.] hoc c. inducitur ad ostēdēdū varietatem computationis inter Latinos. & Hebræos. Nam secundū Latinos quartus est mēsis Iunius, secundum Hebræos Iulius: & ita facit ad propositū Gra. est ergo casus. Latinus diaconus ecclesiæ Grumentinæ fuit electus ab omnibus in episcopum Marcellianēsem, quod negotiū totū Petrus Pontinus eps Papæ significauit. Rescribit ergo Pelagius, quod iam iusserat Latinū pdictū Romā venire, credēs eum habere litteras dimissorias à suo epo: quod si verū est, mittit Petro vt faciat eum venire ad Vrbem in sabbato sancto: quia si tūc nō venerit, cogetur substinere vsque ad ieiunia quarti mensis, id est, Iulij.

k [k] Vt veniret.] quia forte tuberat Papæ iste eps nullo medio.

l [l] Ab episcopo.] arg. quod clericus alicuius epi in alia prouincia nō debet eligi. nec ipse debet consecrare nisi habeat litteras dimissorias quibus absoluatur ab obnoxietate sui episcopi. argu. 85. dist. Florentinum archidiaconum. & distin. 71. fraternitatem. argum. contra, quòd scilicet non exigatur consensus episcopi, institut. de adopt. §. sed si quis nepotis. De hoc dixi supra 63. distinct. §. sed aliud.

m [m] Ad quarti.] §. 75. dist. ordinationes.

Vigilia pentecostes est necessario ieiunanda.

[†] De conse. dist. 3. certa & vide quod dixi 63. dist. c. 1.

a Adde gl. ord. in l. de pupil. [illegible] de ver. sign. [illegible] ab. prafer. [illegible] Archid.

a [a] Obseruantia.] hic male dicit & in sequ. §. immo vigilia pentecostes necessario ieiunanda est, vt infra capit. nosse & §. cap. de ieiunio. non obstat c. scire. quia pro voo dic, nec plus nec minus [†], sed quod ieiunari debeat hoc habet ecclesiæ consuetudo generalis.

NOsse credo.] CASVS. Docetur hic, quod cum tanto gaudio celebrandus est dies pentecostes, quanto dies resurrectionis. Et hoc probat per similem obseruantiam: quia vigilia pentecostes celebratur sicut vigilia resurrectionis, vnde similis obseruantia similis debet gaudere lætitia.

b [b] Pernoctantes.] per totam noctem significat. ff de verb. sign. vt nam. §. pernoctare.

c [c] Necesse est.] id est conueniens est [†] secundum G. nam consilium est. non enim quidquid consulitur, iuris necessitati subijcitur de pæ. dist. 6. c. 1. in fi. ff. de iudi. non quidquid.

DISTINCTIO LXXVII.

His temporibus[a] *secundum Anacletum, Zepherinum, Gelasium, & Pelagium, episcopi, presbyteri, & diaconi sunt ordinandi. Metropolitanus autem iuxta Leonem ex presbyteris eiusdem ecclesiæ, vel ex diaconis optimus ordinetur. Ex monachis autem, vel laicis nullus nisi per gradus ecclesiæ, debet ad summum sacerdotium peruenire.*

Epist. 82. Anastasio.

Vnde Caius Papa Felici episcopo, epist. vnica in extremo.

¶ Non nisi per distinctos gradus quisquam ad sacerdotium aspiret. C. I.

ILlud nos statuentes vobis, & omnibus seruare mandamus, vt ad ordines ecclesiasticos sic ascendant in ecclesia, qui ordinari merentur: id est, si quis episcopus esse meretur; sit primum[b] ostiarius, deinde lector, postea exorcista, inde sacretur acolythus, demum vero subdiaconus, deinde diaconus, & postea presbyter; & exinde, si meretur, episcopus ordinetur.

Vnde Zozimus episcopus vrbis Romæ ait ad Isychium, epist. 1. c. 3.

¶ Quæ interualla temporis in singulis gradibus seruanda sint. C. II.

IN singulis gradibus hæc tēpora sunt obseruanda, si ab • infantia[c] ecclesiasticis ministerijs nomē[d] dederit, vt inter lectores & exorcistas quinquennio[e] teneatur, exinde[f] acolythus, vel subdiaconus[g] xiiij. annis[h] fiat; & sic ad benedictionem diaconatus, si meretur, accedat: in quo ordine quinque annis, si inculpate se gesserit, hærere debebit. Exinde suffragantibus stipendijs, per tot gradus datis propriæ fidei documentis, presbyterij sacerdotium poterit promereri: de quo loco (si eū exactior ad bonos mores vita perduxerit) summum Pontificatum[i] sperare debebit. *& infra.* ¶ Defensores[k] etiam ecclesiæ, qui ex laicis[l] fiunt, supradicta obseruatione teneantur, si meruerunt esse in ordine[m] clericatus.

Ans. l. 7. c. 49. Rabanus de inst. cler. l. 1. c. 13.

• ¶ Si ab infantia] *Prior hæc huius capitis pars summatim refertur. Integer locus sic habet.* Si ab infantia ecclesiasticis ministerijs nomē dederit, inter lectores vsq; ad vigesimū ætatis annū continuata obseruatione perduret. Si maior iam, & grandæuus accesserit, ita tñ vt post baptismum statim se diuinæ militiæ desideret mancipari, siue inter lectores, siue inter exorcistas quinquennio teneatur; exinde acolytus, vel subdiaconos quatuor annis; & sic ad benedictionem, &c. *Ac sane in vno etiam peruetusto Gratiani codice, & apud Rabanum, lib. 1. c. 13 de institut. cleric. legitur:* quattuor annis, *non*, quattuordecim. *Sed ob glossas nihil mutatum, additumve est.*

Item Syricius Papa ad Hymerium Tarraconensem, epistola prima, cap. nono.

HIs temporibus.] CASVS. Ostenso quibus temporibus sint clerici ordinandi, nunc in hac 77. dist. ostēdit quæ vel quanta interstitia temporum in singulis ordinibus sint seruāda. & sup hoc triplex regula seruatur. Nam alia seruatur in pueris, qui per interstitia promouetur, quæ sunt ĵ ea. io singulis. & quicumq;. alia in grandæuis, qui intra vij. an. recipiūt ordines, vt ĵ. ea. quicumque. alia in monachis, quia monachus ex dispēsatione itra annū ꝓmouet, laic[o] intra annū & dimidū, vt ĵ. c. monach[o]. & docet 1. c. huius dist. ꝙ gradatim debet fieri ordinatio.

Temporum interstitia iusta in ordinibus obseruanda.

a ¶ His temporibus.] hic intitulatur 77. dist. io qua tractat de interstitiis temporum obseruādis. No. ergo ꝙ si qs ab infantia sit mancipatus militiæ clericali, anno vij. pōt ordinari clericus, ostiari[o], lector, & exorcista, & sic stabit vsque ad annū xij. exinde acolythus vsque ad annū xx & postea ī xxj. subdiacon[o], ī xxv. ann. diaconus, ī xxxj. psbyter, exinde potest esse episcopus, vt ĵ. eod. in singulis. & cap. quicumque. 28. dist. de his. sed si adultus velit ordinari, sic potest fieri ordinatio, vt p vij. annos recipiat ordines omnes. in duobus primis quatuor minores, in reliqs quinque ordinetur acolytus, subdiaconus, diaconus, presbyter, & episcopus si electus fuerit. ĵ. eo. quicumque. si autem secus factum fuerit, deponi debet. ĵ. ead. dist. subdiaconus. ex generali tamen consuetudine his omnibus capitulis derogatū est. vbi vero maior necessitas ecclesiæ incumbit, laicus per annum & dimidium, monachus vero per annum potest recipere omnes ordines, vt ĵ. eo. c. vlt.

ILlud.] CASVS. Docet Gelasius in hoc ca. ꝙ si quis vult ad episcopatum ascendere, debet gradatim promoueri, vt primo ostiarius, deinde lector, &c. qđ oportet per interstitia temporum fieri.

b ¶ Primum.] supra 21. dist. cleros §. ī dist. 32. seriatim. contra ĵ. 44. dist. nō oportet 1. § 59. dist. si officia. § nam ibi colligit, ꝙ psalmistatus sit ordo primus; sed melius colligitur ext. de æta. & qua. cū contingat. Sed dic, ꝙ hæc dictio, primum, sequentia respicit, nō ꝙ sit primus ordo ostiarius, sed primus est respectu sequentium.

Psalmistatum est primus ordo.

ADDITIO. Ista fuit snia Lau. Vel pōt dici, ꝙ ideo tacet de psalmista hic, & 93. dist. ā subdiacono. quia ille ordo a simplici sacerdote potest conferri. 23. dist. psalmista. & noluit enumerare nisi illos qui ab episcopis conferuntur secundum Hug.

IN singulis.] CASVS. Zozimus docet hæc tempora esse seruanda in ordinibus suscipiendis, vt si ab infantia litteras didicerit, a septennio vsq; ad annos duodecim recipit tres minores ordines, post annū xij fiat acolythus. in xxj. subdiaconus fiat. post xxv. diaconus. post triginta presbyter; deinde mereatur episcopus ordinari. Eadem interstitia seruentur in defensoribus, id est, patronis ecclesiæ, si voluerint ad clericatum promoueri.

c ¶ Si ab infantia.] id est septimo ann. C. de iure delib. l. si infanti. Iuan.

d ¶ Nomen.] vt scribatur in matricula. 10. dist. contumaces.

e ¶ Quinquennio.] post septennium. ĵ. eo. c. subdiaconus.

f ¶ Exinde.] post xij. annos cum voluerit.

g ¶ Vel subdiaconus.] vel pro, id est, hoc probatur in c. seq. arg. C. de verb. sig. l. vlt. arg. extra de eo qui fur. or. re. c. 2.

h ¶ Xiiij. annis.] computatis à tempore septēnii. hoc respicit quod dicit de infantia. i. septennio, & ita in xxj. ao. subdiaconus fiat.

h ¶ Xiiij. annis] hæc determinatio xiiij. an. non respicit nisi tantū subdiaconatum. quod patet ex c. sc. vbi dicitur, ꝙ ab accessu adolescentiæ vsque ad xx. annum fiat acolythus, & subdiaconus, sed in xx. anno acolythus, in xxj subdiaconus.

i ¶ Pontificatum] ĵ. de consec. dist. 5. de his vero. ī. dist. 28. si episcopus. & dist. 59. si officia.

k ¶ Defensores.] id est aduocati castaldi. 1. q. 3. saluator.

l ¶ Ex laicis.] ĵ. dist. 89 indicatum. contra. Sed hic isti laici erant de foro ecclesiæ, ibi non. & constitui debent isti quo ad temporalia, non quo ad spiritualia. 16. q. 7. in nona.

m ¶ In ordine] cōtra. Nonne isti sunt grandæui, cū eis cōmittatur administratio. ergo per septem annos tñ possunt ascēdere ad omnes ordines, vt ĵ. c. prox. quare ergo hic dicit, supradicta obseruatione. Resp. ideo vt gradatim omnes ordines recipiant. & nullum permittant, nec tamē per tanta interstitia, vel hoc corrigitur. Io.

[l] Adde hic ꝙ defensor appellatur patron[o] siue aduocatus ecclesiæ, extra de electio. venerabilē. Iudæus dicitur defensor 4. q. 4. c. 1. Item custos personæ Romanæ ecclesiæ, 18. dist. quia sunt culpæ. Item officos ecclesiæ, vt hic. Item exorcista. ĵ. eo in nacione nominibus. A. de

¶ De eodem. C. III.

Iuo par. 6. c. 91. & 92.

QVicumque itaque se ecclesiæ vouerit obsequijs a sua infantia; ante pubertatis [a] annos baptizari [b], & lectorum debet ministerio sociari. Qui ab accessu adolescentiæ vsque ad [α] vigesimum ætatis annũ, si probabiliter vixerit, vna tantum, & ea, quam virginem communi per sacerdotem benedictione percepit, vxore cõtentus; acolythus [c], & subdiaconus esse debebit; posteaque ad diaconij [d] gradum (si seipsum primitus, continentia præeunte, dignum probauerit) accedat. Vbi si vltra [β] quinque annos laudabiliter ministrauerit, congrue presbyterium consequatur. Exinde [e] post decennium episcopalem cathedram poterit adipisci: si tamen per hæc tempora integritas vitæ, ac fidei eius fuerit approbata. Qui vero iam ætate grandæuus [f] melioris propositi conuersatione prouocatus, ex laico ad sacram militiam peruenire festinat; desiderij sui fructum non aliter obtinebit, nisi eo, quo baptizatur, tempore, statim [g] lectorum, aut exorcistarum numero societur: si tamem eum vnam habuisse, vel habere [h], & hanc virginem accepisse constet vxorem. Qui dum initiatus fuerit, expleto biennio, per quinquenniũ aliud [i] acolythus, & subdiaconus fiat; & sic ad diaconatum (si per hæc tempora dignus iudicatus fuerit) proueha tur. Exinde iam accessu temporum, presbyterio, vel episcopatui, si cũ cleri, ac plebis euocauerit electio, non immerito societur.

Ibidem c. 10.

[α] ¶ Vigesimum.] *In plerisque vetustis exemplaribus, & Gratiani, & epistola, atque apud Iuonẽ legitur, trigesimum. Sed in epistola Zozimi, quæ relata est in antecedente capite,* vigesimum.
[β] ¶ Vltra.] *Sic legitur in omnibus manuscriptis, & in originali ipso. In vulgatis erat,* intra.

Item ex sexta synodo, c. 15.

¶ De eodem. C. IIII.

SVbdiaconus non minor viginti annorum [k] ordinetur. ¶ Si quis vero in aliquo ordine sacerdotali præter constituta tempora ordinatus fuerit, deponatur.

Et cõc. Carthag. codicis c. an. 16.

Item ex concilio Carthaginensi 3. c. 4.

¶ De eodem. C. V.

Burch. l. 2. c. 11. Iuo p. 6. c. 31. Pann. l. 3. c. 30. Poly. l. 2. tit. 27. Ans. l. 7. c. 96.

PLacuit [l], vt ante vigintiquinque annos ætatis nec diaconi ordinentur, nec virgines consecrentur, & vt lectores populum non salutent [m].

Item ex concilio Agathensi, c. 16. & 17.

¶ Minoribus xxv. annis leuitica non præstetur benedictio. C. VI.

Iuo p. 5. c. 365.

EPiscopus benedictionem diaconatus minoribus, quàm xxv. an-

QVicumque.] C. a s v a. Hoc c. diuidit in duas partes. In prima prosequit de pueris: in 2a de grandæuis. In prima igitur dr̃ q̃ pueri ante pubertatis annos baptizari debent, & fieri ostiarij, lectores, & exorcistæ, deinde vsq; ad xx. an. ita q̃ vsq; teneatur inclusiue: inde fiat acolythus & subdiaconus: post xxv. diaconus: post xxx. presbyter, post decennium computandum à xx. ann. fiat eps: quia postquam est presbyter, statim potest fieri eps. In secunda vero parte dr̃ q̃ si quis est grandis ætatis, prius baptizetur, & in primo biennio fiat ostiarius, lector & exorcista. In sequenti quinquennio fiat acolythus & subdiaconus: postea diaconus, postea presbyter, episcopus. Secunda pars incipit ibi, *Qui vero iam.* Sed duo sequentia cap. plana sunt.

Pubertas quando fiat.

a ¶ *Pubertatis.*] idest annum xiiij. secundum quosdam: sm̃ H. ante xij. insti. qui. mod. tute. fin. in prin. extra de despon. impu. puberes. 20. q. 1. illud. vbi incipit adolescentia, exsufflatur & exulat pubertas. Ioan. quod dicit H. de xij. annis, non est verum in masculo, sed in puella, vt insti. qui. mo. fi. tute. in prima colum. B.

Baptisma est ianua sacramentorum.

b ¶ *Baptizari.*] Sed quare dicit q̃ tunc debeat baptizari, cum sit dubium & periculosum intantum differri baptisma, vt de conse. dist. 4. qñ quis. & c. ne quod absit? ideo dicit quia cũ baptisma sit ianua omnium sacramentorum, vt 32. dist. §. verum. in fi. non posset ordinari si non esset baptizatus, extra de presby. nõ bapti. cap. 3. non q̃ debeat differri, sed si casu dilatum est, baptizari debet.

Ordines minores an simul sint possint.

c ¶ *Acolythus.*] Et ita videtur q̃ de iure non debeant minores ordines simul conferri: quod credo nisi dispensatiue: vel nisi sit consuetudo, vt extra de eo qui fur. or. re. cum H. lator.

d ¶ *Ad diaconij.*] Continentia p̃eunte. ideo hic nõ dixit de subdiaconatu, quia nõ nõdum erat sacer ordo tempore Syricij, qui antiquissimus fuit. 32. dist. erubescant. hodie vero est sacer ordo.

e ¶ *Exinde.*] j. ea. dist. eps. 2. Sed referas hoc ad xx. annum, de quo sermo præcessit. non ad quinquenniũ proximum: & sic erit in xxx. anno, vt ibi dicitur, & extra de elec. cũ in cũctis. Vel dicas esse cõstitutionum varietaté. Hug.

f ¶ *Grandæuus.*] s. xxiiij. anno [1], vel xxx. quia hæc est virilis ætas. j. ea. c. eps [2], ætas enim multum facit ad eruditioné. 16. q. 7. hoc sit. & si sit xxiij. annorum, ita recipit omnes ordines intra xxx. annum, sicut quilibet alius, q a pueritia deseruiunt ecclesiæ. Vel grandæuus, scilicet xviij. annorum: arg. 28. dist. de his. & 32. dist. lectores.

[1] Hanc literã ponit Laurẽtius sicut hanc gloss. Sed Ioa. ponit 18. vt 28. dist. de his 32. dist. lectores. Sed hoc secundum Hu. nõ valet, quia tũc in septennio non possit recipere omnes ordines.

[2] Concor. text. cum gl. in l. nõ aliter. ff. de leg. 3. & ind. ... mine.

g ¶ *Statim.*] j. dist. 47. §. 1. arg. 3. Sed non dicit statim, id est, incõtinenti: sed statim, id est, paulo post. tale statim habes ff. de procurat. qui procuratorem. vel ibi nõ prohibetur, nisi de episcopatu & presbyteratu.

h ¶ *Vel habere.*] Ita tñ q̃ dudũ iam promiserit continentiam. nam præire debet continentia, vt 28. dist. cap. prius quam. præterea de isto grandæuo non exprimitur in canone. 26. dist. qui hoc. distinguẽtes inter ordinem & ordiné. & ita arbitrio boni viri relinquité. extra de os. deleg. de causis. ff. de iure deli. l. 1.

i ¶ *Aliud.*] à biennio si effet in xv. anno. nec refertur ad antecedens quinquenniũ: nisi q̃ nõ præcessit aliud. hic C. quomodo & quãdo iu dex. Authen. qui semel.

k ¶ *Subdiaconus.* ¶ *Non minor xx. annorũ.*] Ita vt cõpleuerit xx. annum. hoc enim requiritur in honoribus ecclesiasticis, vt extra de elect. cum in cunctis. licet secus sit in honoribus ciuilibus; [3] Nã sufficit attigisse xxv. annũ, vt ff. de mu & ho. ad rem. licet sit arg. j. dist. prox. cap. presbyter. In vsucapionibus sufficit attigisse vltimũ diem, vt ff. de diuer. & tempo p̃scr. in vsucapione. & similiter quantũ ad factionem testamenti sufficit attigisse vltimũ dié xiiij. anni, vt ff. de testa. qua ætate. Sed quantũ ad excusationé ciuiliũ munerum requirit q̃ annus sit completus, vt ff. de iure immuni. maiores. Sed quantũ ad beneficiũ restitutionis fit computatio de momento ad momentum, vt ff. de minoribus. l. 3. §. minorem. Sed in temporalibus actionibus oportet vt vltimus dies sit completus, vt ff. de act. & oblig. l. in omnibus temporalibus. Ioan.

Ætas in honoribus & multis alijs necessaria est.

[3] Est forte ratio, quia honores ecclesiæ primo spectant ad onus quam honorem. 8. q. 1. in scri. ... de fal.

l ¶ *Placuit.*] j. 20. q. 2. placuit.

m ¶ *Salutent.*] Solebant forte lectores in pulpito aliquam salutationem nobis ignotam præmittere, vel dicebant, Dominus vobiscum. vbi modo dicunt: Iube domne benedicere. 21. dist. denique.

EPiscopus benedictionem.] C. a s v s. Hoc c. diuiditur in tres partes. In prima parte dicitur q̃ minor xxv. annorum fieri diaconus non debet. In secunda parte dicitur, q̃ si coniugatus fuerit

voluerit ordinari, requirenda est vxoris voluntas: & sequestrato cubiculo & religione promissa ordinetur. In tertia parte dicit, quod ante xxx. annum presbyter vel episcopus non ordinetur. Secunda pars incipit ibi, *Sane*. Tertia ibi, *Presbyterum vero*.

a ¶ *Iuuenes*]id est de alijs regularitera arg. 32.q.5 per totum si sunt senes bene potest alter conuerti: & alter in sæculo remanere. extra de conuer. coniug. cum sis.

S*I quis.*] CASVS. Dicitur hic quod si quis monachus voluerit promoueri, vita eius præterita requiri debet, si fuerit criminosus vel irregularis, contrahendo cum secunda vxore, vel repudiata.

l ¶ *Munus*]id est, si vult ad ordinem promoueri. archidiaconus.

M*Onachus.*] CASVS. Hoc cap. diuiditur in duas partes. In prima

norum, penitus non committat. ¶ Sane si coniugati iuuenes [a] consenserint ordinari, etiam vxorum voluntas ita requirenda est, vt sequestrato [b] mansionis cubiculo, religione [c] promissa, posteaquam pariter conuersi fuerint, ordinentur. ¶ Presbyterum vero, vel episcopum, ante triginta annos, id est antequam [d] ad viri perfecti ætatem perueniat, & diaconos ante vigintiquinque nullus metropolitanorum ordinare præsumat: ne per ætatem [e] (quod aliquoties euenit) aliquo errore culpentur.

C. 17. Burch. l. 2. c. 9. Iuo. par. 6. c. 29. Pann. l. 3. c. 28.

Item ex concilio Toletano. 4. c. 19.

¶ De eodem. C. VII.

IN veteri lege ab anno vigesimoquinto leuitæ [f] in tabernaculo [g] seruire mandantur: cuius auctoritatem in canonibus & sancti patres secuti sunt. Nos [h] & diuinæ legis & conciliorum præcepti immemores, infantes, & pueros [i] leuitas facimus ante legitimam ætatem, ante experientiam vitæ: ideoque ne vlterius fiat à nobis, & diuina lege, & canonicis admonemur [†] sententijs, vt [‡] a vigintiquinque annis ætatis leuitæ [k] consecrentur, & a triginta presbyteri ordinentur.

Poly. l. 2. tit. 27. Burch. l. 2. c. 12. Iuo par. 6. c. 32. Pann. l. 3. c. 31. Num. 8.

† In codice regio *admonemur exemplis*

‡ al. *fed*

Item Gelasius Papa ad episcopos per Lucaniam, epist. prima, c. tertio.

¶ Per quæ interualla temporum ordinetur, qui de monachis in clericatum eligitur. C. VIII.

SI quis de religioso proposito, & disciplinis monasterialibus eruditus ad clericale munus [l] accedat, in primis eius vita præteritis acta temporibus inquiratur, si nullo graui facinore probatur infectus, si secundam non habuit fortassis vxorem, nec a marito relictam sortitus ostenditur, si [*] pœnitentiam publicam fortassis non gessit, nec vlla corporis parte vitiatus apparet, si seruili, aut originariæ non est conditioni obnoxius, si curiæ iam probatur nexibus absolutus, si assecutus est litteras, sine quibus vix fortassis ostiarij possit implere ministerium.

¶ Dist. 55. c. 1. Ansl. 7. c. 47. Iuo. p. 3. c. 143.

* ¶ Si pœnitentiam.] *Hinc vsque ad finem addita sunt ex epistola ipsa, vt melius percipiatur ratio sequentis capitis. Nam post verbum*, ministerium, *continenter apud Gelasium sequuntur* vt si his omnibus, quæ sunt prædicta, fulcitur, continuo lector, &c.

Item eodem capite, & sequenti.

¶ De eodem. C. IX.

MOnachus [*] [m] vero nouitius [n] morum honestate fulcitur, continuo lector vel notarius [o], aut certe defensor [p] effectus, post tres menses existat acolythus: maxime si huic ætas etiam suffragatur: sexto mense subdiaconi nomen accipiat; ac si modestæ conuersationis, honestæque voluntatis existit, nono mense diaconus, completoque anno sit presbyter: cui tamen, quod annorum interstitia fuerant collatura, sancti propositi sponte suscepta doceatur præstitisse deuotio [q].

b ¶ *Sequestrato*] infra 81. dist. volumus. §. Sed hic de suspectis. Vel dic quod thalamus tantum debet sequestrari, non autem mansio: [*] & hoc obtinet in vxore promouendi: secus est in vxore illius qui vult conuerti: quia tunc vxor intrabit religionem. vel si est senex promittet continentiam, vt extra de conuer. coniu. cum sis. & de illa materia no. 28. dist. quia sunt culpæ. Quid si vxoratum promouet episcopus ad minores ordines: debet ne ab eo exigere continentiam? cum sine titulo eum non debeat promouere, & beneficium simul cum vxore habere non possit: extra de cler. coniug. c. 2. & c. diuersis. Sed si sic promouetur, nec exegeris, habebit beneficium: arg. 32. dist. si quis. ab eo autem qui vxorem non habet, non est exigenda continentia. 15. q. 3. §. cum autem. Ioan.

* Videtur hic ... mansionis cubiculo ...

c ¶ *Religione.*]id est, castitate: quæ qualiter promitti debet, dicitur 32. dist. ... nec enim ista debet religionem intrare: quia nec vir eius intrat. secus est in vxore monachi vel episcopi. extra de conuer. coniug. lane.

d ¶ *Antequam.*]No. quod canon aliter interpretatur virilem ætatem, aliter interpretatur lex. ff. de minoribus. l. 1. C. his qui ven. ætat. impe. l. vlt. sed diuersificant: quia diuersos habent respectus. prætor non habuit respectum nisi ad rerum suarum administrationem.

e ¶ *Ne per ætatem.*]Ar. ratione ætatis præsumi pro aliquo vel contra, vt a 34. d. §. quorundam. 33. q. 2. antiqui.

I*N veteri.*] CASVS. Quidam episcopi ante xxv. annum leuitas ordinabant: sed Toletanum concil. prohibet ne hoc decetero fiat: sed post xxv. annum leuitæ ordinentur: & presbyteri post xxx. quod probat auctoritate legis Mosaicæ & canonicæ.

f ¶ *Leuitæ.* In veteri lege a xxv. anno Leuitæ deseruiebant tabernaculo, & custodiebant vasa tabernaculi: ante non.

g ¶ *Tabernaculo.*]Quid sit tabernaculum, habes ff. de verb. sig. l. vnde tabernacula.

h ¶ *Nos.*] commiscet se alijs, vt citius reprehendat.

i ¶ *Pueros.*]Puer quandoque seruum, quandoque puellam significat. ff. de ver. sig. puer. quandoque dicitur puer 12 annorum. ff. de ali. & ci. le. l. mela.

b ¶ *Aut subscriptionem*] aliás subscriptiones.

c ¶ *Pyctacia.*] Pyctacia hic dicuntur scripta obligatoria. 30.q.3 pyctacium. & secundum hoc dicitur pyctacium à pingendo, vel dicuntur munera quædam: & secundum hoc dicitur a petendo. ADDITIO Quidã dicũt q ẽ generis feminini: vnde in quibusdã libris inuenitur hæc pyctacia: sed dico esse litterã corruptã: vel esse accusatiuũ pluralẽ: & quod dicitur pyctaciolas. j 16.q.7. non obseruetis. dico non esse verum: sed debet esse pyctaciola Hug.

d ¶ *Districtionis.*] id est, districtæ constitutionis sententia.

e ¶ *Pertulerit.*] Ar. in simonia aliquẽ de se cõfessũ audiri cõtra socios eiusdẽ criminis [1]. Sed est arg. cõtra 15.q.3 nemini. sed subintelligẽdũ est ibi cũ simonia: & ita per hoc c. determinatur & supletur illud. vnde colligit q crimen simoniæ & crimẽ lęsę maiestatis æquiualẽt, & æquis passibus ambulãt, vt 15.q.3. sane. & quidẽ quæcumque personæ recipiũtur in accusatione in crimine læsæ maiestatis, recipiũt in crimine simoniæ: & cum ibi recipiãt socij suæ factionis cõ se, similiter & hic. Itẽ hic habet q aliquis illũ cũ quo simoniã cõmisit, de simonia põt accusare: & ille punietur, & ille nõ: qd Hug. intelligit vbi res nõ pcessit ad actũ scilicet ad donationẽ vel receptionem pecuniæ. Tunc enim vterq3 debet deponi. Ioan. qd ego nõ credo: eum crimẽ illud pcedat ad instar criminis læsæ maiestatis, vt 15.q.3. sane. in quo si socius criminis pbat crimẽ, remuneratur, vt 6.q.1. si qs [2]. & arg. extra de testi. veniẽs. Dicunt tamẽ qdã q numquã in simonia socius sociũ accusat. 15.q.3. nemini. nisi quãdo simulcõmittit crimẽ lęsæ maiestatis, vt hic. & ad cap. sane, respõdeo q quõ ad quædã, non quõ ad omnia simonia æquis passibus ambulat cũ crimine lęsæ maiestatis. Sed videtur q ille q accusat aliũ quẽ dicit fuisse sociũ in crimine, non esset audiẽdus: Tũ ideo, quia statim puniendus esset, ex quo spõte cõfessus est crimen suum, vt 2.q.1. nos in quemquam. Tũ quia turpitudinem suã allegans non auditur, vt extra de dona. inter dilectos. Sed dic esse speciale in hoc crimine, vt allegãs suã turpitudinẽ audiatur, & vt confessio eius nõ puniat [3]: Tũ quãdo est directa confessio, quãdo quis ideo cõfitet vt accuset. Sed licet ꝯfessio accusatoris nõ puniatur in simonia, tñ confessio testis punit, vt extra de elec. p inquisitionẽ. Sed quid si confessus non potest probare crimen quod intendit? Videtur quòd tunc puniendus sit: quia tacere debuit crimen quod probare non potuit, vt 2.q.7. plerique. 6.q.2. si tantum. quod concedo. Io.

f ¶ *Remuneratione.*] non ipso facto, sed à iudice eam impetret, vt C. quib. ex cau. ser. pro præmio h. acc. l. 1. & ita mutat aliquis p præmium ad accusandum, vt 6.q.1. §. verum. & l. si quis cum.

OPortebat.] CASVS. Hoc ca. & sequens idem dicunt: scilicet q nullus debet eligi in Papam nisi de Cardinalibus presbyteris vel diaconibus, dummodo inter eos idoneus inueniatur.

SI quis ex episcopis.] CASVS. Hoc c. & sequens fere eũdem habet casũ. Dicitur enĩ hic, q si quis clericus vel laic' electiõi cardinaliũ cotradixerit, vel sedẽ apostolicã voluerit vsurpare, anathema sit: & nõ solũ ipse, sed etiã oẽs ei fauẽtes. In sequẽti c. dicit, q ã

1 Addc. tam. est ibi not. in l. quo niam. C. de test.

2 Aliàs & vers. vlt.

Simoniacus in socium accusare potest

3 Item quia nõ agitur ad hoc vt crimen suum puniatur: ergo nõ fiat ei præiudicium, vt ff. de li. agno. l. 1. in fi. Accu.

Accusatori dari quandoque præmium datur.

liorum sanctæ Romanæ ecclesiæ, idest presbyterorum [a] Cardinalium, & diaconorum ire præsumpserit, & hanc Apostolicam sedem inuadere quilibet ex supradictis tentauerit, & ad summum Pontificalem honorem ascendere voluerit; ipsi, & sibi fauentibus fiat perpetuum [b] anathema. *& infra.* ¶ Si quis resistere præsumpserit sacerdotibus, atq; primatibus ecclesiæ, vel cuncto clero ad eligendum sibi Romanum Pontificem secundum canonicam † traditionem, anathema sit.

al. hanc canonicam

Deusdedit presbyter Cardinalis tituli Apostolorum in Eudoxia, par. 1.c.13 1. refert multa ex synodo habita à Stephano tertio; in quibus caput hoc integrum continetur.

Item ex concilio Leonis Papæ IIII.

¶ Anathema sit, qui canonicæ electioni Romani Pontificis contradicere præsumpserit. C. VI.

SI quis ex sacerdotibus, seu primatibus [c] nobilibus, seu cuncto clero sanctæ Romanæ ecclesiæ, electioni Romani Pontificis contradicere præsumpserit; sicut in concilio Bonifacij, & Stephani Papæ legitur statutum, anathema sit.

Deusdedit ibid. Ansl.6.c.28.

Item ex concilio Bonifacij Papæ III.

¶ Nullius episcopi fiat electio, nisi post diem tertium depositionis alterius. C. VII.

In Pontificali Rom. manusc.

2 NVllus, Pontifice Romano viuente [d], aut episcopo ciuitatis suæ præsumat loqui, aut partes sibi facere; nisi tertio die depositionis eius, adunato clero, & filijs ecclesiæ: & tunc electio fiat.

Ansl.6.c.21. Deusdedit p. 1.

3 *Sed quæritur, si duo concertantium temeritate electi fuerint, quis eorum alteri præferendus sit? De his ita scribit Honorius [e] Augustus ad Bonifacium Papam.*

In tomis conciliorũ inter epistolas Bonif.

¶ Si temeritate concertantium duo fuerint ordinati. C. VIII.

J. dist. 97.c. Victor Honorius. Ansl.6.c.17.

SI duo forte contra fas [f] temeritate concertantium † fuerint ordinati, nullum [g] ex his futurum penitus sacerdotem; sed illum solum in sede apostolica permansurum, quem ex numero clericorum, noua ordinatione diuinum iudicium, & vniuersitatis consensus elegerit.

certantes] orig.

4 *Hoc autem capitulum non de eo intelligendum est, qui vno per Apostasiam ordinato, à Cardinalibus, & religiosis clericis Apostolicæ sedi inthronizatur; etiam si ille apostaticus ita cathedram beati Petri violenter tenuerit, vt canonica electio intra Vrbem fieri non valeat. Vnde Nicolaus Papa II. in concilio Romano statuit dicens.*

In fine.

¶ De eo, qui per pecuniam, vel populari tumultu, non canonica electione ordinatur. C. IX.

SI quis pecunia, vel gratia humana, vel populari, seu militari tumultu, sine concordi, & canonica electione, ac benedictione Cardinalium episcoporum, ac deinde sequentiũ ordinum religiosorũ clericorum fuerit Apostolicæ sedi inthronizatus, non Apostolicus [h], sed

J. fere idem dist. ead.c.si quis Apostolicæ. Ansl.6.c.16. Poly.l.1.tit.4. Iuo.par.4.c.8.

---

quis cõtradixerit eligẽtibus Romanũ Pontificẽ, anathema sit.

a ¶ *Presbyterorum*] Arg. Cardinales presbyteros maiores esse diaconibus: & ex illis primo debere eligi, & postea ex diaconis si in illis non inueniatur idoneus: arg. ĩ. dist. 23. in nomine. Argu. prox. c. quia ibi prius dicit diaconus, &c. Sed ordini litteræ nõ est standũ. ff. de solu. nec. n.

ADDITIO. Et videas quod de hac materia no 63. dist. c. metropolitano. Archi.

b ¶ *Perpetuũ.*] donec pœniteat. 10.q.1. quia sacerdotes. simile extra de consti. ex litteris. & insti. locati. § adeo. Aliter sumitur. ff. pro so.l. 1. & 10.q.2. perpetua. ex. de iure.iu. veritatis.

ADDITIO. De hoc not. 70. dist. sanctorũ. in t.gl. & 1.q.1. reperiuntur in ii. Archi.

c ¶ *Si quis.*] ¶ *Seu primatibus.*] Primates appellat quosdam forte nobiles, qui iterũ vt populũ arceãt: qui si iuste mouerentur, exaudirentur.

NVllus.] CASVS. Mortuo Apostolico vel epõ aliquo, Cardinales vel canonici tantum festinabant, q nihil curabant de sepultura defuncti: quare statutum fuit, quòd nec Papa nec episcopo viuente, nec etiam eo defuncto electio fiat successoris, nisi tertia die post sepulturam.

d ¶ *Viuente.*] Idem dicitur extra de elec. bonæ. Sed nũqd mortuo Papa ecclesia erit mõstrum sine capite, vel nũqd vniuersitas Cardinalũ erit caput? Si hoc dicas, Cardinales tunc temporis possunt deponere episcopum: eadẽ ratione canonici mortuo epõ possunt deponere clericũ aliquẽ. Dic ergo & ecclesiã tũc viuere, & tñ carere capite. Ar. tamen est, q Cardinales suppleant defectum mortui Papæ J. eodem. si quis. 1oa. melius extra de maior. & obedient. his quæ. & cap. cum olim. B.

SED QVAERITVR. CASVS. Hic est secundus articulus, vbi quærit quid iuris sit, si duo apostolici eligantur temeritate certãtiũ: & quis alteri sit præferendus: & qd de hoc sit, legit sequẽti ca.

e ¶ *Honorius.*] Sed quid spectat ad Imperatorem statuere aliquid de electionibus, contra id 96. dist. bene? Sed illud fecit rogatu ecclesiæ. Et est argu. ad quæstionem illam q laicus de rebus ecclesiasticis vel spiritualibus possit iudicare. Arg. contra ĩ. dist. 96. denique. sed ibi intelligitur præter auctoritatem ecclesiastici prælati. De hoc dixi extra de arbi. contingit.

SI duo.] CASVS. Bonifacius Papa rogauit Imperatorem Honorium vt conderet legem, qua doceretur quid esset faciendum, si duo apostolici temeritate certantiũ eligantur. Constituit ergo Honorius, quòd neuter illorum duorum sit Papa. sed noua electione communi consensu tertius eligatur.

f ¶ *Contra fas.*] Et ideo neuter obtinet, vt extra de elec. cõsiderauimus. etc priuãtur Cardinales hoc casu potestate eligendi, cõtra id extra de elec. cum in cunctis. Sed quis erit Iudex de hoc an electio sit contra fas? Non ipsi Cardinales; quia si sic, essent iudices in proprio facto. nam nullus superior potest inueniri, vt extra de elec. licet. in fin. Dic istud c locum habere quando neuter est electus à duabus partibus. Vel dic quòd concilium conuocabitur.

g ¶ *Nullum.*] supra dist. 63. si forte contra. Sed quod hic dicitur, sit cum vtraque pars ducitur malo zelo. ibi cum vtraque pars bono zelo ducitur: & hoc patet per hæc verba, contra fas.

HOC AVTEM. CASVS. Dicit nunc Gratianus, quòd capitu. si duo. intelligitur quando vterque male est electus: & non intelligitur quando vnus per apostasiã ordinatur, & alter canonice: cuius electio facta fuit extra Vrbẽ propter intrusionẽ alterius.

SI quis pecunia.] CASVS. Constituit Nicolaus Papa, quòd si quis pecunia, vel alio modo illicito vsurpet sedem apostolicã: non apostolicus, sed apostaticus habeatur: & liceat Cardinalibus eum anathematizare, & laicorum auxilio eum repellere: & si electio successoris intra vrbem fieri non potest, fiat extra: & electus habeat plenam potestatem disponendi res in vtilitatem ecclesiæ, & faciendi omnia quasi esset inthronizatus.

h ¶ *Non apostolicus.*] videtur per principium istius cap. q Papa de-

---

Adde nos. per Alb. de Rosa in rubr. c. de sum. trin. ... de li nonis ... vero ... (margin, partly cut off)

Electio facta per Cardinales ... dicatur contra fas esse, quis eius iudex.

Ad hoc ar. ... distinguens ... qua per ... ambitionem. Ar.

Cardinales an suppleant defectum mortui Papæ.

Laicus an possit de rebus ecclesiæ iudicare.

de simonia possit accusari: quia non est apostolicus, sed apostaticus, & quia simonia hæresis est. 1.q.1. eos qui. & cap. fertur. & caliqueat. & per primum cap. huius dist. quod nõ credo. & loquitur hic de eo qui per simoniam electus est ab illis, qui non habebant potestatem eligendi, non à Cardinalibus. Simonia autem large dicitur hæresis, non secundum ꝙ Papa vel alius de hæresi pôt accusari, cum scilicet errat aliquis in articulis fidei, sed antequam eligatur Papa, exceptione cuiuslibet criminis repelli poterit. Sed pone ꝙ aliquis accusat Cardinales, ꝙ simoniace elegerint Papam (hoc enim licite potest fieri, vt ĩ. ca. proxi.) nũquid si probata fuerit simonia, Papa deponetur? Non. arg. 2.q.5. interrogatum. ff. de adulte. denunciasse. Sed quid si dum vxor tua creditur mortua, eligeris in Papam & consecratus, & vxor tua te repetit, an ei reddendus est? vel si tu neges eam tuam vxorem esse, apud quem cognoscetur, cum Papa iudicari non possit nisi de hæresi? Respon. si reuocetur in dubium, non est cogendus stare iudicio alicuius, immo excipere potest, Dominus est qui me iudicat. 9.q.3. aliorum. Si autem certum est, tenetur ei reddere debitum, nisi mulier induci possit ad continentiam obseruandam, uel abrenunciabit papatui, & satisfaciet vxori, &c.

a ¶ *Laicis.*] ĩ. dist. 96. c. 1. cõtra. Sed illud generaliter prohibetur [1] in alijs quod specialiter contra inuasorem Apo. sedis permittitur, vel singulis referẽda sunt singula: licet clericis anathematizare, & laicis humano auxilio a sede Apostolica pellere. Et sic aliquis punitur simul pœna canonica & ciuili [1], contra id extra vt lit. non contest. quoniam. in fi. Sed hoc speciale est in intruso, in quo non sufficit altera pœna. 23.q.5.c. quid ergo.

b ¶ *Inthronizatus.*] ff. 23. dist. in nomine.

ELECTIO. CASVS. Hic est tertius articulus, vbi dicitur ꝙ electio successoris debet fieri cum deliberatione antecessoris.

apostaticus habeatur, liceatque Cardinalibus episcopis, cum religiosis, & Deum timentibus clericis, & laicis [a] inuasorem etiam cum anathemare, & humano auxilio, & studio à sede Apostolica repellere, & quem dignũ iudicauerint, præponere. Quod si hoc intra vrbem perficere nequiuerint, nostra auctoritate Apostolica congregati in loco, qui eis placuerit, eligant quem digniorem, & vtiliorem Apostolicæ sedi perspexerint; concessa ei auctoritate regendi, & disponendi res, & † vtilitatem sanctæ Romanæ ecclesiæ, secundum quòd ei melius videbitur, iuxta qualitatem tẽporis; quasi iam omnino inthronizatus [b] sit.

† al. in

Electio vero Romani Pontificis etiam cum deliberatione prædecessoris fieri debet.

Vnde Symmachus Papa ait in synodo Romana prima. c. 4.

¶ Si Papa de electione sui successoris ante decernere non potuerit. C. X.

Deusdedit ibid. Polyc. ibid. Ans. l. 6. c. 1. Pann. l. 3. c. 2.

SI transitus Papæ (quod absit) inopinatus euenerit, vt de sui electione successoris (vt supra placuit) non possit [c] ante decernere; si quidem in vnum totius inclinauerit † ecclesiastici ordinis electio, consecretur electus episcopus. Si autẽ, vt fieri solet, studia cœperint esse diuersa eorum, de quibus certamen emerserit, vincat sententia plurimorum [d]; sic tamen, vt sacerdotio careat [e], qui captus promissione, non recto iudicio de electione decreuerit. Synodus dixit, placet, &c.

† al. conuenerit

Sicut supra monstratum est, electio summorum sacerdotum à Cardinalibus, & religiosis clericis fieri debet; electio vero eorum, iudicio diuino reseruata est.

Vnde Anacletus Papa ait ad episcopos Italiæ, epist. 2. c. 2.

¶ Summorum Pontificum electionem sibi Dominus reseruauit. C. XI.

Iuo p. 5. c. 238.

ELectionem [f] vero summorum [*] sacerdotum sibi Dominus reseruauit, licet electionem eorum bonis sacerdotibus, & spiritualibus populis concessisset.

* ¶ Summorum.] *sequebatur*, Põtificum vel sacerdotum. *Sublata sunt duæ priores voces, quæ neque in originali, neque apud Iuonem, neque in vetustis Gratiani exemplaribus leguntur.*

S Itransitus.] CASVS. Symmachus Papa statuit, vt si mors inopinata contingat, ita vt antecessor non possit ante decernere de electione sui successoris, si quidem ab omnibus fuerit canonice elect⁹, consecretur. Si aũt (vt fieri consueuit) duo eligantur, electus a pluribus præferatur, nisi fuerit simoniace elect⁹.

c ¶ *Non possit.*] ĩ. 8. q. 1. episcopo non. contra. Solutio. aliud est de sui successoris electione cum fratribus deliberare, quod posset fieri, vt hic permittitur, & aliud est ex testamento quasi dignitatis suæ hæredem substituere, quod ibi penitus prohibetur, quia nec Papæ licet [3], quia hoc nec Moyses potuit. 8.q.1. Moyses. nec est trahendum ad consequẽtiam factũ Petri Clementem substituentis sibi. 8.q.1.c.1. quia & ad eius vmbrã curabantur infirmi. de hoc dici cõsueuit. 1.q.1. Petrus.

d ¶ *Sñia plurimorũ.*] j. s. duarum partium. extra de elec. licet.

e ¶ *Careat.*] accusabitur ergo iste de simonia, nec præiudicabitur Papæ. arg. 2.q.5. interrogatum est.

SICVT. CASVS. Hic est quartus articulus, in quo dicitur, ꝙ electio summorũ Pontificũ soli Deo reseruatur, licet electio a Cardinalibus fiat. Quod ꝓbatur sequenti c. cuius casus planus est.

f ¶ *Electionem.*] & ita fallit regula, ad quem spectat institutio, & destitutio. 16.q.2. visis. q bñdicere pôt, & maledicerẽ. q ligare, & absoluere pt, vt 21. di. inferior, &c. denuq.

[1] De hoc 16. q. 1. Frequens.

Papa an de suo successore possit cum Cardinalibus deliberare.

[3] Sed nunquid Papa potest dare licentiam alij vt eligat sibi successorem? sic. 7. q. 1. c. petisti. quare ergo non potest sibi eligere? Respondet H. ꝙ multa sunt, quæ alijs indulgentur licite, nobis tamen talia indulgere nõ licet. episcopus enim sæpe cum alijs dispensat, priuilegium vel beneficium dat alijs. Sed nunquid talia posset sibi impendere? nõ. quia nemo assumit sibi honorem. 8. q. 1. in scripturis secundum H.

DISTINCTIO LXXX.

[g] LOca [g] vero, in quibus primates, patriarchæ, archiepiscopi, episcopi, presbyteri sunt ordinandi; hæc sunt secũdum Lucium Papam, & Clementem, atque Anacletum. Ait enim Lucius Papa.

Extat apud Stephanum. 1. epis. 2. c. 5.

¶ In quibus locis primates, vel patriarchæ debeant ordinari. C. I.

Ans. l. 6. c. 118.

VRbes, & loca, quibus primates præsidere debent, non à moder-

LOca vero.] Hæc dist. diuiditur in duas partes, in quarum prima quæritur vbi debeat fieri sedes patriarchalis, vel primatum vel metropolitanorũ vel epo͞rũ vel aliorũ minorũ. Secunda ibi, *Sedes aũt.* 10. de F. CASVS. Supra ostendit qñ & a quibus clerici debeant ordinari: nũc vero in hac 80. dist. ostendit in quibus locis debeant præponi patriarchæ archiepiscopi, episcopi, & presbyteri. Patriarchæ debent poni in capitibus prouinciarum, vt ĩ. 99. dist. prouinciæ. archiepi in singulis prouincijs, vt ĩ. 6. q. 3. scitote. epi vero in ciuitatibus. Presbyteri per castella & villas, vt ĩ. eo. epi.

g ¶ *Loca.*] hic intitulatur 80. di. supra magister ostendit a quibus & qñ sint ordinandi clerici, nunc subdit in quibus locis ordinandi debeant ordinari. & quidem primates ibi constituuntur, vbi olim ponebantur protoflamines gentilium. archiepiscopi vbi archiflamines. episcopi vbi eorum flamines. & hoc ex maxima parte factum est institutione beati Petri, vt ĩ. e. c. 1. & 2.

Protoflamines, Archiflamines, Flamines.

VRbes.] CASVS. Hoc c. loquitur de primatibus gentilium & Chri

Christianorũ. Est ergo casus. Lucius cõsultus fuit in quibus locis primates Christianorũ sunt collocandi: qui respondet dicens, quòd multo tẽpore ante aduentũ Christi vrbes sunt statutæ, in quibus erãt primates gentilium, ad quos ipsi gentiles pro maioribus negotiis appellabant, & in eisdem locis post aduentum Christi apostoli & eorum successores posuerunt primates Christianorum, ad quos (salua apostolica auctoritate) episcoporũ maiora negotia sunt referenda.

a ¶ *Statuta.*] a gentib. & ita est arg. quòd cõstitutiones gentili õ sunt authenticæ arg. 99. dist. c. 1. Nec est contra 13. q. 2. c. 1. nam illud de parochijs, hoc de ciuitatibus.

b ¶ *Appellabant.*] ergo bene dicitur, appello Papam, appello sedem Apostolicã, & Apostolus dixit, Cæsarem appello.

c ¶ *Patriarchas.*] Repetitio est eiusdem, quia idem est primas & patriarcha 99. dist. c. 1. sicut & dicit lex differentia tantum nominis est inter pignus & hypothecã in de pignores hypothecæ. §. inter pign.

16. q. 1. & temporis. vbi dicitur Cumani castri sacerdos.

l ¶ *In modicam*] similiter leges in maioribus ciuitatibus & regalibus tantum sunt docendæ, vt in procemio. ff. a

m ¶ *Singuli*] arg. nullum debere in duabus ecclesiis intitulari 3

n ¶ *Vilescat*] quantum ad vulgi opinioné, nam propter hoc non est

nis, sed etiam multis ante aduentum Christi sunt statutæ [a]temporibus; quarum primates etiam gentiles, pro maioribus etiam negotiis appellabant [b]. In ipsis vero vrbibus post Christi aduentum, Apostoli, & successores eorum, patriarchas [c], vel primates posuerunt, ad quos episcoporum negotia (salua in omnibus Apostolica auctoritate) & maiores causæ, post Apostolicam sedem sunt referendæ.

Item Clemens Papa ad Iacobum, epist. 1.

¶ De eodem. C. I I.

IN illis vero ciuitatibus in quibus olim apud ethnicos primi † flamines eorum, atque primi legis doctores erant, episcoporum primates poni, vel patriarchas beatus Petrus [d]præcepit, qui reliquorum episcoporum causas †, & maiora, quoties necesse foret negotia in fide [e] agitarent. *& paulo post.* ¶ In illis autem ciuitatibus, in quibus dudum apud prædictos erant archiflamines, quos tamen minores tenebant [f], quàm memoratos primates, archiepiscopos institui præcepit. *& infra.* ¶ In singulis vero reliquis ciuitatibus † singulos [g], & non binos, [i] vel ternos, aut plures, episcopos constitui præcepit, qui non primatum, aut archiepiscoporum, aut metropolitanorum nomine, quia matres ciuitatum non tenent, sed episcoporum tantum vocabulo [h] potirentur: quoniam nec inter ipsos Apostolos par institutio fuit: sed vnus omnibus præfuit.

Item Anacletus epist. 3. c. 2.

¶ De eodem. C. I I I.

EPiscopi non in castellis [k], aut modicis [l]ciuitatibus debent constitui: sed presbyteri per castella, & modicas ciuitates, atque villas debent ab episcopis ordinari, & poni: singuli [m]tamen per singulos titulos suos. Et episcopus non ab vno, sed à pluribus debet episcopis ordinari, & vt dictum est, non ad modicam ciuitatem, ne vilescat [n]nomen episcopi: sed ad honorabilem vrbem titulandus, & denominandus est. Presbyter vero ad qualemcumque † locum, vel ecclesiam in eo constitutam est præficiendus.

Item Leo Papa ad episcopos Africæ, epist. 85. cap. 2.

¶ De eodem. C. I I I I.

ILlud sane, quod ad sacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus canonum statuta seruari, vt non in quibuslibet locis, neque quibuslibet castellis, & vbi [o]ante non fuerunt, episcopi consecrentur [p]; cum vbi minores sunt plebes, minoresque conuentus, presbyterorum cura sufficiat: episcopalia autem gubernacula non nisi maioribus populis, & frequentioribus ciuitatibus oporteat præsidere, ne, quod sanctorum Patrum diuinitus inspirata decreta vetuerunt, viculis, & possessionibus, vel obscuris, & solitariis municipiis tribuatur sacerdotale fastigium.

Item ex concilio Laodicensi, c. 57.

¶ De eodem. C. V.

NOn debere in vicis, & villis † episcopos ordinari; sed visitato-

[Margin: Leo ix. epist. 3. Poly. l. 2. tit. 22. Burc. l. 1. c. 155. Ans. l. 6. c. 113. † al. Archiflamines † indicia] ori. — Idẽ est Clemẽtis in epist. proxime citata. Burc. l. 1. c. 4. Iuo par. 5. c. 58. & 98. † quemcumque] orig. — Poly. l. 2. tit. 23. Burc. l. 1. c. 32. Iuo p. 5. c. 107. & 143. — ext. de priuil. c. 2. — † al. castellis]

[Margin: Leges vbi debẽt leg. — Concor. l. 1. C. de su. li. vrbe. Ro. l. 2. — po. distin. fororum. — ¶ Adde quid sit ciuitas, quid villa, & quid castrũ, no. Bar. in l. 1. §. si autẽ. ff. de noui ope. cõp. nun. & in l. ff. haere. ff. de leg. 1. — Primas & patriarcha idem. — Fidei quæstio est referenda ad sedem Petri.]

I ¶ *Nillis.*] CASVS. Gẽtiles habebãt tres ordines sacerdotũ, scilicet protoflamines, archiflamines, & flamines. Loco primi flaminũ Petrus iussit poni patriarchas, qui de maioribus aliorum episcoporum causis cognoscunt. Loco archiflaminum, archiepiscopos. Loco flaminũ, episcopos, qui in singulis ciuitatibus singuli esse debent.

d ¶ *Petrus.*] arg. à tempore Petri esse limitatas prouincias.

e ¶ *In fide.*] §. 24. q. 1. quoties contra §. 16. q. 1. frater noster. contra. vbi dicitur, quòd tantũ ad Petrum est referenda quæstio fidei. sed expone hic in fide, id est, fideliter. Vel possunt agitare causas fidei, sed nõ procedere ad sententiã. vel distingue qui sint qui dubitant. nam si laici, videtur, quòd episcopi possint determinare. extra de hære. ad abolendam. & clerici, Papa. extra eodem tit. cum Christus.

f ¶ *Tenebant*] id est, reputabant.

g ¶ *Singulos*] arg. in vna ciuitate non plures esse debere episcopos 1, de Augustino & Valerio fuit speciale, vt §. 7. q. 1. non autẽ. Sed quid de Venetis qui patriarchã habent & episcopum? Sed dic quòd non est patriarcha Venetorum, sed Gradensis, qui locus differt multum à Venetijs.

h ¶ *Vocabulo.*] nam olim, &c. 95. dist. olim.

i ¶ *Par.*] § dist. 21. in nouo. cõtra 24. q. 1. loquitur. §. Sed par fuit quo ad consecrationem, nõ quo ad administrationem.

E *Piscopi.*] CASVS. In hoc cap. notatur duplex differentia inter epos & presbyteros. Prima est, quia epi nõ debent poni in ciuitatibus quin etiam sint magnæ, & non paruæ: presbyteri vero per castella. Secunda differentia est, quia episcopus non potest consecrari ab vno episcopo, sed presbyter sic.

k ¶ *Non in castellis.*] quandoque tamen episcopus est in castro.

est vilior episcopos, vt 93. dist. legimus. Similiter sponsa nõ est statim tradenda, ne vilescat desideratis, vt 27. q. 2. institutum est simile in fide suscepta per vim, vt 45. di. de Iudæis. Sic eps no erit solus, ne vilescat per hoc. 93. dist. diacom qui. Idẽ est in pœnitentia non iteranda de pœni. dist. 3. quamou. & 50. dist. quamuis.

I *Llud.*] CASVS. Statuitur in hoc cap. vt in minoribus locis, & vbi est paucitas hominum ponantur presbyteri, & eorum cura sufficiat: epi vero in frequẽtioribus ciuitatibus, & maioribus populis.

o ¶ *Et vbi.*] vt & §. 16. q. 1. sicut episcopus. & c. multis conciliis. & 16. q. 1. plures.

p ¶ *Consecrentur.*] nisi multitudo excreuerit, vel gens de nouo sit conuersa ad fidem, vt §. 16. q. 1. præcipimus. argu. dist. 99. nulli archiepiscopus. extra de eccle. ædifi. ad audientiam 4.

N *On debere.*] CASVS. Laodicense concilium statuit vt episcopi non ponantur per vicos & villas, sed visitatores, archipresbyteri, qui debent visitare parochias, qui sine cõsilio & conscientia episcopi ciuitatis nihil agere debent.

[Margin: Ad hoc extra de elect. cod. quoniam. 22. q. 2. si eus. — Veneti patriarcham, & episcopum habent. — Episcopus non debet esse solus. — a Idem & in alio tatu 7. q. 1. in maioris 1. q. 2. abbatibus.]

a ¶ Sed

a ¶ *Sed visitatores.*] idest, archidiaconos, vel archipresbyteros.
b ¶ *Similiter etiam presbyteri*] j. 12. q. 2. abbatibus.
c ¶ *Sine praecepto.*] si volunt res ecclesiae alienare. 12. q. 2. abbatibus. vel intellige de praecepto generali, vt 16. q. 1. cunctis.
SEDES AVTEM. Haec est secunda pars dist. in qua dicitur quòd episcopales sedes debent esse vicinae. Io. de Fan.

res [a], id est, qui circumeant, constitui: hos autem, qui ante hac ordinati sunt, nihil agere censemus sine conscientia episcopi ciuitatis. Similiter etiam presbyteri [b] nihil sine praecepto [c], & consilio episcopi agant.

a ¶ Sed visitatores.] *In codice graeco impresso legitur, ὁ περιοδευτὰς, in trib. aliis manuscriptis, ἀλλὰ περιοδευτὰς.*

2 *Sedes autem episcoporum non longo internallo debent disiungi, vt ad consecrationem sui comprouinciales sine difficultate possint occurrere.*

Vnde Gregorius Augustino Anglorum episcopo, responso octauo.

¶ Episcopales sedes non longo interuallo à se debent disiungi. C. VI.

Pann. l. 3. c. 16.

FRaternitatem tuam ita volumus in Anglia episcopos ordinare, vt ipsi sibi episcopi longo [d] interuallo minime disiungantur: quatenus nulla sit necessitas, vt in ordinatione alicuius episcopi conuenire non possint. Nam episcoporum ordinatio sine aggregatis tribus [e], vel quattuor episcopis fieri non debet.

DISTINCTIO LXXXI.

Gratianus. ***H****Aec de ordinandis* [f], *& ordinatoribus, atque de singulorum graduum distinctionibus, & officiis dixisse nos sufficiat. Verum quia aliquantulum diffusius in his immorati sumus; quaedam praecedentibus cohaerentia sub epilogo* [g] *ad memoriam subiiciamus. Debet ordinandus in episcopum (vt Apostolus scribit) esse sine crimine, idest sine peccato mortali: quod non solum de episcopo, sed etiam de quolibet electo ad aliquam praeposituram ecclesiae oportet intelligi.*

Ad Titum. 1.

Vnde Augustinus scribit tractatu 41. ad c. 8. Ioannis.

¶ Sine crimine, & graui peccato debet esse, qui ordinatur episcopus. C. I.

Beda ad Tit. 1. — Ad Titum. 1. & 1 Tim. 3.

APostolus Paulus quando elegit [h] ordinandos vel presbyteros, vel diaconos, & quicumque ordinandus est ad praeposituram [i] ecclesiae; non ait, si quis sine peccato est; (hoc enim si diceret, omnis homo reprobaretur [k], nullus ordinaretur [l]:) sed ait [si quis sine crimine est] sicut est homicidium, adulterium, aliqua immunditia fornicationis, furtum, fraus, [m] sacrilegium, & cetera huiusmodi. *Item.* ¶ Crimen autem est peccatum graue accusatione, & damnatione [n] dignissimum.

Aug. ibid. sup. 3. dist. 25. c. vnum orarium. Ex libe. lo Ennodii pro defensione synodorum Romanarum.

2 *Quolibet itaque horum implicatus ordinari non debet; vel si iam ordinatus, ante tempus, vel post tempus suae ordinationis aliquod eorum admisisse conuincitur, suscepti gradus officio priuabitur: Vnde Symmachus Papa ait.*

FRaternitatem tuam.] CASVS. Praecepit Gregorius Augustino Anglorum episcopo, vt ordinaret episcopos non longo interuallo inter se distantes, vt leuiter possint conuenire ad episcoporum ordinationem faciendam: quae ad minus cum tribus episcopis, vel quattuor fieri debet & conuenit.
d ¶ *Longo*] Dicunt quidam longo, vt 22. miliarium. arg. ff. de verb. sign. l. 3. melius hoc relinquitur arbitrio boni viri, idest, iudicis. ar. ff. de iure delibe. l. 1. extra de offic. iudi. dele. de causis. Vnde si multum distant ciuitates illae inter se, in locis intermediis debet poni eps. conuenienti ergo interuallo debet distingui, habita consideratione situs & qualitatis regionis ipsius, & difficultatis viarum. sic 16. q. 1. & temporis.
e ¶ *Tribus*] ad minus. j. dist. 51. c. vlt. j. dist. 64. episcopum.
Haec de ordinandis] In hac dist. incipit sexta pars tractatus distinctionum, & protenditur vsque ad 93. distin. Et diuiditur haec dist. in quattuor partes: in quarum prima probat qualiter intelligitur illud verbum, *Oportet episcopum esse sine crimine*. Secunda ibi, *Quolibet*. Tertia ibi, *Clericus*. Quarta ibi, *Oportet*. Ioan. de Fant.
¶ Egit supra Gratianus de ordinationibus & officiis singulorum. Ab hoc vero loco vsque ad 91. dist. breuiter epilogat quaedam cap. apostolicae regulae, vt addat quaedam quae praetermiserat. Et continuans dicta dicendis, primo ponit de primo cap. apostolicae regulae: scilicet, oportet episcopum esse sine crimine, idest, sine peccato mortali: quod verum est nó solum de episcopo, sed etiam de quolibet praelato: quod probat per sequens cap.

f ¶ *Haec de ordinandis*] A 25. dist. vsque ad 50. tractauit magister iuxta ca. apostolicae regulae. Sed quia quaedam omisit, ideo ab hac 81. dist. vsque ad 93. dist. nouem c. apostolicae regulae repetit nó ordine illo quo illa executus est. Et in hac exequitur illud: oportet episcopum esse sine crimine. adiicit etiam de incontinentibus: in quo includitur secundum c. apostolicae regulae. & quod qui priuatur officio, debet priuari beneficio [2]. & quod archidiaconus solus nó debet accedere sub praetextu humilitatis ad tabernacula matronarum [3].

2 Vt j. c. si quis sacerdotum. Arch.
3 Vt j. ea. clericos. & c. sequentibus.

g ¶ *Sub epilogo.*] idest, breui repetitione superiorum.
ADDITIO. Et dicitur ab epi, quod est supra; & logos, quod est sermo. Archidia.

APostolus.] CASVS. Paulus apostolus docuit, quod quando eligitur aliquis ad ordines, vel ad aliquam dignitatem, debet esse sine crimine, quod sit dignum accusatione, & depositione, vt homicidium, & adulterium, & huiusmodi. Sed non ait sine peccato: quia si hoc dixisset, omnis homo repelleretur.
h ¶ *Quando elegit.*] idest, eligi praecepit. 6. q. 1. si sacerdos.
i ¶ *Ad praepositurā.*] i. ad quodcumque ecclesiasticum officium & i. apparet quod criminosus est a minimo ordine prohibetur, vt hic, & 33. dis. c. 1. & 34 dist. cognoscamus. 24. dist. c. vlt.

Criminosus etiā à minimo ordine prohibetur.

hoc hodie terminatur extra de temp. ordi. cap. viti.
k ¶ *Reprobaretur*] j. de poen. dist. 3. septies §. Nouitiae.
l ¶ *Ordinaretur*] simile de poen. dist. 3. c. pen. & dist. 2. si enim.
m ¶ *Fraus.*] Hoc verum est, cum fraudi dolus inest. nā omnis dolus est fraus: sed non conuertitur. ff. de pactis, iurisgentium. §. dolo. & sic sumitur extra de rescrip. ceterum. quandoque large sumitur fraus. ff. de regu. iur. fraudis.

Fraus est genus doli.

n ¶ *Et damnatione.*] Solet quaeri propter quae crimina quis deponi debet. non enim pro quolibet deponitur. 5. q. 4. in loco. Et est super hoc duplex opinio. Quidā dicunt, quod pro quolibet crimine deponitur, nisi expressum sit in contrarium, quod pro eo deponi non debet. Alii dicunt, quod numquam deponi debet pro aliquo nisi expressum sit. pro quo ego dico, quod pro quolibet crimine, in quo quis est incorrigibilis, deponi debet: sed statim tamen nó deponitur aliquis pro prima contumacia, vt 45. dist. licet. & 79. dist. honora us. illud autem non est crimen. 5. q. 4. in loco. nec illa quorum exempla posui 68. dist. cap. 1. & multa exempla de hoc posui 15. quaest. 8. in summa.

Crimina digna depositione quae sunt. Ad hoc extra de iud. cu nō ab homine. Arch.

QVOLIBET. Hic incipit secunda pars huius dist. in qua probat per 16. auctori. sanctorum patrum, quod si clericus ceciderit in lapsum criminis post ordinationem, debet deponi. Io. de Fan.
CASVS Supra dictū est in c. Apostolus, quod ordinādus debet esse sine crimine, vt homicidio, & adulterio, & similibus. Nūc autem ostē-

c.9. si his criminibus aliquis est obnoxius, promoueri non debet nec ordinari. & si ordinatus talia contineatur commisisse ante ordinationem vel post, debet deponi, vt probatur per seq. c.

Nemo.] CASVS. Dicit Symmachus in hoc cap. q. nullus debet assumere prædicandi officium, nisi qui suis actibus errata condemnat: & amore innocentiæ sua conuersatione demonstrat.

a Monitoris.] idest, prædicatoris.

b Errata.] idest, maiora: 1.6. dist. c.1. alias contradicitur propositio Gratia. sic 25. dist. c. vlt. & 3. q. 7. iudicet.

Tantis.] CASVS. Daniel cum esset electus in episcopum, accusatus fuit apud Cælestinum de multis criminibus, & præcipue de incestu cum monialibus: propter quæ crimina inuestiganda citatus fuit vt Romā veniret. qui contemptis litteris Papæ, in epm est promotus. continuit igitur causam quibuidā Cælestinus: & præcipit eis vt de his cognoscāt; q si vera esse inuenerint, ipsum & ordinatorem ipsius deponant: quia qui talem ordinat, ostēdit se esse similem illi.

c Litteris.] Et ita res iam erat litigiosa extra de offi. iudi. delegatum.

d Obrepsit.] Et quo autē se promoueri fecit, lite pendente depo- nēdus est, etiā si innocēs inueniatur 3. extra de accus. Deus omnipotens 3. d. de re. & cau sa. qui de libertate. Io. quod falsū credo, quia notatur in quæst. &bus. 8. de hoc notatur. 8. q. 4. nonne. Ioan. Si autē accusator per annū tacuerit, postea potest promoueri elect°, vt ff. de mune. & hono. reus. sed in episcopatu tantum tres menses dantur, vt in authen. de sanct. episco. §. 3. collat. 9. nisi iudex breuius tempus fuerit moderatus, vt 4. quæst. 5. quisquis. arg. extra de fide instru. accepimus. extra de appella. personas, in fi.

e Conuicio.] de crimine: vel quod post accusationem fuerit ordinatus.

f Sociabitur.] Sic ergo sententia lata contra ordinatū præiudicat ordinatori, vt hic, & 5. d. ordinatos & hoc videtur pp causæ cognitionem, vt dixi 3. q. 6. hac quippe. Vel dic, q tunc præiudicat ordinatori sententia lata ꝯ ordinatū, quando præsens est, & scit causam agi ordinati: cum sua causa agi videatur, & tacet, nec defendit causam, sibi præiudicat, vt extra de senten. & re iud. quamuis. & ff. de regu. iur. sæpe.

g Si qui.] CASVS. Quidam presbyteri promoti sunt sine examinatione: & postea cum examinarentur, ipsi in iudicio confessi sunt omnia peccata sua. Alij ante ordinationem cum examinarentur, confessi sunt peccata sua, & tamen episcopi promouerunt eos. quæsitum est in Nicæno concilio, vtrum isti debeant recipi & defendi in suis ordinibus? Et respōdet quod non. Sic ponit casum Beneuen. H. vero intelligit de eisdē personis casū sic. Aliqui sine examinatione in presbyteros sunt promoti: postea examinati in iure confessi sunt peccata sua: nihilominus tamen promoti sunt ad episcopatum, vel ad aliam dignitatem: quæsitum est in concilio, vtrum tales debeant recipi? Et respondet quòd non.

g Sine examinatione.] Sed quid de episcopo, qui sine examinatione tales ordinat? Dicit lex & canon eū deponēdū. in auth quomodo opor. episc. §. oportet. & 3. q. 1. si qui episcopi & 81. dist. 24. 5. vlt.

Hic est vera littera: in solo lau. & loan. de fan.

A reclamasset liceret deinde promoueri: ar. in eo deponendus.

Tu dic ipsi gl. contra arg. ... & ho. honor. ...

Episcopi clerici ... sine examinatione ordinantes ... puniuntur.

§ Monitoris personam non rectè suscipit, qui verbis, non operibus docet. C. I.

NEmo rectè monitoris [a] personā suscipit, nisi qui actibus suis errata [b] condemnat, & amorē innocentiæ conuersatione demonstrat.

Item Cælestinus ad episcopos Galliæ, epist. 2. c. 3.

§ Careat ordine, quem præstat, qui indignum sublimare non metuit. C. II.

TAntis Daniel grauatus testimoniis, tanta facinorum accusatione pulsatus, sacrarum, vt dicitur, virginum pollutus incestu, episcopus asseritur ordinatus. Et, vt in nostri libellis scrinij continetur, quorum ad vos quoque exemplaria direximus, in pontificij dignitatem, hoc tempore, quo ad causam dicendam, missis a nobis litteris [c], vocabatur, obrepsit [d]. Sacro nomini abiit iniuria. Facilius est, vt hanc dignitatem tali dando, ipse amiserit ordinator, quàm eam obtineat ordinatus. Cui conuicto [e] sociabitur [f], qui sibi eum credidit, largiendo pontificium, sociandum. Qualis enim ipse sit, quisquis tales ordinauerit, ostendit.

Item ex concilio Nicæno, c. 9.

§ Non recipit ordo ecclesiasticus eum, qui sine examinatione, vel postea confessus ordinatur. C. III.

SI qui sine examinatione [g] promoti presbyteri sunt, & postea examinati [h], confessi sunt peccata sua; & cum confessi fuissent, contra regulam [i] venientes homines eis manus imposuerunt; hos ecclesiasticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehensibile est, sancta † defendit ecclesia.

Rab. lib. pæ. c. 1. Burc. l. 1. c. 13. Iuo par. 6. c. 33. Ans. l. 8. c. 13. 8. dist. 14. c. vlt. Tal. catholica sic in epi. Cali.

Item eiusdem concilij, c. 10.

§ Lapsi per ignorantiam, aut contemptu ordinati, ordinati deijciantur. C. V.

QVicumque ex his, qui lapsi sunt, per ignorantiam [k] sunt ordinati, vel contemptu [l] eorum, qui eos ordinauerunt; hoc non præiudicat [m] regulæ ecclesiasticæ. Cū enim copertū [n] fuerit, deponuntur.

l Contemptu] græce est in concilio vulgato ἢ καὶ προειδότων τῶν προχειρισαμένων. Idest, vel etiam iis antea scientibus, qui ordinauerunt.

Item Innocentius ad Maximum, & Seuerum, epist. 5.

§ Alienus fiat à ministerio, qui illud, vincendo illicite, polluit. C. VI.

MAximianus † [o] filius noster agēs in rebus huiusmodi, qualē [p] que-

Poly. l. 4. tit. 39. Ans. l. 8. c. 15. Iuo p. 6. c. 96. Tal. Maximilianus

§. dist. 50. de his vero. & c. ex pænitentibus. Item quid si dicat eps se dispensasse cum eis: non est ei credendū, nisi probet se eū eis dispensasse: vel nisi sibi bonas litteras dederit. nā hæc res cōmissa est episcopo quærenda, nō negligenda. ff. de transact. cū hi. §. si prætor. debet ergo probari dispensatio, vt est expressum extra de schismat.

cap. 2. maxime cum eps dispensare non debeat sine cōsensu capituli vel maioris partis: aliàs post errores suos semper mētiretur eps se cū eis dispēsasse: quod verū credo etiam circa notū. hoc tamē non nego, quin circa notā personam solo facto dispensat eps, vt dixi 5. dist. 91. c. vlt. puniunt tamen eps si indiscrete dispensat.

h Examinati.] ēū ad maiora promouenē, scilicet ad episcopatū.

i Contra regulam.] quæ interdicit tales ordinari.

Quicumque.] CASVS. Quidam criminosi ordinati sunt ignoranter ab episcopis: quidam vero scienter. Quæritur an debeant deponi? Et respon. quòd sic.

k Per ignorantiam.] ordinantium: & dic ignorantiam iuris vel facti: secundum Hug.

l Vel contemptu.] idest vel scientibus.

m Non præiudicat.] Factum enim prætoris iuri publico non derogat. ff. de iur. l. 1.

n Compertū.] arg. q quicūq de veritate cōstat, sequēda est. 8. di. q contēpta. nā diuturnitas ipsius, &c. extra de fiiio. non satis inducit tū dispēsatioē. 35. q. 8 de gradib. &c. q ma. accu. pos. q tuas.

Maximianus.] CASVS. Quidam presbyteri excommunicatos filios habuerunt: quos Maximianus zelo Dei accensus, coram Apostolico accusauit. cōmisit ergo causam Innocentius quibusdā, & præcepit eis, si hæc vera inuenerit, remoueāt eos ab officio sacerdotali.

o Maximianus.] 3. 3. q. 5. quia eā.

p Qualē quæreā.] Iuouadi criminalē. nā clericus erat iste. nō enim laicus posset illos accusare. 2. q. 7 per totum. nisi forte patronus pro laesum de dilapidatione: q. sue sua interest argu. 16. q. 7. filijs. alias laicus non auditur de hoc crimine, vt 28. dist. consulendum.

Et sic intelligitur extra de p. lijs presbyterorum, verum ... dum lac.

Licet his habeantur in antiquis ... secundū ... differentiā ... ad dilapidationē ...

Aliqui habent hoc extra g ma. ... quia illa decreta ... Patronus præ ... ne dilapidatione accusare potest.

t libellis.

a ¶ *Libelli.*] Per hoc q dicit, libelli, & postea presbyteris. argumentũ q quis in eodẽ libello plures accusare possit. Io. Quid iuris sit de hoc, no. plene. 2.q.1. prohibentur. in glo. quæ incipit, ¶ istas. B.

a ¶ *Libelli.*] i. chartæ quam Papa misit. 30.q.3. Pyctacium. B.

b ¶ *Perspecto.*] videtur ergo, q nõ sufficiat si authẽtice ipsum exhibe-

Acusari possunt plures simul.

D *Illum.*] C A P. V I. Dicitur hic, q si sacerdos pp delictũ vel negligentiã suã fuerit degradatus, detrudi debet in monasteriũ, vel canoniã regularẽ ad pœnitentiã agendã, nec debet amodo viuere sæculariter, & si 3 facere præsumpserit, excõmunicari debet.

g ¶ *Negligentiam.*] not. q aliquis æque deponitur propter negligentiã, sicut propter dolum. 86. dist. ca. 1. & 11. q. 3. placuit & 100. dist. qui. & extra de statu mona. cum ad monasterium. in fi. & C. de offi. præfe. ori. si quos. & ff. de custo. & exhib. re. l. carceri. & l. milites. quod intelligo cum crassa est negligentia, vt 1. q. 1. quidquid. & ff. de verb. signifi. magna.

Negligẽtia quandoque dolo comparatur.

relam detulerit, libelli a eius series annexa declarat. Qui zelo fidei, & disciplinę ductus, non patitur ecclesiam pollui ab indignis presbyteris, quos in presbyterio filios asserit procreasse. Quod non licere exponerem, nisi nossem vestram prudentiam legis totius habere notitiam. Et ideo, fratres charissimi, libelli, qui subiectus est, tenore perspecto b, eos, qui talia perpetrasse dicuntur, iubebitis in medio collocari; discussisque obiectionibus, quæ ipsis presbyteris impinguntur, si conuicti fuerint, à sacerdotali remoueantur c officio (quia qui sancti non sunt, sancta tractare non possunt), atque alieni efficiantur à ministerio, quod viuendo illicite, polluerunt d.

Item Eugenius Papa.

¶ Cuilibet ab ordine deposito, episcopi prouidentia, locus pœnitentiæ deputetur. C. V I I.

Ansl. l. 5. in prin.

SAcerdos, aut quiuis alius in ordine ecclesiastico prouectus, si in eo e scelere inuenitur, quo abijciendus comprobatur; depositus, prouidentia episcopi, bene prouiso f loco constituatur; vbi peccata lugeat, & vlterius non committat.

Item ex concilio Moguntino.

¶ Retrudantur in monasterium presbyteri, qui pœnitentiam agere contemnunt. C. V I I I.

In conc. Cabilonensi, c. 40. Burc. l. 2. c. 19. Iuo p. 6. c. 236.

DIctum est nobis presbyteros propter suam negligentiam g canonice degradatos, & sæculariter gradu amisso viuere, & pœnitentiæ agendæ bonum negligere. Vnde statuimus, vt gradu h amisso, agendæ pœnitentiæ gratia, in monasterium a, aut in canoniam regularem mittantur. ¶ Si vero hoc fieri causa quælibet prohibuerit, vbicumque sint, pœnitentiam agere nõ desistant. Si autem amisso gradu sæculariter i viuere voluerint, & pœnitentiam agere neglexerint, ab ecclesiæ communione separentur.

a ¶ In monasterium.] *In concilio Cabilonensi, vbi hic canon habetur (licet Burchardus etiam, & Iuo ex Moguntino citent) & apud cæteros collectores legitur,* in monasterio, aut canonico, aut regulari: *in vno autem peruetusto Gratiani codice,* in monasterio iuxta canonicã regulã.

Item Isidorus, sententiarum de summo bono, lib. 2. c. 10.

¶ Mutatio loci aliquando valet conuersis ad pœnitentiam. C. I X.

VAlet k interdum l conuersis pro animæ salute mutatio loci. Plerũque enim dũ mutatur m locus, mutatur & mentis affectus. Cõgruum est enim inde etiam corporaliter auelli, vbi quisque illecebris deseruiuit. Nam locus, vbi quisque praue vixit, hoc in aspectu n mentis apponit, quod sæpe ibi vel cogitauit, uel gessit.

Item ex tertia synodo Aurelianensi, c. 7.

¶ Clericus adulterasse conuictus, uel confessus, in monasterio detrudatur. C. X.

Iuo p. 8. c. 285. Pan. l. 3. c. 143.

SI quis clericus adulterasse aut confessus, aut conuictus fuerit, depositus ab officio, communione o concessa, in monasterio, toto vitæ suæ tempore detrudatur.

h ¶ *Gradu.*] arg. pro illis qui dicunt exauctoratum priuari sacramento, vnde colligitur talẽ posse verberari sine sacrilegio. ar est ad hoc 50. dist. accedens.

Arg. cõtra. 1. q. 1. quod quidam. vers. si forte.

i ¶ *Sæculariter.*] hic patet, q depositus sm regulam ecclesiasticam tenetur viuere. argo. ad hoc 32. dist. si qui vero. & 20. q. 3. eos. vnde verberans eos incidit in canonem: & ecclesia eos tueri debet, nisi sint incorrigibiles, vt extra de iud. cum non ab homine. Io. quod saltum credo, cũ sit exauctoratus, & nudatus omni priuilegio. B. Sed nunquid qui hoc modo detruditur in monasterium, ibi cogitur esse perpetuo, quod videtur dist. 50. c. 1. ¶. eo. si quis clericus. Sed dic hoc esse in arbitrio iudicis, & sm qualitatem delicti: nã quandoq; ad tempus detruditur, vt 2. q. 1. in primis. quandoque iubetur peregrinari per orbem, vt de pœni. dist. 6. sacerdos. quandoque traditur curiæ sæculari, vt 11. q. 1. statuimus. alias nũquam cogitur quis inuitus ingredi monasterium nisi propter delictum, vt 20. q. 1. sicut. & 55. dist. si euangelica. Io.

Clericum depositum verberans, incidit in canonem.

Arg. ad hoc, 54. dist. in c. vlt. & c. de hoc.

Detrusus in monasterium an cogatur ibi perpetuo esse.

V *Alet*] C A P. I X. Statuitur hic, q si aliquis de crimine fuerit conuictus, debet separari a loco in quo cõmisit delictũ ad pœnitentiam peragendam. Nã interdũ valet loci mutatio cũ affectus mẽtis sæpe cũ loco mutetur, cũ nõ videat vbi male gessit. Sequẽtia duo c. plana sunt, q̃ de hac materia loquunt.

hiberet: sed vt & teneatur exhibere libellum quem porrexerat Papæ, vt 7. q. 1. præsentium. & 51. dist. præcepta. & maxime vbi procurator imperrauerat litteras, & dubitatur an ille de hoc habuit speciale mandatum, vt extra de rescrip. nonnulli: vel an fuerit excommunicatus, vt extra de proba. cap. post cessionem.

c ¶ *Remoueantur.*] ergo presbyter propter simplicẽ fornicationem deponitur, vt 27. q. 1. vt lex. contra. & ĩ. 82. dist. cap. presbyter. & 34. dist. fraternitatis. Io. Cõmuniter autem dicitur, q pro simplici fornicatione quis deponi non debet, cum pauci sine illo vitio inueniantur, vt 50. dist. quia sanctitas tua.

Presbyter an propter simplicẽ fornicationem deponatur.

d ¶ *Polluerunt.*] quantum ad se. 49. dist. cap. vlt.

S *Acerdos.*] C A P. V I I. Dicitur in hoc c. q si sacerdos de aliquo crimine conuincatur, deponi debet, & episcopus ei locum prouidere debet, in quo pœnitentiam agere possit.

e ¶ *Si in eo.*] ergo pro omni causa non deponitur. B.

f ¶ *Prouiso loco.*] id est, monasterio, vt cap. seq.

k ¶ *Valet.*] gratia cooperante.

l ¶ *Interdum*] interdum nocet, vt ĩ. dist. 74. quorumdam. & C. quomodo. & quando iud. l. 5. sed valet si fiat ex charitate.

m ¶ *Mutatur locus.*] ĩ. 35. q. 6. ab isto die. ĩ. dist. 86. fratrem.

n ¶ *In aspectu.*] Memoria delictorum, quæ est concupiscentia, detestabilis est, 25. q. 1. mulier. quæ aũt est ad compunctionem, illa bona est. Nullum enim tale delictorum remedium est sicut eorum continua memoria. de pœn. dist. 3. Iudas. de pœn. dist. 1. § his auctoritatibus. ver. non tibi dico. & versi. nunc autem. & quandoque bona est memoria rei ad terrorem. vt 7 q. 1. denique. in fi.

Delictorum memoria an sit bona.

Ad hoc 35. q. 7. nõ solũ. & pœ. vbi de hoc.

o S *I quis clericus.*] ¶ *Communione.*] scilicet fidelium & sacramentorum. H. Alii dicunt, scilicet fidelium, nõ autem fratrum. arg. ĩ. eod. si diaconus. Archid.

Item Pelagius Papa Constantino defensori.

¶ De eodem. C. XI.

ROmanus ecclesiæ Thæanẽsis clericus pro crimine adulterij, quod admisisse perhibetur, à clericatus ordine depositus, in monasterio hic in vrbe Romana[a] ad agendam pænitentiam ex nostra iussione detrusus est.

Pan.l.3.c.144.

Item ex canone Apostolorum 25.

¶ In crimine captus presbyter, vel diaconus deponatur, non tamen communione priuetur. C. XII.

PResbyter†, aut diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto[b], aut[a] homicidio captus[c] est, deponatur: non tamen communione priuetur[β]. Dicit enim scriptura[d] [Non† vindicabit Dominus bis[e] in idipsum.]

In conc. Trib. c. 11. Raban. l. pænitent. c. 1. Ansl. l. 11. c. 19. Burc. l. 2. c. 189. Iuo p. 6. c. 234. Poly. l. 4. tit. 31.

† οὐκ ἐκδικήσει δὶς ἐπὶ τὸ αὐτό.

† Episcopus aut presbyter, aut diaconus.] orig. Naum 1. Ero. 70.

α ¶ Aut homicidio.] *hæc dictio non est in canone 25. Apostolorum. Sed in concilio Triburiensi, cum Patres illi ita dixissent,* legimus in canonibus Apostolorum, quod episcopus, presbyter, & diaconus, qui in fornicatione, aut periurio, aut furto captus est, deponatur: *hinc argumentatur idem multo magis statuendũ esse de homicida: quæ fortasse causa fuit, quamobrem a Gratiano, & alijs collectoribus ea dictio huic canoni adiecta sit. In canone autem 32. Basilij idem statuitur de clericis peccantibus peccatum ad mortem, quod etiam de fornicatoribus expositum erat in canone tertio.*

β ¶ Priuetur.] *In codicibus impressis sequebatur,* si paruerit sententiæ, *quæ verba sunt expũcta, quia neque in originali, neque in vetustis Gratiani exemplaribus leguntur.*

Item.

¶ De eodem. C. XIII.

ij SI quis episcopus, aut presbyter, aut diaconus post diaconij gradum acceptum fuerit fornicatus, aut mœchatus, deponatur, & ab ecclesia proiectus, inter[γ] laicos[f] agat pænitentiam.

Z. dist. 28. c. presbyter. Ansl. l. 11. c. 31.

¶ *Proprius auctor huius capitis non est inuentus: sed simile habetur in concilio Neocæsariensi, cap. primo, & in capitulis Martini Bracarensis c. 27.*

γ ¶ Inter laicos.] *hæ duæ dictiones non leguntur in cap. 1. concilij Neocæsariensis citato. Z. distin. 28. c. presbyter (ut ibi notatum est) neque in capitulis Martini Bracarensis.*

Item ex concilio Aurelianensi primo, c. XI. & 14.

¶ De eodem. C. XIIII.

rantia † se lapsos ᵃ esse deflent; his hac conditione misericordiam ᵇ dicimus non negandam, vt sine vllo honoris augmento, in hoc, quo deiecti ᶜ † sunt, quamdiu vixerint, officio perseuerent: si tamen posthac continentes se studuerint exhibere. Hi vero, qui illiciti priuilegij ᵈ excusatione nituntur, & sibi asserunt veteri hoc lege concessum; nouerint se ab omni ecclesiastico honore, quo indigne vsi sunt, Apostolicæ sedis auctoritate deiectos: nec vmquam posse veneranda attrectare mysteria. quibus se ipsi, dum obscœnis cupiditatibus inhiant, priuauerunt. Et quia exempla præsentia cauere ᵉ nos præmonent in futurum; si quilibet episcopus, presbyter, atque diaconus (quod non optamus) deinceps fuerit talis inuentus; iam nunc sibi omnem per nos indulgentiæ aditum intelligat obseratum: quia ferro necesse est vt abscindantur ᶠ † vulnera, quæ fomentorum non senserint medicinam.

abscidantur] or.

¶ *Caput hoc in aliquot manuscriptis Gratiani exemplaribus coniunctum est superiori.*

*Qui autem propter peccata iubentur deponi; post condignam pænitentiam in suo ordine poterunt reparari. Vnde in concilio Hybernensi*ᵃ.

a ¶ Hybernensi] *Caput hoc citabatur ex concilio Gangrensi, in quo non legitur. Emendatum est ex Polycarpo; & alio libro manuscripto peruetusto; in quo libro sunt multi canones poenitentiales: & hic refertur ex Theodoro archiepiscopo Hybernensi.*

¶ Quæ pænitentia sit imponenda sacerdoti, qui de fornicatione conuictus fuerit. C. V.

Poly. l. 4. tit. 30. — Can. Apost. 25.

PResbyter ᵍ, si fornicationem fecerit, quamquam secundum canones Apostolorum ʰ debeat deponi; tamen iuxta auctoritatem ⁱ beati Papæ Siluestri, si in uitio non perdurauerit, sed sua sponte confessus adiecit, vt resurgat; decem annis ᵏ in hunc modum pæniteat: tribus quidem mensibus priuato loco à ceteris remotus pane, & aqua a vespera in vesperam ˡ vtatur; tantum autem diebus Dominicis, & præcipuis festis modico vino, & pisciculis, atque leguminibus recreetur sine carne, & sagimine, ouis, & caseo ᵐ: sacco indutus humi adhæreat; die, ac nocte iugiter misericordiam Dei omnipotentis imploret: finitis tribus mensibus continuis exeat: tamen in publicum non procedat; ne grex fidelis in eo scandalum patiatur. Nec enim † debet sacerdos publice pænitere ᵐ, sicut laicus. Postea aliquantisper resumptis viribus, vnum annum, & dimidium in pane, & aqua expleat, exceptis Dominicis, & præcipuis festis, in quibus vino, & sagimine ⁿ †, ouis, & caseo iuxta canonicã mensuram vti poterit. Finito primo anno & dimidio, corporis & sanguinis Domini, ne indurescat, particeps fiat, & ad pacem veniat; psalmos cum fratribus in choro ᵒ vltimus canat; ad cornu altaris non accedat; iuxta beati Clementis vocem ᵖ, minora gerat officia. Deinde vero vsque ad expletionem septimi anni, omni quidẽ tempore, exceptis paschalibus diebus, tres legitimas ᵠ ferias in vnaquaque hebdomada in pane & aqua ieiunet. Expleto ʳ septimo anni circulo, si sui confratres, apud quos pænituit, eius condignam pænitentiam conlaudauerint; episcopus in pristinum honorem, iuxta beati Calixti Papæ auctoritatem, eum reuocare poterit. Sane sciendum est, quòd secundam feriam vnum psalterium canendo, aut vnum denarium ˢ pauperibus dando (si opus † est) redime-

al. *etiam* — al. *sanguine* — Epist. 2. — Epist. 2. — *operari*] Poly.

g ¶ *Presbyter*.] Hoc c. intelligunt quidam de dispensatione: alij de iure: quia eps post peractam pænitentiã tenetur dispensare: arg. 50. dis. domino sancto. & c. vt constitueretur. vnde dicunt hodie pro fornicatione neminẽ deponendum, nisi in ea perduret. & ideo quia hodie fragiliora sunt corpora nostra quàm olim erant. 34. dist. fraternitatis. licet eadẽ ratione debes dicere de quolibet crimine, vt j. eo. cap. versi. eas se quoque. & not. s. prox. dis. cap. Maximianus.

h ¶ *Apostolorum*.] Hic concilium dispensat contra Apostolum in pœnis. vt s. dist. proxi. presbyter. sic s. 34. dis. cognoscamus. & c. lector.

i ¶ *Auctoritatem*.] Hãc nõ habemus in corpore canonũ B. Siluestri.

k ¶ *Decem annis*.] Alibi dicitur, φ sacerdoti pro fornicatione imponitur pœna xij. annorum, & episcopo xv. 30. q. 1. si qs sacerdos. & c. nõ decretalium vij. vt 33. q. 2. hoc ipsum. Sed varietas delicti inducit varietatẽ pœnæ: scilicet cum fornicatio est simplex, vel incestuosa, poterit sacerdos mitigare pœnã pro quantitate criminis, & qualitate personæ. 26. q. 7. tempora.

l ¶ *In vesperam*.] Nam ea hora debent comedere ieiunantes. de consecra. dist. 1. solent.

m ¶ *Pænitere*.] s. dist. proxi. si qs episcopus. cõtra & 28. dis. presbyter. contra. Sed expone publice, id est solenniter.

Fornicantis cum sa hodie nemo é deponendus.

Concilium contra Apostolum dispensat.

Sacerdotis fornicarij pænitentia.

Ieiunantes in vespera comedere debent.

Conseruando antiqua nõ excusat.

Præsumitur ex præsentibus etiam futura.

Additio. Hoc not. 18. dist. peruenit.

f ¶ *Vt abscindantur*.] sic 16. q. 1. in canonibus. 24. q. 3. ecce.

QVI AVTEM Hic incipit tertia pars huius dist. in qua quæritur, qualiter pænitentia imponatur sacerdoti lapso in fornicationem, ita quòd possit postea celebrare. Et respon. quòd decem annis debet pænitere. Ioan. de Fant.

P*resbyter*.] CASVS. Hoc cap. loquitur de manifesta fornicatione, pro qua in tempore Apostolorum clerici deponebãtur. sed sancti patres in Gangrensi concilio congregati hunc rigorem

n ¶ *Sagimine*.] Arg. quòd licet comedere de sagimine illis diebus quibus oua & caseum licet comedere. 4. dist. denique.

o ¶ *In choro*] vt ibi ministret.

p ¶ *Vocem*] quam non habemus in hoc corpore.

q ¶ *Tres legitimas ferias*.] scilicet 2. & 4. & 6. feriam, vt j. eod. innuitur. de conse. dist. 3. ieiunia. & 12. q. 5. cap. 1.

r ¶ *Expleto*.] Ergo reconciliandus est quis peracta parte pænitẽtiæ: etsi tota finita non sit, vt 12. q. 2. de viro. extra de iur. ex litteris.

s ¶ *Denarium*.] Et ita potest dare denariũ pro ieiunio, qđ spirituale est: nec tamen simoniã committit: quia cũ Deo intelligitur contrahere: sicut nec lex Iulia de ambitu locũ habet in Romana ciuitate; imo spirituale datẽ hic tantũ, scilicet eleemosyna pro spirituali. bene facit ad hoc quia sicut ære peccatorũ ille se vendidit, vt 35. q. 1. non est φ cuiquã ita & pecunia sua se redimat. de pæn. dist. 1. medicina. Et est arg. pro cõmutatione pœnæ. 36. q. 1. de rap. Nũquid autẽ potest hic ieiunare per aliũ? qđ videtur; quia denarium potest dare vt se redimat a ieiunio: ergo multo fortius per alterius ieiuniũ potest liberari. Itẽ quia ieiuniũ viui liberat mortuũ, vt 13. q. 2. animæ. de pæn. dist. 6. c. 1. quod concedo si per propinquã personã ieiunet.

Sagimen & lardum die veneris comedere licet.

Feriæ legitimæ sunt tres.

Adde hoc esse simonia not. gl. & Bart. in l. ... [illegible]

Ad hoc facit quia liberat quis ... [illegible]

net. & debet iste denarius esse talis, q non euincatur ab eo cui donatur: aliàs nō cōtingeret liberatio, vt C. de seru. & iter. libera. ff. de leg. 3. qui concubinā. §. si hæres. quia nō intelligitur danū qđ euinci potest, vt ibi dicitur: arg. 14. q. 5. immolans. Sed nūquid pœnitens sua auctoritate potest hanc cōmutationem facere? Dicunt quidā q sic: quod non cōcedo in pœnitentia imposita ab homine, vt extra de vo. & vo. redemp. ex multa. in fi. Ioan. Sed certe qđ hic dicitur de denario, auctoritate huius canonis facere potest pœnitens: nec decret. illa in aliquo cōtradicit. Bart.

cum illa verba dixit in ægritudine, vt ff. de condi. instit. quidam. & extra de succes. ab intesta. c. fina. Sed quid dices, si qs vult me interficere nisi dem ei pecuniā: numquid teneor ei dare vt me liberē à morte? ita videtur, per hoc quod hic dicitur, & 86. dist. non satis. in princ. Dicunt tamē quidā, solos prælatos ad hoc teneri, vt 12. q. 2.

re[a] poterit. Finitis autem septem annis, deinde vsque ad finem decimi anni, sextam feriam[b] (nulla interueniente redemptione) obseruet in pane & aqua. Eadem[c] quoque pœnitentia erit sacerdoti, de omnibus alijs peccatis, & criminibus, quæ eum in depositionem inducunt. Neque hoc cuilibet videatur onerosum; si sacerdos post lapsum, digne, vt supra dictum est, pœnitens, ad pristinos redeat honores.

a ¶ Et caseo.] In vulgatis sequebatur, vinum: quæ vox sublata est auctoritate omnium fere exemplariū Gratiani manuscriptorū, & Polycarpi, & libri manuscripti in superiore notatione indicati.

DISTINCTIO LXXXIII.

PRouidendum[d] quoque est, ne is, qui ad ordinandum eligitur, & si à proprio vitio videatur alienus, consentiendo alienis inquinetur. Vt enim Symmachus Papa ait; non est grandis differentia, an lethum inferas[e], an admittas. Mortem enim languentibus probatur infligere, qui hanc, cum possit, non excludit. In libello Ennodij.

Hinc Gregorius VII. ait in reg. lib. 6. c. 12. Romana synodo celebrata Anno Domini 1080. *al.* 1078.

¶ Suspendatur episcopus ab officio, clericorum suorum fornicationi consentiens. C. I.

SI quis episcopus fornicationem presbyterorum, diaconorum subdiaconorū[a], vel crimen incestus in sua parochia, pretio[f] interueniente, vel precibus consenserit, vel commissum, sibique compertum auctoritate officij sui non impugnauerit; ab officio suspēdatur[g]. Ans. l. 6. c. 177.

a ¶ Subdiaconorum.] Additum hoc est ex originali, & Anselmo; quemadmodum & paulo post verba illa, sibique compertum. Notum autem est à tempore Gregorij primi subdiaconos eadem lege continentiæ, qua presbyteros, adstrictos fuisse.

Item Gregorius prima parte pastoralis, c. 2.

¶ Maxime ecclesiam lędit, qui sub nomine sanctitatis delinquit. C. II.

NEmo quippe in ecclesia nocet amplius, quàm qui peruerse agens nomen vel ordinem sanctitatis habet. Delinquentem namque hunc nemo redarguere[h] præsumit; & in exemplum culpa vehementer extenditur[i]; quando pro reuerentia ordinis, peccator honoratur. Episcopus[A] itaque, qui talium crimina non corrigit[k], magis dicendus est canis impudicus, quàm episcopus. Poly. l. 4. tit. 31. Burc. l. 1. c. 209. Iuo p. 5. c. 323. Burc. l. 1. c. 223. Iuo p. 5. c. 317. ex Gregorio.

A ¶ Episcopus.] Hæc non sunt ibi apud B. Gregorium. Similia citantur infra 2. q. 7. c. qui nec regiminis, ex Augustino (cui etiā reliqua huius capitis antea tribuebantur) & ex eodem à Burchardo, & Iuone citantur. Ceterum ijdem collectores, Burchardus quidem lib. 1. c. 13. Iuo autem parte 5. c. 67. referunt aliqua ex Origene, quæ cum his aliquantulum conueniunt.

a ¶ Redimere.] Arg. ea quæ facere tenemur, alia æquiualentia faciēdo posse recōpensari: & ita cōmutationē pœnarum posse fieri: arg. 36. q. 1. de raptoribus. dist. 12. nō cogāt. 2. q. 1. nullus eps.

b ¶ Sextam feriam.] Ergo quartam posset redimere. quod enim de vna negatur, de alia concedi videtur. 25. dist. qualis.

c ¶ Eadem.] non tamē eadem dispensatio est in omnibus: quia in aliquibus prohibetur. 50. distin. miror.

PRouidendū.] Hæc dist. diuiditur in duas partes: in quarū prima punit negligentes p̄latos, & qui gaudent adulationibus: & hoc p̄bat per 7. auctorit. Secūda ibi, Quāquā. Io. de Fāt.

CASVS. Hucusque tractauit Gratianus, q oportet prælatū esse sine crimine, qđ in faciēdo consistit. sed qa cōsentiens malo aliorum dicitur cōmittere crimen; ideo subiungit hanc 83. distin. in qua ostendit, q prælatus etiā consentire non debet peccatis alienis: quia parum differt vtrū quis homicidium committat propria manu, vel facienti consentiat: quia mortem probatur inferre, qui hanc cum potest non excludit.

d ¶ Prouidendum.] In duabus superioribus distinctionibus tractauit magister, q ordinandus debet esse sine crimine proprio. In hac distinctione ostendit, q non debet alienis criminibus consentire.

e ¶ Inferas.] Simile est j. 86. dist. pasce. & extra de sent. excommu. quantæ. & patet hic, q medicus gratis tenetur curare pauperem infirmū: quia plus debet valere apud eū vita illius, quàm propria pecunia, vt 86. dist. non satis. Sed quid si infirmus diues est, & nihil vult dare medico: numquid gratis tenetur eū curare? Videtur q non: cum nemo de suo cogatur facere beneficiū, vt 10. q. 2. præcarię. cum etiam medicus licite potest recipere mercedē, vt 14. q. 5. non sane. Dico q tenetur eum curare suis impensis, & si cōualuerit, repetat expensas: quia vtiliter gessit negotiū eius, vt ff. de negot. gest. Pōponius. etiā si moriatur æger, pōt petere impēsas: qa sufficit si vtiliter cœpit gerere, licet euentus non sit secutus, vt ff. eo. tit. sed an vltro. ff. de offi. præsid. illicitas. §. sicuti. nec potest ei obijci, quòd causa pietatis fecerit sumptus illos: nisi esset propinquus infirmo, vt C. e. alimenta. Sed quid si infirmus prohibet ne aliquæ medicinæ dentur ei? tunc dicunt quidam, quòd medicus nullam habet actionem, vt C. de nego. gest. l. vlt. Sed dico quòd eū inuitum potest curare. sicut inuitum posset extrahere de domo ruitura. 23. q. 4. ipsa pietas. Inuito enim potest conferri beneficiū, vt 45. dist. & qui emendat. imo præsumo ipsum fuisse furiosum, a. gloria. & 16. q. 1. c. vlti. Alij dicunt, quòd quilibet tenetur redimere vitam alterius. Vtrum autem quilibet teneatur defendere alium, dixi 23. q. 3. non inferenda.

SI quis episcopus.] CASVS. Quidam episcopi pretio interueniente vel precibus consentiebant clericis suæ diœcesis in fornicatione stare vel incestu: & eos non puniebant. Quæsitum fuit à Gregorio quam pœnam pati debeant? Et respondet quòd suspendi debent ab officio & beneficio.

f ¶ Pretio.] De hac materia inuenies 16. q. 7. decimas. & 1. q. 1. c. vlt. & cap. nullus episcopus. j. 23. q. 4. c. si is qui. & cap. si illic.

g ¶ Suspendatur.] idest deponatur. 1. q. 3. si quis episcopus. aliàs esset contra 11. q. 3. Teugualdum.

RODVLPH. Vel dic quòd ponit pœnam solius consensus secundum L. cuius etiam fuerant verba quæ præcedunt. De hoc legitur & not. j. 32. dist. eos. in fi. ibi videas.

NEmo.] CASVS. Dicitur hic, quòd nemo magis in ecclesia nocet quàm prælatus delinquens: quia nullus audet eum redarguere propter ordinis reuerentiam: & alij sumunt ab eo exemplum delinquendi: & ideo episcopus qui tales non corrigit, magis dicendus est canis impudicus quam episcopus.

h ¶ Redarguere.] j. dist. 40. si Papa. 6. q. 1. omnes. quia vult magis placere silendo, quàm displicere redarguendo.

i ¶ Extenditur.] Delicta enim maiorum trahuntur ab alijs in exemplum, vt 11. q. 3. præcipue.

k ¶ Non corrigit.] cum est clamor de talib⁹. extra de si. licet Heli.

Error.]

Pœnitentia imposita auctoritate propria mutari non potest.

1 Adde bonum text. in l. pler. q; ff. de iure do. & in l. 1. ff. de li. le.

2 Videtur innuere q in sententia ieiuniji indicta ab ecclesia. Sed potest dici secundū Ioan. q licet sententia indicta ab ecclesia non debeant commutari vel redimi sine causa, tamē ea possunt mutari vt secundū festū quod est in die lunæ fiat in sabbato. & dicit q in quibusdā locis Franciæ sic licet vbi sunt ecclesiæ sub Quatuor non sunt nisi in vigilia aliorū sanctorū. sed tamē in eadem die secundū idem. Archid.

De hoc not. 1. q. 1. qui studet. ibi videas.

Adde argu. ad hoc bonū in l. non tantū. ff. de app. & ff. de suff. & sump. fu. l. et si quis. §. Labeo.

Si est commodū persona vide tur de nasse, nisi protestetur: secus si esset extraneus in funere. eodē modo distinguitur ff. de relig. & sum. fu. si quis. §. sed interdum. Archid.

Adde ad hoc not. in l. taleru. do in gl. 3. ff. de ne. gest. & in l. si pupilli. ff. eo tit.

Delicta maiorū alios corrūpunt.

Error.] Casus. Dicitur hic, quod si possum resistere errantibus, & perturbare peruersos, & negligo: mala eorum videor approbare per consensum: & socius eorum sum, cum manifesto facinori non obuiem. Sequentia autem duo cap. plana sunt.

a ¶ Cum possis.] Ex officio. hoc enim intelligunt quidam de prælato.

in fin. ff. de ijs qui no. infa. quid ergo. §. t.

SICUT AUTEM. Casus. Hucusque ostendit quod aliqua peccatis alienis consentire non debet. Nunc vero ostendit, quod laudibus malorum aliquis gloriari non debet, nec gratulari.

Nihil.] Casus. Quidam prælati gloriabantur laudibus malorum. Sed dicit Anacletus, quod ex hoc facto maxima pernicies oritur circa subiectos. quia prælatus qui laudibus gloriatur, timet corrigere delinquentes: & sicut nouerca odit priuignum, ita negligentia correctio occidit. ...

Item Innocentius.

¶ Qui non resistit erroribus, consentit. C. III.

Deusdedit p. 2. Eleuterius Papa ad Galliæ prouincias, & orientales in epi. ad Italium, & Aegyptij in epist. ad Felicem II.

Error, cui non resistitur, approbatur; & veritas, cum minime defensatur, opprimitur. Negligere quippe, cum possis [a] deturbare peruersos, nihil aliud est, quam fouere. Nec caret scrupulo societatis [b] occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare.

Item Pius, epist. 1. ad omnes Christi fideles.

¶ Non prodest suo errore non pollui, qui alieno consentit. C. IIII.

Quid enim prodest illi suo errore non pollui [c], qui [d] consensum [e] præstat erranti?

Item Gregorius [a].

¶ Qui non occurrit, consentit erranti. C. V.

Poly. l. 4. tit. 31.

Consentire videtur erranti, qui ad resecanda, quæ corrigi [f] debent, non occurrit [g].

a ¶ Gregorius.] *In epistolis impressis Beati Gregorij non habetur. Verum libro 7. epist. 117. Syagrio episcopo Augustudunensi post ea verba, qui non resistit erranti, in regestro manuscripto perinde ut & in Polycarpo, ubi ipsa epistola integra refertur, hæc sequuntur.* Nam consentire videtur erranti, qui corrigenda, vt resecari deceant, non occurrit. Quia vero, &c.

Sicut autem aliorum vitia palpare non debet, ita nec malorum laudibus delectari. Unde Anacletus Papa, epist. 1. episcopis omnibus.

¶ Miserrimus est episcopus, qui malorum laudibus gloriatur. C. VI.

Ansl. l. 6. c. 154. Iuo p. 5. c. 137. in fine.

Nihil illo est pastore miserius, qui luporum [h] laudibus gloriatur. Quibus si placere voluerit, atque ab his amari delegerit, erit hinc ouibus magna pernicies. Nullus ergo pastorum, placere lupis, & gregibus ouium potest. Perdit enim labiorum [i] [a] memoriam mens terrenis obligata [l] carceribus. Sicut [l] artium in suo quoque opere inuenitur mater instantia; ita nouerca eruditionis est negligentia [m].

¶ al. Sicut autem

a ¶ Labiorum.] *In epistola Anacleti legitur, laboris: apud Anselmum, & in vno ex vetustis codicibus Gratiani, laborum; unde potuit irrepsisse mendum: quod tamen ob glossam non est sublatum.*

2 *Quamquam sacerdotem tam à suis, quàm ab alienis criminibus oportet esse immunem, tamen si aliter sum sese habuerit, non ideo verba suæ prædicationis debent contemni. Sicut enim Hieronymus ait, vt lixiuium per cinerem humidum fluens lauat, & non lauatur; ita bona doctrina per malũ doctorem, animas credentium lauat à sordibus peccatorum.*

Burc. l. 1. c. 104. ex dictis Hiero. Iuo p. 5. c. 318.

DISTINCTIO LXXXIIII.

Sollicitum [a] quoque, & vigilantem oportet esse episcopum circa defensionem pauperum, releuationem oppressorum, tuitionem monasteriorum. Quod si facere neglexerit, asperè corripiendus est. Unde Gregorius Anthemio subdiacono Campaniæ, lib. 11. epist. 29.

¶ Corripiatur episcopus, qui circa officium suum negligens extiterit. C. I.

Peruenit ad nos, fratrem, & coepiscopum nostrum Paschasium ita desidẽ, negligentẽque in cunctis existere; vt in nullo, quia est episco-

lato. arg. 23. q. 4. ita plane. Sed H. de quolibet. 24. q. 3. tã sacerdotes.

b ¶ Societatis.] Improprie sumitur hoc nomen societatis: quia in hoc maleficiorũ rerũ societas nulla est. ff. pro socio. nec prætermittendum.

c ¶ Quid enim.] ¶ Non polluit.] directæ. nam occasione alterius bene polluitur si ei consenserit.

d ¶ Qui.] infra 23. q. 5. si quis.

e ¶ Consensum.] De triplici cõsensu dicitur 2. q. 1. notum. in fi.

f ¶ Consentire videtur.] ¶ Corrigi.] 3. 11. q. 3. qui consentit. 3. 23. q. 3. ostendit. & 24. q. 3. qui aliorum.

g ¶ Non occurrit.] fi. ff. de iure pat. adigere. ff. de noxa. si seruus.

h ¶ Luporum.] id est laicorum, qui quandoque dicuntur oues, vt 2. q. 7. oues.

i ¶ Placere.] sic 11. q. 3. cap. 1. simile extra de cleri. coniug. c. diuersis simile. ff. de oper. liber. duorum.

k ¶ Labiorum.] id est, prædicandi: vel etiam redarguendi.

l ¶ Obligata.] si. infra, 8. q. 2. c. vlti. & c. dilectissimi.

m ¶ Negligentia.] supra 38. dist. ignorantia.

QUAMQUAM. Hæc est secunda pars huius dist. in qua dicit, quod licet mali sacerdotes sint culpandi; tamẽ nõ despiciendi. Io. de Fa.

ADDITIO. Et nota, hic malum prælatũ lixiuio cõparari: alibi lapideo canali, vt in prædic. cap. si fuerit. Alibi monetario. 1. q. 1. qd quidam. & vide quod dixi. 44. dist. cap. 1. & in summa. & dic, laua: scilicet codi... tecundum Hug.

Casus. Dictum est supra, quod prælatus debet esse immunis à suis peccatis & alienis. sed quamuis sit peccator, non tamen eius doctrina debet contemni: quia sicut lixiuium per cinerem fluens lauat fordes, & non lauatur: sic doctrina per malum sacerdotẽ ministrata lauat auditores à sorde delictorum.

Sollicitum.] Hæc dist. diuiditur in quattuor partes; in quarum prima reprehẽdit desides epos, & hoc per duo c. Secunda ibi,

Quod autem. Tertia ibi, Similiter. Quarta ibi, Presbyterorũ. Io. de Fa.

Casus. Supra ostensum est, quod prælatus debet esse sine crimine. Nunc vero supponit 84. dist. in qua ostendit Grat. quod prælatus debet habere solicitudinẽ circa subiectos. Et habet hæc dist. 4. articulos. In primo dicitur, quod eps debet esse solicitus circa tuitionẽ pauperũ & monasteriorũ. In secundo agitur de mũditia sacerdotũ. In tertio, quod eps debet esse monogam⁹. In quarto vnde dicat psbyter.

a ¶ Solicitum.] Tria c. apostolicæ regulæ hic breuiter tangit, quod eps debet esse prudens, continens, monogamus.

Peruenit ad nos.] Casus. Paschasius episcopus in duobus delinque-

Solicitos malorum: lupi sunt qui in ecclesia eis videntur ...

Prudentia ... monogamus ... Hug.

delinquebat.f.q nō curabat defendere monasteria & pauperes & oppressos & præterea cōsilia sapientū audire nolebat. Scribit ergo Greg. Anthemio subdiacono reprehendēdo eū, q talia pmittebat, & mandat ei, vt eū corrigat corā alijs epis, vel corā quibidā de nobilibus subiectis, q si se nō corrigat, Romā est transmittendus: vbi saltē discat qualē côuenit esse sacerdotē, vel prælatū ecclesiasticū.

qua probat duabus auctoritatibus, quòd diaconi, presbyteri, & subdiaconi, debent esse casti. Ioan. de Fant.

CASVS. Supra in 82. dist. ostensum est de munditia sacerdotum & diaconorum. Nunc vero dicit idem esse intelligendum de subdiaconis. & est ille secundus articulus.

pus, agnoscatur: adeo vt neque ecclesia ipsius, neque monasteria, siue filij ecclesiæ, vel oppressi pauperes† a eius erga se dilectionis studium sentiant; nec aliquam supplicantibus sibi† in quibus iustum est, opem defensionis accômodet; & (quod adhuc dici est grauius) consilia sapientum c, & recta suadentium nulla patiatur ratione suscipere, vt quod per se nequit attendere, ab altero d saltem possit e addiscere. *& infra.* ¶ Quod si ita est, nô sine culpa tua esse cognoscas, qui eum obiurgare, atque coercere, vt dignum est, distulisti f. Quia ergo hoc totum non solum ipsum reprobat, sed etiam ad sacerdotalis g officij pertinere probatur opprobrium; volumus, vt eum coram alijs sacerdotibus, &† quibusdam de filijs suis nobilibus contestari pro hac re debeas, & hortari. Si vero (quod non credimus) post hanc adhortationem nostram solito adhuc more negligens esse tentauerit, ad nos est modis omnibus transmittêdus, vt hic positus discere h possit, quid, vel qualiter secundum Dei timorem i agere conueniat sacerdotem.

† al. vel pauperes huiusorig.

paulo plenius apud B. Greg.

† vel] orig. Ibidê paulo inferius.

Item ad eumdem eodem lib. epist. 33.

¶ De eodem. C. II.

NVntiatum est nobis Campaniæ episcopos ita negligentes existere, vt immemores honoris sui, neque erga ecclesias, neque erga filios suos paternæ vigilantiæ curam exhibeant, vel monasteriorum sollicitudinem gerant, seu in oppressorum, & pauperum se tuitionem impendant. Ideo hac tibi auctoritate præcipimus, vt eis à† te conuocatis, ex nostro illos mandaro districte commoneas; quatenus desides vlterius esse non debeant: sed sacerdotalem se habere zelum, & sollicitudinem opere doceant; atque ita in his, quæ eos iuste secundum Deum agere conuenit, vigilantes k existant, vt nullum nos de eis denuo murmur exasperet. Si quem vero eorum post hæc negligentem esse cognoueris; ad nos eum sine aliqua excusatione l transmitte: vt quàm sit graue, nolle ab his, quæ reprehensibilia, & valde vituperanda sunt, corrigi; regulari in se valeat m districtione sentire.

† al. ad

2 *Quod autem de munditia castitatis sacerdotibus imperatur, hoc etiam de quibuslibet altari seruientibus intelligendum est.*

Vnde in Carthaginensi concilio 2. c. 2. Aurelius episcopus dixisse legitur.

In Carthag. codicis canon. c. 3. & 4.

¶ Qui sacramentis diuinis inseruiunt, continentiam in omnibus seruent. C. III.

CVm in præterito n concilio de continentiæ, & castitatis moderamine tractaretur, gradus isti tres conscriptione† quadam castitatis per consecrationes annexi sunt. Episcopos, inquam, presbyteros, & diaconos ita placuit, vt condecet sacrosanctos antistites, & Dei sacerdotes, necnon & leuitas, vel qui sacramentis o diuinis inseruiunt, continentes esse in omnibus; quo possint simpliciter, quod à Deo postulant, impetrare: vt quod Apostoli docuerunt *,

† al. constrictione castitatis per dist. 31. epos.

dist. 31. c. aliter.

Doctrina est ab omnibus accipienda.

a ¶ *Pauperes*] quorū curā nō per se, sed per archipresbyterū vel archidiaconū gerere debet, vt ¶. 88. distin. eps gubernationem.

b ¶ *Consilia*] Vide Augu. dici:, q a puero nondū anniculo paratus est doceri, vt 24. q. 3. si habes. alias stultus esse côuincitur, vt 2. dist. de Constan: nopolitana. Qui enim bono consilio nō acquiescit, amittere debet dignitatem: exēplo Roboam, qui senioribus non acquieuit. 7. q. 1. denique. vel ad instar vxoris Loth, quæ côuersa est in statuā salis, & dicit lex, q ea firmatate vnū tus, quæ côsilio gerūt. C. de repud. l. 3. cū etiā consilio clericorū debeat episcopus disponere de rebus ecclesiæ. extra de ijs quæ fi. à p. la. fine côse. cap. nouit. & ille non excusat qui potuit scire, sed noluit: 38. dist. qui ea. nec iudici licet deuiare a responsis prudentum. infr. de iure nat. §. responsa. & dicitlex q tûc nō prodest alicui ignorātia, q potuit scire p se vel p aliū. ff. de bon. poss. in bonorū. ff. de iu. ris & facti ign. regula.

Consilio bono est acquiescêdū.

Ad hoc 37 dist. si vir. c. non ois.

Ignorantia non excusat illum q scire potuit per se, vel per alios.

c ¶ *Sapientum*] prima q. 1. ettore.

d ¶ *Ab altero*] supra, dist. 32. c. vlt.

e ¶ *Possit.*] Nā omne artificiū, &c. ff. de leg. 3. seruus legatus. §. ornatricibus.

f ¶ *Distulisti.*] Hoc ideo, quia ille erat legatus illius prouinciæ.

g ¶ *Sacerdotalis.*] id est, episcopalis.

ADDITIO. Hoc ideo vt magis verecundetur. H. & hoc si publice peccauit. 45. dist. sed illud. alias secus, vt 10 gl. seq. alleg. 15. q. 5. c. 1. sm Io. de Fan.

h ¶ *Discere.*] 15. q. 5. c. 1.

i ¶ *Dei timorem.*] 28. dist. quia sunt.

Vigilantibus iura scripta sunt.

Hoc ideo quia videtur appellatio interponi ad malitiā confirmandam. et. C. de offic. præ. præt. ori. l. 1. ergo fit ad nomen. Sed vt dic conuersatione nō sufficienti. alias ...

NVntiatum. CASVS. Episcopi Campaniæ negligentes erant circa ecclesias & monasteria, & circa pauperes & oppressos. Scribit ergo Greg. Anthemio subdiacono, vt epos in vnū côuocet: & eos super his rebus ita corrigat & emendet, q de cetero apud Papā querela iterari nō possit. q si negligētes fuerint, Romā trāsmittāt, vt ibi p districtiōnē sentiāt q̄ graue sit à prauis nō corrigi.

k ¶ *Vigilantes.*] Nam vigilantibus iura ciuile scriptum est. ff. de ijs quæ in frau. credit. pupillus. in fine.

l ¶ *Aliqua excusatione.*] Ar. in hoc casu nō licere appellare, Ar. ¶. 27. q. 1. si cuiltos. & c. si homo. ar. extra de appel. cū sit Romana. & c. reprehēsibilis. dic insufficiēti, ne sit ¶. extra de offi. deleg. c. ex parte.

m ¶ *In se valeat.*] vt si stultus fuit in culpa, sapiens sit in pœna. vt 38. dist. qui ea. & 27. q. 1. si cuiltos. & c. si homo.

QVOD AVTEM. Hæc est secunda pars huius distin. in

CVm in præterito.] Hæc duo cap. intelligit H. & B. de matrimonio non contrahendo in tribus sacris ordinibus, & in ecclesia orientali. Est ergo casus. In primo concilio Carthaginen. constitutum fuit, vt epi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi abstinerent à matrimonio contrahendo sicut à tēpore Apostolorū fuit obseruatum. Postea secundo fuit côgregatū concilium ab ipsis epis: & forte alij plures ēt pditi, & ibi côstitutionē côfirmauerūt, & approbauerūt.

n ¶ *Cum in præterito.*] Scilicet in primo concilio Carthag. Hoc cap. & sequens intelligit H. de matrimonio contrahendo, quod scilicet non licet presbyteris vel diaconis.

o ¶ *Qui sacramentis diuinis inseruiunt.*] idest subdiaconi. & quod dicit ¶. ead. ab vxoribus abstinendū, dicas de ducendis: & secundū hoc suppleatur hic, quod dicitur in cap. seq. in quo non fit mentio de subdiaconis, per illud quod habemus 32. distin. placuit. in quo sunt fere eadē verba. & est similiter Carthag. côcil. & hic dicit H. q Apostoli non instituerunt de non vtendo iam contractis: quia si Apostoli hoc instituissent, oriētales hoc admisissēt. Alij vero intelligunt ea de contractis: & quod dicit infra, etiā ab vxoribus, dicūt ante

Quod est 32. dist. placuit. cui interfuit Aug. vt 36 dist. c. sceunder. septimo. secundum Ioan. de Fant.

Videtur aliena 32. dist. aliter.

a Vide notat. §. dist. 31. in verbis Gratiani pria.

ante legitime sibi copulavit, aut de facto. Nam dicunt, q ista* cap. facta fuerunt ante tempus Gregorii, qui introduxit continentiam ministris. 31. dist. ante triennium. id est subdiaconis: presbyteris vero & diaconis Syricius introduxit. immo dicunt, q olim sacerdotes poterant contrahere ante Syricium, vnde & Moyses contraxit. Exponunt ergo Apostoli docuerunt exemplo & opere, & admonitione, secundum Hug. non institutione vel constitutione secundum alios.

a ¶ *Antiquitas.*] á tempore Syricii hic vocat antiquitatem. 82. dist. plurimos.

C *Vm de quorundam.*] CASVS. In concilio Carthagin. 6. relatum fuit, q quidam clerici continentiam non seruabant. & ideo statutum fuit, vt episcopi, presbyteri, diaconi, & subdiaconi abstineant ab vxoribus ducendis; & si duxerint, deponantur. Ceteri autem clerici ad hoc cogi non debent, sed vniuscuiusque ecclesiæ consuetudo debet seruari. sed ego Bartholo. Brixien. fatis credo, q hæc duo cap. intelligi possunt in ecclesia occidentali. & de matrimonio iam contracto, quo vti non debent clerici in sacris ordinibus constituti. Et ita formabis casum vt supradicti non vtantur matrimonio iam contracto promissa iam continentia cū vxoribus, & bene etiam dixit quoidam sic intelligere.

b ¶ *De quorundam.*] ordo. cum referretur de incontinentia quorundam clericorum, placuit, &c.

c ¶ *Vxores.*] cum quibus professi erant continentiam seruare.

d ¶ *Et diaconos.*] & subdiaconos. 32. distin. placuit. vbi sunt eadem verba.

e ¶ *Remoueantur.*] §. dist. 81. ministri.

f ¶ *Consuetudinem.*] 32. distinct. cap. placuit. & cap. quoniam in quibusdam.

SIMILITER. Hæc est tertia pars huius distin. in qua probatur, q nullus bigamus potest esse clericus. Io. de Fant.

& ipsa seruauit antiquitas[a], nos quoque custodiamus. Ab vniuersis episcopis dictum est. Omnibus placet, vt episcopi, presbyteri, & diaconi, vel † qui sacramenta contrectant, pudicitiæ custodes, etiam ab vxoribus abstineant. Ab omnibus dictum est; Placet, vt in omnibus, & ab omnibus pudicitia custodiatur, qui altario deseruiunt.

† al. &

α ¶ Docuerūt.] *In vulgatis codicibus sequebatur, exemplo, quod est sublatū: quia neq; in ipso secundo Carthaginensi, aut impresso, aut manuscripto, neque in vno codice canonum, cum quo Gratus canon conuenit, neque in vetustis Gratiani exemplaribus habetur & ex glossa videtur translatum in textum*

β ¶ Custodiamus.] *In codice canonum cap. 4. concil. Carthaginensis sequuntur hæc*, Faustinus episcopus ecclesiæ Potētinæ prouinciæ Piceni, Legatus ecclesiæ Romanæ dixit, Placet, vt episcopi, &c. *quæ in recentioribus Coloniensibus conciliorum editionibus adscripta sunt aliis characteribus. Verum in prisca Coloniensi, duabus Parisiensibus, & codicibus Vaticanis legitur, quemadmodum apud Gratianum.*

Item ex concilio Carthaginensi 5. c. 3.

¶ De eodem. C. IIII.

In cod. eā. c. 25. In Africa. c. 37. dis. 32. c. placuit

† al. propria

C Vm de quorūdam[b] clericorum, quamuis erga vxores[c] proprias, incontinentia referretur, placuit episcopos, & presbyteros, & diaconos[d] secundum priora † statuta etiam ab vxoribus continere; quod nisi fecerint, ab ecclesiastico remoueantur[e] officio: ceteros autem clericos ad hoc non cogi; sed secundum vniuscuiusque ecclesiæ consuetudinem[f] obseruari debere[γ].

γ ¶ Debere.] *In codicibus impressis hæc sequebantur*, contra Martinus Papa [si lector viduam duxerit.] vt supra legitur. Sed illud, vbi necessitas; hoc, vbi nulla necessitas vrget. *Quæ sunt expuncta; quia in vetustis codicibus, aut non habentur, aut sunt adscripta in margine.*

3 *Similiter, quod monogamus episcopus esse iubetur, etiam ad reliquos ordines ecclesiasticos deriuari oportet.*

Vnde Siricius Papa Himerio Tarraconen. episcopo, epist. 1. c. xi.

¶ Laica sit tantum communione contentus clericus viduam, aut secundam ducens vxorem. C. V.

Ansl. 8. c. 5. Iuo p. 6. c. 51.

Q Visquis clericus[g], aut viduam[h], aut certe secundam coniugem duxerit[i], omni ecclesiasticæ dignitatis priuilegio mox nudetur; laica sibi tantum communione concessa. Quam[k] ita demum poterit possidere[l], si nihil postea, propter quod hanc perdat, admittat.

4 *Presbyterorum vero nomen, quamquam à senectute sit sumptum, magis tamen maturitatem[m] indicat sapientiæ, quàm caniciem corporis.*

Vnde Anacletus ad episcopos Italiæ, epist. 2.

¶ Presbyteri seniores dicuntur non tam ætate, quàm sapientia. C. VI.

Ansl. 7. c. 96. Burc. l. 2. c. 5. Iuo p. 6. c. 25. Prou. 20. † al. hæc

Nu. xi. exod. 29. † Absunt ista ab orig. Sap. 4. apud 70.

P Orro Moysi præcipitur, vt eligat presbyteros [† id est seniores.] Vnde & in prouerbijs dicitur [Gloria senum canicies], hæc † vero

CASVS. Supra 26. dist. dictum est, q episcopus debet esse monogamus. Nunc autem dicit Gratia. idem esse seruandum in aliis clericis, & iste est tertius articulus.

Q *Visquis.*] CASVS. Tarraconensis episcopus quæsiuit à Syricio Papa qd debeat fieri de clericis, qui ducunt viduas, vel secūdam vxorem. Et respondet, q debent deponi, & inter laicos redigi.

g ¶ *Clericus.*] in minoribus ordinibus constitutus, quia de aliis non posset intelligi.

h ¶ *Viduam.*] §. distin. 34. lector. contra. Io.

i ¶ *Duxerit.*] & ita nō incidit in canonem qui eum verberauit. & hoc verum erat tēpore Syricii, qui præcessit Innocentium qui edidit illud. 17. q. 4. si quis suadente. Sed quia hodie è H. dicit, q incidit, quia iste coronā tenetur portare. extra de vit. & hone. cle. clericus. Tu dic, q vbi contraxerit cum corrupta, vel vidua, statim priuatur omni priuilegio, prout hoc cap. dicit. & c. altercationis, constitu. Grego. x. de big. lib. 6. Si vero cum virgine, tunc est in eius optione, an velit retinere priuilegium, an non. Si vult retinere, portabit coronam, & viuet clericaliter. si non, exuitur omni dignitate & honore clericali, licet quidā cōtradicant. Io. hoc hodie corrigitur per decre. extra de cle. coniug. Ioan. 8. Item patet hic, q priuilegiū pdit per actū ꝯtrium, vt extra de cō. li. cū accessissent. & c. cum M.

† Nam in personis talies contraxissent bigamia, ordinari nō possunt. 32. dist. si qs viduam. 50. dist. non ordinādo. Archid.

Clericus contrahens cum corrupta perdit omne priuilegium clericale.

k ¶ *Quam*] scilicet communionem.

l ¶ *Possidere.*] arg. incorporalia possideri. de hoc dixi 2. q. 2. nullos 2. & scientia possidetur, vt 16. q. 1. reuertimini. immo lex dicit plane, q ius possidetur. ff. communia præd. l. 2. extra de cau. poss. cum ecclesia. & ita facit ad hoc, q restitutio communionis possit peti vt aliarum rerum.

Incorporalia dicuntur quandoque possideri.

† Et ideo non est grandis præscribitur: quod dic. vt plene in Gof. extra de elect. ... & hic adde quod not. ... q. 1. nullus episcopus.

PRESBYTERORVM. Hæc est iiij. pars dist. in qua dicitur, q senes presbyteri non vocantur nisi propter sapientiam tantum, non autem propter ætatem. Io. de Fan.

CASVS. Hic est quartus articulus, vbi ostendit, q licet pbyter dicatur pp senectutē, magis tñ cōgrue dr̄ pp sapientiam.

m ¶ *Maturitatem.*] i. sapiētia, sciētia, & moribus. 1. q. 1. vilissimus.

P *Orro.*] CASVS. Anacletus pbat in hoc ca. q duplici de causa dr̄ presbyter. s. pp ætatē, & hoc ostendit exēplo Moysi: qui cū nō posset sustinere laborē ad populū gubernādū, elegit eā pcepto Dñi lxx. pbyteros, i. seniores Israel, qui cū eo populū gubernarent. Similiter ostendit, q presbyter vel senior dr̄ pp sapientiā. & hoc probat exēplo Abrahæ, vlq; ad cuius tps cum, licet homines vixissent nongentis annis & amplius, nullus tñ dictus est presbyter, id est, senior, nisi Abrahā, qui paucioribus annis legitur vixisse.

a Sapien-

a ¶ *Sapientiam.*] 35.q.6 cap. 2. sic 20. dist. de quibus. ff. de iure immu. semper. ff. de fide instru. l. 2. & l. vlt. arg. cōtra. ff. de edil. edi. præcipiunt ædiles. si. habes extra de elect. cum nobis olim.

b ¶ *Alius*] ante Abraham. Melchisedech enim fuit sacerdos contemporaneus Abrahæ.

ADDITIO. Quidam opponūt textui de isto Melchisedech: sed dic secundum Lau. quod nō legimus eum appellatum presbyterum, licet sacerdotem. De hoc ēt not. 63. dist. porro. Archid.

Hospitalitatem.] Hic ponit 85. dist. in qua de hospitalitate tractatur, quam si quis non habuerit, ordinari prohibetur.

Archidiaconum.] CASVS. Vacante ecclesia Anconitana tres fuerunt ibi electi, non temeritate concertātium, sed bono zelo. Primo, archidiaconus eiusdē ecclesiæ, qui dicebatur Florentinus. Secūdo, fuit electus Rusticus diaconus eiusdē ecclesiæ. Tertio, Florentinus diaconus ecclesiæ Rauennatis: sed archidiacono Florētino ista obiciebantur. s. quod erat senex, & nullo modo ad regimen assurgere posset; & quod sic erat tenax, quod in domo sua nūquam amicus ad charitatē intrasset, & quia iurauerat se nūquā fore episcopum. Rustico vero, licet homo vigilans esset, obiciebat, quod psalmodiam ignoraret. Florentinus vero Rauēnatis ecclesiæ diaconus nesciebatur qualis esset, licet solicitus diceretur. Scribit ergo Gre. Ioāni epo, vna cū epo Armenio Anconitanæ ecclesiæ visitatore, vt inquirāt ista, & primo de archidiacono, & postea de Rustico: qui si inuēti fuerint indigni, confirment tertium, si crimen ei non obsistat, & hoc de voluntate archiepiscopi sui.

canicies sapientiam[a] designat, de qua scriptum est [Canicies hominum prudentia est.] Cumque nongentos, & amplius annos ab Adam vsque ad Abraham vixisse homines legerimus; nullus alius[b] prius appellatus est presbyter, id est senior, nisi Abraham, qui multo paucioribus vixisse annis conuincitur. Non ergo propter decrepitam senectutem, sed propter sapientiam presbyteri nominantur.

DISTINCTIO LXXXV.

Hospitalitas vero vsque adeo episcopis est necessaria, vt si ab ea inueniantur alieni, iure prohibeantur ordinari.

Vnde Gregorius scribit Ioanni episcopo, lib. 12. epistola 6. — Io. Diac. l. 3. c. 11.

¶ Hospitalitatem nesciens non fiat episcopus. C. I.

ARchidiaconum† Florentinum[c] ecclesiæ Anconitanæ, qui ad episcopatum fuerat electus, scripturæ quidem sacræ scientiam habere; sed ita ætatis senio[d] iam confectum accepimus, vt ad regiminis officium non possit assurgere: adijciētes etiam ita illum tenacem[e] existere, vt in domo eius amicus ad charitatem numquam introeat. Rusticus autem diaconus eiusdem ecclesiæ, qui similiter electus fuerat, vigilans quidem homo dicitur; sed, quantū asseritur, psalmos ignorat. Florentium vero diaconum ecclesiæ Rauēnatis, qui ab omnibus[f] electus dicitur, solicitum esse nouimus; sed qualis sit interius, omnino non scimus. Ideoque fraternitas tua vnà cum fratre, & coepiscopo nostro Armenio suprascriptæ ecclesiæ Anconitanæ visitatore illuc festinet accedere, & diligenter de moribus† singulorum[g] requirere, si de nullo sibi sunt crimine conscij, quod eos ad hoc officiū vetet accedere. Pariter etiam requirendum est, si hoc quod de præfato archidiacono dictum est, quia numquam amicus domum eius ingressus est, si ita se veritas habeat, & utrum ex necessitate, an ex tenacia† talis sit; aut si ita senex est, vt ad regendum non possit assurgere; vel si tactis sacrosanctis[h] Euangelijs (sicut nobis nuntiatum est) iusiurandum præbuerit, numquam se ad episcopatum accedere. Sed & de Rustico diacono, quantos[i] psalmos minus teneat, perscrutandum est. Florentio autem diacono Rauennati, si nullum, sicut diximus, crimē est, quod obsistat, apud episcopum[k] eius agi necesse est, vt ei debeat cessionem cōcedere: non tamen ex nostro mandato, vel dicto; ne contra suam voluntatem[l] eum cedere† videatur.

† al. Florentinū, al. Florentinum archidiaconum

† al. de vita, & moribus

† al. tenacitate

† al. concedere] in recentioribus editionibus.

c ¶ *Archidiaconum Florentinum*] aliàs Florentinum archidiaconum. proprium nomen, vel quia inde fuit.

d ¶ *Senio.*] ecce quod senectus impedit promouendum, sed nō deijcit promotum, vt 7. q. 1. petisti. extra de renuntia. litteras.

e ¶ *Ita tenacem.*] nota, quod auaritia impedit promouendum, vt 41. dist. §. 2. & nā domus clerici erit omnibus cōis. 16. q. 1. quoniam.

f ¶ *Qui ab omnibus.*] id est, a maiori parte capituli. Vel dic, quòd hic plures simul fuerunt electi, vt si quis reprobaretur, alter assumeretur, vt 23. dist. studij & 56. dist. apostolica.

g ¶ *Singulorum.*] item hic patet. quod primo examinantur electi de propria ecclesia, quàm de extranea: & satis patet hic. quod licet extraneus electus sit a maiori parte, quod tn̄ præfertur ille, qui est de gremio ecclesiæ, vt dicit 61. dist. ca. nullus inuitis. & cap. qd proderit. Item hic prius examinatur archidiaconus tamquam maior, quam diaconus: qa maiores & seniores semper præferūtur in electione minoribus, vt 74. dist. episcoporum. & 75. dist. cap. vlt.

h ¶ *Sacrosanctis.*] Videtur ergo, quòd pp tale iuramentū aliquis repellitur ab epatu. quare n. iuberetur de hoc inquiri, si pp hoc nō repelleretur? H. distinguit, si iurans hoc intellexit, quod nollet recipere episcopatum quæcūque necessitas instaret, iuramentū tale nullum fuit: nec tenetur illud seruare, vt 7. q. 1. scias. 8. q. 1. in scripturis. Sed si alio modo intellexit, venialiter peccauit, qa temere iurauit, vt 22. q. 4. §. alicui. Semper aūt intelligitur iuramentū esse temerariū cū nō subest necessitas, vt extra de iureiur. & si Christus. Si autē ignoratur an gn̄aliter intellexit, vel nō: tūc præsumo, quod tn̄ de licitis iurauerit, licet gn̄aliter iurauerit, vt extra de iureiur. ad nostram. Sed numquid tale iuramentum excludit electum. Non videtur, vt extra de renun. cum inter. in fine. extra de iureiurand. sicut nostris. Nec temerarium iuramentum repellit à beneficio, ut extra de resti spo. solicite. nec à testimonio, ut extra de testi. intimauit. extra de testi. cog. peruenit cū præterita votus anni imponatur pro temerario iuramento, vt 22. q. 4. qui sacramento. Sed contra videtur, quod nō possit eligi, vt hic patet: sicut nec eligere potest qui illud iurauit, vt extra quod met. cau. ad aures. Itē quia etsi esset illicitum, tamen propria auctoritate non potest venire cōtra illud, vt 22. q. 4. innocens. extra de elect. venerabilem. Itē quia lex dicit, quod gratia ei facienda est, qui hoc iurauit. s. se ordini nō interfuturum, ut ff. ad municip. Imperatores. non ergo est ius commune. Sol. credo quod possit eligi, dummodo pœniteat de tali delicto: qa temerarium iuramentum non irrogat perpetuam infamiam iudicio meo, sed tātum solēne. Io. Ego credo Ioannem bene dicere. B.

i ¶ *Quantos.*] de iure debet totum psalterium scire. 38. dist. omnes. & 23. dist. qui episcopus. extra de electio. cum nobis olim.

k ¶ *Apud episcopum.*] nota quod aliquis ante potest eligi, quàm postulari o suo epo. 76. dist. dilectionis. & 63. dist. litteras. extra de renunt. post translationem.

l ¶ *Voluntatem.*] argu. episcopum non debere cogi, ut concedat clericum suum sine voluntate sua. arg. dist. 63. litteras. 76. dist. dilectionis. nam nemo cogitur aliquem a sua potestate liberare. C. de emanci. nec auus. nec cogitur quis inuitus mutare familiam. C. de adop. l. penul. §. 1. similiter nec abbas compellendus est monachum suum cōcedere. 1. q. 2. quam pio. & 58. dist. c. 1. & 2. ita nec episcopus, in Auth. de sanctiss. episcop. §. nullum autem episcopū. Item arg. quod mandatum Papæ sic est interpretandum, vt nulli faciat præiudicium, ut 9. q. 3. nunc vero. extra de offi. deleg. super eo. 99. dist. ecce. C. de emancip. nec auus.

Senectus impedit promouēdū.

Auaritia promouendū impedit.

Subditus inuitus nō cogitur.

D esse

Doctorem.] Hæc dist. diuiditur in 8. partes: in quarum prima probat tribus auctoritatib⁹, quod eps & quilibet prælatus debet subditos corrigere benigne: sin autẽ, eorũ peccata imputantur illis. Secunda ibi, *Si autem.* Tertia ibi, *In doctrina.* Quarta ibi, *Liberalem.* Quinta ibi,

b ¶ *Inferiorum culpæ.*] Nota quod per culpam subditorũ probatur negligentia prælati, vt 18 dist. propter. & cap. peruenit. c ¶ *Negligentesque*] Propter negligentiam ergo bene punitur aliquis. de cōsec. dist. 1. nemo 2. ff. ad leg. Aquil. si seruus. §. si fornicarius. 81. dist. dictum. Ioan.

DISTINCTIO LXXXVI.

1 *Doctorem autem* [a] *episcopum oportet esse, ne inferiorum culpæ in eum refundantur, qui docendi officium accepit; quod exequi nescit, vel negligit. Vnde Leo episcopus scribit Aquilegiẽsi episcopo, ep. 3. & 84. seu 86.*

¶ Negligentiæ rectorum imputantur culpæ inferiorũ. C. I.

Ans. l. 6. c. 155.

INferiorum culpæ [b] ordinum, ad nullos magis referendæ sunt, quàm ad desides, negligentesque [c] rectores: qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem [a] dissimulant adhibere medicinam.

a ¶ Austeriorem.] *Sic legitur in epistola 84. Verum in epistola tertia eiusdem Leonis legitur, necessariam. Reliqua vtrobique eadem sunt.*

Item Leo episcopus Rustico Narbonensi episcopo, epi. 90. seu 92. in princ.

¶ Homines sunt diligendi, peccata odio habenda. C. II.

ODio habeantur peccata, non homines [d]: corripiantur tumidi, tolerentur infirmi: & quod in peccatis seuerius castigari necesse est, non sæuientis [e] plectatur animo, sed medentis [f].

Item Ioannes VIII.

¶ Qui negligit emendare, quod valet, facientis culpam habet. C. III.

Greg. l. 7. reg. ep. 114. indict. 2. Pelagius 2. ep. 3. Eleuterius ſ. dis. 83. c. error, 2. q. 7. negligere, & 23. q. 3. c. quod pōt. Iuo p. 6. c. 215.

Rom. 1.

FAcientis [g] culpam proculdubio habet, qui quod potest corrigere, negligit emendare [h]. Scriptũ quippe est [Non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiũt facientibus] participes iudicantur. Et libat Domino prospera, qui ab afflictis pellit aduersa. Et negligere, cum possis deturbare peruersos, nihil aliud est, quàm fouere. Nec caret scrupulo consensionis occultæ, qui manifesto facinori desinit obuiare. Et probat odisse se vitia, qui condemnat errantes. Nec relinquit sibi locum deuiandi, qui non pepercerit excedenti. Et primus [i] innocentiæ gradus est odisse nefanda. Et latum pandit delinquentibus aditum, qui iungit eum prauitate consensum. Et nihil prodest alicui nō puniri proprio, qui puniendus est alieno [k] peccato.

¶ *Caput hoc ex varijs sententijs hinc inde collectis confectum est: quarum prima vsque ad vers. emendare sumpta est ex epistola beati Gregorij 114. lib. 7. indict. 2. Theoderico, & Theoberto Regibus Francorum.*

2 *Si autem in corripiendo quis modum excesserit, non à subditis, sed à Domino veniam petat. Vnde Augustinus de vita [a] clericorum.*

¶ Veniam à subditis non petat, qui in corripiendo modum excesserit. C. IIII.

Iuo p. 6. c. 384. a in ipso] orig.

QVando necessitas disciplinæ, minoribus coercendis dicere vos verba dura [l] compellit; si etiam ipsi † modũ vos excessisse senti-

ibi, *In ipsa.* Sexta ibi, *Similiter.* Septima ibi, *Vel percussor.* Octaua ibi, *Prohibetur.* Ioan. de Fant.

Casvs. Repetit hic Gratianus illud cap. apostolicæ regulæ: oportet episcopũ esse doctorem, vt inferiorum culpæ in eum nō refundatur: quod fieret si nesciret docere, vel negligeret. Et habet hæc 86. dist. 7. articulos, qui in suis locis distinguentur.

a ¶ *Doctorem autem.*] In hac dist. 86. repetit illud capitulum apostolicæ regulæ: oportet episcopum esse doctorem. Hæc autem doctrina debet consistere in disciplina correctionis, & in sermone prædicationis. In disciplina, vt corrigat ex charitate, & cum lenitate: non ex odio: nec modum excedat in correctione. sed si excesserit, veniam non cogitur à subditis postulare. In sermone prædicationis: scilicet vt prædicet scientiam sacræ scripturæ, non humanæ. infra. ead. cum multa. Replicat etiam in hac distinctione capitulum, oportet epm esse hospitalem: sed verbis alijs: scilicet oportet episcopum esse liberalem. Lau.

Doctrina episcopi in quo consistit. Vi. J. e. c. qñ.

Addition. vt J. eod. fratrem. cum cap. seq. vsque ad §. similiter. vbi repetit cap. non parcus. sed alio modo in cap. fin. repetit cap. non cupidus. Archidia.

Nferiorum culpæ.] Casvs. Aquilegien. patriarcha non corrigebat vitia subditorum: vnde Leo ipsum reprehendit, & ostẽdit, quod inferiorum culpæ prælatis negligentibus imputantur: & dum vitia corrigere negligunt, faciunt in populo pestilentiam.

ODio.] Casvs. Dicitur hic, quòd peccatores tumidi sũt corrigendi: & infirmi, qui ex fragilitate peccant, tolerandi. & cum correctio fit, ex charitate fiat, non ex odio. d ¶ *Non homines.*] 23. quæst. 4. duo ista. J. de pœn. dist. 1. quamobrẽ J. distin. 45. sunt nãq. e ¶ *Non sæuientis.*] quia hoc solũ bene agitur, vt vita hominum corrigatur, & c. J. de pœn. dist. 1. importuna. & c. quia diuinitatis. 24. q. 3. cum sancti.

Vitam hominũ corrigi bonũ ẽ.

f ¶ *Sed medẽtis.*] vt 23. q. 1. pdest. est etiã opinio similis in authen. de manda. prin. §. nō permittas, coll. 3. Laur.

FAcientis.] Alias incipit, culpam proculdubio facientis.

Aliàs incipit, quod si delinquẽtes

h D ¶ *Iuinæ retributionis.*] quia nullum bonum irremuneratum. de pæni. dist. 3. pium est. nec aliquod malum impunitum. de pæn. dist. 1. nullus. & est si. 81. dist. cap. pen.

I ¶ *Rreligiosum.*] Casus. Olympius diaconus suscepit curā duorum suorū nepotum, s. Felicis & Olympij. Sed cū deberet res illorum fideliter administrare, partem illarū rerū vendidit, & partem sibi retinuit. quare Papa præcepit episcopo Fortunato, vt eos defendat, & omnia eis restitui faciat.

i ¶ *Irreligiosum.*] per hoc c. & ī. proxi. dist. peruenit. colligitur, q clericus bene potest legitimam tutelam suscipere, sed & etiam extranearum personarum si vult. Laur.

Clericus tutor esse pōt si vult.

k ¶ *Non omni fide.*] & ita videtur, q tutor teneatur etiam de leuissima culpa. C. de peri. tuto. & cur. tutoribus. arg. ō. q scilicet nō teneatur nisi de leui. C. arbi. tut. quidquid. Et quod dicit, fide, est ar. contra perfidos aduocatos, qui plena fide clientulos nō defendūt. arg. 2. q. 3. §. notandum.

k Adde ad hoc gl. in Auth. presbyteros. C. de epis. & cle. & ībi. de cura. tuto. §. idem in milite. no. ... legiti. ... de le gi. tuto.

l ¶ *Paruulos.*] nota q si minor lædatur in contractu, habet actionem aduersus dantem & accipientem. C. si tuto. vel cur. inter. l. ēt. si vero læditur in iudicio, habet actionem aduersus tutorē tm̄. C. de iudi. properandū. in h. Sed contra. ff. de mino. l. ēt. §. 1. sed illa lex, properandum. intelligitur quando tantum circa instantiam iudicii læsus est. illa lex etiam in principali causa loquitur, cum re-

l Arg. contra. ff. de mino. in causæ c. l. prim. sed non ob. quia illud intelligitur quando contra

dicitur, q qui ad ecclesiam confugiunt, propter loci reuerentiam debent ab ecclesia defendi. In secunda parte dicitur, q si quis mancipia ecclesiæ occupauerit propter sua quæ ad ecclesiam confugerunt, excommunicari debet. In tertia parte dicitur, q si quis vult reuocare in seruitutem, vel ad obsequium, vel ad colonariam conditionem manumissos in ecclesia, & ecclesiæ commendatos, censura ecclesiastica coerceatur. Secunda pars incipit ibi, *Si quis autem.* Tertia ibi, *In ecclesia.*

n ¶ *Ad ecclesiam.*] 17. q. 4. reum.

o ¶ *Mancipijs.*] de illis manumissis ab ecclesia vel de commendatis ecclesiæ dicit H. q si postea impetantur super libertate, ipsi coram ecclesiastico iud. ce debent respondere. vnde & si quis eos detinens nollet respondere, nisi sub sæculari iudice, posset statim ecclesia ipsum excommunicare. si vero non est manumissus in ecclesia, tunc primo debet conueniri, qui eos molestat, sub sæculari iudice. & si non vult satisfacere per eum, tunc ecclesia eum compellet excommunicando, vel alio modo. Lau. dicit, q vbicumque manumittantur, nisi manumittantur in ecclesia, vt clerici herent, vt extra de sen. excom. c. 1. in parte decisa, q semper primo conueniendus est, qui eis litem facit, sub iudice suo sæculari. Io. nisi hoc fieret laicus in fraudem. extra de iure pa. relatū. §. ad hæc. Sed quæro, ad quid ergo ecclesia recipit libertos sub protectione

Manumissi ab ecclesia vbi sūt conueniendi.

Quidā enim manumittūtur in ecclesia, & chartæ manumissionis leguntur in ambone. 54. dist. nulli. & tales generaliter ecclesia defendet, secundum Hug.

ne sua: cum illud ius sit in alijs omnibus, quod si aliquis nō potest habere iustitiam corā iudice sęculari, accedit ad iudicē ecclesiasticū, vt extra de foro compe. ex transmissa. Videt ergo quòd liberti spectant ad iudicium ecclesiæ, vt 11. q. 1. Christianis. Vel dic, quod licet istæ personæ & aliæ de quibus hic agit, recipiant sub protectione ecclesię

cum aliquis colligit puerum expositum ante ecclesiam. Et respondet quod debet in publicum duci, vt cuiuscumque sit ille puer, siue sit dominus siue pater, veniat intra decem dies, & puerum recipiat. Si autem post decem dies venerit, audiri non debet: sed tamquam homicida puniatur.

C. 7. Iuo. p. 3. c. 154. & 245. Pann. l. 2. c. 84. ¶ coercebitur] orig.

derit occupanda, per omnes [a] ecclesias districtissima damnatione feriatur. ¶ In ecclesia quoque manumissos, & per testamentum [b], ecclesiæ commendatos, si quis in seruitutem, vel obsequium, vel ad colonariam conditionem reuocare tentauerit, animaduersione ecclesiastica coerceatur † [c].

Item ex concilio Agathensi, c. 29.

¶ In libertate ecclesia tueatur libertos. C. VII.

Iuo p. 3. c. 159. & p. 16. c. 51. Pann. l. 2. c. 82.

LIbertos legitime à dominis suis factos, ecclesia, si necessitas exegerit, tueatur: quos si quis ante audientiam aut peruadere, aut expoliare præsumpserit, ab ecclesia repellatur.

Item ex concilio Toletano, 4. c. 71.

¶ A sacerdotibus defendantur liberti, ne in seruitutem reuocentur. C. VIII.

Burc. l. 3. c. 186. Iuo. p. 6. c. 246. & p. 16. c. 52. Pan. lib. 2. c. 83.

LIberti, qui a quibuscumque manumissi sunt, & ecclesiæ patrocinio commendati existunt, sicut regulæ antiquorum Patrum constituerunt, sacerdotali defensione a cuiuslibet insolentia protegantur, siue in statu libertatis eorum, siue in peculio [d], quod habere noscuntur.

Item ex concilio Arelatensi secundo, c. 32.

¶ Expositos defendat ecclesia, si quis eorum calumniator extiterit. C. IX.

capit. l. 6. c. 142. concor. Vasense 1. & 9. Burc. l. 3. c. 202. Iuo p. 3. c. 253. Poly. l. 3. ti. 13. † al. ponatur epistola

SI expositus [e] ante ecclesiam cuiuscumq; fuerit miseratione collectus, contestationis ponat † epistolā, vt si is, qui collectus est, intra decem dies [f] quæsitus, agnitusque non fuerit, securus habeat [g] qui collegit. Sane, qui post prædictum tempus calumniator extiterit, vt homicida, ecclesiastica districtione damnabitur, sicut Patrum sanxit auctoritas.

e ¶ *Expositus.*] Exponitur autem aliquis à patre vel domino, vel ab extraneo. Si à patre vel dño, aut necessitate, vel sponte. Si sponte, numquam potest recolligere eum postea: nec enim suum dicere poterit quē pereuntem contempsit. C. de infan. expo. l. prima & secunda. Si necessitate, repetit quandocumque: quia inuitus videtur exposuisse. C. de infan. expositis. l. prima, & in his casibus locum non habet contestatio. quod tamē dixi de necessitate, videtur male dictum. nā dicit lex, quòd si ipse non potest eum alere, debet eum in xenodochium mittere. C. de lat. lib. toll. l. vna. §. sed scimus. Sed quod dixi intelligas cum nullum talem locum inuenit: & intelligas maxime hoc de filijs: nam de seruo vē, quod potius debeat eum vendere, quam exponere. & est iste casus in quo seruus habitus pro derelicto, statim in libertatem eripitur, vt C. de lat. lib. tollen. l. vna. in Authent. de nupt. §. hoc amplius. & §. multo magis. collat. quarta. aliâs occupanti conceditur. Si autem ab extraneo, & scіente domino vel patre: tunc locum habet quod hic dicitur. Si vero ignorante, semper potest repetere quandocumque voluerit. C. de infan. expo. l. prima. Hug. dicit, quòd tantum vsque ad decem dies auditur pater in hoc casu: quod verius credo: quia de ijs quæ publice fiunt, non potest prætendi ignorantia, vt 17. distin. quòd dicitis. Idem potest dici quando pater propria voluntate exposuit. Ioannes. Hoc teneas breuiter, quòd si à patre infans exponitur, vel ab alio, eo sciente vel ratum habente, statim liberatur à patria potestate. & si dominus idem facit, seruus statim eripitur in libertatem, & libertus in ignorantiam. Idem est si alimenta fuerint istis languentibus denegata, aut si isti languentes expositi fuerunt, cuiuscumque fuerint ætatis: & qui eos susceperint, non habent aliquod ius in ipsis, vt extra de infan. vel languen. expositis. c. 1. Bar.

Expositus filius vel seruum an possit illum recolligere.

Id est hospitale.

Sed hic de necessitate.

Adde de ista quæstione & alijs in mat. expositorum, no. in l. 1. & 2. g. Al. be. de Rosat. C. de infan. expo. & gl. in. l. nominat. C. de episc. audien.

clesiæ: non tamen eximuntur à iudicio sæculari, vt extra de priui. recepimus. & est expressum in iudicijs extra, de foro compe. ex tenore.

a ¶ *Per omnes.*] in vna excōicetur, in alijs denuntietur. Si dices, quod nemo potest pluries excōicari, dic vt not. 3. q. 4. cap. vlt. & extra de senten. excommunica. officij.

b ¶ *Et per testamentum.*] extra de seru. non ordinan. cap. 1.

c ¶ *Coerceatur.*] nisi admonitus satisfaciat. & est arg. hic, quod omne crimen est ecclesiasticum, 35. q. 6. episcopus in synodo.

Crimē quodlibet est ecclesiasticum.

ADDITIO. Arg. ad hoc j. c. proxi. vbi Laur. idē sentit dicens, quod hoc etiam potest videri per auctoritatem domini, si peccauerit. 2. q. 1. si peccauerit. extra de iudi. nouit. De hac ma. le. & no. extra de offi. ordina. c. 1. & de purg. cano. nos quidem. Archidia.

LIbertos.] Hæc est secunda pars distinct. in qua dicitur, quòd ecclesia debet libertos defendere: præsertim eos qui eius patrocinio commendantur. Io. de Fan.

CASVS. Hæc duo c. libertos. & liberti. vt dicit Beneuen. loquūtur de libertis ecclesiæ cōmendatis: quos si aliquis inuadere sua auctoritate voluerit, vel in seruitutem reuocare, vel bona eorum auferre conatur: & ecclesia & episcopus debent eos defensare.

d ¶ *Liberti.* ¶ *Peculio.*] Sed numquid liber homo habet peculium? Non: quia sicut seruus non habet bona, ita pater familias non habet peculium. ff. de verborum significatio. paterfamilias. sed loquitur hic sēm tempus quo seruus erat. vel peculium sumitur hic improprie. arg. C. de inoffic. testa. l. vltima. ff. ad Trebellia. l. cogi. 1. rñ. De peculio autem serui qui manumittitur, hoc in summa notabis, quod si manumittitur inter viuos, dominus videtur ei concedere peculium, nisi adimat expresse. Si autem in testamento libertas ei relinquitur, peculium apud hæredem remanet, nisi expresse ei concedatur. C. de pecu. eius qui li. me. l. vna.

Peculiū seruus habere potest, sed non liber homo.

SI expositus.] Hæc est tertia pars distinctionis, in qua ponit de infantibus expositis. Ioannes de Fant.

CASVS. Quæsitum fuit in concilio Toletano, quid fieri debeat

f ¶ *Intra decem dies.*] De his decem diebus dic, quòd currunt à tempore scientiæ, & sunt continui: & si in tali loco est, quòd venire non potest, restituitur per clausulam generalem: argumen. ff. ex quibus causis maiores. l. prima. Alij dicunt quòd sunt vtiles: cum scilicet experiri potest. ff. de ædil. edict. cum sex. & de diuer. & tempo. præ. l. prima. Si vero ille qui colligit, expendit aliqua in puero erudiendo in aliqua arte, repetit à recolligente. C. de infantibus expositis. l. prima. quod autem causa alimenti expendit, non repetit nisi in duobus casibus: scilicet cum protestatus est. ff. de nego. gestis, Nesennius. vel vbi collectus non vult ducere filiā suam in vxorem. C. de nuptijs. patrem.

Expensæ circa infantem expositum factæ an possint repeti.

g ¶ *Habeat.*] non in seruum. C. de infantibus expositis. l. vltima. & ideo dicit ille eum habere, quia alius iam non potest petere puerum: puer tamen bene recedet ab eo cum voluerit: & continebit epistola, scilicet quòd si quis in eo aliquid iuris sibi vendicet, exeat & probet esse suum: aliâs non crederetur ei. Argu. contra, extra qui filij sint legitimi, transmissæ. vbi creditur patri & matri dicentibus aliquem non esse filium suum: quia non est præsumendum aliquem denegare filium suum.

Pater & mater filium denegare non præsumuntur.

P Rohibentur] In hac distinctione phibetur cupiditas & mercatio omnibus clericis. Et diuidit in duas partes: in quarum prima probat per decem auctoritates sanctorum patrum, quod clerici non debent esse mercatores. Secunda ibi, *Neque apud* Ioan. de Fan.

g ¶ *Negotiationes.*] id est, falsam traditionem Iudæorum: quia scire credebant se iustificari ex operibus legis, figuras legis sectantes, a gratia resilientes: vel negotiationes, id est, vt vilius emam, & carius vendam.

h ¶ *Ingenio*] Arg. quod nec sub qualibet fraude excogitata possunt exercere.

Negotiationem per clericos quacumque causa exerceri non debere.

DISTINCTIO LXXXVIII.

P *Rohibentur* [a] *ergo clerici cupiditatis negotia suscipere, non pietatis curam viduis, & orphanis impendere.*

Vnde Melchiades [a] *Papa.*

¶ De eodem. C. I.

D Ecreuit sancta synodus nullum deinceps clericum aut possessiones conducere [b], aut negotijs sæcularibus se miscere, nisi propter curam pupillorum, [& † orphanorum] ac viduarum, aut si forte episcopus ciuitatis ecclesiasticarum rerum solicitudinem habere præcipiat. Vbi liquido patet [c], quia alia sunt negotia sæcularia, alia ecclesiastica. Nonne Moyses in sæculo erat, cum crebro tabernaculum intraret, & exiret: qui intus contemplatione raptus, foris infirmantium negotijs vrgebatur? *& infra.* ¶ Sic & Iacob ascendentes, & descendentes Angelos [d] vidit: quia videlicet rectores ecclesiæ non solum Deo contemplando superna appetunt, sed deorsum quoque ad membra illius miserando descendunt. Et Domini sacerdotes horum facta imitantur, & se custodiunt, & subditorum onera portant.

Margin: In scripto de primitiua ecclesia, & munificentia Constantini ex concilio Chalcedon. c. 3. † absunt illæ duæ voces fere ab omnibus manuscriptis. Exo. 33. Gen. 28.

a ¶ Melchiades.] *Caput hoc habetur in scripto de primitiua ecclesia, & munificentia Constantini, quod in antiquis conciliorum voluminibus communiter sequitur post decreta Melchiadis (quamuis in recentioribus concilium Neocæsariense sit interpositum) & ex illa coniunctione fortasse factum est, vt hoc quoque scriptum olim decretis Melchiadis adnumerari solitum esset: cum tamen in eo de Niceno concilio & alijs, quæ post Melchiadem gesta sunt, mentio fiat: quod ex capite, ad futuram infra 12. q. 1 apparet.*

Item Gelasius Papa ad episcopos per Lucaniam, c. 17.

De eodem. C. II.

C Onsequens [e] est, vt illa quoque de Piceni partibus nuper ad nos missa relatio nuntiauit, non prætereunda putaremus: id est plurimos clericorum negotiationibus inhonestis, & lucris turpibus immineret †, nullo pudore cernentes euangelicam lectionem, qua ipse Dominus negotiatores è templo verberatos flagellis asseritur expulisse, nec Apostoli verba recolentes, quibus ait, [Nemo militans Deo implicat se negotijs sæcularibus,] Psalmistam quoque Dauid surda dissimulantes aure, cantantem [f] [Quoniam non cognoui negotiationes [g], introibo in potentias Domini.] Proinde huiusmodi aut ab indignis posthac quæstibus nouerint abstinendum, & ab omni cuiuslibet negotiationis ingenio [h], vel cupiditate cessandum [i]: aut in quocumque gradu sint positi, mox à clericalibus officijs abstinere cogantur: quoniam domus Dei, domus orationis & esse debet, & dici, ne per † officia negociationis potius sit latronum spelunca.

Margin: Concil. Aquisgranen. c. 93. 14. q. 4. c. clerici. Poly. l. 4. tit. 31. † al. inhiare. Matt. 21. 2. Tim. 2. Ps. 70. vide infra c. quoniam. Luc. 19. † ne officina negotiationis, & spelunca potius sit latronum. Ioa. g.

Item ex septimo canone Apostolorum.

¶ In sacris ordinibus constitutus sæculares curas assumere non debet. C. III.

[j] E Piscopus, aut presbyter aut diaconus nequaquam sæculares curas [k] assumat: sin aliter, deiiciatur.

Item Gregorius Romano defensori, lib. 8. epist. 21.

¶ Episcopus sæcularibus causis occupari non debet. C. IIII.

P Erlatum est ad nos reuerendissimum fratrem nostrum Basilium episcopum, velut vnum de laicis in causis sæcularibus occupari, &

Margin: Ans. l. 6. c. 179.

C A S V S. Facta interpositione miserabilium personarum, in hac 88. distinctione Gratianus ad materiam suam; scilicet ad capitulum cupiditationis: cupiditatis negotia clerici suscipere prohibentur: sed non prohibentur opera pietatis orphanis & viduis impendere.

a ¶ *Prohibentur*] Facta interpositione de viduis, & libertis, & expositis, reuertitur in hac dist. 88. ad propositum suum: scilicet ad illud capitulum, non cupiditatis & ostendit clericos causa turpitudinis & cupiditatis non debere opera exercere. Tandem subiicit quod nullus presbyterum in testamento debet nominare tutorem, &c.

D *Ecreuit.*] C A S V S. Statuit Melchiades Papa in synodo sua, quod clerici causa cupiditatis & lucri non conducant possessiones, nec negotijs sæcularibus se immisceant: nisi in duobus casibus: scilicet propter curam miserabilium personarum, & propter curam ecclesiasticam ab episcopo sibi commissam. Et quod curam talem debeant suscipere clerici, probat duobus exemplis: scilicet Moysi & angelorum ascendentium & descendentium per scalam quam vidit Iacob: ad instar quorum prælati ecclesiæ debent ascendere contemplando, & descendere curam subditorum habendo.

b ¶ *Conducere.*] scilicet causa cupiditatis, vt notaui 86. dist. c. sit. & semper intelligo causa cupiditatis hoc fieri, nisi necessitas prouocet. arg. 12. q. 1. cap. 3.

c ¶ *Vbi patet*] id est, propter quod patet.

d ¶ *Angelos.*] Per angelos intelliguntur prædicatores, qui pro ingenio auditorum debent se aptare, vt 8. q. 1. c. oportet. & distinctione 43. sit rector §. vlti. vnde non propter Iacob, sed propter angelos inducitur hæc auctoritas.

Margin: Prædicatores qui anteaque dicuntur angeli.

C *Onsequens*] C A S V S. Clerici in Picenis partibus turpibus negotiationibus & lucris inhonestis immiscebant: sed Gelasius docet hoc non esse faciendum: & hoc probat exemplo Christi, qui negotiatores de templo expulit. Et duabus auctoritatibus: scilicet Pauli, vt nemo militans Deo, &c. & Dauid: quoniam non cognoui, &c. Si quis autem negotiari voluerit, officio carere debet. Sequens cap. planum est.

e ¶ *Consequens.*] quia sacerdotes erant instituti, vt 2. q. 7. accusatio. Lau.

f ¶ *Cantantem.*] id est, metrice describentem.

exerceri negotiationes, ergo nec causa necessitatis, vt quidam asserunt: nec causa lucri captandi ad opus pauperum. 1. q. 3. si quis obiecerit. Argu. contra extra ne cle. vel mona. cap. 1. & 91. dist. clericus. Lau.

i ¶ *Cessandum, aut in, &c.*] Videtur ergo quod in eius optione sit an velit abstinere a quæstu, aut ab officio. ff. de iure do. plerumque §. vltimo: quod falsum est. Sed hic, aut, comminatiuum est. 11. q. 1. placuit.

k E *Piscopus.* ¶ *Curas.*] infra 21. q. 3. cap. 1. 2. & 3. & 21. quæstione 1. c. quidem.

P *Erlatum.*] C A S V S. Basilius episcopus tamquam aliquis laicus ibat extra suum episcopatum coram iudicibus sæcularibus aduocando. Quod cum audisset Gregorius, præcepit Romano defensori, vt prælatum

Margin: Et est sensus & monitio cessandum dispensatiua: ut ea alias abijciatur à clericis non minus à negotiatione velle. Arg. 1. q. 1. c. & ¶. ad. & quod. Archid.

præfatum Basiliũ intra quinque dies cogat reuerti:quoniã propter hoc dignitas episcopalis vilescit. Nã si ibi amplius eũ stare permiserit, vterque grauiter punietur. Sequentia capitula plana sunt vsque ad paleã illã. *Eijciens*. quæ in scholis nõ legitur: sed in ea ratio assignatur quare in domo, vel re consimili nõ est visura, sed pe

prætorijs [a] inutiliter deseruire. Quæ res quoniam & ipsum vilem reddit, & reuerentiam sacerdotalem annihilat; statim vt experientia tua hoc præceptum [b] susceperit; eum ita ad reuertendũ districta executione compellat, quatenus ei illic te insistente quinque diebus [c] sub qualibet excusatione immorari non liceat: ne si quolibet modo eum ibidẽ amplius moram habere permiseris, cum ipso apud nos grauiter incipias esse culpabilis.

Item ex concilio Carthaginensi 4.c.38.

¶ Testamentorum tuitionem, & curam rei familiaris episcopus non suscipiat. C. V.

Poly.l.4.tit.5. — II EPiscopus tuitionem [d] testamentorum non suscipiat.

Item ex eodem, c.20.

¶ De eodem. C. VI.

III EPiscopus nullam rei familiaris curã ad se reuocet [e]; sed lectioni, & orationi, verbi Dei prædicationi tantummodo vacet.

Item ex eodem, c.17.

¶ De eodem. C. VII.

Polyc.ibidem. — IIII EPiscopus gubernationẽ [f] viduarũ, & pupillorum, ac peregrinorũ nõ p seipsum, sed per archipresbyterũ, aut per archidiaconũ agat.

Item Gregorius Quertino exprafecto, epist.30.lib.10.

¶ Ratiociniorum causas clericus suscipere non debet. C. VIII.

INutile, & valde laboriosum est, hominem litteratum, ratiociniorũ causas assumere, & in eis se, quod non expedit, obligare.

Item Hieronymus ad Nepotianum de vita clericorum.

¶ Fugiendus est clericus negotiator. C. IX.

NEgotiatorem [g] clericum, & ex inope diuitem, ex ignobili gloriosum, quasi quamdam pestem fuge.

Item Augustinus in libro quæstionũ veteris, & noui testamenti, c.127.

Clerico negotiari non licet. C. X.

Ino p.8.c.89. Pano.l.7.c.26. — FOrnicari omnibus semper non licet [h]: negotiari vero aliquando licet; aliquando non licet. Antequam enim ecclesiasticus quis sit; licet ei negotiari: facto iam, non licet [i].

[*Item Ioannes Chrysostomus super Matthæum, [idest Auct. operis imperfecti, hom.38.ad c.21. Matt.]*]

¶ De eodem. P A L E A. C. XI.

paulo aliter. — EIjciens Dominus vendentes, & ementes de tẽplo, significauit, quia homo mercator vix, aut numquam potest Deo placere. Et ideo nullus Christianus debet esse mercator; aut si voluerit esse, proijciatur de ecclesia Dei; dicente propheta [*Psal.70.*] [.Quia non cognoui negotiationes; introibo in potentias Domini.] Quemadmodum enim, qui ambulat inter duos inimicos, ambobus placere volens, & se commendare, sine maliloquio esse non potest (necesse est enim, vt isti male loquatur de illo, & illi male de isto) sic qui emit, & vendit, sine mendacio, & periurio esse nõ potest. *& paucis interiectis.* ¶ Sed est nec stabilis substantia eorum, neque ad bonum proficit, quod de malo congregatur. Quemadmodum enim si triticum, aut aliud † tale cernas in cribro; dum huc, & illuc iactatur, grana omnia paulatim deorsum cadunt; & tandem in cribro nihil remanet, nisi stercus solum; sic de substantia negotiatorũ

† *aliquam bladi speciem*

pecunia fic: & hoc triplici rõne. Prima est: qa pecunia non est disposita nisi ad emendũ. Secunda est: quia ex agro eũ arando fructũ capio, & ex domo vsum mansionis. & ideo domum locando vel fundũ videor quasi permutare lucrũ cũ lucro. sed ex pecunia reposita nullũ fructũ capio. Tertia ratio est: qa ager vel domus veterascit, sed nõ pecunia. & hoc est in prima colũna, vbi dicit. *Primo quidem.*

a ¶ *Et prætorijs.*] idest, locis iudicij tractandi. Quid sit prætorium, habemus ff. de iusti. & iur. l.pe.

b ¶ *Præceptum.*] infra 23.q.4.nullũ. & 14.q.4.clerici.

c ¶ *Quinque diebus.*] Arg. moram posse purgari. Item nota inducias, & expectationes quinque dierum: & hoc á tempore quo suscepit litteras. extra de ap. super eo. 4.q.4.c.1. & q.5.c.1. quandoque duorum. 5.q.2.c.præsenti.

d EPiscopus tuitionem.] idest, apertionem, vt scilicet coram eo non aperiantur: sed corã magistro cẽsus. C. de testa.l.cõsulta. Vel dic, tuitionẽ, idest, q fit aduocatus. aliàs p eũ debet adimpleri: quod in testamentis relictũ est. extra de test. si hęredes. & ff de peti. hære. hæreditas. in fi. lo. Dic ergo vt dixi, non suscipiet ex hoc officium aduocationis.

e EPiscopus] ¶ *Ad se reuocet.*] principaliter vel per se: & tunc nõ est contra 86. dist. fratrem.

f EPiscopus gubernationem.] Sed per archipresbyterum. nam parum debet onera sua. extra de offi. archipresby.c.vlt. ar. per alios nobis licere q̃ nobis per nos nõ licent 38 arg. 5.q.3.c.vlt. ar. 12. q.1.præcipimus. Et valet ad quæstionẽ q ecclesia possit alicui concedere gladiũ 4, licet ei nõ liceat eo vti p se. 23. q.vlt.c.sæpe. Similiter inuenitur: quod licet nobis per alios, & per nos, vt dist. 95. illud superfluũ. & econuerso, qd no licet nobis p nos, nec p alios. 46 dist. sicut. 21.q.vlt. his a quibus. & consequitur quis per alium quod no potest per se. ff. de sta. ho. Imperator. & id per se, qd no per alium. C. de ijs qui veniã ætatis imp.l.2. ff. de adop. post mortem §. neque. 13. dist. quorumdam. & qñque plus per se valet factũ quam per alium. de conse. dist. 4. illud. 10. Sol. generale ẽ quòd quis potest per se qd põt per aliũ, & ecõtra. sed i casibus specialibus fallit quãdoq; ratione personæ, q̃ phibetur p se facere, vt in hoc c. sed p aliũ nõ phibetur 5: vel ratione rei: quia in causa criminali aliquis agit per se, & non per aliũ, vt 5.q. 3. in criminalibus. B.

ADDITIO. Circa hoc dicas, q quãdo aliqs potest aliquid facere sua auctoritate: tũc nõ est vis siue p se siue per aliũ faciat, nisi specialiter prohibeatur: sed vbi sua auctoritate nõ potest facere: sed alterius: tunc locũ habet q non potest alteri committere. extra de offi. deleg. quoniam apostolica. vbi Innocen. sic no. Archid.

g NEgotiatorem] ¶ Sed numquid licet clerico habere tabernã 6? videt q sic. C. de episc. & cle. l. 2. sed dicimus, q licet lex cõcedat, canon tñ nõ permittit. 15.q.3.cũ autẽ. Vel dic q potest habere tabernam propter necessariam & honestam negotiationem.

h FOrnicari.] ¶ Sẽper non licet.] idest, nũquã. 32.q.4.nemo. Arg. §.31.q.1. hac ratione. sed licet aliquando licentia pœnæ, sed licentia culpæ non, quia non euadit culpã. dist.4.c. denique 7.

i ¶ Non licet.] Argu. quòd propter mutationem status quod ipsi erat

a Dic quòd vbi persona à rectore deputata est illa exequitur 12. q.2. de laicis. in fi. Archid.

Potest quis per aliũ qđ nõ potest per se.

3 An hoc procedat regulariter, not. in l. Labeo. ff de vsuc. vbi in regula q alien. lib. 6 bonum est. & ibi Bar. & Bal. in l. 1 §. ne autẽ. C. de cad. tolle.

4 63. dist. Hadrianus 1.

5 Hic vide q̃ste. & not. de cõse. dist. 4. quidq. s.

Clericus tabernã habere potest.

6 adde quid veniat appellatione tabernæ. not. in leg. taberna. ff. de verb. signi. & in l. qui tabernas ff de contrah. emp.

7 Dic q fornicatio nullo unquam tempore conceditur. 27.q.1.nec. Archid.

8 Adde an & q̃ possit mora purgari. not. in l. si insulam ff de verb. ob lig. Bal. in l. & ß. post vres ff. si q̃s in ius voc. non ier. C. de locato.

nouissime nil remanet, nisi solum peccatum. Sed omnes homines videntur esse mercatores. Ostendam ergo, quis non est negotiator; vt qui talis non fuerit, eum intelligas esse negotiatorem. Quicumque rem comparat, non vt ipsam rem integram, & immutatam vendat; sed vt materia sibi sit inde aliquid operandi; ille non est negotiator. Qui autem comparat rem, vt illam ipsam integram,& immutatam dando lucretur;ille est mercator, qui de templo Dei eijcitur. Vnde super omnes mercatores plus maledictus est vsurarius. Ipse namque rem datam à Deo vendit, non comparatam,vt mercator;& post fœnus rem suam repetit, tollens aliena cum suis; mercator autem non repetit rem venditam. Adhuc dicit aliquis. Qui agrum locat, vt agrariam recipiat, aut domum, vt pensiones recipiat, nonne est similis ei, qui pecuniam dat ad vsuram? Absit. Primum quidem, quoniam pecunia non ad aliquem vsum disposita est, nisi ad emendum. Secundo, quoniam agrū habens arando accipit ex eo fructum; habens domum,vsum mansionis capit ex ea. Ideo qui locat agrum vel domum, suum vsum dare videtur, & pecuniam accipere, & quodāmodo quasi commutare videtur cum lucro lucrum: ex pecunia reposita nullū vsum capis. Tertio ager,vel domus vtendo veterascit. Pecunia autem cum fuerit mutuata,nec minuitur, nec veterascit [Et mensas nummulariorum subuertit.] Pecunia spiritualiter homines intelliguntur; quia sicut nūmus habet charagma Cæsaris,sic homo habet charagma Dei. Et quemadmodum solidus, qui non habet charagma Cæsaris,reprobus est; ita & homo, qui non ostendit in se imaginem Dei, reprobus æstimatur. Vnde Esaias dicebat ad Hierusalē [Pecunia tua reproba est, caupones tui miscent vinum cum aqua,& c.] Ideo ergo mensas nūmulariorum euertit, significans, quia in templo Dei non debent esse nūmi, nisi spirituales,idest,qui Dei imaginē,non diaboli portant. Aut certe mensas nummulariorum,sacerdotum dicit scripturas. Nouo enim testamento succedente priori,euersæ sunt scripturæ illorum.

Esa. 1.

¶ *Hæc Palea (quemadmodum & sequens) est in aliquot vetustis exemplaribus, in quibus Paleæ raro habentur. Est autem sumpta ex auctore operis imperfecti (cuius multæ sententiæ partim reijciendæ, partim in bonam partem interpretandæ sunt) & quidem multis locis de vadastrea, quod ibi plenius, hic in summam redactum est, incolumi fere sententia. Quamobrem ea tantum mutata, aut locupletata sunt, qua valde conducere visum est. Quod etiā in sequēti capite est obseruatū.*

Item ex verbis Augustini [hinc inde collectis, & in summam redactis ad ps. 70. vers. Quoniam non cognoui.]

¶ De eodem. PALEA. C. XII.

QVoniam non cognoui litteraturā.] Aliqui codices habent [negotiationes;] in quo diuersitas interpretum, sensum ostendit, non errorem inducit. Ergo si propterea iste tota die laudem Dei dicit,quia non cognouit negotiationes; corrigant se Christiani; non negotientur. Sed ait mihi negotiator. Affero ex longinquo merces; mercedem laboris mei, vnde viuam, peto: dignus est operarius mercede sua. De mendacio, de periurio agitur,non de negotio. Ego enim mentior,non negotium. Possem enim dicere; tanto emi, tanto vendam: si placet, eme. Quomodo ergo reuocas à negotiatione? omnes artifices mentiuntur, sutores, agricolæ. Vis,vt optem carum tempus,vt possim vendere annonam, quam seruaui? Sed non hoc faciunt, inquis, agricolæ boni: nec illa negotiatores boni. Quid enim? Etiam & filios habere malum est; quia quando eis caput dolet, malæ & infideles matres ligaturas sacrilegas,& incantationes quærunt? omnia ista hominum, non rerum peccata sunt. Quære ergo episcope(dicit mihi negotiator)quomodo psalmistam intelligas, & noli me prohibere à negotiatione.negotiatio enim me non facit malum, sed iniquitas mea, & mendacium meum. Quæramus ergo negotiatores,qui præsumunt gloriari ex suis operibus; si sunt contra illam gratiam, quam hic psalmista commendat, vt nemo de suis operibus glorietur. Et sicut contra medicos superbos salutis pollicitatores vigilat hoc, quod dictum est [tota die salutē tuam] sic contra negotiatores de operibus suis gloriantes vigilat hoc, quod dictum est [os meum annuntiabit iustitiā[†] tuam.] Vnde & Dominus expulit illos de templo volentes suā iustitiam statuere, & ignorantes iustitiam Dei. Merito dictum negotium, quia negat otium; quod malum est, neque quærit veram quietem, quæ est Deus.

Luc. 10.

Ps. 87.

[†] *iustitiā tuā, idest ni meā, &c.] Aug.*

Psal. 70.

Item Cassiodorus in eumdem psalmum 70. in eumdem versiculum.

¶ De eodem. C. XIII.

QVid est aliud negotium[†], nisi quæ possint vilius comparari, carius velle distrahere? *& infra.* Negotiatores ergo illi abominabiles existimantur, qui iustitiam Dei minime considerantes per immoderatum pecuniæ ambitum polluūtur,merces suas plus periurijs onerando, quàm pretiis. Tales eiecit Dominus de templo dicens.[Nolite facere domum patris mei, domum negotiationis.]

[†] *al. negotiari*

Io. 2.

Item Cyprianus ad clerum, & plebem Furnitanorum, lib. 1. epist. 9.

Nomine sacerdotis careat, qui Dei ministros à suis auocat officijs. C. XIIII.

[2] NEq; apud altare Dei[a] meretur nominari in sacerdotū prece,qui ab altari sacerdotes,& ministros uoluit auocare. Et ideo Victor, cum

Ivo p. 6. c. 393.

erat licitum, fit illicitum: & econtra. arg. dist. 31. cap. lex continentiæ. Arg. contra 12. q. 1. non dicatis.

[2] Neq.] Hæc est a ps dist. & est pars illius 21. q. 3. Cyprianus. CASVS. Statutū fuit in concil. Calcedon. & 86. dist. in cap. peruenit. vt nullus laicus clericum in testamēto ad tutelā nominaret: contra quam constitutionem Victor cum moriebatur presbyterum Geminium Faustinum in testamento suo fecit tutorem: & ideo præcepit Cyprianus, vt pro eo nullæ orationes in ecclesia fiant, nec oblationes recipiantur.

[a] *Dei.*] Et nonne accusatur ille post mortē, contra id 23. distin. quorūdā. C. si reus vel accu. mor. fue. l. 1. & ad Sol. dicūt quidā, quòd accusari potest[1] quis post mortē per instrumētum, sicut hic: quia apparebat per istrumētum, idest, per testamē sū eū decessisse in mortali peccato. Sed H. dicit q ille non accusatur: quia notoriū erat eum impœnitētem decessisse[b]: aliàs nō posset accusari post mortē nisi de hæresi. 23. q. 5. sane. & in illo casu. Itē & in alijs secundum quosdam, vt 24. q. 2. in summa. C. ad legē Iul. ma. l. vlt. Sed nōne debet præsumi pro isto: quia etiam in vltimo instanti potuit pœnitere, vt 26. quæst. 6. qui recedunt. &c. cognouimus? Argu. contra de

[1] Accusari potest quis post mortē. Adde q. regulariter nō ptest l. 3. & 1. C. de re. sui accusa.

[b] Sentit autem contra id, quod in concilio continetur: tamen [illegible] eum [illegible] decessisse: & ideo [illegible] oblatio in altari. 13. q. 2. pro [illegible]. Arch.

de poe.dis.1.c.agite. Dicit ergo H. quòd cū mortaliter peccauerit, nec pœnituerit, non debet pro eo orari. 13.q.vlt.c.vlt. & puniē hic i quo deliquit. 12.q.2. de viro. Vel hoc intelligas quo ad sepulturā tātū. extra de tornea.c.1.Io. Credo hoc ad terrorē institurū: nec modo locū habere. Qd vltimo dicit, seruat de facto. 86. dist.c.vlt.B.

Idem not. hic Lau. & idem cer dit Archid.

De-

cum contra formam nuper in concilio à sacerdotibus datam, Geminium Faustinum presbyterum ausus sit tutorem constituere; non est, quod pro dormitione eius apud vos fiat oblatio; aut deprecatio aliqua nomine eius in ecclesia frequentetur: vt sacerdotum decretum religiose, & necessarie factum seruetur à nobis.

DISTINCTIO LXXXIX.

1.Tit 3.

Omni a quoque sua oportet episcopum bene esse præpositum, vt quadam inde quodammodo futura dispensationis argumenta sumantur. In dispensatione vero ecclesiæ hanc regulam obseruandam nouerit, vt nulli quantumlibet exercitata persona duo simul officia committat: neque sæcularibus viris res ecclesiasticas gubernandas committat. Vnde Gregorius scribit omnibus episcopis.

¶ Vni personæ duo non committantur officia. C. I.

Poly.l.4.tit.23. Ans.l.7.c.108. Iuo p.6 c.344. Rom.12.

Singula b ecclesiasti c iuris officia singulis d quibusque personis singulatim committi iubemus. Sicut enim in vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eumdem actum habent; ita in ecclesiæ corpore secundum veridicam Pauli sententiam, in vno, eodemque spiritu alij conferendum est hoc officium, alij committendum e est illud: neque vni, quantumlibet f exercitatæ personæ vno tempore duarum rerum officia committenda sunt: quia si totum corpus est oculus g, vbi auditus? Sicut enim varietas membrorum per diuersa officia, & robur corporis seruat, & pulchritudinem h repræsentat; ita varietas personarum per diuersa nihilominus officia distributa & fortitudinem, & venustatem sanctæ Dei ecclesiæ manifestat. Et sicut indecorum est, vt in corpore humano alterum membrum alterius fungatur officio; ita nimirum noxium, simulque turpissimum, si singula rerum ministeria personis totidem non fuerint distributa.

• ¶ Gregorius.] *Caput hoc à collectoribus ita citatur, quasi sint verba alicuius epistolæ B. Gregorij. Verum à Ioanne diacono lib. 2. vitæ eiusdem sancti Pontificis, num. 54. sic referuntur.* Singula ecclesiastici iuris officia singulis quibusque personis singulatim committi debere dicebat, asserens, quia sicut in vno, &c. *Ex eo autem nonnulla sunt emendata.*

Item Gregorius Anthemio subdiacono, lib.9.epist.66.

¶ Quilibet episcopus vicedominum, & œconomum habeat. C. II.

Poly.l.4.tit.22. Ans.l.6.c.145.

Volumus, vt frater noster Paschasius, & vicedominum i sibi ordinet, & maiorem k domus: quatenus possit vel hospiti-

Omni quoque sua.] Hæc dist. diuiditur in tres partes: quarum prima dicitur, quod vni personæ non debent committi duæ dignitates vel officia. Secunda ibi, *Volumus*. Tertia ibi, *Propinquis*. Ioan. de Fan.

Casvs. In hac 89. dist repetit illud cap. apostolicæ regulæ: Oportet ordinandum domui suæ esse bene præpositū. Et ostendit quod in hoc debet esse prouidus, vt sicut in domo seculari diuersa officia vni personæ nō committuntur, sed pluribus: sic episcopus in ecclesiasticis officijs obseruabit, singula officia singulis committendo: ita tamen quod administrationem rerum ecclesiæ laicis non committat. Et habet hæc dist. quatuor articulos.

a ¶ Domui.] Hoc c. tractauit magister 3.q.7. dist 3. necesse. Sed aliter hic, & aliter ibi. ibi enim exposuit, domus, idest, familiæ suæ. hic aliter, domus suæ, idest, ecclesiæ suæ. & illud est quasi præparatorium ad istud, vt in hoc §. innuit G. Ostēdit ergo in hac dist. 89. qualiter, prælatus ecclesiastica beneficia debeat dispensare: quia plura non debet cōmittere, vni: & quod nō debet laicos œconomos constituere in ecclesia vel vicedominos, & quod ecclesiastica officia propinquis non concedat. Lau. J. ea. decenter.

Qualiter insta... in legibus capa... [illegible]

Singula.] Casvs. Episcopi plura officia vni cōmittebant personæ: sed docet Grego. hoc non esse faciendum. Nam sicut in humano corpore singula membra suū habēt officium, ita in ecclesia Dei (secundum Pauli sententiam) singuli singula debēt habere officia: nec vni personæ quantūcunque exercitatæ vno tēpore sunt plura officia cōmittenda: & sicut varietas membrorum per officia diuersa præstat corpori fortitudinem & venustatem, sic personarū varietas per singula officia distributa ecclesiæ præstat fortitudinem & venustatem: alioquin esset ibi confusio.

Vt J. e. j. Vt J. ca. quia. & c. sequen.

b ¶ Singula.] Nota, quod difficile est, vt vnus vicem duorū obtineat, ff. de pact. si plures. C. de assesso. nemo. extra de test. adhæc. C. de testa. consulta. vbi dicitur quod absurdū est, si promiscuis actibus rerum turbentur officia. Arg. contra J. 21.q.1.cap. vlt. & ff. quod cuiusque vniuer. sicut. §. vlt. Similiter lex dicit quòd non potest quis per plures ciuitates plures habere potestarias. ff. ad munic. libertus. §. præscriptio. Solū regulare est, quod vna persona non suppleat vicē plurium, nisi in causa necessitatis, vt idem sit carnalis & spiritualis pater 30. quæst.1. ad limina. Vel prælatus in diuersis ecclesiis. 10.q.3. volo. vel idem sit eligens & cōfirmans. extra de elec. cum inter. vel vt ipsemet tradat sibi possessionem. ff. de contrahen. empt. si ita. §. fundum. vel nisi causa vtilitatis, vt cum duæ ecclesiæ vni committantur. 16.q.1. & tē poris. vel vt idē seruus vicem plurium dominorum sustineat. ff. de stipu. ser. l.1. §. communis. vel vt apud semetipsū aliquis emancipet vel adoptetur. ff. de adopt. si consul. Lau.

Additio. Vbi de hoc, & extra de proba. ex litteris. ibi videas.

c ¶ Ecclesiastici.] Non ordinum, sed dignitatum. vnus enim bene habet omnes ordines: licet ab vno tantū denominetur.

d ¶ Singulis.] infra 21. q.1. cap. vlt. contra. Sed illud ex speciali priuilegio: hoc ex generali iure. 16 q.1. hinc. Lau.

e ¶ Committendū est.] Alius habebit archidiaconatum: alius autem arch. presbyteratum: & sic de alijs 1 arg. J. 13.q.1.c.1. & 2. Laus.

f ¶ Quantumlibet.] Arg. non esse derogandum iuri generali propter personæ prærogatiuam. supra dist. 61. miramur. supra dist. 78. si quis. Laus.

Additio. Sed tamen propter personæ vtilitatem bene receditur. 1.q. si tali. 15.q. vlt. c.1. Io. de Fant.

g ¶ Oculus.] idest, si omne officium attribuitur ei, qui dicitur in ecclesia oculus: vbi erit auditus, idest, auris: idest, officium quod ei attribuitur, qui dicitur in ecclesia auris? Per oculum intelliguntur maiores in ecclesia, qui sibi & alijs prouident. Per aurē in ecclesia discreti intelliguntur & scientes. Vel referas hoc ad illud quod dixit, quod diuersitas officiorum sit in ecclesia: alias non obstaret: quia si totum, &c. quasi dicat, si omnes in ecclesia essent vnius officij, quomodo impleretur corpus ecclesiæ, cum diuersis opus est?

h ¶ Et pulchritudinem.] Singula quæque locum teneant sortita decenter. Lauren.

Volumus.] Hæc est secūda pars dist. in qua probat per quattuor ca. quod in qualibet ecclesia debet esse œconomus. Ioan. de Fan.

Casvs. Paschasius episcopus nec vicedominum, nec maiorem domus in sua ecclesia ordinabat, qui causis interesset, & hospitibus prouideret. Quare Gregorius præcipit Anthemio subdiacono, vt moneat Paschasium quatenus vicedominum, & maiorem domus in sua ecclesia ordinet. Si vero hoc negligat, clerus ecclesiæ eligat aliquos, quorum personæ ad hoc valent ordinari.

i ¶ Et vicedominum.] Exponit H. idest, œconomū rerū episcopaliū, qui rebus episcopalibus, & hospitib⁹ superuenientibus prouideat.

k ¶ Et maiorem.] idest, œconomū rerū canonicorū, & ille intellectus

Ad hoc 1.q.1. § fed secundum in fi. & c mulie. 16.q.1. presbyteros.

Vnus vicem plurium supplere nō potest.

Concor. extr. ... si plures. ... de pac.

Ad hoc ff de ... [illegible] ... Ioan. de Fan.

Ad hoc plene ... extra de elect. ... litteras.

Oculus & auris quos in ecclesia significans.

Maior est dignitas in quibusdam ecclesiis.

lectus habetur ex rubrica quadā. Vel maioratus est quædā dignitas, quæ est in quibusdā ecclesiis, vt Vercellis in ecclesia S. Mariæ.
a ¶ *Vel Hospitibus.*] quia episcopus non potest in propria persona tractare talia negotia. 5. q. 3. quia episcopus. & referas quod dicitur de hospitibus, ad vicedominum.

f ¶ *Inter eos.*] Sed nonne isti erant laici? ergo debent cōueniri sub sæculari iudice, vt 11. q. 1. experientiæ? Sed ideo conueniuntur corā ecclesiastico, quia rapuerūt bona ecclesiæ, vt extra de foro cōpe. c. cū sit generale. & est hoc cōtra rectores ciuitatū, qui compellunt rusticos ecclesiarū sub se respondere. Alij dicunt seruos & libertos

bus[a] superuenientibus, vel causis, quæ eueniunt, idoneus, & paratus existere. Si vero & negligentem eum prospicis, & ea, quæ diximus, implere differentem; omnis clerus[b] eius adhiberi debet, vt communi consilio ipsi eligant, quorum personæ ad ea, quæ prædiximus, valeant ordinari.

Hinc[a] colligi potest archidiaconi electionem à cuncto clero, si episcopus negligens, vel differens fuerit, canonice fieri posse. Officium vicedomini est episcopatum† disponere. Vnde Gregorius Clementinæ patriciæ, lib. 1. epist. xi. post alia.

† episcopium

a. Hinc.] *Verba hæc vsque ad vers.* officium. *absunt à plerisque vetustis exemplaribus.*

¶ Quod sit officium vicedomini. C. III.

Diaconum vero Anatolium, quem ad nos dirigi poposcistis, hoc nos facere non posse, causæ magis modus, quàm rigoris austeritas facit. Vicedominum[c] enim eum constituimus, cuius arbitrio episcopium commisimus disponendum.

Ans. l. 7. c. 77.

Item ex concilio Chalcedonensi, c. 26.

¶ De eodem. C. IIII.

Quia in quibusdam ecclesijs, sicut ad nos peruenit, sine œconomo episcopi res ecclesiasticas tractant; placuit omnes ecclesias habentes episcopos[d], etiam œconomum habere de proprio clero, qui gubernet ecclesiæ res cum arbitrio sui episcopi, vt non sine testimonio[e] sit gubernatio ipsarum rerum ecclesiasticarum; & ex hoc eueniat res eiusdem ecclesiæ dispergi, & sacerdotali dignitati obtrectatio generetur. Si vero quis hoc nō obseruauerit, diuinis subiaceat regulis.

16. q. 7. quoniā in quibusdam. Ans. l. 6. c. 143. Poly. l. 4. tit. 52. Deusdedit par. 4

¶ *Hic idem canon refertur infra 16. q. 7. c. quoniam in quibusdam ex versione Dionysij. Hic enim est ex prisca, quæ extat in collectione Isidori.*

Item Gregorius Ianuario Caralitano episcopo, lib. 7. epist. 66.

¶ Sæcularibus viris res ecclesiasticæ non committantur. C. V.

Indicatum est nobis, quòd laicis quibusdam curam vestri patrimonij commiseritis†, qui postmodum in rusticorum vestrorum deprædationibus, atque[f] fatigationibus fuerint deprehensi; & reddere res, quas indecenter retinent habitas, quasi suæ ditionis, quippe vestræ non suppositi curationi, postponant, vobisque despiciant actuum suorum reddere rationem. Quod si ita est, districte à vobis discuti conuenit, atque inter eos, ecclesiæque vestræ rusticos causam examinare subtilius. Et quidquid in eis fuerit fraudis inuentum, cum pœna[g] legibus statuta reddere compellantur. De cetero vero cauendum à fraternitate vestra est, ne sæcularibus viris, atque non sub regula nostra degentibus, res ecclesiasticæ committantur; sed probatis de vestro officio clericis. In quibus, si quid reperiri poterit prauitatis, vt in subditis[h], emendare quod illicite gestum fuerit, valeatis: quo videli-

Ans. l. 6. c. 146.
† *committentes* Ior.

Negligentia prælati suppletur per subditos.

b ¶ *Clerus.*] ar. quòd si prælatus non vult vel negligit facere ea quæ debet, debent suppleri per subditos: & ecōuerso. arg. J. 9. q. 3. cū simus. & videtur quòd in talibus non sit necessaria admonitio[1], vt extra de sup. ne. præl. c. licet. extra de conces. præb. & eccle. non va. ga. in ti.

1 Arg. ad hoc extra de accu. licet. & de foro cōpe. ex tuarum. nā tempus ei est pro admonitione. C. de iure emphyt. l. 2. extra de locato potuit. Arch.

OFFICIVM. CASVS. Hic est secūdus articulus: in quo docetur, quòd officium vicedomini est episcopatum disponere.

Diaconum.] CASVS. Clementina patricia postulauerat Greg. Anatoliū diaconum: Sed quia fecerat eū vicedominū, vt gubernaret res episcopatus, non potuit eū sibi cōcedere: & magis propter hāc causā quam propter aliquam aliam duritiam cum sibi non concessit.

Vicedominus.

c ¶ *Vicedominum.*] Ex hoc cap. patet, quòd vicedominus est qui habet potestatem super res ipsius episcopat[us]: œconomus qui super res canonicorum: cui scilicet res ecclesiastica gubernanda mādatur. C. de sacrosanct. eccle. iubemus. in princip. & si cut episcopus dispēsat res episcopales sub testimonio vicedomini: sic canonici res ecclesiasticas sub testimōio œconomi: & ecōuerso, vt 16. q. 7. quoniā. & 12. q. 1. manifesta. Iste œconomus in quibusdam ecclesijs appellatur præpositus.

Quia in quibusdā.] CASVS. Dictū fuit in concilio Calcedonen. quòd quidam sine œconomis res ecclesiæ gubernabāt. præcepit ergo concilium, vt vnusquisque episcopus habeat œconomū de proprio clero: qui arbitrio episcopi res ecclesiæ gubernet: ne propter absentiam œconomi res ecclesiæ dispergantur, & epo infamia generet: & qui cōtra hoc fecerit, diuinis regulis subiacebit.

d ¶ *Episcopos.*] vel etiam alios prælatos. quilibet enim prælatus debet œconomum constituere. C. de episcopis & clericis. omnes. §. hoc nihilominus. argu. 9. q. 3. cum simus. extra de offic. ordi. cum vos. De officio œconomi, syndici, actoris, not. 16. quæst. 7. quoniā. Ar. quòd episcopum possit corrigere œconomus res ecclesiæ dispensantē: sicut & archidiaconus[2]: arg. dist. 74. honoratus.

2 Episcopus œconomum corrigere potest.

e ¶ *Testimonio.*] Episcopo enim perhibent testimoniū œconomi suæ administrationis: sed cubiculari sui perhibent testimoniū suæ cōuersationis, vt 2. q. 7. cum pastoris. lo.

3 Immo & præpositus, & quilibet a subditis[?] 16. q. 7. filius ar. secundum Io.

Indicatum est.] CASVS. Ioan. episcopus Caralitanus commiserat curam episcopatus in temporalibus quibusdam laicis, qui rusticos ecclesiæ suis bonis expoliauerunt: de quo rustici lucrāti Papæ conquesti. præcipit ergo Papa Ioanni episcopo, vt rei veritatem inquirat: & si laici inueniantur in culpa, cū pœna legali compellantur reddere ablata, & de cetero non cōmittat curam episcopatus laicis, sed clericis, quos corrigere possit.

tos ecclesiæ sequi forum dominæ, idest, ecclesiæ, vt dixi 11. q. 1. c. 2. rusticos autem non, sed sæculare: nisi ecclesia ab Imperatore consecuta esset iurisdictionem super eos. argu. 63. distin. extra de appella. si duobus. verius dicitur hic laicos illos conueniri in foro ecclesiæ ratione prædicta, & quia adhuc erant in administratione, vnde ratione administrationis rusticos conuenire poterant sub episcopo. argu. 2. q. 6. c. et qui. §. nulli quoque. post depositam administrationem non, nisi forte in breui vel nisi fugerent. in authen. vt iu. sine quoquo suf. §. si quis autem. & §. necessitatem. Alij dicunt, quod ille episcopus reprehensus fuerat; quia œconomum fecerat aliquem de illis laicis, qui tantum clericus esse debet: alias bene posset eis committere curam rusticorum, & aliorum bonorū episcopatus. 77. dist. c. 2. in fine.

g ¶ *Cum pœna.*] Illi committebant crimen concussionis: cuius pœna quadruplum est, vt 18. distin. quoniam. & hoc cum ciuiliter agitur. cum vero criminaliter, punitur pro arbitrio iudicis[4], vt 1. quæst. 1. concussionis. & sic ecclesia suum quandoque potest cum augmento repetere, vt 12. q. 2. c. in legibus. sed argu. contra ea. q. fraternitas.

h ¶ *Vt in subditis.*] Videtur ergo quòd prædicti laici non sint de foro ecclesiæ: sed ideo hoc dicit, quia facilius coercētur clerici quàm laici.

Laici eorum iudice ecclesiastico possunt quandoque conueniri. [...]

4 De hoc leg. [...]

a ¶ Quam

a ¶ *Quam accusent.*] id est accusabiles ostendant.

PROPINQUIS. Hæc est tertia pars dist. in qua dicitur, ꝙ episcopus hoc officium non debet committere suis consanguineis. Ioan. de Fant.

CASUS. Hic est tertius articulus, vbi dicitur, ꝙ episcopus non de- debet committere consanguineis vel fauore sibi coniunctis res ecclesiæ gubernandas.

lædantur per eos. 1.q.3. peruenit. & 10.q.2. episcopus.

c ¶ *In duplum.*] sic 12.q.2. cap. in legibus.

ADDITIO. Hoc cap. videtur potius contra. sed ibi dicam, & pro contrario hic alleg. Hug.

PORRO. CASUS. Hic est quartus articulus, vbi ratio redditur quare vni personæ non sunt danda diuersa officia.

cet apud vos habitus sui officium magis conuenienter administrent, quàm accusent [a].

a ¶ Atque fatigationibus.] *In plerisque manuscriptis legitur,* atque exfatigationibus: *in vno autem vetusto earumdem epistolarum codice,* atque per hoc exfugationibus. *in tribus editionibus epistolarum B. Gregorij,* atque per hoc & fatigationibus,

b ¶ Quo videlicet.] *Apud B. Gregorium legitur*, quos apud vos habitus sui magis officium commendet, quàm excuset.

3 *Propinquis etiam, vel fauore sibi coniunctis ecclesiastica officia episcopus committere non audeat.*

Vnde in Toletano concilio 10. c. 3. legitur.

¶ Ecclesiastica officia non committat episcopus propinquis, vel fauore coniunctis. C. VI.

DEcenter omnibus placet, & in præsenti tale rescindere factum, & non esse de cetero faciendum. Quicumque † igitur pontificum deinceps aut sanguine [b] propinquis, aut fauore personis quibuscumque sibi coniunctis † talia lucra † commendare tentauerit, ad suum nefandæ præsumptionis excidium, & quod iussum fuerit; deuocetur in irritũ; & qui ordinauerit, annuæ excõmunicationi subiaceat. Quæ vero ablata fortasse fuerint; ab eo, qui tulerit, reddantur in duplum [c].

† *Nã quisquis*] orig.
† *deuinctis*] orig.
† *al. loca*

Porro ipsa officia quare ita sint distinguenda, & non vni personæ omnia committenda, ex auctoritate Gregorij, & Bonifacij Papæ datur intelligi, qui sic aiunt.

α ¶ Abbas.] *De abbate, & monacho in synodi editionibus nulla mentio est.*

Item ex epist. 1. Clementis ad Iacobum fratrem Domini.

Ex l. 2. cõst. c. 48.

¶ Quod sit officium diaconorum. C. VI.

DIaconi ecclesiæ tamquam oculi[a] sint episcopi, oberrantes[b], & circumlustrantes cum verecundia actus totius ecclesiæ, & perscrutantes diligentius, si quem videant vicinum fieri præcipitio[c], & proximum esse peccato, vt referant hæc ad episcopum. *& infra* β. ¶ Sed & de peregrinis similiter episcopo suggerant refouendis; & cetera his similia, quæ ad cultum ecclesiæ, & disciplinam eius pertinent, diaconis curæ sint.

β ¶ Et infra.] *Sic legitur in plerisque manuscriptis. In vulgatis legebatur, & ita. alia vero nonnulla verba restituta sunt ex originali.*

Item ex eodem, eadem epistola.

¶ De eodem. C. VII.

SAcerdotes vero beatus Petrus sal terræ[d], & mundi lumen docẽs, præcepit in splendore bonorum operum patrem glorificare Deũ; de quibus Dominus ait [Beati estis, cum maledixerint[e] vobis homines, & rel. [& iterum [vos estis sal terræ.]

Ans. l. 7. c. 67.

Matt. 5.

S*Acerdotes vero.*] CASVS. Probat Clemẽs in hoc capitulo, quod reuerentia est sacerdotibus exhibenda, & hoc probat auctoritate Petri dicentis. Vos estis sal terræ. & auctoritate Dñi dicẽtis, Beati estis, &c.

d ¶ *Sal terræ.*] in omnibus enim operibus nostris sal offerre debem'. de consec. dist. 4. sal. & per sal sapientia intelligitur. 43. dist. sit rector.

e ¶ *Maledixerint.*] non quod ex malectione benedictionem quis consequatur, sed ex patientia quam sustinet. 11. q. 3. qui iustus. Lau.

Item ex concilio Parisiensi.

Concordat cõc. Mogunt. sub Carolo, c. 22.

¶ Hi non sunt habendi clerici, qui episcopali prouidentia non gubernantur. C. VIII.

NVlla[f] ratione clerici, aut sacerdotes habẽdi sunt, qui sub nullius episcopi disciplina, & prouidentia gubernantur. Tales enim acephalos[g], id est sine capite prisca ecclesiæ consuetudo nominauit.

Burc. l. 2. c. 216. Iuo p. 6. c. 301.

N*Vlla.*] CASVS. Quæsitum fuit quid debeat fieri de illis clericis, q sub nullius episcopi disciplina gubernantur? Et respondet quod debent à suo officio remoueri. tales enim acephali dicuntur: qui vero suis maioribus rectè obediunt, donum consequũtur à Deo. Sequẽs capitulum patet.

f ¶ *Nulla.*] ĩ. 18. q. 2. abbatibus.

g ¶ *Acephalos.*] priuilegiati tamen qui Papæ subsunt, non sunt acephali: quia Papa episcopus eorum est. arg. extra de priuileg. recepimus. tales sicut excõmunicatos debet quilibet excludere de ecclesia sua. ext. de parochi. & alie. paro. c. 2. Et est hic arg. pro prælatis: & quod etiam eremitæ subsunt episcopo in cuius territorio sunt, vt 16. q. 1. qui vere. Ioan.

Acephali qui dicantur illi qui sunt sine capite, vt hic. & ecō. gl. Aut. de app. ¶ generalem coll. 4.

Eremitæ subsunt episcopo.

Item ex epist. 3. Clementis.

¶ De eodem. C. IX.

QVi suis episcopis non obediunt, indubitanter rei, & reprobi existunt. Porro ipsi à Deo donum summi muneris consequuntur, qui per iustitiæ, & præceptorum eius semitas incedentes, doctoribus suis, qui rectè episcopi intelliguntur, libenter obediunt.

Item Anacletus epist. 1.

¶ Illi in Deum scandalizantur, qui suo non obediunt episcopo. C. X.

ILle proculdubio scandalizatur[h] in Deum, qui rectè non docet, & qui eius scandalizat episcopum, vel sacerdotem.

Iuo p. 6. c. 245.

h ILle proculdubio scandalizatur.] id est scandalizat Deum. 8. q. 1. qui vos. Io.

Item Euaristus ad episcopos Africanos, epist. 1.

Septem debent esse diaconi in vnaquaque ciuitate. C. XI.

DIaconi[i] (qui quasi oculi videntur esse episcopi) in vnaquaque ciuitate, iuxta Apostolorum constituta, septem debent esse, qui custodiant episcopum prædicantem; ne aut ipse episcopus † [k] ab insidiatoribus quoquo modo infestetur, aut lædatur à suis: aut verba[l] diuina, detrahendo[m] aut insidiando, polluantur, vel despiciantur; sed veritas spirituali redoleat[n] feruore, & pax prædicata labijs, animi cum voluntate[o] concordet.

Poly. l. 2. tit. 38. Ansel. l. 7. c. 69.

† abest ab ori.

AQOITIO. Ad idẽ 3. q. 1. nulli. ĩ. 21. dist. in nouo. Archi.

D*Iaconi.*] CASVS. Præcipit Euaristus, vt in qualibet ciuitate sint septem diaconi, qui custodiant episcopum à malis hominibus, ne prædicatio eius impediatur, & ne ipse despiciatur. Sequens capitulum patet.

datur ab illis, aut lædatur à suis clericis per oppressionem. Et ideo debent ei astare, & ab eo auertere huiusmodi oppressiones.

l ¶ *Aut verba.*] hæc est secunda causa huius constitutionis.

m ¶ *Detrahendo.*] timore hæreticorum, scilicet subticendo.

n ¶ *Redoleat.*] id est, exeat in publicum ex frequenti ardore.

o ¶ *Cum voluntate.*] ĩ. de consec. dist. 2. reuera. Io.

¶ Quia forte timore hæreticorum non audet solus prædicare, & hæc opportunitas ingruit illis literatis, quæ habent pallium, aut despiciantur.

Item ex concilio Neocæsariensi, c. 14.

Ex prisca versione. Ordo Ro. c. 9. Conc. Aquisgr. c. 64.

Burch. l. 2. c. 219. Iuo par. 6. c. 294. & 295.

¶ De eodem. C. XII.

DIaconi septem esse debent secũdum regulã, quamuis[p] magna sit ciuitas. Regulæ autem auctoritas ista est, quod & liber actuum

p D*Iaconi.*] ¶ *Actuum.*] 6. vbi agitur de septem diaconibus ordinatis ab Apostolis. Io.

VI

VT IGITVR EX PRAEMISSIS Hæc est tertia pars huius distinctionis, in qua dr ꝙ diaconi debent subdere se presbyteris, & non pferre. & hoc pbat per nouẽ auctoritates. Io. de Fan.
CASVS Supra in cap. à subdiacono. dictum est ꝙ sicut presbyteri obedire debent epis, sic diaconi presbyteris. Sed quia diaconi non solum

b Deputatum.] scilicet diaconis. sic 18. q. 2. hoc tantum.
c Primis.] id est maioribus: episcopali scilicet, & presbyterali: & ita episcopatus est ordo, vt 23. dist. cum in pterito. 21. dist. clericos. ad idem 21. dist. cap. 1.
d Absque episcopo.] id est absente epo, vel presbytero: quibus, solum baptizandi ministerium permissum est, vt de cõse. dist. 4. cõstat. & dic ꝙ absque episcopo, id est, præter auctoritatem eius.
e Necessitas.] Not. ꝙ vbi necessitas exigit, & presbyter est absens, potest diaconus etiam iure suo baptizare, & corpus Christi erogare infirmis, si consecratum est: sed in ecclesia i præsentia presbyteri nõ potest, etiam si necessitas exigat, nisi iussus à presbytero: puta cũ multi sunt qui indigent baptismo, & pbyter non potest omnibus sufficere. similiter si multi sũt q volunt accipere corpus Christi, nec presbyter sufficit omnibus.
f Christianis.] Et etiã hæreticis, vt j. 1. q. 1. quòd quidam, &c.

Epifcopatus est ordo.

Diaconus potest baptizare, & corpus Christi ægris erogare.

Act. 6.

Apostolorum idem insinuat.

a Quamuis magna. *Antea legebatur*, quamuis non magna. *Emendatum est ex canone græco, (qui etiã recitatur in sexta synodo c. 16.) & ex vulgatis etiã versionibus. In canonibus primæ Nicænæ synodi, qui ex Arabico in Latinum conuersi nuper editi sunt, canone 62. multa habentur ad hanc rem pertinentia: quem fortasse canonem significaut Andreas Colossensis septima actione synodi Florentinæ.*

3 *Vt igitur ex præmissis* [a] *apparet, diaconi debent obedientiam presbyteris, sicut presbyteri episcopis. Sed diaconi superbientes, sacerdotibus æquari, vel potius præferri quærebant: contra quorum insolentiam multorum auctoritates manauerunt, eorum supercilium reprimentes, atque vt sacerdotibus condignam obedientiam exhibeant, decernentes.*

Vnde Gelasius [b] *Papa in epist. ad episcopos per Lucaniam, c. 9. & 10. ait.*

β Gelasius.] *Sic est in plerisque manuscriptis, & apud Burc. & Iuonem. Nam in impressis erat* Pelagius.

Poly. l. 3. tit. 10. Ans. l. 7. c. 63. Burch. l. 4. c. 57. Iuo. p. 1. c. 252. & par. 6. c. 99.

¶ Nihil eorum, quæ sunt decreta primis ordinibus, vendicent diaconi. C. XIII.

DIaconos propriam constituimus seruare mensuram, nec vltra tenorem paternis canonibus deputatum [b] quippiam tentare permittimus: Nihil eorum suo ministerio penitus applicare, quę primis [c] ordinibus propriè decreuit antiquitas. Absque episcopo [d], vel presbytero baptizare nõ audeant, nisi prædictis fortassis ordinibus † longius constitutis, necessitas [e] extrema compellat. Quod & laicis Christianis [f] facere plerumque conceditur. *& infra.* ¶ Sacri corporis prærogationem † sub conspectu pontificis, seu presbyteri (nisi his absentibus) ius non habeant exercendi.

† officijs] orig.
C. 10. in medio.
† al. erogationem

Item in concilio Niceno, c. 14. seu 18.

In Aquisg. c. 41.

¶ Inferiores presbyteris se diaconi cognoscant. C. XIIII.

Burch. l. 5. c. 26. Iuo. p. 2. c. 36.

PEruenit ad sanctum concilium, quòd in locis quibusdam, & ciuitatibus, presbyteris sacramenta [g] diaconi porrigant. Hoc neque regula, neque consuetudo tradidit, vt hi qui offerendi sacrificij non habent potestatem, his qui offerunt, corpus Christi porrigant. Sed & illud innotuit, quòd quidam diaconi etiam [h] ante episcopos sacramenta [γ] sumunt. Hæc ergo omnia amputentur [a]: & in sua diaconi mensura permaneant; scientes, quòd episcoporum quidem ministri sunt, inferiores autem presbyteris habentur. Per ordinem ergo post presbyteros gratiam sacræ communionis accipiant, aut episcopo, aut presbytero porrigẽte. Sed nec sedere in medio [i] presbyterorum diaconis liceat: quia si hoc fiat, præter regulam, & ordinem probatur existere. Si quis autem etiam post has definitiones obedire noluerit, a ministerio cessare debebit.

a *Prior pars huius capitis vsque ad ver.* amputentur, *est ex prisca versione in canone quartodecimo. Reliqua vero pars est ex versione Dionysii in canone 18. quam quidem totam afferunt, & codex canonum, & Burchardus, & Iuo.*

γ Sacramenta sumunt.] *Græce est*, τῆς εὐχαριστίας ἅπτονται, *quod Dionysius vertit*, oblata contingant. *quamquam Burchardus, & Iuo hoc vno fere loco discrepantes habent, ille quidem*, sacra oblata contingant: *hic vero*, sacram oblationem contingant.

& in Agat. c. 65. & Aquisg. c. 77.

Item ex concilio Laodicensi, c. 20.

solum volebant adæquari presbyteris, sed etiam præferri: ideo vt eorum superbia opprimatur, statutum fuit, vt sacerdotibus dignã reuerentiam exhibeant, & sibi nihil vsurpent.

a Ex præmissis.] Ab isto loco incipit magister altercationem suã inter presbyteros & diacones. Et primo allegat pro presbyteris, ꝙ diaconi debent eis subesse, vsque ad illud cap. diaconi. post in illo cap. diaconi. allegat pro diaconis. vltimo in cap. legimus. dabit sententiam contra diaconos. H.

Diaconi.] CASVS. Diaconi vsurpant officia eporum & presbyterorum. baptizabant enim eis præsentibus, & non præcipientibus: & corpus Domini propria auctoritate populis distribuebant. quare Pelagius statuit ne decætero talia faciant sine præcepto eorum, nisi in necessitate presbyteris absentibus.

PEruenit.] CASVS. Diaconi in tribus delinquebant. Primo, quia post consecrationem porrigebant hostiam sacerdotibus. Secundo, quia sumebant sacramẽta in Missa priusquam epi. Tertio qa sedebant in medio presbyterorum. Statutũ ergo fuit in Niceno concilio, vt decetero talia non faciant: sed in sua mensura permaneant: & si quis obedire noluerit, cesset ab officio. Capitula quæ sequuntur, plana sunt vsque ad c. nonnulli.

Quod est ergo ... priuilegium? Dicit vt no. 50. dist. qui sub gradu.

g Sacramenta.] id est Eucharistiam cõfectã: sanguinem autẽ bene porrigunt. j. eo. diaconi sunt. & ver. sacerdotib. & hęc est ratio quare sacerdos corpus Christi per se sumat, calicem autem de altari presbyteris sumere non licet, sed diaconus eis porriget: quia sumptio corporis futuram resurrectionem corporum significat, quã Deus sua virtute facit sine omni ministerio. Sed sumptio sanguinis significat redemptionem peccatorum, quæ fit intercessionibus aliorum. 13. quæstione tertia. cap. animæ. s. distinct. 50. presbyteros qui contra. ibi in pœnam dicitur de diaconis, panem offerant: quare de iure licitum esse videtur. Ioan. Sed illud intelligitur quando in principio secretorum diaconus accipiens patenam cum pane offert sacerdoti. Imponitur ergo diaconis ad pœnam, ne panem offerant altario ministrando: hic autem prohibetur ne post sacramenta confecta corpus Christi porrigant sacerdoti, vt sumat. B.

Corporis Christi sumptio, quid significat.

Sanguinis sumptio, quid repræsentat.

h Etiam ante episcopos.] id est, antequam episcopi sumant.

i In medio.] secundum consuetudinem diuersorum locorum hæc variantur: in quibusdam enim locis hæc obseruantur: in quibusdam non.

Arg. ad hoc ff. de offic. proconsul. l. obseruare. §. antequam & l. sequen. ff. ...

¶ Diaconus honorem exhibeat presbytero, & ipse ab inferioribus honoretur. C. XV.

NOn oportet diaconum coram presbytero sedere: sed iussione presbyteri sedeat: similiter autem diaconus honorem habeat à sequentibus, id est à subdiaconis, & omnibus clericis.

Ansl.7.c.65. Burc.l.2.c.221. Iuo.p.6.c.296.

Item ex eodem, c.25.

Aquisgran.cap.78.

¶ Calicem benedicere, & panem dare diaconis non licet. C. XVI.

NOn oportet diaconos a panem dare, nec calicem benedicere.

a ¶ Diaconos.] *In vetustioribus prisca versionis editioni hoc est*, diaconem. *Græce est*, ὑπηρέτας, *quod Dionysius vertit*, subdiaconos: *& sic habetur in concilio Aquisgranensi.*

Item ex concilio Carthaginensi quarto β, 37.

¶ Sicut episcopis, ita & presbyteris diaconi ministrent. C. XVII.

DIaconi ita se presbyteri, sicut episcopi ministros esse cognoscant.

Polyc.l.2.tit.39. Ansl.l.7.c.63.

β ¶ Quarto.] *Caput hoc cum duobus sequentibus habetur in concilio quarto Carthaginensi, & in codicibus Gratiani etiam manuscriptis, itemque apud Anselmum titulo huius capitis erat additum:* Carthaginensi quarto, cui Papa Zozimus interfuit per Vicarios, *quod minime conuenire ostendunt acta sexta synodi Carthaginensis: ad quam Zozimus Faustinum Potentinæ ecclesiæ episcopum, Philippum, & Asellum legatos misit. Nam quarta habita est Honorio iiij. & Eutychiano coss. sexta vero Honorio xij. & Theodosio viij. coss. id est anno vigesimo post. Quo anno (prout ex Africano concilio can.76. & sequentibus apparet) contra Pelagij, & Cælestij hæresim quædam sunt definita; cum Cælestius ad Zozimum Papam appellasset: quod ex nonnullis manuscriptis Zozimi, & episcoporum Africæ ad ipsum epistolis, quæ in bibliotheca Vaticana seruantur, demonstratur. Quare, cum Zozimus in Pontificatu duos tantum annos, & menses aliquot vixerit, necessarium est multo ante ipsius Pontificatum quartam synodum Carthaginensem habitam fuisse.*

Item ex eodem, c.38.

¶ De eodem. C. XVIII.

PRæsente presbytero diaconus Eucharistiam corporis Christi populo, si necessitas cogat, iussus eroget d.

Polyc.ibidem. Ansl.l.7.c.66. Burc.l.5.c.13. Iuo.par.2.c.23.

Item ex eodem, c.39. & 40. & 41.

¶ De eodem. C. XIX.

DIaconus sedeat quolibet loco e, iubente presbytero. Item Diaconus f in conuentu presbyterorum interrogatus loquatur g. Alba h vero tempore oblationis tantum, vel lectionis i vtatur †.

Ansl.ibidem. † al. induatur

Item ex concilio Toletano 4.c.38.

¶ Diaconi presbyteris se superiores non cognoscant. C. XX.

NOnnulli diaconi in tantam erumpunt superbiam, vt sese presbyteris anteponant, atque in primo k choro ipsi priores stare præsumant, presbyteris in secundo choro constitutis. Ergo, vt sublimiores l se † presbyteros agnoscant, tam hi quam illi in vtroque γ consistant.

Burc.l.2.c.222. Iuo p.6.c.297. † al. sibi

γ ¶ In vtroque.] *Licet in vulgatis Gratiani codicibus legatur*, in vtroque ordine, *& in tomis conciliorum impressis*, in vtroque choro: *tamen in vetusto codice conciliorum Regis Catholici, & plerisque vetustis Gratiani, etiam impressis neutra vox habetur.*

Compagis m vero calciari absque Apostolica licentia diaconis non permittitur, sicut nec mappulis n vti absque eiusdem auctoritate quibuslibet clericis conceditur. Vnde Gregorius Ioanni episcopo Syracusano, lib. 7. epist.28. indict. prima.

Ioa.diac.l.4.c.8.

¶ Absque Apostolica licentia Diaconi compagis vti non præsumant. C. XXI.

PErvenit ad nos, diaconos ecclesiæ Catinensis calceatos compagis procedere præsumpsisse: quod quia nulli hactenus per totam Sici-

Ansl.7.c.74.

a ¶ Non oportet. ¶ Sed iussione.] hoc obseruatur secundum consuetudinem quarumdam ecclesiarum cum sedit a lectione Euangelij. Lau.

b ¶ Non oportet. ¶ Panem.] id est corpus Domini. Dare, id est, porrigere, scilicet alijs post confectionē sine licentia sacerdotis. Vel dic, dare, id est conficere: quod ad solum presbyterum pertinet. 1.q.1. dictū. extra de sūma trini. firmiter.

c ¶ Diaconi ita se.] in Missa: nam alibi magis suot ministri episcopi.

d ¶ Præsente. ¶ Eroget.] iussus vel non iussus, lōge tū positis epō vel presbytero. 3. eadē, diaconus.

e ¶ Diaconus. ¶ Loco.] id est, in ali quo: de omos. tū hone sto. ff. de arbitr. si cum dies. § si arbiter. & ff. de mune. & hono. vt gradatum. §. 1.

16.q.1. si ergo. emnem. 15.q. 2. melius. [marginal, partly illegible]

f ¶ Diaconus in conuentu.] vbi conueniunt ad synodum.

g ¶ Loquatur.] id est, prædicet, nam officiū prædicandi presbyterorum est. 16.q.1. adjicimus. Hug.

h ¶ Alba.] id est, dalmatica arg. 11.q.3. epis presbyter.

i ¶ Vel lectionis.] Euangelij.

Casus. ¶ Nonnulli.] Quidam diaconi in choro volebant esse in loco digniori, volentes sacerdotibus præferri: sed concilium Toletanū statuit vt tam diacones quam presbyteri perseuerēt in locis sibi deputatis: ita vt diaconi cognoscant presbyteros esse maiores se.

k ¶ Atque in primo.] id est, in primo ordine, vt sit Parisius.

l ¶ Vt sublimiores.] Sic construe. ergo tam illi, quam isti consistant in vtroque or. ita scilicet vt diaconi agnoscant presbyteros sublimiores se, scilicet diaconis & stabilis secundū tempus suæ ordinationis. 17.dist.cap. epos.

Id est, maiores, quasi fiunt in vtroque choro diaconi, in q. presbyteri [partly illegible] diaconi in secundo. Pet.

Compagis. Hæc est quarta pars huius dist. in qua dicit, quod compagi, id est, sandalia & mappulæ, id est, linteamina, quæ portant Cardinales, solis Romanis clericis competunt: & hoc probat per duo capitula. Ioan. de Fant.

Casus. Supra in cap. diacones prohibitū est, ne diacones vsurpent officia eporum vel presbyterorum. Nunc vero dicit, quod nō debēt vti compagis, id est, calceamentis eporum, quibus nulli diaconorum vti licet absq; apostolica licētia: sicut nec mappulis vti debent absque eiusdem auctoritate: quas concessit Constantinus cardinalibus, vt j. 96 dist. in illa palea, Constantinus.

m ¶ Compagis.] id est, sandalibus. & dicuntur cōpagi sandalia vel caligæ episcopales: & est masculini generis. Ioan.

Compagi.

Additio. scilicet compagus compagi. Hug.

n ¶ Nec mappulis.] id est, ornamentis equorum, quæ Constantinus cōcessit cardinalibus. j. 96. dist. Constantinus. nam mappa ornamētum est equi. similiter in Authen. de consul. §. quantacumque. & sunt quædā alba linteamina quibus cooperiunt equi Cardinalium.

Mappulæ quid sign. Idem argu. C. nulli liceat in frenis, &c. l. vnica, libro 11.

um, cum processionem faciunt. Alij dicunt quòd mappulæ sunt mitræ episcopales.

¶ Peruenit.] Casus. Apostolicus concesserat solis diaconibus ecclesiæ Messanen. vti compagis: quos tū postea diaconus Catinensis ecclesiæ portare præsumpsit. Præcepit ergo Gregorius Ioanni epō Syracusano, vt subtiliter inuestiget an per se, an alterius auctoritate hoc fecerit: quia si male vsurpata non puniantur, via delinquentibus alijs aperitur.

Aliæ[illegible]

Prohibitum videtur, quod concessum non ostenditur. — Et contra ne sa. vacan. illa. vbi de hoc. & extra. de manif. inter.

a ¶ *Alienius*] Arg. ex hoc & seque. c. habes q illud videtur prohibitũ quod nõ ostenditur esse cõcessum.ar.dist.100.contra morẽ. arg.25.q.2.amputato.arg.10.q.1.hanc.ar.2.q.1.cõsuluisti 1.hic est hoc verum in ijs, quæ sunt de iure speciali.alijs quod nõ est prohibitum, intelligitur esse concessum. 27. quæst. 2. lex diuina. & 30.

D *Iaconi.*] Hæc est quinta pars huius dist.in qua laudat diacones quattuor modis:scilicet à significatione,quia significant septem candelabra aurea.A virtute,quia debẽt esse virtuosi. Ab officio, quia sine illis episcopi cantare non debent. Ab institutione, quia a Domino fuerunt instituti.Ioan.de Fant.

liam licuit,nisi solis tantummodo diaconis ecclesiæ Messanensis, quibus olim à prædecessoribus nostris non dubitatur esse concessum, bene recolitis. Quia ergo tantæ temeritatis ausus non est leuiter attendendus, cum omni hoc fraternitas vestra subtilitate perquirat: & si [a] ita, sicut ad nos peruenit, inuenerit verum esse; vtrum vel à se, vel alicuius [a] hoc auctoritate [b] præsumpserint, nobis subtiliter innotescat: vt cognita veritate, quid fieri debeat, disponamus. Nam si negligenter ea,quæ male vsurpantur,omittimus; excessus viam [c] alijs aperimus.

a ¶ Et si ita.] *Hic, & paulo inferius addita sunt aliquot verba ex originali.*

Ioan.dia.l.4.c.2

Item Ioanni Rauennati episcopo, lib.2.epist.54.seu c.93.

¶ Mappulis clerici sine Apostolici licentia vti non debent. C. XXII.

Ansl.7.c.168.

Illud autem, quod pro vtendis à clero vestro mappulis scripsistis, à nostris est clericis fortiter obuiatum, dicentibus nulli hoc vnquam alij cuilibet ecclesiæ concessum fuisse;nec Rauennates clericos illic,vel in Romana ciuitate tale aliquid cum sua cõscientia præsumpsisse; nec si tentatum esset, ex furtiua vsurpatione sibi præiudicium generari. Sed etiam, si in qualibet ecclesia hoc præsumptum [d] fuerit, asserunt emendandum , quod non concessione Romani Pontificis, sed sola surreptione præsumitur †.

† al. præsumitis

Inter opera B. Hieron. tom. 4. vel 9.

Item Hieronymus de septem ordinibus ecclesiæ, c.5.

¶ Sicut in ministerio, ita in dispensatione sine diacono episcopus non viuat. C. XXIII.

Poly. l.2.tit.39. Ansl.7.c.72. Apoc. 1.

§ Diaconi sunt,quos in Apocalypsi legimus,septem Angeli[e] ecclesiarũ: hi sunt septem candelabra[f] aurea: hi voces [g] tonitruorum. *& infra.* ¶ Virtutum operatione præclari , humilitate præditi, quieti, humiles, euangelizantes pacem,annuntiantes bona, dissensiones, & rixas, & scandala resecantes, docentes † [h], soli Deo [i] colloquentes [k], in templo nihil de mundo penitus cogitantes , dicentes patri [l], & matri [m] non noui † [n] vos, & filios [o] suos non agnoscentes [p]. *& paulo post.* ¶ Sine hoc sacerdos nomen † non habet, ortum non habet [q], officium non habet. Hic minister [r] Dei dicitur,quia scriptũ est. [Quis maior est, qui ministrat, an cui ministratur?] Et sicut in sacerdotio ministratio † [s],ita in ministro est sacramenti [t] dispensatio. *& paulo post.* ¶ Sacerdotibus etiam propter præsumptionem non licet de mensa Domini tollere calicem; nisi eis traditus fuerit à diacono. *& paucis interiectis.* ¶ Ita enim Deus noster omnipotens vniuersa disposuit,vt qui maiorem [u] se esse crederent, minor fit, & qui videretur minor , maior existeret. Denique quàm hoc verum sit, ipse perpende. Leuitæ inferunt oblationes in altari: Leuitæ componunt mensam Domini: Leuitæ cum sacerdotibus, dum sacramenta benedicunt †, assistunt: Leuitæ ante sacerdotes orant [x],vt si distinctio locorũ creditur, etiã in altari Dei videãt sibi episcopi, si superbi sunt, diaconos anteponi. Si humi-

† abest ab orig. — Deuter.33. — † al. nouimus — † al. nomẽ habet — Mat. 20. — † consecratio] vel lectio. — † al. benedicitur

Casvs. Supradictũ est diacones subesse sacerdotibus : sed ne sacerdotes nimium inde superbirent, cõmendat Hieronymus in hoc c. diacones. Diuidit ergo hoc c. in tres partes. In prima parte cõmendat Hieron. diacones quadruplici rõe. Rõe significatiõis: quia significãtur per septẽ candelabra aurea, & septẽ angelos ecclesiarũ. Rõne vitæ & conuersationis. Ratione ministerij: quia sine his sacerdos mini strare nõ potest: & maior est qui ministrat,q̃ cui ministratur. Et rõne institutiõis: quia à Deo sunt instituti. In secunda parte reprehẽdit rapacitatẽ eporum, qui volunt oia rapere, & oia sibi vendicant. In tertia parte ostendit,q sicut in hoc mundo rapior punitur à iudice: ita eps qui bona clericorũ rapit, à Domino punietur,nisi voluerit reddantur. Secũda pars incipit ibi, *Nunc autem.* Tertia ibi, *Certe vt ipse.*

e ¶ *Angeli.*] idest, plati.

f ¶ *Candelabra.*] quæ erãt in tẽplo Domini.

g ¶ *Voces.*] auditæ à Ioanne in Apocalypsi.

h ¶ *Docentes.*] populũ quo ad vitam actiuã.

i ¶ *Soli Deo.*] quod solus Deus nouit corũ cõscientias. ei namq; cor omne patet: & omnis loquitur voluntas, vt 24.q.3.Deus [y].

k ¶ *Colloquentes.*] quo ad contemplationem: vel hoc dum sunt in oratione. de consecra. dist.1. quando.

l ¶ *Patri.*] Hoc potest intelligi historice quando Moyses in vltionẽ idololatriæ [a] vituli conflati, pcepit leuitis vt nemini parcerent, nec etiam patri. similiter diaconi non deberent eos cognoscere, idest, amore Dei amorem eorum præponere. Vel potest intelligi mystice de diabolo, & de concupiscentia carnis, & eius motibus, vt in glo. hic depictis.

Cor omne Deo patet. — y Concor. gl. in l. 2. ff. de don. inter virum & vxo. — a Hæc historia no.45. di. disciplina. — Diabolus pater dicitur.

30.quæst.3.illud. & de despon.impu.cap.1.in fi.

b ¶ *Auctoritate.*] Nam si maioris auctoritate hoc fecisset, hoc esset vtcũq; excusabile.ar.dist.63.Salonitanæ.& dist.28. diaconi [z].

c ¶ *Viam.*] C.de indi.vidu.l.2.in fin.C.vnde vi.meminerint.§.2 & q.2.c.2.§.23.q.4. est iniusta. 1.q.7.exiguot.§.§.35.q.9. loci nostri.

Illud.] Casvs. Ioannes archiepiscopus Rauennas supplicauit Papæ vt liceret suis clericis vti mappulis: sed Papa ei rescribit dicens, q Cardinales ei fortiter obuiauerũt, asserẽtes hoc nulli ecclesiæ fuisse cõcessum,nisi Romanæ.& si esset ab aliquibus vsurpatum, non fieret per hoc præiudicium ecclesiæ Romanæ.

d ¶ *Præsumptum.*] Argu.antiquitatem vel longam consuetudinem non dare priuilegium, vt dist.100.contra more. arg.contra.63.dist. quia.& 9.q.3.conquestus. Et est ratio:quia hoc possideri non poterat de iure cõmuni.arg. extra de præscrip. cautam. Nam & sunt alia iura quæ non præscribuntur, vt subiectio vel procuratio.extra de præscrip.cum ex officij. vel via publica.ff.de via pub. viam.arg. C.de aquæduc. diligenter.libro 11.& est si. C.de fundis rei priua. & sal.diuinæ domus. visus aquæ.li.11.

Additio. Dicas quòd sunt multa,quæ non præscribuntur: quod dic vt leg. & nota. extra de præscrip.cum liceat.in h. & 16. q.3.clerici,in fine. Archidia.

z De hoc no.16. dist. an paruis. — Antiquitas non dat priuilegiũ. — Præscribi non possunt aliqua.

m ¶ *Et matri.*] idest, carnali concupiscentiæ.

n ¶ *Non noui.*] idest, nolo præponere vestrum amorẽ amori Dei.

o ¶ *Et filios.*] idest, illicitos motus.

p ¶ *Non agnoscentes.*] idest, nõ nutriẽtes: sed ad petrã illidentes.

q ¶ *Habet.*] quia sine diacono episcopus Missam celebrare nõ poterit, nisi necessitate instante. tunc enim etsi non posset habere diaconum, absque eo Missam celebrare poterit.

r ¶ *Minister.*] Hic commendat eos à ministerio.

s ¶ *Ministratio.*] idest, consecratio Eucharistiæ.

t ¶ *Sacramenti.*] s. p̃sẽtib' sacerdotibus corã eis, vt s̃. di.ea.diaconi.

u ¶ *Maiorem.*] idest, meliorem. vel hoc cum bene administrat.

x ¶ *Orant.*] idest, prædicant, vt dist. 25. vnum. & 13.q.1. sicut enim. vnde exponendo subdit tunc demum. quod autem dicitur in altari anteponi, respicit quod de calice præmiserat, calicem non tollere, nisi eis traditus fuerit à diacono. Vel dic, orant, idest, ad orandum inuitant, cum dicunt, flectamus genua.

Eps sine diacono nõ celebret.

a ¶ Tunc

a ¶ *Tunc demum.*] scilicet circa finem Missæ, cum diaconus clamando dicit populo: Humiliate vos ad benedictionem.
b ¶ *Prædicat.*] 𝔍. 11. q. 1. sicut enim. scilicet legendo Euangelium
c ¶ *Sacerdotibus*] Quædam hic referuntur, quę ex toto bene non intelliguntur: quia nō in oībus ecclesijs hæc officia habet diacon⁹.

HOC CAPITVLO. Hæc est sexta pars huius dist. in qua laudat presbyteros, & humiliat diaconos. Ioan. de Fan.
CASVS. Supra proximo cap. diaconi sunt cōmendati. sed quia nimis contra presbyteros superbiebant: Ideo Hieronymus contra eorum supercilium scribit.

litatem diligunt; maiores se esse in eo, quòd sunt humiles, cognoscant. Tunc demum † a, vt aures habeamus ad Dominum, diaconus acclamat: ipse prædicat b, ipse hortatur, ipse commonet adstantibus sacerdotibus c, ne leuiter hanc vocem, quæ loquitur hæc, & pacem annuntiat, aut negligenter aspicias, aut contemnendam putes. Sufficit huic d ordini, tantum per Dominum fuisse concessum, vt non solus sacerdos in templo totum agere, & implere videatur. *& infra.* ¶ Nunc autem ex quo in ecclesiis, sicut in Romano imperio, creuit auaritia; perijt lex de sacerdote e, & visio f de propheta. Singuli quique per † potentiam g episcopalis nominis, quam sibiipsi illicite absque ecclesia h vendicarunt †, totum, quod leuitarum est, in vsus suos redigunt; nec hoc sibi, quod scriptum † est, vendicant; sed cunctis auferunt vniuersa. Mendicat infelix clericus in plateis; & ciuili † operi mancipatus publicam à quolibet deposcit alimoniam †. Et quidem i ex eo despicitur cunctis sacerdotale officium, dum misericordia desolatus, iuste k putatur ad hanc ignominiam deuenisse. *& infra.* ¶ Solus incubat bonis †, solus ministerio vtitur l, solus vniuersa sibi vendicat; solus partes inuadit alienas m, solus occidit n vniuersos. *& paulo post.* ¶ Hinc propter sacerdotum auaritiam odia consurgunt: hinc episcopi accusantur o à clericis; hinc principum † lites; hinc detractionis † causa; hinc origo criminis. Etenim si vnusquisque ita in hoc † mundo visibili aliquid possidere p iubetur, vt sua tantum possessione contentus sit, ac res non inuadat alienas, non agrum pauperi tollat, non vineam, non subuectorium † aliquod, non famulos, non fructus; quanto magis, qui ecclesiæ Dei præest, debet ita in omnibus seruare iustitiam, vt sibi q hoc tantum vendicet, quod sui iuris esse cognoscit? aliena non rapiat? aliena non contingat? æqualem r se ceteris faciat? & sicut sine his in ministerio non viuit, ita in dispensatione s nō viuat? ¶ Certe, vt ipse nosti, qui visibiliter in hoc mundo ius inuadit alienum; accusatur à paupere, damnatur à iudice: Ita & in ecclesia Dei, cum vnusquisque stipendia sua perdit; clamat ad Deum; exauditur à Christo: nec differtur in hac parte vltionis t sententia; si non redduntur vniuersa. Moderatio enim Dei †, ac pietas solum nostrum reditum quærit; ac nos cupit sua longa † bonitate saluari. Sed si non conuertimur, si duri corde sumus, si in peccatis vsque ad mortem illicite perduramus; assidue u peccanti, sicut scriptum est, Deus non miseretur.

deinde] orig.
Ezech. 7.
† *pro potentia*] or.
† *al. ad scriptum*
† *al. seruili*
† *al. eleemosynā*
† *diuitijs*] orig. *al. omnia*
† *al. principium litis*
† *desolationū causa*] orig.
† *hunc mundum visibiliter possi*] orig.
† *al. subuectorum*] *al. subiunctorum*
† *Dei precis, ac solū*] orig.
† abest ab orig.

a ¶ Nomen non habet.] *Sic etiam in originali, sed in multis Gratiani manuscriptis, & apud Anselmum est,* nomen habet, officium non habet.

¶ *Hoc capitulo sacerdotum auaritia reprehenditur, diaconorum dignitas, siue officium commendatur. Sed quia, vt supra dictum est, diaconi insolescentes x etiam presbyteris se præferendos arbitrati sunt; contra eorum supercilium scribit Hieronymus ad Euagrium episcopum, epist. 85. tomo 2.*

¶ Diaconi presbyteris debent subesse. C. XXIIII.

Polyc. ibidem. Ans. l. 7. c. 87. *Esa. 32.*

LEgimus in Esaia y [Fatuus fatua z loquetur.] Audio quemdam in tantam erupisse vecordiam, vt diaconos presbyteris, id-

d ¶ *Huic.*] Commendat hic eos ab institutione. 𝔍. ea. dominus. cōtra. 𝔖. dis. 21. §. 1. cōtra. Sed intelligas tantum per Deum principaliter: quia eius auctoritate hoc in vete. testa. fuit institutū. 77. dis. in veteri. arg. extra de seo ten. excom. mulieres.
e ¶ *Perijt lex de sacerdote.*] verba Esaiæ, idē, multi sacerdotes non adimplent legem.
f ¶ *Et visio.*] idest, gratia prophetizādi, propter auaritiā: quia oēs virtutes patiūtur detrimētū ab vno vitio, &c. de pæni. dist. 5. c. 1.
g ¶ *Per potentiam.*] inuehitur in episcopos.
h ¶ *Absque ecclesia.*] scilicet in tali modo vt aliena vsurpent. aliter videtur contra. 𝔍. ead. c. prox. 95. dist. olim.
i ¶ *Quidem*] 𝔖. dist. 86. non satis.
k ¶ *Iuste.*] idest, suis meritis.
l ¶ *Vtitur.*] idest, non vult partiri onera administrationis cum fratribus. extra de offi. archid. c. vlt. & de pſūm. mādata. Vel dic, idest, de rebus ecclesiasticis.
m ¶ *Alienas.*] cū qđ suum non est, scire debet ad alios pertinere. C. vnde vi. cum quære batur.
n ¶ *Occidit.*] hoc refertur ad laicos, quibus occasionē mortis præstant. 11. q. 3. præcipue. 86. dist. pasce.
o ¶ *Accusantur.*] nam episcopi oia etiam ea, quæ de nouo euenиūt, insimul cū alijs debent diuidere: arg. 12. q. 2. cognouimus. Item nec ea distribuere debent sine cōsensu canonicorum. extra, de his quæ fiūt à præla. sine cōsen. ca. nouit. licet sit prordinator in cūctis. 55. dist. perlectis. nisi hoc sibi vendicaret eps ex consuetudine. extra de his quæ fiunt à pla. ca noscitur. Et est arg. q semper præsumitur q accusatio epōrū fiat ex odio, vt no. 2. q. 7. si quis episcopus. Arg. contra. 6. q. 1. si omnia.
p ¶ *Possidere.*] Hoc ad laicos refertur. vnde caute dixit, in hoc mundo. & in clericis secus, vt 𝔍. 12. q. 1. cap. duo sunt.
q ¶ *Sibi.*] Arg. pro distributione portionum inter clericos.
r ¶ *Aequalem.*] 𝔖. 95. dist. episcopus 2. & iste est vnus gradus humilitatis, vt 𝔖. dist. 55. de Constantinopolitana.
s ¶ *Ita in dispensatione.*] idest, distributione præbendarum.
t ¶ *Vltionis.*] ex toto: quod non dicitur differri, quia totum tempus huius vitæ breuissimum reputatur. de pænten. dist. 5. consideret. Nam quòd quandoque pœna differatur, est expressum infra 33. quæst. 4. quod Christus. 45. dist. licet; 1. & est ratio quare quandoque differatur, vt de pœnit. dist. 3. quid ergo. de pæni. dist. 1. prædicat.
u ¶ *Assidue.*] idest, iterato non miseretur de facili. nā vulnus iteratum tardius sanatur, vt 𝔍. de pæni. dist. 3. inania.

x ¶ *Insolescentes.*] quia sæpe ex laudis præconio innascitur superbiæ inflatio, vt 6. quæst. 1. sunt plurimi. superbiebant forte ex eo q 𝔖. cap. prox. commendati sunt.
LEgimus.] CASVS. Euagrius episcopus quæsiuit à Hieronymo, vtrum sacerdotes essent diaconis præferendi? Et respōdet q sic, & probat tripliciter: scilicet ratione nominis siue appellationis: quia olim idem dicebatur presbyter & eps. Et hoc probatur septem auctoritatibus. Ratione officij siue institutionis: quia ad maius officiū sunt instituti p̄sbyteri quàm diaconi: quia sacerdotes orant & prædicant: sed diaconi ministrant. Et respōdet obiectioni quam fecit sibiipsi de diaconis rōne ecclesiæ, & ratione promotionis: quia diaconus promouetur in sacerdotē, & non econuerso. & hæc promotio nō fit nisi de minori ad maius. Rō officij icipit ibi, *Quid enim facit.* Rō prohibitionis est ibi, *Quo prohibetur à minore.*
y ¶ *In Esaia*] 32. cap.
z ¶ *Fatua loquetur.*] Nota arg q qui fatua loquitur, fatuus est, vt 53. q. 8. conuenior. & ff. de condi. instit. quidam. 𝔍. de pœni. dist. 1. §. potest. & 1. q. 1. ita fit.

Vitium comune ab vno vitio detrimentum patiuntur.
Quod est contra iura præsumptum, vt de iis st. & ei talis hic canon ita peccat pa. & ibi. co. st.
Pecunia de nouo per quem simul diuidenda.
Accusatio epōrū præsumitur ex odio fieri.
Vitæ præsentis tempus breue dicitur esse.
Laudis præconium superbiam facit.
Fatuus est qui fatua loquitur.

est episcopis anteferret. Nam cum Apostolus perspicue doceat eosdē esse presbyteros, quos episcopos; quid † patitur mensatum [a], & viduarum minister, ut supra eos se tumidus efferat, ad quorum preces Christi corpus, sanguisque conficitur? Quæris auctoritatem? Audi [b] testimonium [Paulus, & Timotheus serui Christi Iesu omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis [c], cum episcopis [d], & diaconis.] Vis & aliud exemplum? in actibus Apostolorum ad vnius ecclesiæ sacerdotes ita Paulus loquitur: [Attendite vobis, & cuncto gregi, in quo vos spiritus sanctus posuit episcopos [e], vt regeretis ecclesiam Domini, quam acquisiuit sanguine suo.] Ac ne quis contentioso [f] in vna ecclesia plures episcopos fuisse contendat, audi & aliud testimonium; in quo manifestissime comprobatur, eumdem esse episcopum atque presbyterum. [Propter hoc reliqui [g] te in Creta, vt quæ deerant, corrigeres, & constitueres presbyteros per ciuitates, sicut & ego tibi mandaui. Si quis est sine crimine, vnius vxoris vir, filios habens fideles, non in accusatione luxuriæ [h], aut non subditos. Oportet enim episcopum sine crimine esse, quasi Dei dispensatorem.] Et ad Timotheū [Noli negligere gratiam, quæ in te est, quæ tibi data est per prophetiā [i] per impositionem manuum presbyterij. [k]] Sed & Petrus in prima epistola [Presbyteros, inquit, in vobis precor compresbyter [l], & testis passionum Christi, & futuræ gloriæ, quæ reuelanda est, particeps, regite gregem Christi, & inspicite non ex necessitate [m], sed voluntarie iuxta Deū.] Quod quidem græce significantius [n] dicitur ἐπισκοποῦντες, idest superintendentes: vnde & nomen episcopi tractum est. Parua tibi videntur tantorum virorum testimonia? Clangat tuba Euangelica, filius [o] tonitrui, quem Iesus amauit plurimum; qui de pectore Saluatoris doctrinarū fluenta potauit [Presbyter [p] Electę [q] dominæ, & filijs eius, quos ego in veritate diligo.] Et in alia epistola [Presbyter Caio [r] charissimo, quem ego diligo in veritate.] Quod autem postea [s] vnus electus est, qui ceteris præponeretur, in schismatis remedium factum est; ne vnusquisque ad se trahens Christi ecclesiam rumperet. Nam & Alexandriæ à Marco Euangelista vsque ad Heraclam & Dionysium episcopos, presbyteri semper vnum ex se electum, in excelsiori gradu collocatum, episcopum nominabant: quomodo si exercitus Imperatorem [t] faciat; aut diaconi [u] eligant [x] de se, quem industrium nouerint, & archidiaconum vocent. Quid enim facit, excepta ordinatione [y], episcopus, quod presbyter non faciat? Nec altera [z] Romanæ vrbis ecclesia; altera totius [a] orbis existimanda est. Et Galliæ, & Britanniæ, & Africa, & Persis, & Oriens, & India, & omnes barbaræ nationes vnum Christum adorant, vnam obseruant regulam verita-

† al. quis patiatur

Philip. 1.

Act. 20.

Ad Titum 1.

1. Tim. 4.

1. Pet. 5.

Mar. 3.
2. Ioannis
3. Ioannis.

a ¶ *Mensarum.*] quam iniuriam patitur.
b ¶ *Audi.*] ideo dicit testimoniū, quia duo sunt per quos probat.
c ¶ *Philippis.*] nomen ciuitatis in Macedonia.
d ¶ *Cum episcopis.*] cum in vna ciuitate plures episcopi non debeant esse: argu. dist. 80. in illis. & cap. episcopi. & 13. quæst. 1. c. 1. & ideo hoc ipso nomine presbyteri intelliguntur.
e ¶ *Episcopos.*] idest, presbyteros, cum in vna ecclesia episcopi plures esse non debent.
f ¶ *Contentioso.*] quia singularum ecclesiarum singuli sunt episcopi, vt 7. q. 1. in apibus.
g ¶ *Reliqui.*] Verba Apostoli ad Titum cap. 1. post sequitur ad Timotheum.
h ¶ *Luxuriæ.*] idest, de luxuria accusabiles. ideo non subditos, quia propter peccata filiorum citius rapitur quis morte. 47. dist. §. necesse. cum scilicet ipse est negligens.
i ¶ *Per prophetiam.*] idest, per electionem.
k ¶ *Presbyterij.*] scilicet presbyterij mei, & sic loquitur de seipso: cum tamen ipse Paulus esset episcopus, cum eum ordinaret.
l ¶ *Compresbyter.*] Ecce Petrus se vocat presbyterū, cū tñ esset eps & summus. 2. dist. 75. quòd die Dominico, in ver. sacerdotuo.
m ¶ *Non ex necessitate.*] idest, ex gratia turpis lucri: arg. j. dist. 95. esto. Et ita est argu. quod presbyter non debet locare operas suas: arg. 21. q. 2. præcipimus.
n ¶ *Significantius.*] scilicet quòd episcopus dicitur presbyter. q. d. vbi pro episcopo dicitur presbyter, significantius diceretur sic: scilicet episcopum: quia magis accedit ad significationem vocabuli episcopus, quàm hoc nomen presbyter.
o ¶ *Filius.*] idest Ioānes: qa altius intonuit, & qa cū Iacobo assum plus in mōte seorsū audierūt vocē nubis: Hic ē filius meus dilect⁹.
p ¶ *Presbyter.*] Ecce Ioānes vocat se presbyterū, cū tñ esset eps.
q ¶ *Electæ.*] proprium nomen.
r ¶ *Caio.*] mitto salutem.

s ¶ *Postea.*] Hic respondet tacitæ obiectioni, quare hoc immutatū est: & ad hoc respondet. Sed quæritur quomodo facta fuit hæc prælatio? Si dicatur quòd in officio: contra, de conse. dist. 5. manus. quia exercere epalia non licuit, nisi his qui successerunt in locum Apostolorum. 68. dist. quorum vices. 21. dist. in nouo. & ita hæc prælatio ab initio facta fuit. Si autē dicatur, quòd in nomine, obstat 80. dist. in illis. quia ibi dicitur quòd quidam præpositi sūt, qui tantum episcoporum vocabulo, &c. Ad hoc dicunt quidam, quòd in prima primitiua ecclesia commune erat officium episcoporum & sacerdotum, & nomina erant communia. 95. dist. olim. & officium erat commune: sed in secunda primitiua cœperunt distingui & nomina & officia. H. dicit: quòd tantum in nomine fuit facta prælatio. primo enim omnes dicebantur sacerdotes: licet quidam alijs prælati essent quantum ad officium. Et quod dicitur 80. dist. in illis, qui tantum episcoporum vocabulo potiuntur, expone, idest, non archiepiscoporum, nec primatum: & ita excluditur superius, non inferius. Tertij dicunt, quòd prælatio hæc facta fuit & quo ad nomen, & quo ad administrationem, & quo ad quædā ministeria, quæ spectāt tantū ad officium episcopale: & fuit hæc prælatio facta à tempore Petri. & hoc innuit hęc littera ibi, Nam & Alexandriæ a Marco euangelista vsque ad Heraclam & Dionysium: quia Marcus fuit contemporaneus Petro & Clementi: arg. 24. q. 1. cum beatissimus. Heracla autem & Dionysius fuerunt contemporanei ipsi Hieronymo: & ita est illud contra sedatum, 80. dist. in illis. & illud de consec. dist. 5. manus. Ante prælationem ergo ista nomina, presbyter, episcopus, erant prorsus synonyma: & etiam administratio communis erat: quia communi consilio sacerdotum regebantur ecclesiæ. 95. dist. olim. In schismatis ergo remedium (vt hic dicitur) facta est prælatio, vt vnus præesset & quo ad nomen, & quo ad administrationem, & quo ad quædam sacramenta quæ modo appropriantur episcopis.
t ¶ *Imperatorem.*] Ex sola enim electione principum dico eum verum Imperatorem ante, quàm a Papa confirmetur. Arg. hic, licet non ita appelletur, vt dixi 63. dist. quanto. contrarium est verum, extra de elect. venerabilem. 23. dist. in nomine 2.
u ¶ *Diaconi.*] supple & quomodo diaconi eligunt, &c.
x ¶ *Eligant.*] Ecce quòd episcopi non est archidiaconum eligere, &c. Arg. contra, 74. dist. episcoporum. Sed variæ sunt consuetudines. 21. dist. §. 1. extra, de electio. ecclesia Vulterana.
y ¶ *Ordinatione.*] In ordinatione cetera intelliguntur quæ nō fiūt, nisi ab epis. hæc continentur 3. dist. 68. quamuis chorepiscopis.
z ¶ *Nec altera.*] Responsio est ad tacitam quæstionem: nonne diaconi Cardinales Romani præponuntur omnibus presbyteris, exceptis pbyteris Cardinalibus, quibus videntur parificari? Respon. quòd consuetudo Romanæ ecclesiæ nō est trahenda ad consequentiam. vel responsio est hic in princ. cap. 1. ibi, audin quædam. &c. dicebant enim quidam, quòd sicut Romæ honorabiles erant diaconi: ita debebant esse vbique locorum.
a ¶ *Tot⁹.*] imo fideles sūt vna eccla: & hoc ē qd̄ seqt, & Gallię &c.

a ¶ *Maior*

Prælatio inter ministros ecclesiæ ad quid facta fuit.

† Ipse Hugo sic dicit, ego credo quod ab initio differentia fuit inter episcopos & simplices sacerdotes sicut modo est & in administratione, & in prælatione, & in officijs, & in sacramentis: sed quo ad appellationē non erat differentia: quia communiter & indifferenter illi & illi dicebantur epi & presbyteri. Arch.

† *Et hæc Archid. de differentia episcopi & presbyteri sententia tenēda est. Vide conc. Trid. sess. 23. c. 4. & can. 7. S. Th. 2. 2. q. 184. 6. 8.*

Marcus, Petrus, & Clemens, fuerunt contemporanei.

Petrus se vocat presbyterum.

Ioannes dicitur filius tonitrui.

Electio sola non facit verum imperatorem.

† Adde Alber. de Rosa. in l. bene à Zeno. ar. C. de quadrup. præscrip. & Bar. in extrauag. ad reprimendum, in ver. regia.

Diaconi Cardinales virum præponuntur omnibus presbyteris.

a ¶ *Maior est.*] Et ideo magis sequẽda est consuetudo generalis, vt ¶.dist. 12. nouit. ¶.dist. 40. nos qui. & ca. nõ loca [1]. Et ẽ hic ar. q̃ sta tuta cõcilij p̃iudicãt statuto Papę si cõtradicãt, vt dixi 9.q.3. nemo.
b ¶ *Eiusdem meriti.*] quantum ad sapientes & peritos & discretos. Nam idiotæ & vulgares episcopum paruæ ciuitatis cõtemnere solẽt. ar. dis. 80. epi.

o ¶ *Sacrilegum.*] Arg. q̃ si dominus Papa aliquem suis priuilegijs primatẽ appellat, ex ipsa nominatione ius ei acquiritur. 32.q.4 di cat. in fi. 16.q. vlt. contra sanctorum. arg. contra. 3.q.6. hæc quippe. extra de præsump. illod. C. de iur. & fac. igno. nõ idcirco. Et est arg. ex hoc, quod tam bonus quàm malus sacerdos gaudet priuilegio clericali. 11. quæst. 1. sacerdotibus.

Sacerdos tã bonus quàm malus gaudet priuilegio clericali.

tis. Si auctoritas quæritur, orbis maior est [e] vrbe. Vbicumque fuerit episcopus, siue Romæ, siue Eugubij, siue Constantinopoli, siue Rhegij, siue Alexandriæ, siue Tanis; eiusdem meriti [b], eiusdem est & sacerdotij. Potentia diuitiarum, & paupertatis [c] humilitas vel sublimiorẽ, vel inferiorem episcopum non facit: ceterum omnes Apostolorum successores sunt. ¶ Sed dicis, quomodo Romæ ad testimonium diaconi [d] presbyter ordinatur? Quid mihi præfers vnius vrbis [f] consuetudinem [e]? Quid paucitatem [g], de qua ortum est supercilium, in leges ecclesiæ vendicas? Omne, quod rarum est, plus appetitur. Pulegium apud Indos pipere pretiosius [h] est. Diaconos paucitas honorabiles, presbyteros turba contemptibiles facit. Ceterum etiam in ecclesia Romæ presbyteri sedent, & stant diaconi; licet paulatim increbrescentibus vitijs inter presbyteros absente episcopo, sedere diaconum viderim, & in domesticis conuiuijs benedictiones † presbyteris dare. Discant, qui hoc faciunt, non se recte facere, & audiant Apostolos: [Non est dignum, vt relinquentes verbum Dei, ministremus mensis. [i]] Sciant, quare diaconi constituti sint. Legant acta Apostolorum: recordentur conditionis suæ. Presbyter, & episcopus, aliud ætatis, aliud dignitatis [k] est nomen. Vnde & ad Titum, & ad Timotheum de ordinatione episcopi, & diaconi dicitur: de presbyteris omnino reticetur: quia in episcopo & presbyter continetur [l]. Qui prouehitur, de minori [m] ad maius prouehitur. Aut igitur ex presbytero ordinetur diaconus, vt presbyter minor diacono comprobetur, in quem crescit ex paruo: aut si ex diacono ordinatur presbyter, nouerit [β] se laicis maiorem, sacerdotibus [n] esse minorem.

† al. benedictiones corã presbyteris
Act. 6.

α ¶ Per prophetiam.] *Sic in vulgata editione, & græce* διὰ προφητείας: *sed hoc apud B. Hieronymum*, prophetiæ.

β ¶ Nouerit se.] *In originali est*, nouerit se lucris minorem, sacerdotio esse maiorem. *Quò etiam pertinet, quod idem Hieronymus ad caput vltimum Ezechielis scribit.* Leuitarum multitudinem intelligere se a sacerdotali gradu esse disiunctam, & ad decutiendam superbiam ministrorum, qui ignorantes humilitatem status sui vltra sacerdotes, hoc est presbyteros, intumescunt, & dignitatem non merito, sed diuitijs æstimant. *Verum ob glossam non est mutatũ.*

Item Cyprianus lib. 3. epist. 9.

¶ De eodem. C. XXV.

Dominus noster ipse Iesus Christus rex, & iudex, & Deus noster vsque ad passionis diem seruauit honorem Pontificibus, & sacerdotibus; quamuis illi nec timorem Dei, nec agnitionem Christi seruassent. Nam cum leprosum emundasset, dixit illi: [Vade, & monstra te sacerdoti, & offer donum.] Humilitate ea, qua nos quoque esse humiles docuit, sacerdotem adhuc appellabat, quem sciebat esse sacrilegum [o]. Item sub ictu passionis cũ alapam accepisset, & ei diceretur, [Sic respondes Pontifici?] nihil ille contumeliose locutus est in personam Pontificis: sed magis innocentiam suam tutatus est, dicens [Si male locutus sum, exprobra de malo: si autem bene, quid me cædis?] Quæ omnia ab eo ideo facta sunt humiliter, atque patienter, vt nos [p] humilitatis, ac patientiæ haberemus exemplum. Docuit enim sacerdotes veros legitime, & plene honorari, dum circa falsos sacerdotes ipse talis extitit †. Meminisse autem diaconi debent; quoniã Apostolos, idest episcopos, & præpositos † Dominus elegit [q]: diaconos autem post ascensum Domini in cælos Apostoli sibi constituerunt [r] episcopatus sui, & ecclesiæ ministros. Quod si nos aliquid audere contra Deum possumus, qui episcopos facit; possunt & contra nos audere diaconi, à quibus fiunt [s].

Iuo p. 5. c. 355.
Luc. 5.
Io. 18.
† al. existit
† al. presbyteros

c ¶ *Et paupertatis.*] Nã paupertas ciuitatis nõ minuit prærogatiuam regni, vt ¶.96. dist. sicut. nec mulier ꝓpter paupertatem dicitur humilis vel abiecta. C. de in cest. nup. l. humilẽ. Ar. §. in authe. de desẽ. ci. §. nos igitur. coll. 3. [2]

Ad idem 16.q. 3. sunt nonnulli. & in fi.

d ¶ *Diaconi.*] Hoc nõ solũ Romæ fit, sed etiã aliarum ecclesiarũ cõsuetudo obseruat: sed forte tempore Hieronymi non fiebat: hodie fit. extra de seru. non or. fa. c. 1.
e ¶ *Vrbis.*] ¶. dist. 11. quis nesciat. contra. & c. nolite. contra. Sed ibi de ea cõsuetudine agitur, quam ecclesia Romana seruat, & alijs mandat seruandã: hic vero de ea, quam sola seruat, nec vult ab alijs seruari. vnde ibi dicitur, quam Romanam ecclesiam viderit sequi & docere. de consecr. dist. 1. basilicas.
f ¶ *Consuetudinẽ.*] q. d. nõ qđ fiat, sed qđ fieri debeat considerandum est, vt extra de elect. c. venerabilẽ. 12.q.2. glossa. in fi. de offi. præsid. sed licet.
g ¶ *Paucitatem.*] quia pauci erant tales diaconi: & ideo superbiebãt. q̃d q̃d. n. raro accidit, miraculũ ẽ, vt i authẽ. đ cõlue. §. itaq. coll. 3.

Miraculũ est qđ raro accidit.

h ¶ *Pretiosius.*] sicut & pretia rerum in quibusdam locis variantur secundum plus & minus. ff. de eo quod cer. lo. l. ideo.
i ¶ *Mensis.*] viduarũ & pauperum, sed tantum instemus prædicationi.
k ¶ *Dignitatis.*] infra 8.q.1. qui episcopatũ. cõtra. Sed ibi iuxta etymologiam vis nominis designatur: hic quod ex vsu loquendi ex nomine concipitur. Vel dicendũ, quòd non est nomen honoris tantũ, sed etiam oneris. 8.q.1. illud inferendum.
B Ene[a] quidẽ fraternitas vestra ecclesiasticis legibus obsecuta sub diuini timore iudicij, quæ erant statuenda, definiuit: & ad iustitiæ cumulum peruenit, dum sufficienter vniuersa complectitur: nec adiectione indiget plenitudo[b], maxime[c] de clericis, quos amor dominationis inualit, & iugum disciplinæ ecclesiasticæ fecit respuere, *& paulo post.* ¶ Quorum excessus enarrare difficile est: vnum tamen, quod occurrit, venerando ordini vestro intimare non differo. Dixerunt inter alia, scripturam quamdam illustris memoriæ[d] Basilium, quasi pro ecclesiasticæ amore substantiæ, conscripsisse; in qua nullus Romanæ ecclesiæ, nec interfuit, nec subscripsit[e] antistes, per quem potuisset sortiri legitimam firmitatem. Ne vero ego inde disputem[f], vnde † potest vestrum iudicare concilium; requiratur, & deferatur in medium, vt ex lectione cognoscatis, cuiusmodi possit habere substantiam. ¶ Sancta synodus[g] respondit, deferatur in mediũ, vt cuiusmodi sit, possit agnosci. Et dum diceret, Hormisda diaconus recitauit. [Cum[a] in † Mausoleo[h], quod est apud beatum Petrum apostolum, resideret † sublimis, & eminentissimus vir præfectus prætorio, atque patritius, agens etiam vices præcellentissimi Regis Odoacris Basilius, dixit. Quamquam studij vestri †, & religionis interfuit, vt in episcopatus electione[i] concordia principaliter seruetur ecclesiæ: ne tamen † per occasionem seditionis, status ciuitatis† vocetur in dubium, admonitione † beatissimi viri Papæ nostri Symmachi† Simplicij, quã ante oculos semper habere debemus, hoc nobis meministis sub obtestatione fuisse mandatum, vt propter illum strepitum, & venerabilis ecclesiæ detrimentum, si eum de hac luce transire contigerit, non sine nostra consultatione, cuiuslibet celebretur electio]. Hæc cũ legerentur, Cresconius episcopus ciuitatis Tudertinæ ecclesiæ, surgens è consessu dixit [Hic perpendat sancta synodus, vt† prætermissis † personis religiosis, quibus maxime curæ est de tanto Põtifice, electionem laici in suam redegerint potestatem: quod contra canones esse manifestum est.] ¶ Item Hormisda diaconus legit [Nam & cum quid confusionis[k], atque dispendij venerabilis ecclesia sustineret, miramur, prætermissis nobis, quidquam de rebus ecclesiæ fuisse tentatum, cum etiã sacerdote nostro superstite nihil sine nobis debuisset[l] assumi. Quare si amplitudini vestræ † vel sanctitati placet, incolumia omnia quæ ad futuri antistitis electionẽ respiciunt, religiosa veneratione seruemus, hanc legẽ specialiter præferentes[m], quam nobis, heredibusque nostris, Christianæ mentis deuotione sancimus: ne vmquam prædium, seu rusticum[n], seu vrbanum, vel ornamenta, aut ministeria ecclesiarum, quæ nunc sunt, vel quæ ex quibuslibet titulis[o] ad ecclesiarum iura peruenerint, ab eo, qui nunc antistes sub electione communi fuerit ordinandus, & illis, qui futuris sæculis sequentur, quocumque titulo, atque commento alienari liceat. Si quis vero aliquid eorum alienare voluerit; inefficax, atque irritum iudicetur; sitque facienti, vel consentienti, accipientique anathema.] ¶ Maximus[p] episcopus Bleranæ ecclesiæ dixit. [Modo sancta synodus dignetur edicere; si licuit laico[q] homini anathema in ordinem ecclesiasticum dictare: aut si potuit laicus sacerdoti anathema dicere, & contra canones, quod ei non competebat, constituere. Dicite, vobis quid videtur? De me licuit laico legẽ dare?] Sancta synodus dixit, Non licuit; & adiecit, lege sequentia. ¶ Hormisda diaconus legit. [Et is, qui prædiũ rusticũ, vel vrbanum iuris ecclesiastici fuerit consecutus, nouerit se nulla le-

† *sed vt possit*] orig.

† *in vnum apud beatum*] orig.
† *resedissent, sublimes*] orig.
† *nostri*] orig.

Verb. Basilij.

† *al. ne per*
† *al. ciuitatis*
† *al. tamen admonitione*

† abest dictio [Symmachi] ab orig. sed auctor casus, & glossæ habuit.

† *al. vtrum*
† *prætermissas personas religiosas*] codex can.
Verba Basilij

† *vestra sanctitatis*

Verba Basilij

b ¶ *Plenitudo.*] 7. 6. q. 1. si omnia.
c ¶ *Maxime.*] bene dif finiuit, supple.
d ¶ *Memoriæ.*] ergo iã decesserat Basilius tempore huius synodi.
e ¶ *Vel subscripsit.*] arg. in contractibus rerum ecclesiasticarũ non sufficere consensum clericorum: nec in alienationibus, nisi specialiter subscribant; arg. 10. q. 2 casellas. 12. q. 2. abbatibus. & c. sine exceptione.

Consensus clericorum non sufficit in alienationibus rerum ecclesiasticarum.

De hoc not. 100 dis. quand. ibi videas item adde in quibus casibus requiratur subscriptio ...

f ¶ *Inde disputem.*] nõ est disputandum de eo; de quo statim constare potest. si ergo vxor petat sibi virum restitui, & vir paratus est incontinenti probare consanguinitatem, non est audiẽda. ff. vt in possessione lega. si is à quo. arg. cõtra extra de rest. spol. c. litteras.
g ¶ *Synodus.*] verba notarij.
h ¶ *In Mausoleo.*] verba sunt scriptoris. Mausoleum proprie est sepulchrum principis. & dicitur à Mausoleo Rege, cui vxor Arthemisia pudicitiæ insignis cõstituit sepulchrum miræ pulchritudinis. Vnde & alia sepulchra sic sunt appellata.

Mausoleum quid sit.

i ¶ *Electione.*] non tamen, vt aliquid inde constitueres, & ita excessisti finem mandati Basilij.
k ¶ *Ac ne confusionis.*] prosecutio legis, & continuantur verba sic, non celebretur de electione Papæ, &c ac ne.
l ¶ *Nihil debuisset.*] hoc dicit propter quosdam, qui viuente priore Symmacho tentauerunt alium eligere, vt dist. 79. si quis Papa. & c. nullus. Io.
m ¶ *Præferentes.*] id est, primo statuentes.
n ¶ *Rusticum.*] quid sit rusticũ prædium, & quid sit vrbanum prædium, habemus ff. de seru. rust. præd. & ff. de ser. vrb. præd. p totũ.

Prædium est duplex.

o ¶ *Titulis.*] siue donationis, siue emptionis.
p ¶ *Maximus.*] sic & iurisperiti dicũt quid sentiant. ff. de his quæ to testamen. delen. l. proxime.
q ¶ *Laico.*] nam licet laico iure suo, sed ex delegatione Papæ bene: arg. 3 2. dist. §. verum. 10. q. 3. cap. vlt. Sed vtrum episcopus laico possit hoc committere, iam dicemus infra eadem, capit. quod non. M. tamen dicit contra: quia mucro est episcopi: immo nec presbyter hoc potest.

Laicus potest ex commissione Papæ delegatus esse.

hoc viuente quo audito Basilius congregauit cõcilium, & fecit cõstitutionem ne liceret electionẽ Papæ fieri sine eius præsentia; nec liceret Papæ alienare res ecclesiæ; & si alienatæ essent, reuocari deberet; & quædam alia, quæ in capitulo recitantur, cõstituit. Symmachus autem postea reconualescens post mortem Basilij congregata synodo omnia post recitationem eorum retractauit. Et not. q̃ quandoque loquitur Symmachus, vt in principio: quandoque notarius, qui continuat verba diuersorum per totum hoc capit. quandoque Synodus, quandoque Basilius: quandoque aliquis de Synodo. & ego cum Hug. ad maiorem intelligentiam aliquantulum lanus potui casum, q̃ Bene. Duo cap. seq. per te videbis.

a ¶ *Bene.*] Symmachus Papa laborabat in extremis, & timuit ne-

 ¶ *Ma-*

a *Munitum.*] nam si quis emit rem ecclesiæ, vel aliã rem in casu illicito, non põt præscribere. Nam dicit lex, quod non est dubium eum malæ fidei possessorem, qui contra legum interdicta mercatur. C. de agricolis, & censi. lib. 11. quemadmodum. nam nec iuris ignorantia põt eum excusare. ff. de iuris & facti ignorantia. l. iuris. & hoc benigne statuetur: secus tamen est de iure: quia bene præscribit laicus rem ecclesiæ cum fructibus etiã percipiendis, si sit malæ fidei possessor. de restitu. spol. grauis.

ADDITIO. Ad hoc extra de præscrip. ad audientiam. iuxta finem. Super hoc videas quæstionem 8 quæ incipit, esto quod res ecclesiastica, &c. & quod no. ĩ. 16. q. 3. vniuersas. in gl. nõ dicit. Archid.

i *Imperandi.*] ĩ. 16. q. vlt. non placuit.

k *Legatur.*] verum est, quod non legitur assensus metropolitani ostendi secundum canones, id est, legitimus: bene tamen legitur cõsensus episcoporum. arg. ĩ. eod. c. 1. Illa autem determinatio quæ præcedit, secundum canones, soluit contra.

Laicus vero rem ecclesiæ possit præscribere.

ge, vel præscriptione munitum[a]; sed siue is, qui alienauerit, siue qui eum[†] sequetur, voluntate contraria prædium huiusmodi alienatum reuocare voluerit, id cum fructibus restituat, quos[†] illic fuerit consecutus.] ¶ Hæc cum legeret; Stephanus episcopus Venusinæ ecclesiæ, surgens è cõsessu dixit, perlegatur[b]. Hormisda diaconus legit. [Qua poena placuit accipientis etiã heredes[c] afficere. In qua re cuilibet clericorum contradicendi libera sit facultas. Iniquum est enim, & sacrilegij instar, vt quæ vel pro salute, vel pro requie animarũ suarum[†] vnusquisque venerabili ecclesiæ, pauperum causa, contulerit, aut certe reliquerit[d]; ab his quos hæc maxime seruare cõuenerat, in alterũ[†] transferãtur. Plane quæcumque in gemmis, vel auro, atque argento, necnõ & vestibus minus apta vsibus, vel ornatui videbuntur ecclesiæ, quæ seruari, ac diu manere non possunt, sub iusta æstimatione vendantur[e]; & erogationi[†] religiosæ proficiant[f]]. ¶ Cumq; lecta fuisset. Laurẽtius episcopus Mediolanensis[g] ecclesiæ dixit [Ista scriptura nullum Romanæ ciuitatis potuit obligare Pontificem: quia non licuit laicos statuendi in ecclesia, preter Romanum[h] Pontificem, habere aliquam potestatem: quos obsequendi manet necessitas, non auctoritas imperandi[i]: maxime cum nec Papa Romanus subscripserit, nec alicuius secũdum canones metropolitani legatur[k] assensus.] ¶ Petrus episcopus Rauennatis ecclesię dixit [Scripturam, quę in nostra congregatione vulgata est, nullis eam viribus subsistere manifestum est; quia nec canonibus[l] conuenit, & à laica persona concepta videtur: maxime quia in ea nullus preful sedis Apostolicæ interfuisse, vel propria subscriptione firmasse monstratur]. ¶ Eulalius episcopus Syracusanæ ecclesię dixit [Scripturam, quæ in sacerdotali concilio recitata est, euidentissimis documentis constat esse inualidam. Primum, quòd contra Patrum regulas a laicis, quamuis religiosis[m] (quibus nulla de ecclesiasticis facultatibus aliquid disponendi legitur vnquã attributa facultas) facta videtur: deinde quòd nullius præsulis Apostolicę sedis subscriptione firmata docetur. Quòd si cuiuslibet prouinciæ sacerdotes intra terminos suos concilio habito, quidquid sine metropolitani sui auctoritate tentauerint, irritum esse debere[n] sancti Patres sanxerunt; quanto magis, quod in Apostolica sede, non[†] existente præsule (qui merito[†][o] beati Petri apostoli per vniuersum orbem primatum[p] obtinẽs sacerdotij, statutis synodalibus consueuit tribuere[q] firmitatẽ) à laicis (licet consentientibus aliquantis episcopis, qui tamen Pontifici, à quo consecrati[†] probantur, præiudiciũ inferre non potuerunt) præsumptum fuisse cognoscitur, viribus carere[r] non dubium est, nec posse inter ecclesiastica vllo modo statuta censeri?] ¶ Sancta synodus dixit. Licet[†] secundum prosecutionem venerabilium fratrum nostrorum, Laurentij, Petri, Eulalij, Cresconij, Maximi, vel Stephani[s], nec apud nos incertum habetur hanc ipsam scripturam nullius esse momenti; verumtamen etiam si aliqua posset ratione[t] subsistere, modis omnibus in synodali conuentu prouida beatitudinis vestræ sententia eneruari conueniebat, & in irritum deduci: ne in exemplum remaneret præsumendi quibuslibet laicis, quamuis religiosis, vel potentibus in quacumque ciuitate quolibet modo aliquid decernere de ecclesiasticis facultatibus; quarum solis sacerdotibus disponendi indiscusse à Deo cura commissa docetur.

† al. consequens
† al. qui illud
c. 3. Basilij verba
† al. fuerant
† al. alienitatem
† al. erogatio religioni proficiat
ĩ. 9. q. 3. c. 2.
† al. nunc
† al. prærogatiua
† al. consecrari
† al. Liquet

a ¶ *Cum in Mausoleo.*] *Hoc initium scripturæ Basilij in tomis conciliorum, & codice canonum*

b *Perlegatur.*] ff. de legi. & senatusconsul. l. inciuile.

c *Heredes.*] turpia enim lucra ab heredibus sunt extorquenda. extra de vsuris, tua. ff. de calum. in heredem. Sed & alienator posset conueniri, vt not. 12. q. 2. monemus.

d *Reliquerit.*] in morte. relinquendi namque verbom, &c. ff. de tabulis exhib. l. 1. §. vlt.

e *Vendantur.*] arg. C. de admi. tut. l. ea.

f *Proficiant.*] hic terminatur lex ipsa.

g *Mediolanensis.*] ar. Mediolanensis prærogatiuam sedis habere ante Rauennatẽ, cum ante eum responderet, sicut in alia synodo ante eum scripsisse legitur. ĩ. dist. 17. §. hinc. & §. illud igitur. G. tamen aliter hoc soluit. dist. 17. §. illud.

h *Præter Romanum.*] id est, Papæ auctoritatem, & cõsensum eius. Sed contra. 16. q. vlt. in nona actione. Sed ibi non prohibetur, quod episcopus laico non possit committere officiũ ad tempus; sed ne iurisdictionem largiatur ei in perpetuum. Et est argumentum, Papam quamlibet causam ecclesiasticam committere posse laico. arg. 23. dist. quilibet. & 94. distin. valde. 5. q. 3. qui episcopus. contra 79. dist. si duo. ĩ. eod. denique. contra. Intelligendum est non sua auctoritate. Sed numquid auctoritate episcopi potest laicus aliquid constituere in ecclesia? videtur, quod prædicare potest inuitatus à clericis. 23. distin. mulier. argum. extra de foro competen. nullus iudicum. Dic cum Hug. quòd non potest ex delegatione episcopi causas spirituales tractare, nec excommunicare. vnde nihil faciunt qui per pueros excommunicant & per seruientes. Causam autem ciuilem laicis episcopus committere potest, & ita intellige prædictam decretalem, in nona. Et quod dicitur de prædicatione, speciale est. Quid ergo dices de templarijs? nonne ipsi possunt excommunicare fratrem suum? Dici potest, quod sic: quia ipsi non sunt laici argu. 2. quæst. 1. duo. Credo quod non possunt, nisi sint presbyteri. extra de senten. excom. canonica.

l ¶ *Nec canonibus.*] coniunctim accipe hæc duo diuisa.

m ¶ *Religiosis.*] ĩ. 16. q. vlt. laicis.

n ¶ *Debere.*] ĩ. 9. q. 3. c. 2.

o ¶ *Qui merito*] ĩ. 40. dist. non vos.

p ¶ *Primatum*] ĩ. 9. q. 3. nemo. & cap. antiquis.

q ¶ *Tribuere*] ĩ. dist. 16. c. 1. & 2.

r ¶ *Carere.*] s. dist. 21. in tantum.

s ¶ *Vel Stephani.*] ille tamen Stephanus non dixit, nisi perlegatur & sic per tale verbum intelligitur aliquis consentire, vt not. ĩ. 63. dist. cum Hadrianus.

t ¶ *Ratione*] arg. ratione auctoritatis aliqua repelli, licet sint bona. arg. 16. dist. c. 1. 1. q. 1. principatus. ff. de re mili. l. 3. §. in bello. ar. contra. 1. q. 1. Dominus declarauit. argumen. contra, 1. q. 1. nonne. Sodomitæ.

a ¶ *ali*[illegible]

a ¶ *Actione.*] dicitur prima actio: quia fiebat pro prima die in synodo. 16. q. 7. in nona.

b ¶ *Nos.* ¶ *Interesse.*] Similiter solebat interesse electioni Papæ propter hæreticorũ scandalum: arg. dist. 63. quia sancta.

c ¶ *Inuenta.*] Et ita vr̃ q̃ possit de fide catholica disputari. arg. ℨ. C. de

per fidem & ad omnes, &c. comprehendit Deo deuotos & tales personas. Vel dic prout sonat.

i ¶ *Pertinet.*] Arg quod omnes tãgit, ab omnibus debere tractari, & approbari, arg. dist. 66. c. 1. C. de au. præstan. veterem. de hoc extra de his, quæ fi. a prælа. c. fi.

Disputari verũ posse de fide catholica.

Quod omnes tangit, debet ab omnibus approbari.

sic habet, Cum in vnum apud beatum Petrum Apostolum resedissent, sublimis, &c. *Omnino autem multa sunt huius capituli varietates in exemplaribus Gratiani, in varijs conciliorum editionibus, & in codice canonum: ex quibus ea tantum partim indicata, partim notata sunt, quæ maioris ponderis sunt visa.*

β ¶ Reuocare.] *sic est emendatum ex omnibus concilij exemplaribus & impressis, & manuscriptis, cum antea legeretur*, retinere.

γ ¶ Qua pœna.] *In omnibus editionibus conciliorũ legitur*, Quam pœnam placuit accipientis heredes, proheredesque respicere. *In codice vero canonum manuscripto non est dictio*, proheredesque.

Vnde in sexta actione [a] *Chalcedonensis concilij Martianus Imperator dixit inter cetera.*

¶ Imperatores ad fidem confirmandam, non ad potentiam ostendendam synodo interesse debent. C. I I.

Ans. l. 3. c. 107.

NOs ad fidem confirmandam, non ad potentiam ostendendam, exemplo religiosissimi principis Constantini synodo interesse [b] voluimus; vt inuenta veritate [c], non vltra multitudo prauis doctrinis attracta discordet.

Item ex eadem sexta actione, in fine.

¶ De eodem. C. I I I.

Ans. ibidem. Deusdedit p. 3.

QVædam capitula sunt, quæ ad honorem vestræ reuerentiæ vobis seruauimus [d], decorum esse iudicantes a vobis hæc regulariter potius firmari per synodum, quàm nostra lege sanciri [e].

Item Nicolaus Papa in epistola ad Michaelem Imp. qua incipit [*Proposueramus.*]

¶ Synodali conuentui Imperatores interesse non conuenit, nisi vbi de fide agitur. C. I I I I.

Ans. l. 1. c. 75.

VBi nam [f] legistis, Imperatores antecessores vestros synodalibus conuentibus interfuisse [g], nisi forsitan in quibus de fide tractatũ est, quæ vniuersalis est; quæ omniũ communis est; quæ non solum ad clericos [h], verum etiam ad laicos, & ad omnes omnino pertinet [i] Christianos?

Idem in eadem epistola.

¶ De præsulibus diuinarum rerum, qui humanis rebus præsunt, iudicare non possunt. C. V.

Ans. ibidem

DEnique [k] hi, quibus tantum humanis rebus, & non diuinis, præesse permissum est; quomodo de his, per quos diuina ministrantur, iudicare [l] præsumant [m], penitus ignoramus.

Idem paulo inferius.

¶ Nec etiam Imperator iura Pontificis, nec Pontifex iura regia vsurpet. C. V I.

s. dist. 10. c. quoniam. Ans. ibidem

CVm [n] ad verum [o] ventum est, vltra sibi nec Imperator iura Pontificatus arripuit, nec Pontifex nomen Imperatorium vsurpauit [p]; quoniã idẽ mediator Dei, & hominũ homo Christus Iesus sic actibus proprijs [q], & dignitatibus distinctis, officia potestatis vtriusq; discreuit [r].

Denique.] C a s v s. Statuit hic Nicolaus, vt Imperatores, qui tantum rebus humanis præsident, se de rebus ecclesiasticis non intromittant, nec de clericis iudicent.

Concor. extra de his quæ fiũt à prælat. si. com. cap. c. vid. ibi. videas.

k ¶ *Denique.*] Argu. q̃ eps in causis ecclesiasticis laicum non possit præficere. Arg. ℨ. s. ea. bene quidem.

l ¶ *Iudicare.*] j. 17. q. 4. diffinriuit. cõtra. in fi. sed ibi dic, principis, id est, principalis personæ vel, id est, episcopi. 35. dist. ecclesiæ.

m ¶ *Præsumãt.*] Arg. q̃ clericus distinctionibus principum & laicorum non debeat supponi nisi per reconuentionẽ.

Concor. tex. in l. l. C. de sum. tri. & in l. metcatorem. C de cõ. & merca. & in l. 1. cum glo. C. de cursu.

Cum ad verũ.] C a s v s. Michael Imperator auctoritatẽ præstitit & præcipit vt Ignatius Constantinopolitanus patriarcha ab episcopis deponeretur: qđ factum est. sed dicit Nicolaus Papa, q̃ hoc facere nõ potuit nec debuit: nã cũ in veteri testamento eadem persona Rex erat & sacerdos, & temporalia simul cum spiritualibus administrabat. Sed post quam Christus venit in mundũ, præcepit vt Rex tantũ terrenis præsideret: Pontifex vero cælestia dispensaret: ne pp superbiam dignitatis vtriusque alteruter superbiret. sed sibi inuicem (si necesse fuerit) auxilium præbeant.

n ¶ *Cum.*] Hoc cap. expositum est supra 10. dist. quoniam. ideo hic non labores.

o ¶ *Ad verum.*] id est, ad discussionem veri. vel id est, ad tempus Christi.

Imperator verũ habeat iurisdictioné à Papa.

p ¶ *Vsurpauit.*] Argu. cum istæ potestates sint diuisæ, Imperator non habet gladium à Papa, vt j. ead. in scripturis. & cap. duo. & cap. si Imperator. & 93. dist. legimus. & quia imperium a solo Deo est. 23. q. 4. quæsitũ [s]. Arg. contra. 63. dist. cap. 1. & c. tibi domino. Item quia Petro sunt datæ claues cælestis & terreni imperij. 22. dist. c. 1. Itẽ quia deponit Imperatorem. j. 15. q. 6. alius. & c. iuratos. & 2. q. 4. quia præsulatus [6] quære s. de hac materia 10. dist. c. quoniam.

Concor. tex in Auth. vt præpo. no. impẽ. in prin. coll. 6.

In prin. sed pa tum laici.

C.de sum.trin.nemo. 24. q. 3. cum q̃bus. Rñdeo: dubitãdo nõ licet disputare de ea: quia dubius in fide, hæreticus est. extra de hære. dubius. aliãs disputatur. ℨ. ea. satis. 23. q. 6. vides. C. de ep: sc. & cle. qm̃.

Q ¶ *Vædam.*] infra ea. satis.

d ¶ *Seruauimus.*] confirmanda & terminanda. Hugo.

e ¶ *Sanciri.*] quasi dicat, volumus eam per nostram legem siue cõstitutionem determinari & confirmari. Hug.

V ¶ *Bi nam.*] C a s v s. Hæc quattuor cap. de Ignatio loquuntur iniuste deposito auctoritate Michaelis Imperatoris. Reprehẽdit ergo hic Nicolaus Imperatores, qui concilijs ẽporum interesse volebant: quod non est faciendũ, nisi vbi de fide tractatur, quæ cõmuniter pertinet ad omnes tam clericos quam laicos.

f ¶ *Vbi nam.*] Hæc quattuor cap. [1] loquunt̃ de materia Ignatij, de quo dr̃ s. 21. dist. submittitur. Arg. omissum intelligi quod scriptũ non inuenitur. arg. 10. q. 1. hanc consuetudinem. de consecr. dist. 4. cum itaque. &c. seq. ff. de verb. oblig. quidquid.

g ¶ *Interfuisse.*] nisi rogatos [2], 63. dist. Hadrianus.

h ¶ *Ad clericos.*] Dic q̃ hoc nomen, clericos, stricte accipimus, vnde

[1] Scilicet istud & seq.

[2] Et secundum hoc constat concordare 15. q. [illegible] ad fidem. Archidia.

q ¶ *Proprijs.*] id est, imperij & sacerdotij: vel proprijs quo ad Christum. quædam enim gessit tanquam Imperator: puta cũ eiecit de templo, &c. 2. q. 7. accusatio. & cum coronam de spinis portauit. quod est signum regni. 23. q. 1. duo. quædam gessit vt sacerdos: quãdo seipsum obtulit in ara crucis pro sacrificio.

Christus quædam vt Imperator & quædam vt Rex gessit.

r ¶ *Discreuit.*] Immo videt̃ ℨ: quia non discreuit, sed confudit, cũ ipse vnus & idem vtrumque officium gessit. Sed dic q̃ ideo ipse vtrumq; officium gessit per se, vt notaret q̃ ex codẽ fonte processerunt. 21. dist. cleros. in fin. nam dicit lex, q̃ summa nobis dona a Deo concessa sunt, scilicet sacerdotium, & imperium. in Authen. quomodo oportet episcopos, in prin. coll. 1.

Christus officium sacerdotis & Imperatoris gessit.

Christus humiliate sua non erexit. Legibus autem verũ ius spiritualibus.

a ¶ *Rursus.*] Primus per superbiam cecidit. vnde homines in infernum demergebantur. Christus autem nos humilitate sua sursum erexit: sed si haberent omnes omnia officia, superbirent, ita q. aeternum demergerentur in infernum.

Christus humilitate sua omnes erexit.

b ¶ *Pro aeterna.*] j. de poen. dist. 1. multiplex.

c ¶ *Temporalium.*] Arg. q. in causis spiritualib. (vt in matrimonio) nõ sit vtendum legibus imperialibus. arg. 31. q. 2. inter haec. 11. q. 1. continua. arg. de conse. dist. 3. celebritatem. Sed in alijs licet eis vti, si non obuient canonibus[1], arg. dist. 10. si in adiutorium. arg. dist. 54. ex antiquis Ber.

Legibus an sit vtendum in causis spiritualib.

[1] Adde quid si contrariant canonib. no. Cy. in l. fin. C. de in ter. ma. liter pu. & tuto. & in auth. ea. C. de sacrosan. eccl.

d ¶ *Tantummodo.*] Hoc aduerbium determinat tãtum illud adiectiuũ, temporalium, nõ illud verbum, vterentur: & sic est falsum hic notatum ab Hug. argu. q. in causis spiritualib., &c. Nam bene licet leges allegare i spiritualib. 35. q. 5. ad sedem. 15. q. 3. §. cum autem. Lau.[2] Vel dic tantummodo, id est, maxime. sic e. 11. q. 3. si quis eps.

[2] Adde ad hoc Cy. & Pe. de Be. per. in l. 1. C. quae sit longa co. & in l. cum clericus. C. de epis. & cle.

culto quod non posset probari: quia talia non habẽt vindictam: & sic solue cõtrarium illud 83. dist. cap. 3. illud autem in manifestis, in quibus etiam non deberet eum prodere, vt not. 2. q. 1. si peccauerit.

Crimina occulta vindictã non habent.

l ¶ *Cõtegatis.*] Et tũ corripiatis. 2. q. 1. si peccauerit. hoc de occultis intelligitur. nam de manifestis cogimur accusare, praemissa tñ admo-

propria volens medicinali humilitate sursum efferri, non humana superbia rursus[a] in infernũ † demergi, vt & Christiani Imperatores pro aeterna[b] vita Pontificibus indigerent, & Pontifices pro cursu temporalium[c] tantummodo[d] rerum imperialibus legibus vterentur; quatenus spiritalis actio carnalibus distaret incursibus; & ideo militans Deo minime se negotijs secularibus implicaret; ac vicissim nõ ille rebus diuinis praesidere videretur, qui esset negotijs secularibus implicatus.

† al. inferna

2. Tim. 2.

a ¶ Ad verum.] *Post vltima verba capitis antecedentis sequitur continenter in eadẽ Nicolai epistola.* Fuerunt haec ante aduentum Christi, vt quidam typice reges simul & sacerdotes existerent. Quod sanctum Melchisedech fuisse sancta prodit historia; quodq; in membris suis diabolus imitatus; (vt pote, qui semper quae diuino cultui conueniunt, sibimet tyrannico spiritu vendicare contendit) vt pagani Imperatores ijdem & maximi Pontifices dicerentur. Sed cum ad verum ventum est, eumdem Regem atque Pontificem, vltra sibi, &c. *Nihil autem mutatum est & ob glossam, & quoniam est initium capitis. Nonnulla vero alia huc pertinentia notata sunt supra dist. 10. c. quoniam.*

Gen. 14.

Idem in eadem paucis interiectis.

¶ A saeculari potestate Pontifex prorsus nec solui, nec ligari valet. C. VII.

Ans. l. 1. c. 71.

SAtis euidenter ostenditur[e], à saeculari potestate nec ligari prorsus, nec solui posse Pontificem; quem constat a pio principe Constantino (quod longe superius memorauimus) Deum appellatum[f]: nec posse Deum ab hominibus iudicari manifestum est. Sed & Theodosius[a] minor sanctae synodo scribens Ephesinae[g] primae, dixit [Deputatus est igitur Candidianus magnificentissimus comes streuuorum domesticorum transire vsque ad sanctissimam synodum vestram, & in nullo quidem ijs, quae faciendae sunt de pijs dogmatibus quaestiones, seu potius[h] expositiones, communicare. Illicitum namque est eum, qui non sit ex ordine sanctissimorum episcoporũ, ecclesiasticis intermisceri tractatibus †.] *& post pauca.* ¶ His itaque manifeste repertis apparet comministrum nostrum Ignatium per imperialem tantummodo sententiam nullo modo potuisse prorsus expelli. In cuius damnatione, quia praesulum quoque assensus est subsecutus, apparet id causa fuisse patratum adulationis, non legitimae sanctionis.

Rufinus in hist. lib. 1. c. 2.

† συλλεγμασιν

a ¶ Theodosius minor] *Verba haec sunt accepta ex epistola Theodosij, ac Valẽtiniani Imperatorũ synodo Ephesina per Candidianum missa, quae est in extremo primae actionis ipsius synodi. In versione antiqua, quae seruatur in bibliotheca Vaticana, & quae Lutetiae edita est, eadem plane hoc loco habentur verba cum his, quae refert Nicolaus, & optime conueniunt cum graecis.*

Idem Ludouico Imperatori.

Habẽtur aliqua in ead. epist. ad Michaelem

¶ Facta Pontificum Imperator iudicare non debet. C. VIII.

Ans. ibidem

IN scripturis[i] narratur Constantinus Imperator dixisse [Vere si proprijs oculis vidissem sacerdotem Dei, aut aliquem eorum, qui monachico habitu circumamicti sunt, peccãtem, chlamidem meam expoliarem †, & cooperirem[k] eum, ne ab aliquo videretur.] In quibus desideratissime fili necessario commonemini, vt quemadmodum fide, & religione, ac honoris parilitate ei adaequari videmini; ita quoque humilitate, atque deuotione aequiparari nihilominus anheletis: ita vt in nullo inferior eo, sed potior inueniamini post illius exempla, qui talẽ se exhibuit ante alia † prorsus exempla. Sed hoc quidem diximus cautos vos reddere cupientes, vt si de Domini sacerdotibus, qui iure Patres dicuntur, aliquid contigerit vos audire, quod confusionem pijs mentibus ingerat, non infrunitum, sed pudoratos filios Noe imitantes paternam de reliquo verecundiã contegatis[l], vt affluenti, quemadmodum & illi benedictione repleri, moderante Domino mereamini.

† explicuissem, & cooperuissem eũ. Nicolaus in epistola ad Mich.

† al. talia

Gen. 9.

Item ex epistola Gregorij septimi ad Hermanum Metensem episcopum, lib. 8. epist. 21.

¶ Regum, & principum patres, & magistri sacerdotes esse censentur. C. IX.

Ans. l. 1. c. 84. Iuo p. 5. c. 378. Pann. l. 5. c. 108.

QVis dubitet sacerdotes Christi, regum, & principum, om-

S ¶ *Atis.*] CASVS. Ostendit hic Nicolaus, q. Ignatius auctoritate Michaelis Imperatoris deponi nõ potuit: & hoc probat duobus exemplis, scilicet Constantini, & Theodosij Imperatorum.

e ¶ *Ostenditur.*] in alia parte c. quae hic nõ est.

f ¶ *Appellatum.*] Legitur enim omnes clericos deos appellasse, vt 11. q. 1. sacerdotibus. 12. q. 1. futuram. sm hanc rationem nec ab epo possent iudicari clerici: sed hoc dixit vt ostenderet quanti sint habendi. s. extra de iudi. nouit.

g ¶ *Ephesina prima.*] quia secunda non est recepta in auctoritate.

h ¶ *Seu potius*] opertime corrigit se: q. quaestiones non debẽt fieri super fide dubitando, arg. extra de haere. dubius. Dogma autem p. g. est doctrina in fide; si ne g. est angulus: vnde illud, sedebat domate domus. 25. q. 2. si quis.

Dubitandũ nõ est de fide.

Dogma & doma differunt.

I ¶ *N scripturis.*] CASVS. Ludouicus Imperator quando audiebat sacerdotem deliquisse, statim erat paratus credere & punire. Sed Nicola. docet hoc non esse faciẽdum, sed potius esse defendendũ, & peccatum eorum celandum: quod probat duobus exemplis, scilicet Constantini, & exemplo filiorum Noe, scilicet Sem & Iaphet, qui verenda patris operuerunt.

i ¶ *In scripturis.*] 11. q. 1. c. sacerdotibus.

k ¶ *Et cooperirem.*] ff. de iniur. eum qui nocentem. §. Sed hoc de oc

monitione. 2. q. 7. qua propter. Arg. §3. j. 5. q. 2. cap. vlti. & q. 5. c. 1.[3]

[3] Sẽtiunt ad eũ eum capitulũ.

Q ¶ *Vis dubitet*] CASVS. Hermannus eps interrogauit, an pontifices regibus & principibus sint subijciendi. Et rñdet q. non: & hoc probat duobus similibus, scilicet filij & discipuli: qui insani reputantur, si velint sibi patrem & magistrum subiugare.

Filius patrẽ subijcere non debet.

a ¶ *Sic.*

a ¶ *Si filius.*] 21. dist. nolite. sic i Auth. de nup. §. si vero. coll. 4. vbi dicit, q erubescit lex filios esse correctores patrum. si tamen pater caderet in furorem, filius daretur tutor, vt eũ regeret. ff. de tuto. & cura. da. ab his. l. his qui. 6. q. 1. oues. & c. sacerdotes.

D *Vo sunt.*] CASVS. Gelasius Papa & Anastasius Imperator contendebant de præeminentia vnius ad alterum, & de præeminẽtia dignitatum. sed Gelasius ostendit hic, q auctoritas pontificalis longe maior est, q̃ culmen imperiale. Et hoc probat duabus rationibus. Prima ratio est: quia Papa de anima Imperatoris & aliorum redditurus est rationem. Secunda est: quia colla regum & principum submittuntur genibus sacerdotum. Et hoc probatur duobus exemplis. s. Innocentij, & Ambrosij: qui Arcadium & Theodosium propter suos excessus excommunicauerunt. Prima ratio est ibi, *in quibus tanto grauius*. Secunda est in fine. Exempla sunt in medio.

b ¶ *Duo sunt.*] In Auth. quomodo oportet episco. in princ. coll. 1. & dist. 1. humanum.

ADDITIO. Ibi soluitur. facit ad ista 2. q. 8. §. itẽ cũ Dauid. Arc.

c ¶ *Quibus.*] vt ab eis. sunt autem alia duo quibus aut per quę regitur, vt s. dist. 1. humanum genus.

d ¶ *Auctoritas.*] neuter pendet ex reliquo. & ita est arg. pro Imperatore: quia diuinitus consecutus est imperium. j. ead. c. prox.

e ¶ *In quibus.*] id est, per quos. nam dicit lex, quod parum est ius in ciuitate esse, nisi sint per quos ius reddatur. ff. de orig. iu. l. 2. §. post originem.

f ¶ *Rationem.*] j. 18. q. 2. cognouimus.

g ¶ *Te pendere.*] quo ad spiritualia. j. de pe. dist. 1. multiplex.

h ¶ *Iudicio.*] Zacharias quoque Papa Regem Francorum deposuit, & in locũ eius Pipinum substituit, vt j. 15. q. 6. alius.

...niumque fideliũ patres, & magistros censeri †. Nonne miserabilis insaniæ esse cognoscitur, si filius[a] patrem, discipulus magistrum sibi conetur subiugare, & iniquis obligationibus illum suæ potestati subijcere; à quo credit non solum in terra, sed etiam in cælis se ligari posse, & solui?

Item Gelasius Papa Anastasio Imperatori.

¶ Auctoritas sacra Pontificum, & regalis potestas, huius mundi gubernacula regunt. C. X.

In eadem epist. Gregorij. vij. Capi. l. 5. c. 167. Conc. Paris. l. 1. c. 3. Poly. l. 1. tit. 17. Ans. l. 1. c. 73. Pano. l. 5. c. 109.

DVo[a] sunt[b] quippe Imperator Auguste: quibus[c] principaliter hic mundus regitur: auctoritas[d] sacra pontificum, & regalis potestas. In quibus[e] tanto grauius pondus est sacerdotum; quanto etiam pro ipsis regibus† hominum, in diuino sunt reddituri examine rationem[f].] & post pauca. ¶ [Nostri itaque inter hæc ex illorum te pendere[g] iudicio[h]; non illos ad tuam redigi posse† voluntatem].

† al. regiminibus

† al. velle

¶ Talibus igitur institutis, talibusq; fulti auctoritatibus pleriq; Pontificum, alij Reges, alij Imperatores excommunicauerunt. Nam si speciale aliquod de personis principum requiratur exemplũ; beatus Innocentius Papa Arcadium Imperatorem (quia consensit[i], vt sanctus Ioannes Chrysostomus a sua sede pelleretur) excommunicauit[k] [β]. Beatus etiã Ambrosius, licet sanctus, nõ tamen vniuersalis ecclesiæ episcopus pro culpa, quæ alijs sacerdotibus non adeo grauis videbatur[l], Theodosium magnum imperatorem excommunicans ab ecclesia exclusit: qui etiam in suis scriptis ostendit, quòd aurum non tam pretiosius sit plũbo, quàm regia potestate sit altior dignitas sacerdotalis, hoc modo circa principium sui Pastoralis scribens [Honor, fratres, & sublimitas episcopalis nullis poterit comparationibus adæquari. Si regum fulgori compares, & principum diademati; lõge erit inferius, quàm si plumbi metallum ad auri fulgorem compares[m]: quippe cũ videas regum colla, & principũ submitti genibus sacerdotũ; & osculata eorum dextera, orationibus eorum credant se communiri.]

Amb. de dign. Sacerd. c. 2.

α ¶ Duo sunt.] *Caput hoc sumptum est ex eadem epistola Gregorij septimi, ex qua antecedens: & ab hoc initio vsque ad verb.* voluntatem, *sunt verba ipsius Gelasij ex epistola, qua habetur impressa, citata à Gregorio septimo.*

β ¶ Excommunicauit.] *Si hoc interponatur caput,* Alius item. j. 15. q. 6. *hac pars epistolæ integra habebitur.*

Item Ioannes Papa.

¶ Imperatores debent Pontificibus subesse, non præesse. C. XI.

Poly. l. 1. tit. 19. Ans. l. 4. c. 12. ex Ioanne viij.

SI Imperator catholicus est, (quod salua pace ipsius dixerimus), filius est[n], non præsul ecclesiæ: quod ad religionem competit, discere ei conuenit, nõ docere[o]: habet priuilegia suæ potestatis, quæ administrandis legibus publicis diuinitus[p] consecutus est; vt eius beneficijs non ingratus contra dispositionem cælestis ordinis nil vsurpet. Ad sacerdotes enim Deus voluit, quæ ecclesiæ disponenda sunt, pertinere, non ad sæculi potestates; quas[q], si fideles sunt, ecclesiæ suæ sacerdotibus voluit esse subiectas. Non sibi vindicet alienum ius[r], & ministerium, quod alteri deputatũ est: ne contra eũ tendat abrũpi, à quo omnia cõstituta sũt; & cõtra illius beneficia[s] pugnare videatur, à quo pro

i ¶ *Consensit.*] arg. consentientem maiori pœna adstringi quàm faciẽtẽ. arg. 24. q. 3. qui aliorum. arg. s. 86. dist. tanta nequitia.

k ¶ *Excommunicauit.*] not. principẽ posse excommunicari etiam à quouis episcopo. s. dist. 63. Valentinianus. arg. j. 11. q. 3. si autẽ vobis. videtur tamen, q hoc fecerit ex delegatione synodi: quod innuitur ex alio: pro culpa, quæ ab alijs sacerdotibus, &c. Sed primum est verum.

l ¶ *Videbatur.*] sed male: quia licet pro minimis causis non sit quis excommunicandus, vt 11. q. 3. episcopi. tamen qualibet contumacia digna est excommunicatione, immo tãto maior videtur contumacia, quanto ex re minori consurgit, 2. q. 7. non potest.

m ¶ *Fulgorem.*] & quãta est differentia inter solem & lunam, tanta est differentia inter imperium & sacerdotium extra de maio. & obed. solitæ.

S *I Imperator.*] CASVS. Imperator volebat iudicare de causis clericorum & sacerdotum: sed Papa probat, quòd hoc facere non debet: quia ipse filius est ecclesiæ, & non præsul: & quia Deus voluit sæculi principes, si fideles sunt, esse ecclesiæ subiectos. Si vero contra hanc Dei dispositionẽ facere voluerit Imperator tamquã ingratus perdat potestatem, quam ab ipso est consecutus.

n ¶ *Filius est.*] j. 23. quæst. vlt. conuenior. qui tamen prælati ecclesiarum dicantur: dixi. 11. q. 3. præcipue.

o ¶ *Non docere.*] j. 16. q. 1. adijcimus.

p ¶ *Diuinitus.*] non ergo à Papa. nam imperium à solo Deo est, vt 23. q. 4. quæsitum. nã a cælesti maiestate habet gladij potestatem. C. de vet. iu. enu. l. 1. in prin. qđ concedo de vero Imperatore. Sed quis est verus Imperator? Dicunt quidam q Constantinopolitanus: sed iste alius procurator est siue defensor Romanæ ecclesiæ. arg. de conse. dist. 5. in die. §. hinc. & huic Rom. eccl. concedit gladij potestatem, & coronam. Sed contra extra de elect. venerabilem. Dicitur ibi quod Ro. ecc. transtulit imperium in occidentem a Græcis, & ita iste Romanus est verus Imperator.

ADDITIO. Ad hoc extra de iud. significauerunt. in prin. Arch.

q ¶ *Quas.*] ergo debet dici, bona potestas est ista.

r ¶ *Ius.*] s. dist. 10. imperium. & c. certum est. 11. q. 1. si tributum.

s ¶ *Beneficia.*] argu. clericum stantem contra ecclesiã vnde habet beneficium, debere illo priuari: nisi forte pro talibus personis

Filius patrem corrigere non debet.

Regem Francorum Papa deponere potest.

Principes & ab episcopo excommunicari possunt.

Excommunicandus quis non est pro minima causa.

Contumacia tanto maior est, quanto ex re minori consurgit. Imperio maius est sacerdotium.

Imperator verus quis sit.

Papa transtulit imperium.

Imperator imperium diuinitus consecutus est.

priam consecutus est potestatem. Non à legibus publicis, non à potestatibus sæculi, sed à pontificibus, & sacerdotibus omnipotens Deus Christianæ religionis clericos, & sacerdotes voluit ordinari, & discuti a, recipique de errore remeãtes. Imperatores Christiani subdere debent executiones suas ecclesiasticis præsulibus b, non præferre.

Item Gelasius ad episcopos Orientales.

¶ De eodem. C. XII.

NUmquam de pontificibus, nisi ecclesiam iudicasse: nõ esse humanarum legum de talibus ferre sententiam, absque ecclesiæ principaliter constitutis pontificibus; obsequi solere principes Christianos decretis ecclesiæ, non suam præponere potestatẽ; episcopis caput subdere principem solitum, non de eorum capitibus iudicare.

¶ [De eodem.] C. XIII. PALEA

COnstantinus Imperator coronam, & omnem regiam dignitatẽ in vrbe Romana, & in Italia, & in partibus occidẽtalibus Apostolico concessit. Nam in gestis beati Siluestri (quæ beatus Papa Gelasius in concilio lxx. episcoporum à catholicis legi cõmemorat, & pro antiquo vsu multas hoc imitari dicit ecclesias) ita legitur.

¶ *Apud Anselmum libro quarto pro rubrica capitis 32. hæc habentur.* Quòd Constantinus Imperator Papæ cõcessit coronam, & omnem regiam dignitatem in vrbe Romana, & Italia, & in partibus occidentalibus. *In principio vero eiusdem capitis 32. hæc leguntur,* In gestis beati Siluestri, &c. *vsq; ad finem huius, & seq. palea, quemadmodum etiam in collectione Deusdedit.*

¶ [De eodem.] C. XIIII. PALEA.

COnstantinus a Imperator quarta die sui baptismi priuilegium Romanæ ecclesiæ pontifici contulit, vt in toto orbe Romano sacerdotes ita hunc caput habeant, sicut iudices Regem. In eo priuilegio ita inter cetera legitur. { Vtile a iudicauimus vnà cum omnibus Satrapis nostris, & vniuerso senatu, optimatibusq; meis, etiam & cuncto populo Romanæ gloriæ imperio subiacenti, vt sicut beatus Petrus in terris Vicarius filii Dei esse videtur constitutus; ita & Pontifices, qui ipsius principis Apostolorum gerunt vices, principatus potestatẽ, amplius, quàm terrena imperialis nostræ serenitatis mansuetudo habere videtur, concessam à nobis, nostroque imperio obtineant, eligentes nobis ipsum principem Apostolorum, vel † eius vicarios firmos apud Deum esse patronos. Et sicut nostram terrenã imperialem potẽtiam, sic eius sacrosanctam Romanã ecclesiã decreuimus veneranter honorari, & amplius, quàm nostrum imperium, & terrenum thronum, sedẽ sacratissimam beati Petri gloriose exaltari: tribuentes ei potestatem, & gloriæ dignitatem, atque vigorem, & honorificentiã imperialem. Atq; decernentes sancimus, vt principatum teneat tam super quattuor præcipuas sedes Alexandrinam, Antiochenam †, Hierosolymitanã, Constãtinopolitanam, quàm etiã super omnes in vniuerso orbe terrarum ecclesias Dei: & Pontifex, qui pro tẽpore ipsius sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ extiterit, celsior, & princeps cunctis sacerdotibus totius mundi existat; & eius iudicio, quæque ad cultũ Dei, vel fidei Christianorũ stabilitatem procuranda fuerint, disponantur. *& infra.* ¶ Ecclesijs beatorum apostolorum Petri & Pauli pro continuatione † luminariorũ, possessionũ prædia contulimus, & rebus diuersis eas ditauimus, & per nostrã imperialem iussionem sacram tam in oriente, quàm in occidente, vel etiã septẽtrionali, & meridiana plaga, videlicet in Iudæa, Grçcia, Asia, Thracia, Africa, & Italia, vel diuersis insulis nostra largitate ei † cõcessimus; ea prorsus ratione, vt per manus beatissimi patris nostri Siluestri summi Põtificis, successorumq; eius omnia disponãtur. *& infra.* ¶ Beato Siluestro patri nostro, sũmo Põtifici, & vniuersalis vrbis Romæ Papæ, & omnibus eius successoribus pontificibus, qui vsq; in finẽ mundi in sede beati Petri erunt sessuri, de præsenti contradimus palatium imperij nostri Lateranense, deinde diadema, videlicet coronam capitis nostri, simulq; phrygiũ †, necnõ & superhumerale, videlicet lorum, quod imperiale circũdare assolet collũ; verũ etiã & chlamidem purpureã, atque tunicã coccineã, & omnia imperialia indumẽta; sed & dignitatẽ imperialium præsidentiũ b equitũ, cõferentes etiã & imperialia sceptra, simulque cuncta signa, atque banda, & diuersa ornamenta imperialia, & omnẽ processionẽ imperialis culminis, & gloriã potestatis nostræ. Viris autẽ reuerendissimis clericis in diuersis ordinibus eidẽ sacrosanctæ Romanæ ecclesiæ seruientibus illud culmen, singularitate, potentia, & præcellẽtia habere sancimus; cuius amplissimus noster senatus videtur gloria adornari, id est patritios a, atq; cõsules effici, necnon & ceteris dignitatibus imperialibus eos promulgamus decorari. Et sicut imperialis militia ornatur, ita & clerum sanctæ Romanæ

---

pro quibus licitum fit ei contra quẽlibet agere: quas habes ff. de postu. l. hi qui. & 3. q. 7. §. tria. in fi. scilicet in propria causa vel parẽtum suorum, vel pupillorũ suorum. Simile est inter vasallum & Dominũ, vt §. 22. q. 5. vlt. de forma. Simile de aduocatis. C. de aduoc. diuer. iudi. l. 2. C. de reuo. do. l. 1. & 7. q. 1. quia frater. & dixi de hoc 3. q. 1. nulli. Hoc tamen exaudio de ecclesia ad quam initiatus est, pro qua stare potest contra quamlibet ecclesiam, etiam in qua habet beneficium; quia saluũ fuit ius primætummo si aliqd munus ei iniungitur ab ecclesia, nullã excusationem potest prætendere. C. de excu. tut. liber tos. 23. quæst. 5. in summa.

a ¶ *Et discuti.*] ergo aut ẽ q̃ esset aliqua constitutio, etiam clerici non erant de iurisdictione sæculari, vnde omnes constitutiones, q̃ emanauerunt, quòd clerici non sunt iudicandi nisi ab episcopis, non sunt nisi iuris declaratio. Ioan.

b ¶ *Præsulibus.*] hic bene dicit. nam dicit lex, quòd si iudex sæcularis iudicauerit clericum esse damnandum, primo debet exui priuilegio clericali, vt 11. q. 1. si qs. in Auth. ut cler. apud proprios. §. illud plane. coll. 6. licet illud hodie nõ teneatur. ff. extra de iud. c. si clerici, &c.

NUmquam.] C. XII. Decreuit Io. Papa vt de põtificibus, & alijs clericis tantum ecclesia iudicaret, & non Imperatores; qui subesse debent, & non præferri.

COnstantinus Imperator.] C. XIII. Palea ista non legitur in scholis, in qua continetur priuilegium qđ Constantinus concessit Romanæ ecclesiæ, scilicet vt primatum inter omnes ecclesias obtineret, & in quo possessiones & insignia dignitatis ei concessit. & hoc fecit eo tempore quo Cõstãtinus ad partes Orientales se transtulit, cum in eodem loco duo Pontifices non bene morarentur. Et statuit, vt nullus contra hoc priuilegium veniret, & pœnam statuit contra facientibus.

Clerici numquid fuerunt de iurisdictione sæculari.

In originali hęc pendẽt ex superioribus. Poly. ibidem Ans. l. 6. c. 157.

Ans. l. 4. c. 32. Deusdedit l. 4. c. 1.

In edicto Constantini, qđ est post conc. Neocæsariense. Ans. l. 4. c. 32. Deusdedit ibid.

† *al. & eius successores.*

† *Antioc. Alex.*] orig. impressũ.

† *al. concinnatione.*

† *al. eis libertatem concessimus.*

Iuo p. 5. c. 49. Pao. l. 4. c. 1.

† *al. phrygium, id est mitram*

Suidas in hoc verbo *Bãnda*

næ ecclesiæ ornari decernimus. Et quemadmodũ imperialis potentia officiis diuersis, cubiculariorum nempe,& ostiariorum, atque omnium excubitorum ornatur, ita & sanctam Romanam ecclesiã decorari volumus. Et vt amplissime pontificale decus præfulgeat, decernimus & hoc, clericorum eiusdem sanctæ Romanę ecclesiæ, manipulis & linteaminibus, id est candidissimo colore decorari equos, ita & equitare. Et sicut noster senatus calceamentis vtitur cum ᶜ vdonibus, id est candido linteamine illustratis; sic vtantur & clerici, vt sicut cælestia, ita & terrena ad laudem Dei decorentur. Præ omnibus autem licentiã tribuimus ipsi sanctissimo patri nostro Siluestro, & successoribus eius ex nostro indicto, vt quem ᶜ placatus proprio consilio clericare voluerit, & in religiosorum numero clericorum cõnumerare; nullus ex omnibus præsumat superbe agere. Decreuimus itaque & hoc, vt ipse, & successores eius diademate, videlicet corona, quam ex capite nostro illi concessimus, ex auro purissimo, & gemmis prætiosis vti debeant, & in capite ad laudem Dei pro honore beati Petri gestare. Ipse vero beatissimus Papa, quia super coronam clericatus, quam gerit ad gloriam beati Petri, omnino ipsa ex auro non est passus vti corona; nos phrygium candido ⸗ nitore splẽdidum resurrectionem Dominicam designans, eius sacratissimo vertici manibus nostris imposuimus, & tenentes frænum equi ipsius pro reuerentia beati Petri, stratoris officium illi exhibuimus, statuentes eodem phrygio omnes eius successores singulariter vti in processionibus ad imitationem imperij nostri. Vnde vt pontificalis apex non vilescat, sed magis, quàm terreni imperij dignitas, gloria ⸗, & potentia decoretur, ecce tã palatium nostrum, vt prædictum est, quàm Romanam vrbem, & omnes Italiæ, seu occidentalium regionum prouincias, loca, & ciuitates, præfato beatissimo Pontifici nostro Siluestro vniuersali Papę contradimus, atque relinquimus: & ab eo, & a successoribus eius per hanc diualem nostram, & pragmaticum constitutum decernimus disponenda, atque iuri sanctæ Romanæ ecclesiæ concedimus permansura. Vnde congruum perspeximus nostrum imperium, & regni potestatem in orientalibus trãsferri regionibus, & in Bizantiæ prouinciæ optimo loco, nomini nostro ciuitatem ædificari, & nostrũ illic constitui imperium: quoniam vbi principatus sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab Imperatore cælesti constitutum est, iustum non est, vt illic Imperator terrenus habeat potestatem. Hæc vero ᵃ omnia, quæ per hanc nostram imperialem sacram, & per alia diualia decreta statuimus, atque confirmauimus, vsque in finem mundi illibata, & inconcussa permanere decernimus. Vnde coram Deo viuo, qui nos regnare præcepit, & coram terribili eius iudicio obtestamur per hoc nostrum imperiale constitutum omnes nostros successores Imperatores, vel cunctos Optimates, Satrapas etiam, amplissimum senatum, & vniuersum populum in toto orbe terrarum nunc & in posterum; cunctis retro temporibus imperio nostro subiacentem, nulli eorum quoquomodo licere hæc aut infringere, aut in quoquam conuellere. Si quis autem, quod non credimus, in hoc temerator, aut contemptor extiterit, æternis condemnationibus subiaceat innodatus, & sanctos Dei, principes Apostolorum Petrum & Paulum sibi in præsenti, & in futura vita sentiat contrarios; atque in inferno inferiori concrematus, cum diabolo, & omnibus deficiat impijs. Huius vero imperialis decreti nostri paginam proprijs manibus roborantes, super venerandum corpus beati Petri principis Apostolorum posuimus. Datum Romę iij. kal. Aprilis, Domino nostro Flauio Constantino Augusto quater, & Gallicano v.c. Coss.

al. candidi nitoris splendidum

al. & gloria potentia

Hæc palea in multis habetur exemplaribus, in quibus aliæ paleæ esse non solent.

a ¶Constantinus.] *Verba hæc vsque ad vers.* In eo priuilegio, *non solum habentur apud Anselmum, & Deusdedit, sed etiam in gestis beati Siluestri in his, quæ a Constantino per octo dies post baptismum acta referuntur.*

ß ¶Vtile.] *Hinc vsque ad finẽ sumpta sunt ex gestis, seu actis sancti Siluestri, in quibus multa præcedunt, ac multa deinceps plenius narrantur. Sed hic ea tantum videntur relata, quæ in collectionibus Anselmi, & Deusdedit habentur. Titulus proprius huius partis in gestis ipsis est huiusmodi.* Priuilegiũ sanctæ Romanæ ecclesiæ, quod constituit D. Cõstantinus Augustus sancto Siluestro episcopo vrbis Romæ, & omnibus successoribus eius vsque in perpetuum, & obtulit sup corpus beati Petri Apostoli. *De quo item priuilegio Leo nonus in epistola prima, seu libello aduersus inauditas præsumptiones Michaelis Constantinopolitani, & Leonis Acridani episcoporum, c. 13. sic loquitur:* Pauca ex priuilegio eiusdem Constantini manu cum cruce aurea super cælestis clauigeri venerabile corpus posito ad medium proferemus. *De ijsdem gestis sine actis Gelasius in concilio LXX episcoporum (& refertur 15. dist. ca. sancta Romana) sic loquitur, vt ea videatur approbare. Et in martyrologio Romano, & Vsuardi in festo S. Siluestri legitur, cuius* actus clari habentur. *Inueniuntur vero etiam hodie peruetustis litteris descripta in bibliotheca Vaticana, & Abbatia Nonantulæ, quorũ interpres in proœmio hæc ait:* Historiographus noster Eusebius Cæsareæ Palestinæ vrbis eps cum historiam ecclesiasticam scriberet, prætermisit ea quæ i alijs opusculis sunt, vel quę se meminit retulisse. Nã viginti libros omniũ pene prouinciarũ, passiones martyrum, eporum, & confessorum, & sacrarũ virginum, ac mulierũ cõtinere fecit. Deinde secutus, & ab Apostolo Petro, omnium eporum nomina, & gesta conscripsit, & earum vrbium, quæ arcẽ pontificatus per Apostolicas sedes tenere noscunt, vt vrbs Roma, Antiochia, Hierosolyma, Ephesus, & Alexandria. Harum vrbiũ eporum omnium præteritorũ nomina vsque ad tempus suum, & gesta græco sermone conscripsit. Ex quo numero vnum episcopum vrbis Romæ sanctum Siluestrum me de græco in latinũ transferre præcepisti domine sancte, ac beate pater. *Quibus verbis, quicunque sit auctor istius proœmij, eadem gesta ab Eusebio græce scripta fuisse clare profitetur. Quæ etiam in vetustissimis Pontificalibus, & codicibus, in quibus sanctorum vitæ sunt descriptæ, in vita beati Siluestri referuntur. Partem horum actorum (quod ad baptismum Constantini, & imagines sanctorũ Petri, & Pauli spectat) refert Hadrianus Papa in epistola Constantino Imperatori, & matri Irenæ scripta, quæ in secunda actione septimæ vniuersalis synodi habetur. Ipsum autem priuilegium fere integrum refert Leo nonus loco superius indicato, & Theodorus Balsamon in Photij nomocanonem, tit. 9. c. 1 quamquam alijs in rebus (quod Græci plerumque solent) Romanæ ecclesiæ non satis æquus. Hanc eãdem donationem ante Gratianum recitarant Anselmus, Deusdedit, suis locis notatis: Quin eo pertinent, quæ Petrus Damianus in disceptatione synodali inter regium aduocatum, & Romanæ ecclesiæ defensorem scripsit.* Lege, inquit, Constantini Imperatoris edictum, vbi sedis Apostolicæ cõstituit super omnes in orbe terrarum ecclesias principatum. Nam, postquam supra corpus beati Petri basilicam fundator erexit, postquam patriarchium Lateranense in beati Saluatoris honore construxit; mox per imperialis rescripti seriem Romanæ ecclesiæ constituit dignitatem, vbi nimirum beato Siluestro, suisque successoribus obtulit, vt regali more, & aurea corona plecterentur in capite, & ceteras regij cultus infulas vsurparent. Verum beatus Siluester ornamenta, quæ sacerdotali congruere iudicabat officio, in proprios vsus assumpsit: coronam vero, vel cetera quæ magis ambitiosa, quam mystica videbantur, omisit. Cui etiam Constantinus Lateranense palatium, quod eatenus aula regalis extiterat, perpetuo iure concessit, regnum Italiæ iudicandum tradidit. Nam & ipsius Regis hæc verba sunt. Vnde congruum, inquit, prospeximus nostrum imperium, & regni potestatem orientalibus transferri, ac mutari regionibus, & in Bizantina prouincia in optimo loco nomini nostro ciuitatem ædificari, & nostrum illic constitui Imperium: quoniam, vbi principatus sacerdotum, & Christianæ religionis caput ab Imperatore cęlesti constitutum est; iustum non est, vt illic Imperator terrenus habeat potestatẽ. *De hac eadem re scribit Ado Viennensis in commentario ætatis sextæ, & Gotfridus Viterbiensis in chronicis par. 16.*

ɣ ¶Præsidentium equorum.] *Græce est apud Balsamonem,* καὶ ἀξιώματα τῶν βασιλικῶν ἀλόγων, *id est,* & dignitates imperialium equorum.

Id est

S*Icut quāuis.*] CASVS. Hoc cap. habet duas partes. In prima dr, q sicut aliqua parua ciuitas non minuit prærogatiuam regni, etiam si sit ibi sedes regalis; sic Imperator prærogatiuam ecclesiæ minuere non potest. In secunda dr. q pontifex quantumcumque sit malus: dummodo non sit hæreticus, ab Imperatore puniri non potest. Secūda pars incipit ibi, *Semper est.*

a ¶ *Sicut.*] sensus est: sicut parua ciuitas non potest regnū impugnare, ita nec imperium sacerdotium. Vel sic, licet eps sit in parua ciuitate, Rex tñ non potest iudicare de clericis eius: secundum hoc dic, dispensationis religiosæ, id est, episcopi constituti in parua ciuitate.

b ¶ *Humanitus.*] id est, cōsuetudine humana, id est, fragilitate humanæ naturæ. H.

c ¶ *Non tamen contra religionem.*] Nam in eo casu posset à quocumque redargui. 40. dist. si Papa. vel etiam si schisma faceret. 23. q. 5. de Liguribus. & plures casus in quibus laici habent iurisdictionem super clericos, dixi 13. q. 5. principes.

d ¶ *Nullatenus.*] 63. di. Valentinianus.

B*Oni principis.*] CASVS. Hic dicitur, q officiū principis est, ecclesias destructas restaurare, nouas ædificare: & clericos potius defendere quàm destruere, vel aliquo modo fatigare.

e ¶ *Contritas.*] 15. q. 1. diuinis. &c.

f ¶ *Restaurare.*] 17. q. 4 diffiniuit. 16. q. 1. frater nitimus.

Imperium non potest sacerdotiū impugnare.

Laici saepe clericos quandoque iurisdictionem habent.

cap. nimium.

a ¶ *Inuitati.*] s. dist. 63. Hadrianus. & cap. in synodo.

E*Cclesiæ.*] CASVS. Hæc est epistola Papæ Bonifacij, in qua supplicat Honorio Imperatori. In prima parte ostendit Bonifacius, q ipse est solicitus de ecclesiastico statu, ne si negligens inue-

d ¶ Id est patritios.] *Locus hic græce sic habet,* καὶ ἔχειν ἐκείνην τὴν ὑψηλότητα, καὶ μεγαλοσύνην, ἣν κεκόσμηται ἡ μεγάλη σύγκλητος ἡμῶν, ἤτοι οἱ πατρίκιοι, καὶ οἱ κόνσουλοι, ἤτοι οἱ ὕπατοι, καὶ λοιπὰ ἀξιώματα, *idest*, & illam habere celsitatem, atque amplitudinē, qua ornatus est magnus noster senatus, siue patritij & consules, siue hypati & reliquæ dignitates.

e ¶ Cū vdonibus.] *Græce totus hic locus habet paulo aliter,* καὶ ὡς ἡ ἡμετέρα σύγκλητος φορεῖ ὑποδήματα ἤτοι σανδάλια λευκὰ διὰ ὀθονίων, οὕτως, καὶ τὰ οὐράνια ὡς καὶ τὰ ἐπίγεια πρὸς αἴνεσιν τοῦ θεοῦ: *idest*, Et quemadmodum senatus noster fert calceos, seu sandalia cum linteis albis; ita etiam cælestia, sicut terrestria ad Dei laudem.

ζ ¶ Quem placatus.] ἵνα εἴ τις τῆς συγκλήτου βουληθῇ μετ' ἰδίου θελήματος, καὶ εὐαρέστου γενέσθαι κληρικός, καὶ ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν ἁγίων κληρικῶν συναριθμεῖσθαι, μήτις τολμᾷ ἀπὸ πάντων ἐμποδίζειν τούτῳ. *idest*, vt si quis ex senatu spōte sua, quodque ita ipsi libeat, voluerit fieri clericus, & in sanctorum clericorum numerum adscribi, ne quis ex omnibus hoc audeat impedire.

e ¶ Hæc vero omnia.] *hoc quoque est magna verborum varietas, sed eadem fere sententia.*

Item Gelasius ad episcopos Dardaniæ.

¶ Imperialis auctoritas religiosæ dispensationis mensuram non mutat. C. XV.

S*Icut*[a] quamuis parua ciuitas prærogatiuam præsentis regni non minuit, sic imperialis præsentia mensuram dispensationis religiosæ non mutat. *& infra.* ¶ Semper[b] est effectum in sacerdotali concilio de sacerdotibus iudicia prouenire. Nam qualescumque Pōtifices sint, & si errore humanitus[b] accidente, nō tamē[c] contra religionē vllatenus excedētes, nullatenus[d] videātur à seculari potestate posse percelli.

b ¶ Semper.] *Mutatus est à collectore orationis ductus, ne quæ antecedunt, recitanda essent.*

Item Marcellus Papa Maxentio[•].

• ¶ Maxentio.] *In impressis addebatur,* episcopo, *quæ vox abest ab omnibus manuscriptis.*

¶ Ecclesias restaurare contritas, non Pontifices persequi boni principis est. C. XVI.

B*Oni principis est, ac religiosi* †, ecclesias contritas[e] atque conscissas restaurare[f], nouas ædificare, & Dei sacerdotes honorare, atque tueri. Vnde sanctos Apostolos, eorumque successores sub diuina contestatione constituisse legimus, non debere fieri persecutiones, nec inferri fluctuationes, nec inuidere laborantibus in agro Dominico; neque expellere æterni regis dispensatores.

Ans. l. 6. c. 192. † al. regis

DISTINCTIO XCVII.

H*Oc capitulo*[g] *patenter ostēditur, quòd nec Imperatori, nec cuilibet laico licet decernere, vel de electione Pontificis* †, *vel de rebus ecclesiasticis. Quæcumque autem ab eis constituta fuerint, pro infectis habenda sunt: nisi subscriptione Romani Pontificis fuerint roborata. Vnde illud Honorij*[h] *Augusti, vt supra dictum est, vanum esse videtur, quod contra auctoritatem sacrorum canonum de electione summi Pontificis decernere tentauerit. Sed sicut ex eodem capitulo habetur, ecclesia precibus Imperator in præsumptores valet decernere: sicut pro defensione fidei quondam decreuisse leguntur; ne hæretici*[i] *aliquid, nomine ecclesiæ, possiderent. Ab ea autem non inuitati*[k] *de rebus ecclesiasticis aliquid disponendi non habent facultatem. Honorius vero Augustus non sua auctoritate, sed beato Bonifacio supplicante, ecclesiasticæ quieti consulere, & concertantium ambitionem punire curauit.*

Vnde idem Bonifacius Episcopus supplicationis epistolam Honorio Augusto destinauit, dicens.

† al. Pontificum

Dist. 79. si duo

H*Oc capitulo patenter.*] Hæc distinctio diuiditur in duas partes. Secūda ibi, *Sine signatu.* Io. de. Fan. CASVS. Hic incipit 97 dist. in qua concludit Gratianus ex illo capitulo, bene qdē, q nulli laico de rebus ecclesiasticis iudicare licet sine auctoritate ecclesiæ. & si aliter factū fuerit, irritum erit, nisi ecclesia subscribat, vel auctoritatem præstet. Et ideo vf q constitutio, quam fecit Honorius Imperator s. 79. dist. si duo. non valuit, cum fuerit à laico facta. postea soluit dicēs, q si laicus muniatur ab ecclesia, vt de rebus ecclesiasticis faciat constitutionem, sicut fuit Honorius à Bonifacio inuitatus, valebit constitutio.

¶ Epistola Bonifacij ad Honorium Augustum. C. I.

E*Cclesiæ meæ, cui Deus noster meum sacerdotium, vobis res hu-*

epistola 1. ad Honorium.

g ¶ *Hoc capitulo.*] Respicit in hac dist. 97. illud cap. bene quidē. 96. dist. & assignat ī hoc §. quandā ɔtrarietatē, & dat postea solutionem.

h ¶ *Honorij.*] s. dist. 79. si duo.

i ¶ *Ne hæretici.*] s. dist. 8. quo iure. & 23. q. 7. cap. 1. & 2. & 27. q. 3.

manitatis, sit redarguendus. In secunda rogat Honorium de pace & quiete ecclesiæ seruanda, ei multipliciter applaudendo. In tertia rogat eū, vt suos legatos honorifice recipiat. Secūda ibi, *Ipsa autem ecclesia.* Tertia incipit ibi, *Habet refugium.*

a ¶ *Ecclesiæ.*] i. cap. proxi. victor. §. Sed vt ibi dicitur, iam erat in cōualescentia: adhuc tamen erat debilis, vt hic.

a ¶ Comm-

a ¶ *Conuentus.*]idest, conuenticulas. C. de epi. & cle. côuenticulâ.
b ¶ *Agitantur.*]q. d. licet adhuc simus inualidi, tñ cura ecclesiæ nos côpellit vt inuigilemus ecclesiasticis negocijs, & pro eis intercedamus apud vos: quia multi clerici turbât ecclesiâ Dei. Archidiaconus.
c ¶ *Facere.*] scilicet videmini:
d ¶ *Tacentem.*] extra de testa. quis ingredientibus. & 63. dist. c. 1.
e ¶ *Sub illis*] vt 11. q. 1. sacerdotibus.
f ¶ *Formidentur.*] à Christianis.
g ¶ *Virginem*]vt 27. q. 1. nuptiarum. in fi.
h ¶ *Procellarum.*] idest, hæreticorum.

*Ta-*manas regentibus, deputauit, nos cura côstringit; ne caussis eius, quamuis adhuc corporis incommoditate detinear, propter conuentus [a], qui à sacerdotibus vniuersis, & clericis, & Christianæ plebis perturbationibus agitantur [b], apud aures Christianissimi principis desim. Si enim secus, quàm oporteat, eueniat; non vos id facere [c], qui cuncta æqua moderatione componitis, sed nos per nostram tacentem † [d] desidiam videbimur, quod ciuitatis quietem, & ecclesiæ pacem peruertere valeat, admisisse. Cum enim humanis rebus diuinæ cultor religionis domino fauente prouideas †; nostra culpa erit, si non id sub vestra gloria (quam certum est diuinis semper rebus animo promptiore fauisse) firmo, & stabili iure custodiatur, quod per tot annorum seriem, & sub illis [e] etiam principibus obtinuit, quos nulla nostræ religionis cura constrinxit; idest, vt [α] licita seruentur, & sub vestræ imperio clementiæ minime, quæ sunt illicita, formidentur [f]. ¶ Ipsa enim ecclesia deuotionem tuam Christianissime Imperator, meo † quidem sermone, sed suo venerabili appellat affectu †, quã Christus Deus noster, vestri fidus rector, & gubernator imperij, vni desponsatam sibi, & intactam virginem [g] seruat; ne in eam aliquos patiamini insidiantium procellarum [h] fluctus illidi, & quietam faciem [i] tempestatis insolitæ tumore turbari, gloriosissime, & tranquillissime Imperator Auguste †. Ipsa ergo (quæ vni desponsata, nostra † tamen mater est) Ecclesia, hac pietatem vestram legatione, quam suis sacerdotibus committit, appellat, præterita [k], præsentiaque repetit [l]. Vobis, inquit, religiose imperantibus [β] creuit meus, qui modo tuus est, populus, tam fidus Deo, quàm tibi [m], qui es princeps Christianus. Ecce enim inter ipsa mysteria, inter preces suas, quas pro vestri felicitate depēdit imperij, teste (apud quē, & de cuius sede agitur) sancto Petro, solicitis pro religionis obseruãtia vocibus clamat; cum solicita petitione miscetur oratio, ne [γ] humanas res solito tentatore occulte solicitâte semel euulsa [n] discordia distrahat. Angeretur pluribus, Princeps christianissime, mater Ecclesia; nisi apud te suarum esset cura † causarum †, & nisi in oppressionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tua, diuino cultu pariter cum imperio semper florente, vicisset. ¶ Habet refugiũ, pium tuæ mansuetudinis animum cum suæ religionis veneratione cõiunctum: cum quidquid huic proficiat, vos agatis, & conferatis fratribus, & consacerdotibus meis, probatissimis viris, à me, & ab omnibus (qui Ecclesiam faciunt †) legatis: quibus (precamur) sacræ cautam religionis prosequẽtibus [o], in vrbe vestræ mãsuetudinis hoc animo, quo postulatis [p] annuitis, in perpetuũ statut vniuersalis ecclesiæ consulatis.

α ¶ Idest, vt licita.] *In epistola ipsa legitur*, idest, vt fidens vtar licitis.
β ¶ Imperantibus.] *Additis aliquot ex epistola vocibus emendatus est hic locus*, creuit meus, qui modo tuus est, populus.
γ ¶ Ne humanas.] *In plerisque vetustis legitur*, ne hos in varias res solito, &c. *In originali vero*, ne hos [*aliàs* vos] in varias res semel euulsa distrahat a cultu solito, tẽtatore solicitate, discordia.

Left margin: † al. tacentes. — † al. præsidentem. — † al. non meo. — † al. affatu. — † al. semper Auguste. — † al. vestra. — † secura] orig. — † faciunt ipsius modi] orig.

¶ Addе quod imperator est defensor & filius ecclesiæ. no. in cle. Romani de iureiuran. & in auth. vt omnes obe. iu. prouin. § & hoc considerantes. col. 5.

¶ Rescriptum Honorij ad Bonifacium Papam. C. II.

VIctor [q] Honorius inclytus triumphator semper Augustus sancto, ac venerabili Bonifacio Papæ vrbis æternæ. Scripta Beatitudinis tuæ debita reuerentiæ gratulatione suscepimus: quibus recensitis egimus omnipotenti Deo maximas gratias, quòd sanctimoniam tuam post longum incommodum optatæ redditam didicimus sanitati. Et ideo reuertentibus venerabilibus viris gaudium nostrum, sacrorum apicum attestatione signamus, ac petimus, vti quotidianis orationibus Apostolatus tuus studium, ac votum suum circa salutem, atque imperium nostrum dignetur impendere. Illud autem pietati nostræ satis placitum esse cognosce, quod sanctimonia tua de ecclesiarum, aut populi perturbatione solicita est. Quæ, ne aliqua ratione possit euenire, satis clemẽtia nostra credidit esse prouisum. Denique beatitudine tua prædicante id ad cũctorum clericorum notitiam volumus peruenire, vt si quid forte religioni tuæ (quod non optamus) humana sorte contigerit, sciant omnes ab ambitionibus esse cessandum. Ac si duo, *vt supra. Et infra.* ¶ Vnde id obseruandum est, vt omnes tranquillam mentem, & pacificos animos ex serenitatis nostræ admonitione custodiãt, nec aliquid seditiosis conspirationibus tentare conentur: cum certum sit, nulli partium sua studia [r] profutura.

Dist. 79. si duo.

a *Sine signatis apicibus non est mos Romana ecclesia vndecumque lega-*

i ¶ *Faciem.*] Ecclesiæ.
k ¶ *Præterita.*]scilicet beneficia. sic intelligit de conse. dist. 2. panis. quod scilicet pro omni munere debemus Deo gratias referre, præsenti, scilicet & præterito, non futuro: quia nec Deus futurũ peccatũ indulget. j. de pœni. dist. 3. sane cauendũ. nec pactũ valet, si fiat quod non agã de futura iniuria. ff. de pactis, si vnus. § pacta.
l ¶ *Repetit.*] idest, recolit, & ad memoriam reducit.
m ¶ *Tibi.*] ne fisigrat°.
n ¶ *Euulsa*] per effectum: idest, euellens.
o ¶ *Prosequentibus.*] legationẽ nostra. Arg. ad qõnẽ magistri P. quod archieps Bracaren. potuit eum spoliare.
p ¶ *Postulatis.*] datiuũ casus.

VIctor.] Casus. Honorius nũc rescribit Bonifacio: & primo salutat eũ referẽdo gratias Deo de sanitate sibi reddita: & deprecatur ipsum, vt debeat orare pro ipso, comẽdans eũ in solicitudine sua: & significat ei, quod ad postulationẽ suorũ legatorũ fecit cõstitutionẽ, per quã satis putat esse prouisum ecclesiasticę quieti. tãdem rogat vt constitutionẽ illam publicet, quatenus omnes clerici sciant ab ambitionibus apostolicæ sedis esse cessandũ: quia de cetero ad hoc nullę dissentiones valebunt.
q ¶ *Victor.*]Sed quare præmisit hic Imperator nomen suũ? Forte hæc consuetudo erat olim. C. de sum. trin. inter claras. Papa tamẽ alios sibi præponit. 12. q. 1. dilectissimis. Vel forte tunc nouella erat Ecclesia, & adhuc obtinebat illud, Quare fremuerunt gentes, &c. postea autem Imperator subiecit se Papæ, vt 23. q. 4. displicet.
r ¶ *Sua studia.*]idẽ, cõspirationes. simile 61. di. obitũ. aliàs in bonã partẽ. ead. dist. studij. loa.

SINE. Casus. Quia in superiori cap. facta fuit mẽtio de signatis apicibus: ideo nunc vult ostẽdere, quod ecclesiæ Romanę mos est nõ suscipere legatũ sine signatis apicibus. *Ne-*

Right margin: Peccatum futurum Deus non indulget. — Papa sibi alios præponit. — 23. q. 4. non in venit.

Obilissimus.] Mandauit Nicolaus Papa cuidã principi, quòd licet mos sit Romanæ ecclesiæ non recipere legatum alicuius sine litteris sigillatis: tamẽ legatũ illius principis sine litteris recepit honorifice: & verbis eius fidem adhibuit: honorans principem in persona ipsius.

a *Nobilissimus.*] Ar. q̃ sine litteris non est adhibẽda fides legatis. 11. q. 2. Lugdunensis.

b *Signatis.*] Oportet ergo quòd legatus exhibeat litteras legationis suæ ad hoc vt credatur ei, vt hic, & 63. di. lectis. & C. de man. prin. l. vnica Sed quid si perdidit litteras, & vult probare amissionẽ? Dico q̃ pôt: nõ tñ sufficit probare tenorẽ litteræ, nisi & probet, q̃ illa littera fuerit sine vitio, vt extra de priui. cũ olim. in fi. & C. de fide instru. l. vlti. Sed nunquid sufficit mãdatũ sine litteris? Dico q̃ legato non sufficit probare mandatũ, vt C. de man. princ. l. 1. quia legati nõ sine periculo recipiuntur. Vnde maior est in eis facienda examinatio, vt 92. dist. quæscam. Sed delegatus potest probare mãdatũ sine litteris, vt in authẽ. de liti. §. omnẽ. coll. 9. & arg. extra de offi. deleg. prudẽtiam. & extra de rescrip. ex parte. Io. Tan. & quidã dicunt, q̃ in iudice delegato non sufficit probare amissionem rescripti, nisi ostendat authenticum, vt extra de offi. deleg. cum in iure. 35. q. 2. sancimus. & extra de fide instr. c. 2. Ita notat T. super illa decre. cum olim. Sed pone, q̃ partes viderunt & approbauerunt rescriptum, & postea redactum fuit in publicam formam per tabellionẽ: numquid amisso posita rescripto iudex procedere poterit? Satis credo q̃ sic. Ioan. vt notatur in quæstionibus mei. B. Sed cum hic indistinctè dicat, q̃ litteræ debeãt esse signatæ, videtur à quocumque sint signatæ, q̃ sufficiat ad hoc vt scriptura dicatur authentica, vt extra de appel. personas. & extra de fideiuss. peruenit. Nam & episcopus sigillat sigillo ecclesiæ, suæ, vt 73. dist. in nomine Domini. in fi. item & alieno annulo potest quis signare testamentum, vt instit. de test. §. possunt autẽ. Itẽ & alienũ sigillũ etiam non iudicis sui fidem facit, vt infra dist. prox. cap. 1. & 2. Sed dic, q̃ alienũ sigillum facit fidem, si non habetur proprium: aliàs non, vt extra de appel. significante. & 65. dis. episcopus. Item litteræ non dicuntur signatæ si legi non possunt characteres, vt extra de fide instr. inter. & ff. de testa. ad testium. §. si signa. & §. signũ. Itẽ si filũ ruptũ sit, non dicuntur signatæ, vt extra de cri. fal. c. licet. Si autẽ filũ ex toto nõ est fractũ, bene dicũt signatæ, vt ff. de bo. poss. sm tabu. l. 1. §. si linum. extra de fide instr. sicut

c *Nobilissimus.*] Ergo & Cardinali qui bene notus est in aliqua prouincia, credendum esset sine litteris: maxime cũ non contingat Cardinalem vnquam abesse nisi legationis causa. Ioan.

d *Credidimus.*] Arg. q̃ interdũ voci & assertioni vnius credendum sit, si persona sit honesta & authentica: arg. 8. q. 3. c. 1. Arg. 9. 9. dist. ego solis. sic econuerso ex persona proferentis instrumentum, minus creditur instrumento, vt ff. de eden. si quis. §. 1. sic si maius aliquid dicat, non facile ei creditur, vt 24. q. 1. quisquis. Arg. contra 19. dist. secundum.

Væ circa ordinandos.] CASVS. Egit. s. Gra. diligẽter de ordinatione & electione clericorum: sed quia per mutationem locorum veritas occultatur: ideo in hac dist. 98. ostenditur vt clerici peregrini non recipiantur, nisi cum litteris quinque episcoporum, cũ à proprio episcopo fuerint commendati.

a *Quæ circa.*] Hic depingitur 98. dist. in cuius principio vtitur Grat. transitu: in quo ostendit quid dixerit hactenus, & quid in hac dicturus sit. Nam quia clerici sæpe mittuntur de prouincia ad prouinciam, breuiter ostendit, quod non sunt recipiendi in alia prouincia sine litteris episcoporum suorum.

N *Vllus.*] CASVS. Dicitur hic, quòd nullus episcopus debet recipere clericum transmarinum in sua ecclesia, nisi habuerit litteras sigillatas quinque episcoporum, vel eo amplius fuerit commendatus: quia multa per subreptionem solent euenire. Idẽ dicitur in seq. cap.

f *Nullus aliqua.*] Ista cap. introducta sunt ad cautelã: vel loquuntur de primitiua ecclesia: & sic secus hodie.

g *Nisi quinque.*] Contra 71. dist. cap. 2. Sed hæc capitula loquuntur, quando ita remoti sunt, quòd sigilla episcoporum & etiam loca ignota sunt: illud quando episcopus propinquus est, & eius sigillum bene cognoscitur: & hoc colligitur extra de cler. peregr. tuæ. Sed pone quòd non habet litteras: est ne recipiendus si probet per testes? Ita. extra de cleri. pereg. c. vlt. Nam magis credendũ est viuæ voci, quàm mortuæ. in auten. de fide instru. §. si vero. coll. 6. H. intelligit hæc capitula abrogata. olim enim habuit locum hoc capitulum propter multitudinẽ hæreticorum. Sed illud capitulum, tuæ. euacuat opinionẽ istam. Sed certe nõ videtur recipiendus, & si mille sigilla haberet ignota: quia non plus fidei præstant mille ignota, quam vnum ignotum. præterea in testamento ita tenetur q̃ cum signa sunt ignota, conuocantur omnes illi, quorum dicuntur sigilla, vt sciatur an recognoscant sua signa, vt ff. quemadmodũ testamenta aperiantur. cum ab initio. ex hoc concedo, quòd nisi aliqualis habeatur notitia de sigillis, & de illis remotis ecclesijs, quòd non sit eis credendum, & si mille sint: arg. extra de fide instru. cap. quod super his.

h *Ransmarinos.*] Idem intelligo de quolibet ignoto, qui sigillare præsentat ignota. Ioan.

i *Chirographis.*] idest, litteris, in quibus continebitur de vita, de moribus, de ordinibus, & de irregularitate sua.

k *Per subreptionem.*] ff. extra de procur. cap. 1. & 3. quæst. 3. induciæ.

Afros.]

---

tionem suscipere[a]. *Vnde Nicolaus Papa.*

e *Suscipere.*] *In vulgatis sequebatur* neque mittere: *quæ absunt à vetustis, neque conueniũt his, quæ sequenti capite affirmantur.*

¶ Romana non consueuit ecclesia sine signatis apicibus legationem vndecumque suscipere. C. III.

NObilissimus[a] vir, atque strenuus vestræ sublimitatis legatus, licet nullam epistolam iuxta consuetudinem à vobis nostro Pontificio detulisset, licet numquam Apostolicæ sedis modus † fuerit absq; signatis[b] apicibus vndecumque legationem suscipere; Nos tamen vos in illo honorantes, eiusque grauitatem, & eloquiorum illius veridicas cognoscentes assertiones; nihilominus[c] eum, & sicut decuit, suscepimus, & ei, sicut honestum fuit, credidimus[d].

† *glamoris.*

DISTINCTIO XCVIII.

QVæ circa ordinandos sint obseruanda, quæ in eorum electione diligenter sint consideranda, multorum auctoritatibus monstrata sunt. Sed quia veritas rei nonnumquam obscuratur mutatione prouinciæ; decretum est sacris canonibus, vt peregrini, nisi quinque, vel eo amplius suorum episcoporum fuerint commendati chirographis, non ordinentur.

Vnde Siluester Papa generali concilio præsidens dixit.

Nisi quinque episcoporum litteris designatum transmarinum hominem ad clericatum nullus suscipiat. C. I.

NVllus aliqua[f] ratione trãsmarinum hominem penes vos † in clericatus gradus suscipiat, nisi quinque[g] [aut † eo amplius] episcoporum designatus sit chirographis.

In fine epilogi concilij Romani sub Siluestro, sed paulo aliter. Poly. l. 2. tit. 31. Ans. l. 7. c. 23.

† *al. nos*

† Absunt ab originali & aliquot Grat. codicibus.

Item Anastasius I. vrbis Romæ episcopus ad omnes Germaniæ, ac Burgundiæ episcopos, epist. 1. c. 2.

¶ De eodem. C. II.

TRansmarinos[h] homines in clericatus honorem † nemo suscipiat, nisi quinque, aut eo amplius episcoporum chirographis[i] sint designati: quia multa per subreptionem[k] solent euenire.

Polyc. ibidem. Ans. l. 7. c. 24.

† *al. honore voleat suscipere*] orig.

Legato sine litteris non credendum est.

Delegatus mandatum sine litteris probare potest.

Quid de ijs qui litteras sigillatas quinque episcoporum habent.

Cardinali noto sine litteris credi posse.

Clerici sine litteris non sunt recipiendi.

Voci viuæ magis credendum est, quàm mortuæ.

Sigillis ignotis fidem non est adhibendam.

A Fros.] C a s v s. Præcipit Grego. in hoc c. episcopo Squillatino, vt afros & peregrinos clericos ad ordines non suscipiat: quia quidam eorũ sunt hæretici: quidam sunt rebaptizati: quidam vero sunt peregrini: & ordines quos nõ habẽt, se mẽtiunt habere.

a ¶ Afros.] Ratione prouinciæ præsumitur contra aliquẽ. arg. 24. dist. quando. ff. de ædili. edi. c. ꝙ si nolit. §. qui mancipia. 1.

& patriarchæ quo ad officia non differunt, sed quo ad vocabula, ad quos primates vel patriarchas ab archiepiscopis appellant episcopi. Ostendit etiam quòd archiepiscopi debent primatibus obedire in his, quæ iuste fuerint imperata.

e ¶ De primatibus.] Fecerat Gratianus s. in dist. 80. mentionem de primatibus & patriarchis: sed ne quis crederet propter nominũ diuersitatem aliquam esse realem differẽtiã ideo ostendit in hac dist. differentiam esse tantum in nomine. Ostendit etiam de reuerentia quam debent archiepi suis primatibus. Ostendit et ꝙ nec Roman. Põtifex dbet vniuersalis appellari.

Item Gregorius Romana Ecclesia præsul Squillatino episcopo, lib. 2. ep. 25.

¶ De eodem. C. III.

Polyc. ibidem. Ans. l. 7. c. 25. Iuo p. 6. c. 351.

A Fros [a] passim, vel incognitos peregrinos, ad ecclesiasticos ordines tendentes nulla ratione suscipias [b]: quia Afri quidem aliqui Manichæi, aliqui rebaptizati; peregrini vero plurimi etiam in minoribus ordinibus constituti fortiores [a] [c] de se prætendisse honores sæpe probati sunt.

a ¶ Fortiores.] *Sic legitur in vetustis Gratiani & B. Gregorij codicibus; verum in Frobeniana, ac Lugdunensi eiusdem B. Gregorij operum editione,* ad fortiores prætendisse honores.

Item ex concilio Elibertitano, c. 24.

¶ Non sunt promouendi ad clerum, qui peregre fuerint baptizati. C. IIII.

Iuo p. 6. c. 352. † al. in peregrinatione

O Mnes, [d] qui peregre † fuerint baptizati, eo quòd eorum minime sit cognita vita, placuit ad clerum non esse promouendos in alienis prouincijs.

DISTINCTIO XCIX.

D E primatibus [e] *autem (quorum supra mentionem fecimus) quæritur, quem gradum in ecclesia obtineant; an in aliquo à patriarchis differant; quam obedientiam archiepiscopi eis debeant. Primates, & patriarcha diuersorum sunt nominum, sed einsdem officij. Ab archiepiscopis autem, quoties necesse fuerit, episcopi ad primates appellant; sed à primatibus ad archiepiscopos appellare non licet. Debent ergo obedientiam primatibus archiepiscopi in omnibus, qua sibi ab eis iuste fuerint imperata.*

Vnde Anacletus Papa ait ad episcopos Italiæ, epist. 2.

¶ Quæ obedientia sit exhibenda primatibus, & patriarchis. C. I.

Iuo par. 5. c. 53. Pann. l. 4. c. 23.

P Rouinciæ multo ante Christi aduentum [f] tempore diuisæ sunt maxima ex parte, & postea ab Apostolis, & beato Clemente prædecessore nostro ipsa diuisio est renouata. Et in capite prouinciarum (vbi dudum primates legis † sæculi erant, ac prima iudiciaria potestas, ad quos qui per reliquas ciuitates commorabantur, quando eis necesse erat, qui ad aulam Imperatoris, vel Regum confugere non poterant, vel quibus permissum [g] non erat [h], confugiebant pro oppressionibus, vel iniustitijs suis; ipsosque appellabant, quoties [i] opus erat sicut in lege eorum præceptum erat:) ipsis [k] quoque in ciuitatibus, vel locis nostros † patriarchas, vel primates, qui vnam formam [l] tenent, licet diuersa sint nomina, leges diuinæ, & ecclesiasticæ poni, & esse iusserũt: ad quos episcopi, si necesse fuerit, confugerent, eosque appellarent: & ipsi primatum nomine fruerentur, & non alij. Reliquæ vero metropolitanæ ciuitates, quæ minores iudices habebant (licet maiores † comitibus [m] essent) haberent metropolitanos suos, qui prædictis iuste obedirent primatibus, sicut & in legibus sæculi olim or-

† al. legis
† al. nostris
† al. maiorum eo minum

P Rouinciæ.] C a s v s. Quæsitum fuit ab Anacleto in quibus locis primates instituendi sint: & an archiepiscopi eis debeant obedire. Et respondet ꝙ leges ecclesiasticæ iusserunt poni primates vel patriarchas, qui eãdem formam tenẽt (licet diuersa sint vocabula) in capitibus prouinciarũ, vbi olim erant primates paganorum: ad quos primates vel patriarchas ab archiepiscopis appellatur. In alijs vero ciuitatibus metropolitanis debent archiepiscopi residere, qui debẽt prædictis primatibus obedire, nec debent noiari primates, sed archiepi vel metropolitani.

f ¶ Ante Christi aduentum.] Ergo ante tempus Gelasij & Dionysij distinctæ erant prouinciæ. vnde reprobat quædã solutio, quæ ponitur 10. q. 3. nec numerus. quòd scilicet tunc nõ erant prouinciæ limitatæ. Sed dic ꝙ prouinciæ fuerũt diuisæ, vt hic, sed diœceses nõ nisi à tẽpore Dionysij. 13. q. 1. c. 1. Vel solue per illam literam, maxima ex parte: quasi dicat, non omnes.

Prouinciæ quo tempore fuerit distinctæ.

Arg. contra. extra de iud. cum deputati. extra de iustitia. ad docendum. Archid.

b ¶ Suscipias.] vt officiẽt populũ. aliàs bene. extra de cle. peg. c. pe.

c ¶ Fortiores.] Hæc est vna ratio, quare non admittuntur. aliæ assignantur 19. q. 2. duæ.

O Mnes.] C a s v s. In hoc cap. statuitur, vt illi qui in peregrinatione sunt baptizati, non promoueantur: quia eorum vita est incognita, & possunt esse irregulares.

d ¶ Omnes.] Hoc cap. loquitur de adultis. Sed nõne baptismus tollit omnem peccati maculam? Vtique sic j. de pœn. dist. vlt. cap. vlti. hoc ergo ideo quia forte isti bigami vel alias irregulares sunt, quia ante baptismum forte fuerunt bigami.

Baptismus omnem peccati maculam tollit.

D E primatibus.] Hæc dist. diuiditur in tres partes, in quarum prima dicitur, ꝙ vbi erant primates gentiliũ olim: ibi sunt modo primates, idest, patriarchæ, qui idem habent officium, licet nomina sint diuersa. Secunda ibi, *Nulli archiepiscopi.* Tertia ibi, *Vniuersalis.* Ioan. de Fant.

C a s v s. Quia supra in 80. dist. c. 1. Gratianus fecerat mentionẽ de primatibus & patriarchis, nec assignauerat differentiam inter eos, ideo supponit hanc 99. dist. in qua ostendit, quòd primates

g ¶ Quibus permissum.] quia modica erat summa. 2. q. 6. anteriorum. §. illud.

h ¶ Non erat.] vt clericis, qui in causis ecclesiasticis nõ possunt appellare ad principem, vt j. 11. q. 1. placuit.

i ¶ Quoties.] idest, bis ante sententiam: vel post sententiam secundum canones. Et no. ꝙ dicit, quoties, secundũ leges: sed tamen non licet secundũ leges appellare ad principẽ nisi in casu ante sententiã. & ita est arg. ad expositionẽ illius 2. q. 6. omnis oppressus.

Appellare ante sententiam secundum leges non licet.

k ¶ Ipsis.] repetit quod dixerat.

l ¶ Formam.] Arg. C. de codic. si idem. contra. quia diuersitas nominum debet designare diuersitatẽ rerum, vt 21. dist. cleros.

Adde qđ sic nominatur ... differentia, districtus vel territorio text. in l. 1. C. quando im pe. inter pu. & vidu.

m ¶ Comitibus.] idest, comitantibus vel sequentibus eos. vel comitatibus, idest, episcopis. Comitatus enim dicitur districtus alicuius ciuitatis, vbi est episcopus. Vel hoc vult notare, ꝙ archiepiscopus maiorem habet potestatem in prouincia & iurisdictionẽ quam primas. nam metropolitanus est iudex ordinarius omnium episcoporum prouinciæ: primas tantum archiepiscopi, vnde secundum hoc maior est patriarchis.

Metropolitani iurisdictio. Primatis iurisdictio.

m ¶ Comitibus.] idest, propter comites & propter episcopos suffraganeos.

a No-

a ¶ *Nomina.*] arg. ex nominibus semper res nominum, idest res significatas per nomina debere attendi.

N *Vlli archiepiscopi.*] C A S V S. Quæsitũ fuit ab Aniceto Papa, vtrum archiepiscopi sint appellandi primates vel patriarchæ. Et respondet quòd non, nisi multitudo populorum intantum excrescat, vt de archiepiscopo fiat patriarcha.

b ¶ *Vocitur.*] C. de lib. cau. iubemus. C. de ꝓba nec epistolis.

c ¶ *Qui primas.*] sicut Romanꝰ, Antiochenus, Alexandrinus. ȷ. 22. dis. cleros. Quid de Veneto? dic ergo quòd est primas respectu inferiorum. extra de priuil. c. antiqua.

d ¶ *Ad fidem conuertatur.*] Nam & apes accrescentes. 7. q. 1. in apibus. de consẽ. dist. 5. numquam & iuuentus Romana excrescẽs nouam sibi ciuitatem ædificauit: argu. C. de sac. san. eccle. iubemus. Et bene dicit, conuertatur: nã alias vix posset cõtingere, ꝙ in aliquo loco intantum excresceret populus, vt primate ind geret, v 134. dist. fraternitatis.

e ¶ *Constitui.*] arg. infra parochiã alicuius non debere constitui ecclesiam, nisi multitudo fideliũ excreuerit. Sed vbi quid illo inuito cuius est parochia, poterit hoc fieri & irregito? Nõ, vt 16. q. 1. multis concilijs. & 16. q. 1. felix. &c. seq. Sed si requisitus nollet consentire: non minus tamen fieret per maiorem, scilicet per Papam. extra de eccle. ædi. c. 3. eius tamen cõsensu primo requisito. Et not. quòd huiusmodi requisito faciendaest, cũ ille locus esset, in quo excreuit multitudo fidelium, iã deputatus alicui episcopatui, alias non.

f P *Rimæ.*] idest, patriarchalis.

Multitudine crescente ... fidei.

Multitudine excrescente in posse ecclesia in aliena parochia ... consensu.

dinatum erat: qui non primatum, sed aut metropolitanorum, aut archiepiscoporum nomine fruerentur.

¶ *Hoc capus integrum repetitur à Gregorio VII. lib. 6. reg. epist. 35. Rothomagensi, Turonensi, ac Senonensi archiepiscopis scripta, ex qua & originalis nonnulla sunt restituta.*

Item Anicetus ad episcopos Galliæ.

¶ Non vocentur primates, nisi qui primas sedes tenent. C. II.

NVlli archiepiscopi primates vocentur[b], nisi illi, qui primas tenent ciuitates † ; quarum episcopos Apostoli, & successores Apostolorum, regulariter patriarchas, & primates esse constituerunt: nisi aliqua gens deinceps ad fidem conuertatur[d], cui necesse sit propter multitudinem eorum †, primatem constitui[e]. Reliqui vero, qui alias metropolitanas sedes adepti sunt, non primates, sed metropolitani nominentur.

Item ex concilio Africano, c. 6.

¶ Primæ sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos. C. III.

PRimæ[f] sedis episcopus non appelletur princeps sacerdotum, vel summus sacerdos, aut aliquid huiusmodi; sed tantum primæ sedis episcopus.

3. *Vniuersalis autem nec etiam Romanus Pontifex appelletur.*

Vnde Pelagius II. epist. omnibus episcopis illicite à Ioanne Constantinop. conuocatis, &c.

¶ Nec etiam Romanus Pontifex vniuersalis est appellandus. C. IIII.

NVllus patriarcharũ vniuersalitatis † vocabulo vmquam vtatur: quia si vnus † patriarcha vniuersalis dicitur, patriarcharum nomen ceteris derogatur. Sed absit hoc, absit à fidelis cuiusquam mente, hoc sibi vel velle quempiam arripere, vnde honorem fratrum suorum imminuere ex quantulacumque parte videatũr. Quapropter charitas vestra neminem vmquam suis in epistolis vniuersalem nominet; ne sibi debitum subtrahat, cum alteri honorem offert indebitum.

Item Gregorius Eulogio patriarchæ Alexandrino, lib. 7. epi. 30. indic. 1.

¶ De eodem. C. V.

ECce in præfatione epistolæ, quam ad me ipsum, qui prohibui, direxistis, superbæ appellationis verbum, vniuersalem me Papam dicentes imprimere curastis. Quod, pero, dulcissima mihi sanctitas vestra vltra non faciat: quia vobis subtrahitur[g], quod alteri plus, quàm ratio exigit, præbetur[h]. Ego enim non verbis quæro prosperari, sed moribus; nec honorem esse deputo, in quo fratres meos honorem suũ perdere cognosco. Meus namque honor est, honor vniuersalis ecclesiæ: meus honor est, fratrum meorum solidus vigor. Tunc ego vere honoratus sum, cum singulis quibusque honor debitus non negatur[i]. Si enim vniuersalem me Papam uestra sanctitas dicit, negar se hoc esse[k], quod me fatetur uniuersum. Sed absit hoc. Recedant uerba, quæ uanitatem inflant, & charitatem uulnerant.

¶ *Apud B. Gregorium hæc sequuntur.* Et quidem in sancta Chalcedonensi synodo, atque post à subsequentibus patribus hoc decessoribus meis oblatũ vestra sanctitas nouit. Sed tñ nullus eorũ vti hoc vmq̃ vocabulo voluit, vt dum in hoc mundo honorẽ sacerdotũ diligerent omnium, apud omnipotẽtẽ Deũ custodirent suũ. *Quam rem etiam plenius exponit, lib. 4. epist.* 32.

VNIVERSALIS. Hæc est tertia pars distinctionis: in qua dicitur, quòd Papa non debet vocari vniuersalis. Ioan. de Fant.

N *Vllus patriarcharum.*] C A S V S. Episcopi in suis epistolis appellabant patriarchas vniuersales: quare prohibet Pelagius oĩbus epis vt neminẽ de cetero appellẽt vniuersalem: quia si vnus appellatur vniuersalis, ceteris honor debitus subtrahitur.

E *Cce.*] C A S V S. Eulogius Alexandrinus patriarcha in sua epistola Gregorium vniuersalẽ appellauit: quod ipse Gregorius ante ꝓhibuerat: quare ꝑcipit sibi, vt hoc de cetero nõ faciat: quia nõ verbis, sed moribus quærit ꝓsperari: & si ipse vniuersalis appelletur, nullus honor ceteris remanebit. quod ei nõ placet: quia tũc ipse honoratur cum alijs honor debitus non negatur.

g ¶ *Subtrahitur.*] Arg. ꝙ Papa per suum mandatum non vult derogari iuri alicuius. ȷ. 25. q. 2. quod vero dicitus. ȷ. 9. q. 3. nunc vero. ȷ. 11. quæst. 1. peruenit. ȷ. 63. dist. quanto. ȷ. 85. dist. archidiaconum Florentinum. in fi. Argu. contra 8. quæst. 3. Aeraldus. 9. quæst. 3. conquestus. in fi. sic extra de offic. deleg. super eo. vbi dicitur, quòd est intentionis nostræ alicui derogare per rescriptum nostrum. & ita arg. quod vni attribuitur, alij subtrahitur: arg. 45. dist. disciplina. ff. de iudic. cum prætor. in fi. & extra de rescrip. olim. in fine. 85. dist. archidiaconum. argu. nemini consulendum cum alterius iactura, vt infra 9. quæst. 3. si quis vero. not. 22. quæst. 2. primum. 14. quæst. 5. denique.

h ¶ *Præbetur.*] Non enim debent plus esse subditi quàm expedit. 2. q. 7. admonedi. nec prælati ita humiles vt contemnãtur. 86. dist. quando. ff. de offi præsi. obseruandum.

i ¶ *Non negatur.*] Sic C. de cad. tollen. l. 1. §. vlt. C. de nup. imperialis in prin. nec enim publice ꝓdest, &c. C. de sen. pt. præ. l. 1.

k ¶ *Negas se hoc esse.*] idest, esse de vniuersitate, cum tamen Romana ecclesia non sit vniuersalis, licet sit de vniuersitate. Ioan.

Papa per suum mandatum ... iuri alterius derogari velit.

Adde ad hoc libbrum ... in princip. ff. ne quid in loco pub.

Poly. l. 2. tit. 21. Iuo par. 5. c. 54. Pann. l. 4. c. 25.

† al. sedes

† al. episcoporum

Et Carthag. 3. c. 26.

Poly. l. 2. tit. 26. Burch. l. 1. c. 3. Iuo par. 5. c. 57

Poly. l. 2. tit. 25. Ans. l. 6. c. 130.

† al. hoc tam profano vocabulo] orig.

† al. summus] or.

Io. dia. l. 3. c. vlt.

Poly. l. 2. tit. 26. Ans. l. 6. c. 131.

Alibi extra de præscrip. ...

Humilitas nimia prælatorũ contemnitur.

Singulis sua iura ... denegari. Archid.

Episco.

Piscopos.] Hæc distinctio diuiditur in quinque partes, & loquitur de pallio, quod est Pontificalis officii plenitudo: & ideo posuit in fine. In quarum prima parte dicitur, quòd metropolitanus sine pallio ordinare episcopos non debet. & hoc probat per capit. sequen. fortiter postulantibus [a], & quo tempore sit eo vtẽdum, vt in alio tempore vti eo non possit: quia tantum in celebratione Missæ, nisi plus ex priuilegio alicui concessum sit, vt in alio tempore vti possit. & qualiter sit dandum: quia cum donatione noui priuilegii, vel renouatione veteris. ꝟ. eadem, optatum.

[a] Vt ꝟ. ea. c. prisca.

Refert autem B. Thomas in opusculo contra errores Græcorum totam illam synodum sancto Leoni sic acclamasse, Leo sanctissimus Apostolicus, & œcumenicus, id est vniuersalis Patriarcha permultos annos viuat. *Et Leo ix. Michaeli Constantinopolitano archiepiscopo de hac eadẽ appellatione scribens ait,* Licet magno Leoni prædecessori nostro, & successoribus ipsius hoc sancta decreuit Chalcedonensis synodus. *Sed in multis quoque libellis, qui actione tertia eiusdem synodi habentur, hæc est inscriptio,* Sanctissimo, ac beatissimo vniuersali Patriarchæ magnæ Romæ Leoni. *Et in codicibus multarum epistolarum ad Romanos Pontifices, quæ manuscriptæ in Vaticana bibliotheca seruantur (quarum multa exempla sunt penes priuatos) ad Hormisdam Papam plusquam trecenti Archimandritæ, ac monachi secundæ Syriæ sic scribunt,* Sanctissimo, ac beatissimo orbis terræ Patriarchæ Hormisdæ continenti sedem principis Apostolorum Petri, deprecatio, & supplicatio minimorum Archimandritarum, & ceterorum Monachorum secundæ Syriæ. *Et in media fere epistola.* Quoniam Christus Deus noster principem pastorum, & doctorem, & medicum animarum constituit vos nostrum sanctum angelum; dignum est passiones, quæ nobis cõtigerunt, exponere, &c. *Auitus quoque Gallus episcopus ad eundem Hormisdam sic scribit,* Dum religionis statui, & plenis catholicæ fidei regulis perspicitis conuenire, vt gregem per tota vobis vniuersalis ecclesiæ membra commissum, peruigil cura me adhortationis informat. *Et Ioãnes episcopus Nicopolitanus ad eundem.* Decenter ad vestras orationes concurro, vt iuxta consuetudinem Apostolicæ sedis vestræ cunctarum ecclesiarum coram, & Nicopolitanorum habere dignemini, secundum antiquã specialem dispositionẽ vestram. *Et in breuiario Liberati, c. 22. episcopus Patara hæc Imperatori de Syluerio Papa ait,* multos esse in hoc mundo reges, & non esse vnum, sicut ille Papa est super ecclesiam mundi totius. *Et Regino Germanus lib. 11. Chronicorum de Nicolao primo loquens, sæpe illum vocat vniuersalem Põtificẽ. Sed istius dictionis,* vniuersale, *duæ sunt notiones, quas Innocentius iij. lib. 2. epist. 506. (quæ incipit,* Apostolicæ sedis*) Patriarchæ Constantinop. scribens exponit his verbis,* Dicitur enim vniuersalis ecclesia, quæ de vniuersis constat ecclesiis, quæ græco sermone catholica nominatur, & sm̃ hanc acceptionẽ vocabuli ecclesia Romana non est vniuersalis ecclesia, sed pars vniuersalis ecclesiæ, prima videlicet, & præcipua: veluti caput in corpore: qm̃ in ea plenitudo potestatis existit, ad ceteras aũt pars aliqua plenitudinis deriuatur. Et dicitur vniuersalis ecclesia illa vna, quæ sub se continet ecclesias vniuersas. Et secundum hanc nominis rationem Romana tantum ecclesia vniuersalis nuncupatur: qm̃ ipsa sola singularis priuilegio dignitatis ceteris est prælata, sicut & Deus vniuersalis Dominus appellatur (non quasi iam diuisus in species aut specialissimas, aut etiam subalternas) quoniam omnia sub eius dominio continentur. Est enim vna generalis ecclesia, de qua veritas inquit ad Petrum, [Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.]

Matth. 16.

Voniam quidem.] Casvs. Hoc c. in duas partes diuiditur. In prima dicit, q si archiepiscopus vltra tres menses à tempore consecrationis pallium petere distulerit, carere debet dignitate sibi cõmissa, & alii metropolitani cum consilio summi põtificis viduatæ ecclesiæ prouidebunt. In secunda parte, quæ loquitur de episcopo, dicit, q episcopus intra tres menses a tempore electionis debet consecrari. Sed si vltra menses quinque distulerit, nec ibi, nec alibi in episcopum consecrabitur, imo iudicio sui metropolitani cedat, & abrenuntiet vel recedat. Secunda pars incipit ibi, *Si vero consecrandi.*

b ¶ *Fidem.* id est, fidelitatem, vel etiam symbolum, ut ꝟ. ea. optatũ.

c ¶ *Episcoporum.*] sed quare differũt per hoc consecrationes episcoporum, cum ecclesia vacante comprouinciales episcopi aliquem consecrare in episcopum possint, ut 64. distinctione, quia. extra de elect. quia diligentia? Item etsi ipse non habeat pallium, tamen aliis mandare posset consecrationem, ut extra de electio. suffraganeis [a]. Ad hoc potest dici, q illud cap. loquitur quando electus est in mora petendi pallium. s. post tres menses elapsos: unde ipse aliis nõ potest cõmittere cõsecrationẽ, nec ẽt tunc suffraganei sui possunt consecrare aliquem, ut p hoc maior rubor incutiatur electo, cum uiderit suum suffraganeũ cõsecrari ab extraneis; qa nõ multũ curaret, si à suis cõsecrarẽt. sed usque ad tres menses antequã sit in mora petẽdi palliũ, satis uĩ, q cõprouinciales epĩ possunt episcopalia iura supplere: cũ semp uicini epĩ suppleant defectũ alicuius uacantis ecclesiæ, ut 7. q. 1. pontifices. 65. dist. si forte. Sed ipse electus licet sit cõsecratus, iura epalia nõ põt exercere ante receptũ palliũ: nec uirgines ꝯsecrarẽ, nec ordinare clericos, nec synodũ celebrare, ut ex. de elec. q sicut. in si. ext. ea. significasti. Sed nũquid electus in archiepm̃, & confirmat' põt cõfirmare eos q sunt electi i epos? Dico, q sic. ext. de elec. nosti. & c. trãsmissam. de transla. eũ ex illo. imo & capitulũ põt confirmare, quia supplet uicẽ plati. ar. extra de hære. ad abolẽdã. & ar. de cõces. pben. nulla. Sed dico, q nec capitulũ supplet in hoc defectũ plati, ut extra ne se. ua. illa. licet sit arg. q solus Papa possit. 54. dist. presbyteri. extra de conces. præben. quia diuersitatem.

Archiepiscopi pallium nõ petentis negligentiam quis supplere debeat.

a Quidam dicunt q ista decre. nõ tenetur. Sed dic, vt not. extra de translatio. c. 1. in glo per Archid.

Electus in archiepiscopũ, & confirmatus cõfirmare electos in episcopos non potest.

DISTINCTIO C.

a b c

PIscopos [a] autẽ ordinare [b] ante pallium acceptum nec archiepiscopo, nec primati, nec patriarchæ licet. Quod ex auctoritate Pelagij Papæ (licet minus euidenter) datur intelligi.

Ait enim Pelagius Papa.

¶ Intra tres menses fidem suam exponere, & pallium postulare à Romana ecclesia quisque metropolitanus studeat. C. I.

Poly. l. 2. ti. 10. Burc. l. 1. c. 55. Ans. l. 6. c. 92. Iuo p. 5. c. 136. Pann. l. 3. c. 11.

QVoniam quidam metropolitanorum fidem [b] suam secundum priscam consuetudinem sanctæ sedi Apostolicæ exponere detrectantes, vsum pallij neq; expetunt, neq; percipiũt; ac per hoc episcoporum [c] consecratio viduatis [d] ecclesijs non sine periculo protelatur; placuit, vt quisquis metropolitanus vltra tres [e] menses consecrationis [f] suæ ad fidem suam exponendam, palliumque suscipiendum, ad Apostolicam sedem non miserit, commissa sibi careat digni-

quen. Secunda ibi, *Prisca.* Tertia ibi, *Causarum.* Quarta ibi, *Pallium.* Quinta ibi, *Priuilegia.* Io. de Fant.

Casvs. Supra tractatum est de patriarchis & archiepiscopis: sed quia eorum dignitas est imperfecta sine pallio: ideo supponit hic centesimam distinctionem, in qua specialiter de pallio tractatur, ostendens primo, q patriarchis, vel archiepiscopis sine pallio consecrare non licet. Secundo, q intra tres menses à tempore cõsecrationis pallium sit petendum, vt ꝟ. cap. quoniam. Tertio ostendit quibus pallium sit dandum, scilicet benemeritis, & instãter postulantibus, vt ꝟ. eo. c. prisca. Quarto quo tempore pallio sit vtendum, scilicet tantum in celebratione Missæ, vt ꝟ. ea. pallium. Quinto vero, q cum donatione pallii noua priuilegia conceduntur, vel vetera confirmantur, vt ꝟ. ea. rationis.

a ¶ *Episcopos.*] Hic intitulatur 100. dist. & quia fecerat mẽtionẽ de primatibus & archiepiscopis, & eorum dignitas videtur esse imperfecta sine pallio, vt extra de electio. significasti: ideo specialiter tractat de pallio, ostendens, q nisi habeant pallium, non possunt episcopalia exercere officia. Ponit etiã intra quod tempus debeat peti & dari, quia intra tres menses: & quibus, quia benemeritis: & c.

Pallium quid refert, & quando peti debet.

d ¶ *Viduatis*] olim. nam post confirmationem electi iam est matrimonium inter eum & ecclesiam. de transla. prælato. inter corporalia. Vel dic, q uidua est quo ad episcopalia.

e ¶ *Tres menses.*] accusatus de hoc corani Papa: aliãs non.

f ¶ *Consecrationis.*] id est, confirmationis, si ante erat episcopus.

a [a] Post

tate,sitque metropolitanis alijs licentia post secundam [a] ,& tertiam commonitionem viduatis ecclesijs cum consilio [b] Romani pōtificis, ordinādo episcopos †,subuenire. ¶ Si vero cōsecrandi episcopi negligentia prouenerit,vt vltra [c] tres menses ecclesia viduata consistat,communione priuetur, quousque aut loco cedat [d] , aut se consecrandum offerre † non differat. Quòd si vltra quinque menses per suam negligētiam retinuerit viduatam ecclesiam;neque ibi,neque alibi cōsecrationis donum percipiat:immo metropolitani sui iudicio cedat.

† al.episcopo

Innoc. iij. l. 1. episto. 117.

† al.prabere

¶ *Burchardus, Anselmus,& auctor Panormiæ citant ex decr. Damasi:Ivo vero citat,vt Gratianus,itemque Innocentius iij.lib. 1.epist. 117. Bituricensi archiepiscopo (quæ incipit,Ne si vniuersi.) refert paragraphum,* Si vero consecrandi,*ex eodem Pelagio.*

Item Gregorius Papa Brunichildæ Reginæ,lib.7.epist. 5.

¶ Honor pallij non detur,nisi meritis exigentibus,& fortiter postulanti. C. II.

2 PRisca consuetudo obtinuit,vt honor pallij,nisi exigentibus causarum meritis,& fortiter [e] postulanti dari non debeat.

Ans.lib.6.c. 93. Poly.l.2.tit. 24.

[*Idem Ioanni Corinthiorum episcopo,lib.4.epist.55.seu c.99.*]

Io.Diac.l.3.c.5.

¶ De eodem. C. III. PALEA.

NOnit sanctitas † tua;quia prius pallium,nisi dato commodo,non dabatur. Quod quoniā incongruum erat, facto cōcilio ante corpus beati Petri Apostolorum principis,tam de hoc, quàm de ordinationibus aliquid accipere sub districta interdictione vetuimus. Oportet ergo,vt neque per commodum,neque per gratiā,aut quorūdā supplicationē aliquos ad sacros ordines cōsentiatis,vel pmittatis adduci.

Ansl.l.6.c.90. Poly.l.2.tit.1.

† *al. fraternitas vestra*] orig.

s.q.1.c.de ordinationibus.

¶ *Hæc palea habetur in plerisque vetustis exemplaribus.*

3 *Causarum vero merita accipienda sunt,vt & is, qui postulat,mereatur accipere,& fidei suæ professionem prius iuramento confirmet,& apostolicis decretis,atque synodalibus statutis se obediturum nihilominus caueat. Pallio autem non nisi certis diebus , & intra ecclesiam ad Missarum solennia cuiquam Metropolitano vti licebit.*

Vnde Ioannes episcopus Vulberto [a] *Agrippinensi episcopo.*

a ¶ Vuliberto.] *Restitutum est hoc nomen ex Anselmo.Nam antea erat,*Gilberto, *Nam Regino in ea ætate,qua Ioannes octauus Romanæ ecclesiæ præfuit,meminit Vuliberti episcopi Agrippinensis:& inter epistolas Ioannis Papæ octaui,quæ in bibliotheca Vaticana seruātur,est epistola alterius arg.ad eundem,& Deusdedit refert integram eiusdem Ioannis epistolam ad eundem Vulibertū.*

¶ Nisi post consuetam fidei professionem pallium dari non debet. C. IIII.

OPtatum tibi pallium nunc cōferre nequiuimus:quia fidei tuæ paginam minus [f] , quàm oporteat,continere reperimus: cum videlicet in ea nullam sanctarum vniuersalium synodorum,in quibus fidei nostræ symbolum continetur,nec decretalium Pontificum Romanorum constitutorū secundum morem feceris mentionem [g] : sed nec illam propria subscriptione [h] munieris, nec aliquem [i] , quì hanc iureiurando [k] firmaret,miseris.

Ansel.l.6.c.9.

Archiepiscopū negligentem circa pallij petitionem quis monere debet.

a ¶ *Post secundam.*] dicunt quidam faciendam ipsi metropolitano intra alios duos menses antequam deponatur:sicut post sequitur de episcopis.quod enim dicitur de episcopis.ī.hoc exaudi de metropoli.vnde hæc determinatio post secundam,&c.determinat illud verbum,careat.& secundū hoc est hic ar. ꝙ mora potest purgari. Alij dicunt , ꝙ hæc admonitio debet fieri tantummodo à suffraganeis metropolitani,ad quos(vt dicunt) translata est potestas , cū metropolitanus negligens existat. Si ergo suffraganei post admonitionem neglexerint consecrare vel eligere, vicini metropolitani cōsecrabunt consilio Papæ.Sed quare aufertur capitulo potestas eligēdi?Respon.Quia neglexerūt admonere suum electum ad petendum pallium : alias dico reuerti ad eos ius eligendi.Sed quare descendit ad metropolitanum,cū tantum ad Papam deuoluūtur episcopatus , vt extra de concel.præben.& eccle. non va.dilectus?Sed hic pcise nō descendit ad Metropolitanū , sed ad Papā cū eis: vel tūc descēdit ad Papā cū aliqs est negligens in eligendo [1] . Et est ſi.65.dist.si forte.Io. Hodie solus Papa facit hoc per decre.illam dilectus.B.

Prælati negligentia aufert capitulo ius eligēdi.

1 Hoc est falsū vt extra de elect. ne p defectū. vbi dicitur,ꝙ ad proximū superiorē deuoluit in hoc casu:quod dic,vt extra lib. 6.e.tit. quamquam.

b ¶ *Cum consilio.*] dicunt quidam hoc generale esse,ꝙ vbicumque per negligētiam vnius transfertur potestas ad aliū,ille non procedet, nisi prius requirat auctoritatem superioris. sed hoc nego,& est hic speciale : alias secus.9. q.3.cum simus.ar.ff. de condi. institu. quæ sub conditione.§.vlti.

c ¶ *Vltra tres menses.*] sed quare nō dantur nisi tres menses archiepiscopo,vt ī.eo.ca. quia maius periculum est in mora metropolitani. 42.dist .quiescamos.

Confirmatus qñ que deponitur.

d ¶ *Cedat.*] ergo metropolitanus potest deponere electum. contra 7. quæstio.prima.mutationes. & 3. quæstio. 6. quamuis. extra de transla.inter.Sed hoc speciale est,vt confirmatū possit metropolitanus deponere,& hoc in odium negligentiæ. Alius est casus 92.dist.si quis episcopus per manus. Tertius 13.dist.illud. Sed certe hic non deponitur nisi ab obtinendo , non ab ordine quem habet,vt extra de accusa.c.super his.

PRisca.] CASVS. Docet hic Gregori. Brunichildam Reginā, ꝙ pallium non datur nisi benemerito,& fortiter postulanti.

Promdi instantia prodest.

e ¶ *Et fortiter.*] sed si fortiter postulet,nō ne pōt notari ambitiosus? Non : quia cū quis suo iure vtatur,prodest instantia.de pæni.dist. 1.importuna. 72.dist.c.1.& 2.q.6.post appellationem.

NOnit] CASVS. Palea est,in qua præcipitur,vt pro recipiendo pallio nihil detur,sicut olim consuetudo erat ; cum hoc habeat speciem simoniæ .

CAVSARVM. Hæc est 3.pars huius dist.in qua dicitur, ꝙ qui palliū accipit,obedientiā iurare debet, & ꝙ canones seruet,qđ nisi fecerit,pallium non habebit. & hoc probat tribus capit. Io.de Fā.

CASVS. In hoc 3.exponit Gratianus quæ sunt merita causarū , scilicet,vt is qui postulat pallium , mereatur recipere , & fidē suā iuramento adstringat,vt apostolicis decretis & statutis synodalibus obediat.Postea ostendit , ꝙ pallio non est vtendum nisi certis diebus,& inter Missarum solennia. Et ad hoc probandum inducit sequentia capitula.

OPtatum.] CASVS. Vulibertus Agrippinensis episcopus per suum nuntium à Ioanne pallium postulauit. sed ei propter quattuor causas non concessit,s.quia fidem catholicam ad plenū in epistola sua non exposuit: & quia nec vniuersalium conciliorū nec decretalium Pontificum Romanorū vllā fecerat mentionem: & præterea in illa epistola non subscripserat,item nec aliquē nuntium miserat,qui pro eo iuraret.

f ¶ *Minus.*] arg.totum contractum vel rescriptum, vel instrumētum nil valere,& esse irritandum,si aliqua necessaria desinit in eo. arg.38. dist.quæ ipsis.3.q.9.pura.& idem facit plus quod minus , vt 9.distin.si ad scripturas sacras. arg.contra:quia superflua non vitiant,vt de consec.dist. 4. si non sanctificatur.ff. de regulis iuris. non solent.

Adde tit.in d. si quis ex argentarijs.§.si tamē.ff de eden.no.in auth.vt ppo.nomine in prin.& §.si qua soli. §.

g ¶ *Mentionem.*] de eis conseruandis. Quid autem iurare debeat qui pallium petit,habes extra de iureiur.ego.& de elect.significasti.& notatur 13.dist.quamquam.

h ¶ *Subscriptione.*] arg.donationem episcopi nihil valere,nisi eius subscriptione firmetur,sicut cum concedit aliquem locum,vel iurisdictionem alicuius loci alicui loco vel hospitali:arg.dist.96. bene.arg.12.q.2.sine exceptione.& c.cum redemptor.

Epi donatio sine subscriptione non valet.

i ¶ *Aliquem.*] arg.quem per alium iurare.ī.dist.63.tibi domino. & 17.q. 4.metuentes.

k ¶ *Iureiurando.*] extra de iura.calum.inhærentes.

a ¶ In ab

a In ea synodo, quam.] CASVS. Gregorius præcipit Syagrio archiepiscopo, vt deberet contra simoniacam hæresim synodum congregare: huic synodo vult Aregium episcopũ Francorũ interesse. præcipit ergo Grego. episcopo, vt illuc vadat, & palliũ quod transmisit Syagrio epo concedat, si prius promiserit illicita, quæ prohibens

sti. tamen c. proxi. dicere videtur, quod tantum in ecclesia debeat vti pallio: nec in processione vtetur eo, vt extra eo. cap. 1.

Contra.] CASVS. Ioannes archieps Rauen. extra Missarum solennia pallio vtebatur: super quo cum à Gregorio reprehenderetur, defendebat se priuilegijs Apostolicorũ: in quibus omnes consuetudines suæ ecclesiæ erant confirmatæ: quare Papa scribit ei dicẽs; Aut defendit se consuetudine generali, aut priuilegio. Generali cõsuetudine se tueri nõ potest: quia alij archiepiscopi hoc nõ faciunt. Si vero priuilegio se tuetur, necesse est, vt illud ostendat: quod si ostendere non potest, à tali præsumptiõe de cetero cesset: ne eius exemplo alij archiepiscopi talia sibi velint vsurpare.

3 *Item Gregorius Aregio episcopo Francorum, lib. 7. epist. 111.*

¶ Qui pallium desiderat accipere, prius à se remouere illicita promittat. C. V.

Ans. l. 6. c. 90.

IN ea synodo, quam contra simoniacam heresim per fratrem, & coepiscopum nostrum Syagrium decreuimus congregari, sanctitatem vestram volumus interesse, atque eidem fratri ita pallium, quod transmisimus [a], tribui, si prius se promiserit illicita, quæ prohibuimus, per definitionem synodicam a sancta ecclesia remouere. De qua synodo omnem nobis subtiliter ordinem tuam fraternitatem volumus scriptis discurrentibus [b] nuntiare; vt ipse, cuius nobis sanctitas valde experta est, nos reddas de omnibus certiores.

Idem Virgilio episcopo Arelatensi, lib. 4. epist. 51. seu c. 95.

¶ Non nisi ad Missarum solennia archiepiscopo vti pallio licet. C. VI.

Ans. l. 6. c. 98.

4 PAllium tibi transmisimus, quo fraternitas tua intra ecclesiam [c] ad sola Missarum [d] solennia vtatur.

[*Item Ioannis Rauennati episcopo, lib. 2. epist. 54. seu c. 93. indict. 11.*]

¶ De eodem. C. VII. PALEA.

Ans. l. 6. c. 87.

NOn multum temporis interuallum est, quòd quędam nobis de tua fraternitate fuerunt nuntiata, de quibus vobis, veniente illuc Castorio notario sanctæ, cui Deo auctore præsidemus, ecclesiæ, subtiliter nos indicasse meminimus. Peruenerat namque ad nos quędam in ecclesia vestra contra consuetudinis, atque humilitatis * tramitem geri; quæ sola, vt bene nostis, est officij sacerdotalis erectio. Quę, si sapientia vestra mansuete, vel cum episcopali suscepisset studio, non de illis accendi debuerat; sed oportuerat te hæc eadem cum gratiarum actione corrigere.

* Humilitatis.] *Restitutus est hic locus ex ipsa epistola. Antea enim legebatur*, contra vtilitatem ecclesiæ, & consuetudinis tramitem geri: quæ sola, vt bene nostis, est officij sacerdotalis ereptio.

Item Ioanni episcopo Rauennati, in eadem epistola.

¶ De eodem. C. VIII.

Ans. l. 6. c. 95.
Poly. l. 2. tit. 20.
† al. correptio

COntra morem quippe ecclesiasticum est, si non patientissime [e] toleratur, (quod à vobis absit) etiam iniusta correctio †, *& infra*. ¶ Illud frater charissime tibi non putamus ignotum, quòd pene de nullo metropolitano in quibuslibet mundi partibus sit auditum, extra Missarum tempus, vsum sibi pallij vindicasse. Et quòd bene hanc consuetudinem generalis ecclesiæ noueritis, vestris nobis manifestissime significastis epistolis: quibus præceptum beatæ memoriæ decessoris nostri Ioannis Papæ nobis in subditis transmisistis annexum, continens omnes cõsuetudines [f] ex priuilegio [g] prædecessorum nostrorum con-

e Patientissime.] Arg. quòd licet videatur iniustum quod præcipit prælatus, patienter tñ ferendum est. ℥. distin. 31. ante triennium. & distin. 19. in memoriã. 23. q. 1. quid culpatur.

Prelati præceptũ etiã iniustũ est faciendum.

f Cõsuetudines.] Sed nunquid valet priuilegium ita generale? Sic, vt 19 dist. si Romanorum. Et est si. 9. q. 3. episcopi. 23. dis. præterea. ff. de leg. 1. l. si quando. tamen cũ hoc priuilegium obscure loquatur, & faciat mẽtionem alterius priuilegij vel cõsuetudinis, necesse est vt illud exhibeatur, vt 76. dist. ieiunium. in princ. & extra de verbo. signi. abbate. vt no. ℥. dist. 9. vt veterum. Ad hoc dicũt quidã, quod si in hoc priuilegio inseritur totus tenor primi, nõ est necesse primum exhiberi. extra de iur. cal. ingẽtẽ. C. de do. si donatio. ff. de do. ex hac scriptura. ff. de admi. tuto. chirographis. Sed certe illud nõ sufficit. nã adhuc potest esse falsitas i bulla vel filo, vt extra de priuil. cũ olim, in fi. Alij dicunt, quod si auctoritate iudicis est rescriptum publicatũ, nõ est necesse exhiberi; secus si p tabellionẽ: quia publicatio facta corã iudice fidẽ facit, licet postea perdat, vt C. de testa. publicati. & iudex diligentius singula cõsiderat quam tabellio. Sed illis ob. extra de sen. & re iu. cũ inter a. in fi. Ad hoc dico, quod sufficit si corã iudice est publicatũ: ita vt non teneatur exhibere prius instrumentũ nisi aduersarius dicat se velle probare falsum: tunc enim debet illud exhibere, licet prius fuerit ei fides imposita: nisi iuret illud se perdidisse, vt C. de fide instr. l. vlt. Ioan. Hoc hodie determinatur extra de fide instru. c. vlt. B.

Priuilegiũ exemplarium exhibens verũ testatur.

a In fine ver. veniens. vbi dicitur, quod omnia gesta præsumuntur per olã rite celebrata, si gesta à tabellione scribuntur. Archid.

bita sunt in synodo, ab ecclesia remouere. Itẽ præcipit ei, vt omnẽ veritatem & ordinem de illa synodo scripsit planis & apertis debeat significare. Capitulum quod postea sequitur, planum est: in quo dicitur quando archiepiscopus, & vbi pallio vti debet.

a Quod transmisimus.] Argu. pactiones in donatione spiritualiũ posse interuenire, & conditiones: arg. contra. 1. q. 2. quam pio. Sed ibi intelligitur pactũ & conditio illicita, sed hæc est licita, cum ad eã nihilominus tenerentur. Vel ante electionẽ nulla debet esse, sed post electionẽ. ante consecrationẽ potest esse, saltẽ licita, vt de reb. & cõsuetudine ecclesię, & fidei articulis, & huiusmodi obseruandis. & hoc à maiori nõ à minori exigi potest: arg. 28. dist. de Syracusanæ, vt no. 8. q. 3 l summa. Vel dic quod hæc dictio, si, nõ notat hic conditionẽ; sed quãdã modificationẽ: arg. ff. de tutel. muto. §. secũdo. sic ponitur extra de ele. significasti 1. imo nec dicit cõditio, cũ subintelligat. ff. de condi. & demon. conditiones. Arg. ℥. quia cõditio est. Nam si dico: date illi si iurauerit: hoc est dicere, nõ date illi nisi iurauerit. ff. de cõdi. & demo. quibus diebus. §. 1. Io. Ego credo quod honesta & licita cõditio apponi potest in collatione spiritualiũ: vt extra de elect. significasti. & extra de ser. non or. eo libentius. B.

Pactiones interuenire possunt in spiritualium donatione.

Si. non semper cõditionem notat.

Immo ibi exponitur pro quia, vt not. extra de sponsa. dua. c. 1. in glo. si de forsitan. Archi.

b Discurrentibus.] idest, cito directis.

c PAllium tibi.] Intra tuam ecclesiam.] idest, ecclesiam quamcumque tuæ diœcesis. extra de vsu pal. c. 3. non autem potest vti pallio alterius, vt extra eo. cap. ad hæc. nec in alterius diœcesi. eo. titu. cap. ad honorem.

d Missarum.] Et in synodo etiã vti potest: sed non potest synodum congregare ante susceptionẽ pallij, vt extra de elect. significasti.

Archiepiscopus ante pallij susceptionem nõ cõuocat synodũ.

g Priuilegio.] vide qualiter argumentatur: ex quo per priuilegiũ hoc vendicatur: nõ ergo de iure cõmuni hoc potest vẽdicari: quasi simul nõ possit quis inniti priuilegio, & iuri cõmuni, vt 16. q. 1. hunc est. & ff. ad munic. l. 1. ff. de leg. 1. si quando. Sed certe quãdoque vtitur quis & priuilegio & iure cõmuni, vt extra de consue. cum dilectus. nec renuntiat quis priuilegio militari, licet vtatur iure communi, vt ff. de mili. testa. l. 3. sic ff. de priuile. cre. l. antepe. 23. distin. quamquam. in princi. Sic iuri communi, & etiã consuetudini potest quis inniti, vt extra de cẽsi. c. sopitæ. & 95. dist. olim. Io. Sed certe quidquid dicat Io. nõ dicitur priuilegium de eo quod competit de iure communi, cũ priuilegium sit lex priuata. ℥. dist. 3. priuilegia. nec illa decre. de consue. cum dilectus. contradicit: imo cõcordat: cum confirmatio ad priuilegium, & electio ad ius commune pertinere dicatur. extra de elect. cum inter. ad fi. Ber.

Priuilegio & iuri communi licet quandoque inniti.

a ¶ Omnium.]

cessas, vobis, ecclesiæque vestræ debere seruari. Confitemini igitur aliam esse generalis ecclesiæ consuetudinem; postquam ea, quæ vos geritis, vobis ex priuilegio vendicatis. Nulla ergo vobis in hac re, vt arbitramur, poterit remanere dubietas. Aut enim mos omniũ[a] metropolitanorum etiam à tua est fraternitate seruandus; aut si tuæ ecclesiæ aliquid specialiter dicis esse concessum, præceptumue à prioribus Romanæ vrbis Pontificibus; quòd hæc Rauennati ecclesiæ sunt concessa, à vobis oportet ostendi[b]. Quòd si hoc non ostenditur[c], restat postquam talia agere neque consuetudine generali, neque priuilegio vendicas, vt vsurpasse te cõprobes[d], quod fecisti. *& infra.* ¶ Decorari pallio volumus, forsan moribus indecori; dum nihil in episcopali ceruice splendidius[e] fulget, quàm humilitas. Oportet igitur fraternitatem tuam, si honores suos sibi quibuslibet argumentis stabili proposuit mente defendere, aut generalitatis vsum ex non scripto[f] sequi, aut ex scriptis † priuilegijs se tueri[g]. Quòd si postremo nihil horum est, alijs metropolitanis huius te præbere nolumus præsumptionis exemplum.

† al. scripto priuilegio

5 *Priuilegia quoque cum vsu pallij semper debent concedi.*

Vnde idem Gregorius Syagrio episcopo Augustodunensi, lib. 7. epistola 112.

¶ Cum vsu pallij aliqua priuilegia debent concedi. C. IX.

Polyc. l. 2. tit. 31. Ans. l. 6. c. 86.

RAtionis ordo omnino nos admonet, vt cum vsu pallij aliqua simul, sicut diximus, largiri priuilegia debeamus. Sed quoniam cum honoris augmento, cura[h] quoque solicitudinis debet accrescere, vt cultui vestiũ, actionis † quoque ornamenta conueniant; oportet, vt enixius in cunctis se studijs vestra fraternitas exerceat, & circa[a] subiectorum[i] actus sit cura vigilans, vt vestrum illis exemplum instructio, & vita magistra sit.

a ¶ Et circa.] *Locupletatus est hic locus ex originali.*

Idem Ioanni episcopo primæ Iustinianæ Illyricæ, lib. 4. epist. 15. seu cap. 59.

¶ Vsus pallij conceditur, & antiqua priuilegia innouantur. C. X.

Ans. l. 6. c. 99.

PAllium vobis ex more transmisimus, & vices[k] vos Apostolicæ sedis agere iterata innouatione decernimus.

Idem episcopis Epiri, lib 5. epist. 7. seu c. 107. indict. 14.

¶ De eodem. C. XI.

Ans. l. 6. c. 100.

SCriptorum vestrorum insinuatio, fratres charissimi, patefecit Andream fratrem nostrum Nicomedianæ ciuitatis episcopum, Deo propitio, solenniter ordinatũ[l]. *& infra.* ¶ Suprascripto igitur Andreæ fratri, & coepiscopo nostro pallium nos direxisse agnoscite, atque pri-

---

a ¶ Omnium.] Vide qualiter argumentatur, ex quo aliæ ecclesiæ vtuntur tali consuetudine: ergo & ista debet vti eadem. arg. ff. extra de cens. ex parte. Sed huic argumento posset responderi, quod consuetudo aliarũ ecclesiarũ non derogat consuetudini istius, vt §. 1. a. di. illud. & extra de capel. mo. dilectus. circa fi.

b ¶ Ostendi.] Hoc est contra tres regulas. Vnam, quòd tenetur possessor dicere titulũ suæ possessionis. hoc est contra id, 2. q. 5. §. 1. Aliam, quòd ab eo qui ius negat, non requiritur probatio: quod est contra id. ff. de probatio. ab ea. Tertiam, quòd actore non probante reus non absoluitur. 6. quæst. vlti. actor: , sed hoc est ideo quia præsumptio contra ipsum facit.

c ¶ Non ostenditur.] Qui enim priuilegium allegat, debet probare & ostendere: extra de priuile. porro. & ca. seq. & cap. pastoralis. nullus tamen tenetur edere, nisi illum articulum qui facit ad rẽ. extra de fide instrum. contingit. licet alias nemo posset iudicare de priuilegijs sedis Apostolicæ. extra de iudi. cum venissent. tamen qui defendit se per tale priuilegiũ, oportet vt illud exhibeat, vt extra de fi. instru. accepimus. Sic ergo canonicus, qui possidet duas præbendas, cum de iure non possit eas possidere: si contra eum agatur, ipse tenetur probare qualiter habet. secus si conueniatur super prima tantum. Dicunt tamen quidam, quòd canonico indistinctè incumbit onus probandi, scilicet institutionem suam. extra de app. personas. argu. extra de procura. ex insinuatione. argu. 2. q. 1. legum.

d ¶ Te comprobes.] Nonne præscriptione posset iste se tueri? Non: quia nullum ius proditũ est, quo talia à talibus taliter possideantur. & quod de iure communi non possidetur, nec præscriptione acquiritur, vt hic, & 93. distinct. illud. & cap. peruenitur.

e ¶ Splendidius.] Sic nihil est splendidius in principe quàm recta fides. C. de sum. trin. inter claras.

f ¶ Ex non scripto.] infra 25. quæst. 2. institutionis. §. distinct. 2. consuetudo.

g ¶ Tueri.] supra distin. 11. catholica. argum. contra. Sol. honus potest quis inducere sibi ex consuetudine, non honorem. 8. q. 3. in scripturis.

PRIVILEGIA. Hæc est quinta pars huius distin. in qua ostendit Gratianus quòd priuilegia cum pallio sunt concedenda.

RAtionis.] CASVS. Syagrius episcopus a Gregorio pallium postulauit. Gregorius vero pallium sibi largitus est & priuilegia. Sed quoniam cum honore debet crescere solicitudo: ideo præcipit sibi vt solicitus sit circa curam subiectorum. Duo sequentia capitula plana sunt, & per te videbis.

h ¶ Cura.] Arg. ad quem pertinet honor, & onus, vt distin. 56. Dominus noster. dist. 86. fratrem. dist. 23. nerui. 40. dist. ante omnia. dist. 35. ecclesiæ. nam dicit lex, quòd vtilitas per dignitatẽ augmentatur. ff. de iudi. l. si longius. in fi. ff. de dona. illius. §. 3.

i ¶ Subiectorum.] §. 87. dist. §. 1. & c. diuinæ.

k PAllium.] ¶ Vices.] Per priuilegium fecerat eum legatum suum, sicut suus prædecessor fuerat. Vel ideo dicit, quia omnes vocantur ab eo in partem solicitudinis, non in plenitudinem potestatis, vt 2. quæst. 6. decreto. Vel prius erat legatus, sed esse desijt factus archiepiscopus: argu. ff. de arbi. non distinguemus. § 1.

l SCriptorum vestrorum.] ¶ Ordinatum.] à suis episcopis: nam hoc est regulare, vt à suis suffraganeis consecretur archiepiscopus. 63. dist. quanto. & potest perpendi ex hoc c. & §. eod. quoniam. & 44. dist. quia. quòd metropolitanus etiam sine licẽtia summi Pontificis potest consecrari: & ad Papam non spectat (vt videtur) nisi datio pallij. Alij dicunt illud obtinere, vbi metropolitanus habet primatem: vel cum hoc habet ex consuetudine. hodie tamen vult Papa, quod petatur ab eo confirmatio cum pallio, vt extra de elect. quod sicut, vt dixi 51. dist. cap. vlt.

a ¶ Atque.

Consuetudo ecclesiarũ possessi non vacinnatur.

Tres regulæ notabiles.

Contra text. in l. qui accusare. C. de edend.

Canonicus de omnium sede nõ possit duas præbendas possidere.

Fides recta in principe splendet.

Dignitas augmentat vtilitatem.

Archiepiscopus à suis suffraganeis consecratur.

a ¶ *Atque priuilegia*] Ista priuilegia fuerunt personalia, & transierunt cum persona. ff. de regulis iur. priuilegia. & extra de instit. cum venissent. Sed licet transeant cum persona, tamen debent concedi successori cum petierit: & fit iniuria ei nisi concedatur sibi: beneficium tamen est si ei conceditur. ff. de aqua quoti. & æstiu. l. 1. §.

uilegia [a] atque cuncta concessisse, quæ prædecessores nostri eius prædecessoribus contulere.

DISTINCTIO CI.

IN vna autem prouincia duo metropolitani esse non debent: sicut in Chalcedonensi concilio, cap. 12. statutum est.

¶ Duo metropolitani in vna & eadem prouincia esse non debent. C. I.

Poly. l. 2. tit. 24. Iuo p. 5. c. 146. Burch. l. 1. c. 35.

PEruenit [b] ad nos, quòd quidam præter ecclesiasticas ordinationes affectantes potentiam, per [a] pragmaticum sacrum [c] vnam [d] prouinciam in duas diuidant; ita vt ex hoc inueniantur duo metropolitani episcopi in una [e] eademque prouincia esse. Statuit ergo sancta synodus deinceps nihil tale attentari à quolibet episcopo; eos vero qui aliquid tale [f] attentauerint, cadere de proprio gradu.

a ¶ Pragmaticum sacrum.] *Versiones prisca, & Dionysiana habent, per pragmaticam formam: græce autem est* διὰ πραγματικῶν; *quod in eodem capite paulo post dicitur* διὰ γραμμάτων βασιλικῶν. *idest, per litteras imperiales.*

Hactenus de electione, & ordinatione clericorum tractauimus. Nunc ad simoniacorum ordinationes transeamus. Et vt facile liqueat, quid super hac hæresi, sanctorum patrum decreuit auctoritas, causa deducatur in medium: cuius negotium & de scienter à simoniacis ordinatis, & de ignoranter à simoniacis consecratis, & de ordinationibus, quæ per pecunias fiunt, contineat.

IN vna autem.] CASVS. Quia supra facta est mentio de metropolitanis: ideo supponit hic distin. 101. in qua ostendit, quòd in vna prouincia duo metropolitani esse non debent: quod verum est, nisi multitudo populi excrescat, vt 16. q. 1. præcipimus. & 99 dis. nulli. & hoc nō potest fieri nisi de speciali licentia Papæ, vt 7. q. 1. mutationes.

P*Eruenit.*] CASVS. Relatum est in concilio Chalcedonēsi quòd quidam episcopi sine auctoritate Papæ per imperialem constitutionem vnam prouinciā diuidebant in duas: & ita duo metropolitani in vna & eadē prouincia inueniebantur: quare concilium statuit, vt episcopi qui talia de cetero facere tentauerint, deponantur.

b ¶ *Peruenit.*] supra, dist. 10. c. 1.

c ¶ *Per pragmaticum sacrum.*] idest, principis rescriptū: pragma enim causa dicitur. vnde pragmatica sanctio dicitur causa in consistorio principis ventilata coram proceribus sacri palatij: & constitutio principis facta ex cognitione causæ dicitur pragmatica sanctio. Io.

Pragmatica sanctio.

d ¶ *Vnam.*] Nam ex quo princeps diuidit, duæ sunt prouinciæ. ff. de offi. assess. si eadem.

e ¶ *In vna.*] quod fieri non debet nisi excrescat multitudo populi, vt s. 99. dist. nulli. Io.

f ¶ *Tale.*] Arg. quòd licet princeps legitimet aliquē, non tamē erit legitimus quo ad ecclesiā: & ita erit legitimus quo ad vnū forū, nō tamē quo ad aliud. ad hoc facit 10. dist. cap. 1. & 15. q. 3. cum autem.

Sequitur dec. in c. per venerabilem per alleg. extra qui fil. sint legi. & Cyn. in authen. ex complexu. C. de ince. nu. & Bar. in l. qui in prouincia. de rit. nuptia.

§. pen. nam si impetraui vt ducam aquam de flumine publico per prædium meum, & vendo tibi prædium, priuilegium non transit ad te: sed tamen impetrabile est à te: & iniuria fit tibi si non concedatur. Sed tamen multa potest iudex & debet facere, ad quæ compelli non potest. ff. de iudic. non quidquid. C. quomodo & quando iudex. l. 2.

Contra. vers. in §. sed quod principi vers. plane. cū glo. in ver. personales. Instit. de iu. nat.

CAVSA

MARGARITA DECRETI SEV TABVLA MARTINIANA

Edita per F. Martinum ord. Præd. D. Papæ Pænitentiarium, & Capellanum.

Numeros columnarum vbi distinctiones, causæ, quæstiones & earumque capitula sunt, supra in tabula capitulorum inuenies.

INTER ALIA, quæ ad fidelis Christi doctrinam scripta sunt, magnam ipsis Decretorum liber consolationem præstat. huius enim doctrinis & Clerici & Laici, reguntur. Et per ipsas tum in sacramentis, tum in scripturis repulsa falsitate, perfectam quilibet cognitionem habet de veritate: nec frangitur in aduersis, nec dissoluitur in prosperis. Præteritorum memores, & de futuris cauentes, quoslibet ad sanctam imitationem bonamque operationem Decretorum lectio accendit. Sed quia tam salutaris doctrina videbatur diffusa: Ego frater Mart. ordinis Prædicatorum, domini Papæ pænitentiarius & capellanus, pro eius faciliori inuentione dictiones præcipuas per alphabetum non sine magno labore ad meam potissime vtilitatem disposui. Non tamen decreui sententias determinare, sed ipsius libri materias intimare. Nec capitulorum ordinem in allegationibus obseruaui: multaque ob prolixitatem omisi. In Christo ergo omnium auctore bonorum per quem (teste Hiero. 35. distinct. c. ab exordio) ω, reuelauit ad α. spem ponendo, hoc opus à prima littera vsque ad extremam deduxi, ipso adiuuante, qui est principium & finis.

Aron. Quod charitas Aaron multipliciter insinuatur. c. vt cognoscant. de pæn. dist. 2. §. opponitur. ante med.

Item ipsius sacerdotium approbatur. 22. dist. sacrosancta.

Item quòd in suo sacerdotio statum summi pontificis representatur. 21. dist. c. 1. §. 1.

Item ponitur in exemplum terroris contra vsurpantes prælaturas. 7. q. 1. denique. post med.

Item ponitur in exemplum quòd nemo honorem prælationis assumat nisi à Deo vocatus. 8. q. 1. in scripturis. in prin.

Item ponitur in exemplum quòd nullus homo potest esse sine peccato. de pæn. dist. 2. §. opponitur. circa med.

Item ponitur in exemplum lapsis post pænitentiam ad prælaturæ restitutionem. 50. dist. si post ordinationem. §. econtra exemplis.

Item cum filijs suis in exemplum ponitur episcopis & clericis de mutua amicitia honorantiæ. 95. dist. esto.

Quod oblationes ecclesiarum solis sacerdotibus debentur, præfigurat. 10. q. 1. hanc.

Quod est in argumentum quòd Deus dat gratiam subditis per orationem sacerdotum. 1. q. 1. dictum est 1.

Quod virga Aaron deuorauit virgas magorum. 26. q. 5. nec mirum, ante med.

Abbas. Quod abbas non ab episcopo ponitur, sed à monachorum congregatione eligitur. 18. q. 2. abbas. & duobus c. seq.

Quod in abbatem eligi debet qui sit dignus moribus atque actibus monasticæ disciplinæ. 18. q. 2. abbatem cuilibet.

Quod in abbatem electus debet esse cautus in regimine, humilis, castus, misericors, discretus, & sobrius. 18. q. 2. si quis abbas.

Quod abbate exempto irrequisito nil debet episcopus in monasterio eius exercere. 18. q. 2. luminosa.

Quod subest correctioni & dispositioni episcopi non exemptus. 18. q. 2. abbates. & c. abbas pro. & c. si quis abbas.

Quod solus abbas habet potestatem in monasterio suo. 18. q. 2. nullam.

Quod potest consecrare duos ordines primo sacerdos existens. dist. 69. quoniam.

Quod non debet regere plures abbatias. 21. q. 1. clericus.

Quod dispensat cum monacho vt habeat specialem cellam. 18. q. 2. nullus. 20. q. 5. monachum.

Quod sine suo consensu monachus vouere nō potest. 20. q. 4. monacho.

Quod sine sua licentia non licet monachis aliquid habere, dare vel accipere. 12. q. 1. non dicatis.

Quod abbas criminosus potest deponi ab episcopo etiam inuito conuentu. 18. q. 2. si quis.

Quod non licet abbati alienare vel obligare res ecclesiæ absque consensu episcopi. 12. q. 2. abbatibus.

Quod confessiones audire, vel pænitentias iniungere non possunt nisi suorum subditorum. 16. q. 1. peruenit. & duobus cap. seq.

Quod non licet episcopis & alijs regularibus aliter quàm cathedralis ecclesia diuina officia decantare. 12. dist. de his.

De hac materia habes vbi agitur de monachis.

Abbatissa. Quod in abbatissam non eligitur nisi sexagenaria. 20. q. 1. iuuenculas.

Quod nullam monialem velare potest. 20. q. 2. statuimus.

Quod volens loqui cum aliquo debet associari per vetulam monacham. 18. q. 2. diffinimus. col. 2. & c. in decima.

Abel. Quod Abel placuit Deo, & eius oblatio. 14. q. 5. scriptum. de pæn. dist. 5. c. 1. §. semper offerat. vltra med.

Quod ponitur in exemplum patientiæ. 7. q. 1. aduersitas, circa medium. §. cum autem à vitijs.

Abortus. Quod abortus procuratio æquiualet homicidio. 2. q. 3. consuluisti. 32. q. 2. quòd vero nō. & 1 c. seq. &c. sicut.

Abraham. Quod Abraham ponitur in exemplum quod sepulturæ prædecessorum suorum nisi ea causa non sunt rei nquendæ. 13. q. 2. Ebron.

Item est in exemplum decimarum dandarum sacerdotibus. 16. q. 7. decimas Deo.

Quod excusatur à mendacio 22. q. 2. c. vtile, in fine & c. quæritur.

Item in filij propter immolatione ponitur in exemplum obedientiæ. 13. q. 5. si non licet, vltra medium. & c. lex æterna. & q. 8. occidit.

Item ponitur in exemplum sanctimoniæ coniugalis. de pæn. dist. 2. §. opponitur. ante finem.

Quod ideo de pluralitate feminarum non culpatur, quia tunc Dei populi multiplicatio quærebatur. 32. q. 4. recurrat ante finem.

Item ponitus in exemplum quòd ex bonis patribus mali filij generantur. 32. q. 4. recurrat. & 47. dist. sicut hi. §. necesse. in fi. & c. seq.

Item quia in hospitalitate acceptor personarum non fuit, angelos recipere meruit. 42. distinct. quiescamus.

Item quòd lac non vinum angelis hospitio acceptus exhibuit. 55. dist. sexto die, in fine.

Abrogatio. Quod abrogatio legum vel constitutionum fit contraria consuetudine. 4. distinctio. in istis. & §. proximo.

Item contraria constitutione. 31. dist. ante triennium.

Item locorum varietate. 32. distinct. aliter. §. proximo.

Item temporum disparium successione. 34. dist. fraternitatis.

Item maiorum emergentium occasione. 63. dist. quia sancta Roman. §. verum. Exemplum ibi de serpente æneo, quem Moyses bona intentione fecit, & Ezechias bona intentione destruxit.

Absolutio. Quid est absolutio peccatorum. 11. q. 3. ipse ligandi. & c. seq. & c. plerumque.

Item quid excommunicati. 11. q. 3. debent. & tribus cap. seq.

Item quid iuramenti illiciti. 15. quæst. 6. auctoritatem.

Quod solius Papæ est à iuramento licito absoluere. 15. q. 6. alius. & c. seq.

Quod absolutio cum discretione est facienda. 21. q. 4. si is qui.

Quod minor maiorem nec ligare nec absoluere potest. 21. dist. inferior 24. quæst. 2. audiuimus. in fi.

Quod hæreticus vel præcisus ab ecclesia nec ligare nec absoluere potest. 1. quæst. 1. remissionem.

Quod malus sacerdos quamdiu toleratur absoluit. 1. q. 1. iste sit. & duobus cap. seq.

Quod episcopus vel sacerdos pronior debet esse ad absoluendum quàm ad ligandum. 26. q. 7. alligant.

Quod non licet aliquid accipere pro absolutione. 1. q. 1. nullus episcopus.

Quod archiepiscopus potest absoluere excommunicatum ab episcopo. 2. q. 2. nemo.

Quod vera est absolutio sacerdotis quando fit claue non errante. 11. q. 3. tunc vera est. & c. plerumque.

Quod ligatus à canone, potest absolui ab infirmitate. 17. q. 4. si quis suadente.

Quod excōmunicatus sacerdos nec ligare potest nec soluere 24. q. 1. audiuimus.

Quod mortuus in excommunicatione non debet absolui si viuus non pænituit. 24. q. 2. nec quisquam.

Quod debet fieri per manus impositionem. 26. q. 7. his qui. & c. sacerdos.

Quod absoluendus debet flectere genua. 26. q. 7. sacerdos.

Quod ille qui ligat, debet absoluere. 24. quæst. 1. si Petrus.

Abstinentia. Quod abstinentia vera est à peccans abstinere. de conse. dist. 5. ieiunium. cap. nihil enim. & c. seq. de pæn. distinct. 5. cap. inca[u]tum. §. sed verba. in fi.

Quod boni à licitis abstinent. 33. q. 4. christiano. & c. vir cum propria.

Quod duplici de causa boni à licitis abstinent. 27. quæstio. 2. sunt qui. §. duobus enim modis.

Quod non sufficit à malo abstinere nisi bonum fiat.

fiat. 22. quæst. 5. de forma. 35. distinct. ecclesiæ. in fin.

Quod abstinentia ciborum multipliciter commẽdatur & persuadetur. 35. dist. sexto die per totum cap. de conse. dist. 5. non dico. vsque ad e. legimus.

Quod errores Gentilium in abstinentia sectantes, anathematizantur. 30. distinctio. si quis presbyter.

Quod abstinentia respicit personæ valetudinem, temporis opportunitatem, ciborum qualitatẽ & quantitatem 41. dist. quod dicit.

Quod discreta commendatur. dist. 41. quisquis. de conse. dist. 5 non mediocriter.

Quod maxime conuenit episcopis & prædicatoribus. 35. dist. ecclesiæ.

Quod non requirit nisi corporis sustentationem. 44 distinct. conuiuia. de consec. distinct. 5. ne tales.

Quod auiditas ciborum quarumcumque vilium in abstinente arguitur. 41. dist. delicias. & cap. quod dicit.

Quod tempore quadragesimæ maxime presbyteri & clerici abstinere debent a cibis. 4. dist. statuimus, cum duobus. c. seq.

Quod abstinentia morbos corporales curat. de cõsec. dist. 5. ne tales.

Quod cum a carnibus abstinemus, a sementinis etiam carnium abstinere debemus. 4. distinct. denique.

Quod die sabbati abstinendum est a carnibus, nisi in infirmitate & festis. de consecr. distinct. 5. quia dies.

Quod monachis præcipue abstinentia carnis est apta & utilis. de conse. dist. 5. carnem

Abominatio. Quod abominatio est domino eleemosyna de rapina, uel simonia, vel de vsura. 1. q. 1. non est putanda 14. q. 5. scriptum est.

Ablutio. Quod ablutio peccatorum fit per aquam lachrymarum. de pæn. dist. 1. medicina.

Item per fidei feruorem. 24. q. 1. si Petrus.

Abusus. Quod abusus priuilegij punitur. dist. 74. ubi ista didicisti. 11. q. 3. priuilegium.

Quod abusus clauium sacerdotalium damnabilis est. 11 q. 3. ipse & c. plerumque.

Acceleratio. Quod acceleratio reprobatur in episcopi & clericorum ordinatione. 28. dist. de Syracusanæ. 61. dist. miramur. 59. dist. si officia. & duobus c. sequen.

Item in sententiæ prolatione. 2. q. 1. Deus.

Item in noui honoris collatione. 23. distin. communis.

Item in baptismi dubia reiteratione. de conse. distinct. 4. cum itaque.

Item in clericorum qui lapsi sunt condemnatione. 50. dist. ponderet.

Item in condemnatorum restitutione: quia properata nimis remedia, aliorum ruinæ non sunt profutura 50. dist. absit. & c. seq.

Quod acceleratio commendabilis est in malorum exercenda ultione. 33. q. 4. si ea.

Item in lucri animarum promotione. 18 q. 1. relatio. de conse. dist. 4. ne, quod absit.

Item in eleemosynarum pro defunctis oblatione. 13. q. 2. qui oblationes.

Item in ecclesiarum vacantium prouisione. 65. dist. de persona. & 50. dist. postquam.

Item in ecclesiasticarum rerum recuperatione. 12. q. 2. Augustino.

Acceptio. quod acceptio personarũ non est apud Deum. 32. q. 4. sicut. de conse. dist. 4. nec quemquam, circa med.

Quod etiam non debet esse inter homines. 49. dist. c. vlt. 63. dist. sacrorum. 11. q. 3. si quis cuiuslibet 11. q. 3. summopere.

Quod prohibetur acceptio personarum in pœnitentiæ impositione. 26. q. 7. sacerdos.

Item prohibetur in sententiæ diffinitione. 3. q. 9. necesse.

Item in fidei prædicatione. de consecr. dist. 1. nullus episcopus.

Item in hospitũ receptione. dist. 42. quiescamus.

Item in facienda pro omnibus (& maxime pro defunctis) oratione. 13. q. 2. non existimemus.

Item in eleemosynarum largitione. 16. quæst. 1. si cupis.

Quod munerum acceptio pro oblatione orationũ vel aliorum spiritualium damnabilis est. 8. q. 1. eos qui. & c. seq.

Quod regulares aduocati munera (quæ sæcularibus aduocatis licet accipere, non debent exigere. 15. q. 2. obseruandum.

Quod quandoque scelerate accipitur quod a nolentibus datur. 14. q. 5. non sane.

Quod gratuito & ea deuotionis causa munera oblata cuilibet licet accipere. 15. quæst. 2. obseruandum.

Achab. Quod Achab sacerdotibus peccantibus ponitur in exemplũ, quòd post humilem pænitentiam remanerent in statu suo. de pænit. distin. 1. §. econtra. distin. 3. c. illud vero. §. ecce. & dist. 1. voluissent. §. ex his. & §. Achab.

Item ponitur in exemplum quòd malo prælato quamdiu sustinetur est obediendum. 1. q. 1. sicut Christus.

Quod quinquagenarios eius ad preces Heliæ ignis cælestis consumpsit. 23. q. 4. si illic. §. sed obijcitur.

Achor. Quod Achor propter furtum anathema incurrit, & Israel hostibus tradidit. 2. q. 4. ecclesia.

Quod quia non statim furtum luit, innocens populus pro ipso punitus fuit. 23. q. 5. si ea.

Acolythi. Quod acolythi Græce, Latine ceroferarij dicuntur. 21. dist. cleros & clericos. circa fi.

Quod acolythi officium est præparare luminaria, & ipsa coram ministris altaris deportare. distinct. 25. perlectis. 33. distinct. c. si quis §. desertulentes.

Quod acolythi possunt contrahere matrimoniũ. 15. q. 3. sane. & seq.

Actiua. Quod actiua vita & contemplatiua commendatur. 8. q. 1. in scripturis. & c. qui episcopatum.

Quod a rectoribus ecclesiarum, & maxime ab episcopis est exercenda 87. dist. decreuit.

Accusatio. Quod accusatio non debet admitti quæ non procedit ex charitate 4. q 4. nullus introducatur.

Quod eam debet præcedere admonitio charitatiua. 2. q. 1. si peccauerit, post medium. & q. 7. accusatio quoque.

Quod accusationem contingit fieri vel criminaliter vel ciuiliter. 2 q. 3. Euphemiũ. & §. seq. q. 11. non est credendum. per totum cap.

Quod debet fieri in scriptis. 2. q. 1. legum, q. 3. si quis iratus. & q. 8. accusatorum.

Quod debet fieri præmissa inscriptione. 3. q. 9. qui accusare. 4. q. 4. nullus introducatur.

Item in quibus casibus potest fieri sine inscriptione, notatur 4. q. 4. §. abacti.

Quod inscriptio accusatoris debet continere criminis magnitudinem, & tempus commissi criminis. 4 q. 4. si quis se iniuriam ab aliquo. §. in alijs autem.

Quod in accusatoris libello nomen accusati est ponendum. 2. q 8. c. per scripta. §. quæ vero.

Quod vtraque parte præsente debet fieri accusatio. 11. q. 3. eorum.

Quod accusatio non admittitur contra absentẽ, nisi sit contumax. 3. q. 9. per totum.

Quod persona illustris in crimine iniuriarum per procuratorem potest accusare. 3. q. 9. absens per alium.

Quod tribus modis falsa accusatio detegitur: aut calumnia, aut præuaricatione, aut tergiuersatione. 2. q. 3. si quem pœnituerit. §. 1. ve. sic. accusatorum.

Quod modus accusationis qualis esse debeat, ponitur 2. q. 8. per totum.

Quod accusare non possunt heretici, pagani, & 2. q. 7. aliem & c. seq. & 4. q. 1. c. 1. & seq.

Item criminosi 6. q. 1. qui crimen. & 3. q. 5. constituimus. & duobus. c. seq.

Item nec conspiratores. 3. quæst. 4. conspiratores.

Item nec incestuosi. 3 q. 4. consanguineorum.

Item nec malæ opinionis. 3. q. 5. suspectos.

Item nec litigiosi nec calumniatores. 3. quæst. 5. nullus.

Item nec inimici. 3. q. 4. detractores.

Item nec excommunicati. 3 q. 4 nullus. & c. amnes 4. quæst. 1. per totum. 2. quæst. 7. in sancta Nicena.

Item nec infames. 3. q. 5. nullus.

Item impuberes, mulieres & pauperes & huiusmodi personæ excluduntur ab accusatione. 2. q. 1. prohibentur. 12. q. 5. episcopus qui mancipium. & cap. seq. 15. quæst. 3. §. 1. & tribus cap. sequen.

Quod sortilegi & diuinatores non possunt accusare 3. q. 5. constituimus.

Quod qui sacerdotes fieri nequeunt, sacerdotes accusare non possunt. 2. q. 7. ipsi apostoli. 6. q. 1. omnes vero. & c. sacerdotes.

Quod episcopum laici passim accusare non possunt. 2 q. 7. c. 1. & c. clericos. & c. laici.

Quod episcopus rite accusatus damnari non potest, nisi per duodecim episcopos, vel per lxxij. testes idoneos conuictus. 2. q. 5. nullam.

Quod nec clericos possunt laici passim accusare. 2. q. 7. nullus laicus. & c. seq. & c. sicut.

Quod accusatus accusare non potest, nisi primo processisset purgatio, & nisi accusaret de maiori crimine. 3. q. 11. neganda. §. neganda.

Quod accusator debet esse bonæ vitæ, & liber genere, non seruus. 2. q. 7. quærendum est.

Quod in accusatione requirenda sunt qua conscientia: quo merito: qua intentione: vtrum scilicet pro Deo vel inani gloria accuset. 2. q. 7. si qui sunt. & c. si quis episcopus.

Quod nullus accusare vel se defendere potest in causa criminali per procuratorem. 5. q. 3. in criminalibus.

Quod episcopum clerici accusare possunt. 2. q. 7. Paulus Dyaconus. & cap. seq. 2. q. 7. quapropter & cap. si quid in ecclesia.

Quod etiam laici quantumcumque infames propter simoniam & hæresim accusare possunt. 6. q. 1. nos sequentes. & c. seq.

Quod monachi ex charitate possunt episcopum accusare. 2. quæst. 7. c. nullus monachus. §. sed aliud est.

Quod libertis licet accusare patronum in certis casibus. 12. q. 2. episcopus qui mancipium.

Quod criminosus criminosum dominum potest accusare. 2. q. 7. pagani. & §. seq.

Quod ad accusationem hæreticorum etiam infames vtriusque sexus admittuntur. 2. q. 7. præsumunt. §. seq.

Quod mulieri licet accusare simoniam, crimen læsæ maiestatis, & quodlibet crimen publicum. 15. q. 3. sane.

Quod secundum leges mulier non potest virum accusare de adulterio. 32. q. 5. apud. §. hoc in mulieribus.

Quod secundum canones vir & mulier mutuo se accusare possunt, licet non æqualiter. 32. q. 5. Christiana.

Quod gradus consanguinitatis vel affinitatis non debent accusare nisi propinqui vel antiqui. 35. q. 6. c. 1. & seq.

Quod qua forma debent iurare qui accusant parentelam habetur 35. q. 6. c. de parentela. 1. & c. episcopus.

Quod accusans obligatur ad pœnam talionis. 2. q 8. quisquis. & cap. qui crimen. 2. q. 3. calumniator. & qui non probauerit. 6. q. 6. qui calumniam.

Quod zelo iustitiæ accusans præmiatur. 6. q. 1. c. sunt plurimi. §. verum.

Quod accusans ex malitia punitur. 45. dist. accusatores. 2. q. 3. si quem pœnituerit.

Quod accusans episcopum calumniose infamis efficitur. 3. q. 4. clericus vero qui. & c. his qui episcopos. 2. q. 5. si quis episcopum.

Quod falso accusantes vel in probatione deficientes vlterius accusare alios prohibentur. 3. q. 10. placuit. & c. accusatorum. 4. quæst. 6. c. 1. & vlt.

Item à communione vsque ad exitum vitæ suspẽduntur. 5. q. 1. in eos qui. 5. q. 6. Epiphanium. 2. q. 3. si quis episcopum.

Quod

Quod clericus in causa criminali non licet aduocare coram iudice sæculari. 13.q.vlt.cap. his a quibus.

Quod clericus aduocans contra ecclesiam suam, vel episcopum, vel patronum: amittere me c. tur beneficia. 15.q.6.nos sanctorum. 22.q.5. de forma. 96.dist. si imperator.

Quod contra inhibitionem ecclesiasticã aduocãs, non solũ rerum amissione, sed etiam exilij relegatione punitur. de præd.dist. quicũque ausus.

Quod princeps & quilibet illustris potest litigare per aduocatum in crimine iniuriarum. 3.q.9. absens per alium.

Quod Christus est aduocatus noster apud patrem de pœnit. distinctione 2. c. si enim inquit. ante medium.

Affectus. Quod affectus plus placet Deo offerentis quàm munus oblationis. 3.q.7. in grauibus. 14. quæst. 1. odi & proieci.

Quod, illa oratione flectitur deus quę non consistit in multitudine verborum, sed in affectu cordis. de conse. dist.5. non mediocriter.

Quod oratio quæcumque cum barbarismis & solœcismis verborum proferatus, Deo placet, si ex affectu animi procedit. 38 dist. sedulo.

Quod qui Deo perfecte seruire desideras, oportet quòd carnalem affectionem consanguineorũ postponas. 12.q.1. cui portio.

Quod qui nihil affectat, perfectior est illo qui multa possidens auare dispensat 1. quæst. 2. si quis propter.

Affinis. Quod affinis in testem contra affinem non accipitur. 3.q.9 absens per alium.

Quod nec ad accusationem aliorum admittitur: quia affinis affinem accusare non potest. 3.q.5. similiter.

Quod vno coniugum defuncto, in superstite affinitas non deletur, nec alia copula affinitatem prioris copulæ soluere potest. 35.q.vlt. fraternitatis. post med & q.3. per totum.

Quod qualiter affinitas sit computanda, habetur. 35.q.3. porro duorum.

Quod affines in quinto gradu copulari possunt defuncto viro vel vxore. in quarto si iuncti fuerint, non separentur. In tertio autem non licet. 35.q.3.c de propinquis.

Agatho. Quod Agatho Papa quis fuerit, qua natione, & quid fecit habetur 63.dist. c. Agatho.

Agnus. Quod per agnum Christus Iesus repræsentatur, non tamen debet agnus in cruce depingi, sed secundum imaginem humanam. de conse. dist. 3. sextam.

Quod agni sanguis quid sit, iam non audiendo sed bibendo didicimus, qui super vtramque postem ponitur quando non solum ore corporis, sed etiam ore cordis hauritur. de conse. dist. 2. quid sit.

Alchimia. Quod alchimia videtur esse ars reprobata: quia qui credit vnam speciem posse transferri in aliam vel similem nisi ab ipso creatore, infidelis est, & pagano deterior. 26.q.5. episcopi. circa finem.

Quod alchimistæ sunt discentes: & ad veritatem scientiæ numquam peruenientes eadem cau. & quæst. nec mirum. circa medium.

Quod multæ virtutes insitæ sunt in herbis & lapidibus. 21.q.vlt.c.si.

Quod insunt in rebus corporeis per omnia elementa quædam occultę seu immanifestę rationes, quibus cum data fuerit opportunitas tẽporalis & causalis prorumpunt in species debitas suis modis & finibus. 26.q.5. nec mirum. circa finem.

Alea. Quod alea ludere si non dimiserit episcopus vel presbyter & etiam inferioris gradus clerici, grauiter puniuntur. 35. dist. episcopus.

Alienatio. Quod alienatio rerum ecclesiasticarum potest fieri per episcopum tempore necessitatis vel meliorationis causa. 12.q.2. placuit. & c. sine exceptione ibidem. & c. terrulas.

Item pro redemptione captiuorum. 12.q.2. apostolicos. & tribus cap. seq.

Quod abbatibus non licet res monasterij sui sine episcopi sui licentia alienare. 12.q.2. abbatib⁹.

Quod in alienatione rei parochialis sufficit consensus episcopi & pastoris. 12.q.2. abbatibus.

Quod etiam consentiente episcopo abbas nisi sit pro fabrica monasterij, non potest res ecclesię alienare. 17.q.4. in venditionibus §. etiam.

Quod cum res ecclesiæ non sint episcopi, sed communes: non licet ei sine consensu capituli res notabiles alienare. 12.q.2. sine & c. seq.

Quod serui ecclesiæ qui retineri non possunt, ab episcopo alienari possunt 12.q.2. fugitiui.

Quod ecclesia alienas res non debet inuadere 12. q. 2 sicut ecclesia.

Quod alienum non est quod iure possidetur. 14. q 4. quid dicam §. hæc contra terte.

Quod peccatum non dimittitur nisi res ablata restituatur. 14.q.6. si res. de pænitentia distin. 3. falsas.

Quod alienas res inuadunt qui decimas, quæ pauperibus fiunt, auferunt. 16.q. 1. decimæ.

Quod omnis alienæ rei illicita vsurpatio, nomine furti in decalogo prohibetur. 32.q.4. meretrices.

Quod episcopus dicitur aliena rapere cum totum sibi retinens egenis clericis nil impertitur. 93. dist. diaconi sunt. post medium. 1.q.2. si quis propter.

Quod alienas res ecclesiæ compellitur restituere. 12.q. 2. monemus.

Quod episcopus vel presbyter contra constitutũ alienans res eclesię, deijcitur de honore. 17.q. 4. quicumque episcoporum.

Quod moriente episcopo non licet metropolitano res defuncti, quę sunt successoris, occupare vel alienare. 12.q.2. non liceat alicui metropolitano.

Quod cuiuscumque gradus clericis, qui defuncti episcopi res, quę sunt successoris occupauerint vel alienauerint, anathema & proprij gradus periculum incurrunt. 12.q.2. hæc huius placuit. & c. non liceat clericis.

De hac materia habes infra de Ecclesia.

Alimenta. Quod alimenta olerum & leguminum plus prosunt corpori & animæ quàm deliciosa. de consecra. dis. 5. ne tales accipiamus.

Quod episcopus vel presbyter si vxorem habet superstitem tenetur ipsi in alimentis prouidere. 31 dist. omnino.

Quod clerici vxorati ecclesiæ deseruientes, ab ea alimenta percipiant. 32. dist. si qui vero.

Quod ecclesia tenetur illi in alimentis prouidere, qui sua quæ habuit dedit ecclesiæ. 16.q.7. quicumque fidelium.

Quod matri & alijs propinquis non obstante iuramento tenetur quilibet in alimentis prouidere. 22.q.4. inter cetera.

Altare. Quod altare nisi sit lapideum, non consecratus. de consecra. dist. 1. altaria si non.

Quod altare non debet erigi sine licentia episcopi. de conse. dist. 1. nullus presbyter.

Quod consecrari debet chrismate & benedictione de conse. dist. 1. altaria placuit.

Quod presbyter consecrare altaria non potest. 26. q.6. ministrare.

Quod altaria inutilia, quæ consecrata non sunt vel in locis indebitis facta: debent dirui. de conse. dist. 1. placuit.

Quod oblatio & fructus altaris vendi prohibentur. 1.q 2. audiuimus.

Quod altare ad cuius honorem ecclesia est consecrata si motum fuerit, eius ecclesia debet consecrari. de conse. dist. 1. si motum.

Quod in altari in quo celebrauit episcopus, non debet eodem die celebrare presbyter. de consec. dist. 2. c. vltimo.

Amor Dei. Quod amare Deum debemus plus quàm nostros proximos. 12. q. 1. cui portio.

Quod si Deum amaremus, omnia difficilia & aspera perficeremus. de pæn. dist. 2. charitas est. § ergo si.

Quod amor Dei nutritur per verbum Dei, & nutrimentum cupiditatum ligna consumit. de pænit. dist. 2 si sermo meus.

Quod illi Deum amãt plus quàm se, qui pro eius amore saluti suæ non parcunt: & ipsam mortẽ corporis libenter accipiunt. de pæni. dist 2. c. charitas § illi vero. in fine.

Amor proximi. Quod amamus proximum sicut nos quando non propter aliud sed propter naturæ participationem eum tantum diligimus. de pæni dist. 2. charitas. §. proximos.

Quod non omnis qui parcit, est amicus: nec omnis qui verberat, inimicus 5. quæstione 5. non omnis. & cap sequen. 23. quæstione 4: quid faciat.

Quod amor proximi habet plagas suas: quæ dulciores sunt cum amarissime inferuntur. 5.q.5. non osculatur. 23.q.1. paratus. in fin. & q. 5. non putes.

Quod proximum sicut nos amamus cum ad bonos mores & ad vitam æternam consequendam sicut nobis etiã saluti consulimus. de pœn. dist. 2. charitas est. §. proinde.

Quod sic debemus affici charitatis affectu ad proximos, vt velimus omnes saluos fieri. 24.q.3. corripiantur, in fi.

Quod melius est proximum cum seueritate diligere, quàm cũ lenitate decipere. 5. q. 5. nõ oĩs.

Quod non est amor, sed languor vbi mali mores non corriguntur. 23.q. 5. non putes.

Ambitio. Quod ambitio est ad honores mundi sine suffragio, & tempora sine merito laboris velle promoueri. 41. dist. miramur in fi.

Quod quæ per ambitionem malo inchoãtur principio: etiam si mores & actus boni fuerint, difficile est vt bono peragantur exitu 1.q.1. principatus. & c. nullus itaque.

Quod ad honoris suffragia non ambitiosi, sed probatæ vitæ sunt assumendi. 1.q 7. per illicitam. §. seq. 40 di. multi. 49. dist. quę ecclesiasticis. & c. his ad nos.

Quod boni prælationis honorem non ambiunt, sed alios sibi tamquam digniores præponunt. 8.q 1. aliud. 16.q.1. vos autem.

Quod episcopus vel presbyter, qui ambiens celebriorem sedem suam deserit, vtramque sedem perdit. 7 q. 1. si quis episcopus. & cap. seq. 8.q. 1. apostolica.

Quod casum quærit qui per ambitionem ad honoris fastigia postpositis gradibus per abrupta quærit ascensum. 48 distin. sicut. 1. quæstio. 1. sicut is.

Quod obedientiæ meritum non percipit qui in hoc obedit ad quod libido ambitionis trahit. 8. q. 1. cap. sciendum.

Ambrosius. Quod Ambrosius hortatu Valentiniani Imperatoris in Mediolã. episcopum eligitur, 43. distin. Valentinianus.

Item de constantia eius respectu Imperatoris, & de patientia respectu aduersitatis habes 23. q. 8. conuenior.

Amens. Quod amens qui in furiam versus est vel diabolica afflictione vexatus est, non debet promoueri. 33. distin. maritum. & cap. seq.

Quod malum ex dementia factum & tempore dementiæ non imputatur. 15 q. 1. aliquos. & duobus cap. seq.

Quod mala non sunt quæ nec crimina mentem implicant, nec conscientiam ligant, sicut est in dementibus. 15.q. 1. illa.

Quod an peccata, quæ dementes committunt, quia nolentes & non scientes committunt, excusentur. 15.q.1. merito.

Amplexus. Quod amplexus personæ indubitæ præsumptionem inducit lasciuiæ. 27 q. 1. nec aliqua. 32. distinctione omnino.

Angelus. Quod Angelus creatus est ingratuitis de pæn. dist. 2. §. principium enim.

Quod principium eius est dissimile principio hominis propter infirmitatem humanæ conditionis. de pæn. dist. 2. §. principium. ante me.

Quod

Quod in nouem ordinibus angelorum quanta sint distinctiones ciuium supernorum, ostenditur. de pæ. di. 2. §. principium. circa med.

Quod diuersitas angelorum ordinum Deo obsequentium exemplar est hominibus, vt secundū diuersitatem graduum gererentur administratio singulorum dist. 89. ad hoc.

Quod ab angelis qui præsentes suos nostris operibus, defuncti quandoque aliqua insinuantur. 13. q. vlt. fatendum. 90 dist. de his vero.

Quod angelus de cælo quantumcunque de securo loco peccando cecidit. 40. dist. qualibet.

Quod homini clam in terra timor incutitur, quia angelus aliorum angelorum prælatus in cælo prosternitur. de pæ. dist. 2. circa princi. §. quod ergo.

Quod boni angeli ex casu malorum quasi territi, à lapsu perfecti impediti fuerunt. de conse. dist. 1. hi duo.

Quod ad reparandum angelorū ordinē deus hominē formauit. de conse dist. 1. hi duo.

Quod angeli omnes in creatione æquales fuerūt. de pæ. dist 2. §. quod autem alias. quod vero.

Quod angeli nisi essent in gratia firmati, peccare possent. ibidem.

Quod angeli nec primus nec alij sunt in gratia creati. de pæ. dist 2. cætera. post med.

Quod angelus primus non ad Dei similitudinem sicut homo, sed signaculum similitudinis Dei creatus asseritur. de pæ. dist. 2. iuxta si.

Quod angeli tam boni quàm mali per cælum figurantur. de pæ. dist 2. circa finem.

Quod angeli in cælis gaudent super vno peccato ac pœnitentiam agente, magis quàm super nonagintanouem iustis, quia fortius homo resurgit post pœnitentiam. 50. distin. quia sanctitas tua.

Quod angelorum prædicatio & dæmonum confessio de Christi aduentu, multum distent. 37. dist si quid veri.

Ananias. Quod Ananias propter defraudationem pecuniæ grauiter punitus fuit. ponitur in exemplum his qui vouendo seipsos Deo, retrocedunt 17. q. 2. Ananias. 12 q. 1 dilectissimis, circa medium. 23. q. 4. quod Christus §. potest 22. distin. quod interrogasti in fine.

Anastasius. Quod Anastasius Papa secūdus propter fauorem hæreticis exhibitum diuino nutu percussus est. 19. dist. Anastasius 2 q 1 dictum est in fine. & vide adnot. ad cap. Anastasius.

Anathema. Quod anathema nihil aliud est quàm separatio à Deo, & ponitur pro excommunicatione. 24 q. 3. certum est.

Quod anathema sit qui canonicæ electioni Romani Pontificis contradicere & resistere, aut ecclesiam Romanam inuadere, & in gradū filiorū eius perturbare præsumpserit. 79 dist. si quis ex episcopis & c si quis ex sacerdotibus.

Quod anathema danti, & anathema accipienti, hoc est simoniaca hæresis. 1 q. 1. quicumque sacros ordines. & c placuit.

Quod anathema non solum à fraterna societate, sed etiam à corpore Christi, quod est ecclesia, & à consortio fidelium repellit 3. q. 4 c. vlti.

Item à sacramentorum perceptione, & sic est maior excommunicatio. 3. q. 2. præsertim. 17. q. 4 quisquis §. si quis.

Quod anathema sit si quis omnem traditionem ecclesiasticam violat. 2. q 7 si quis omnem.

Quod anathematizatus clericos seculare non potest. 2. q. 7. in sancta & 3. q 4. nolli & 6. q. 1. illi qui. & c. omnes.

Anima. Quod anima corpori præponitur. 38 dist sedulo. 12. q. 1. præcipimus.

Quod anima sine corpore corporaliter nō viuit 2. q. 3. si quis obiecerit.

Quod anima nō potest in eo corpore dici quod sensu caret. 32 quæst. 3. quod vero non formatum.

Quod non infunditur nisi formato corpori. 32. q. 2. quod vero non.

Quod non ex traduce, neque cum semine anima infunditur, 32. q. 2. quod vero non.

Quod vt non credatur anima esse in corpore sicut spiritus in idolo: non dicitur in sicem esse, sed in sanguinis hominis habitare. 26. q. 2. c. Moyses in fine.

Quod sicut anima est vita corporis, sic Deus est vita animæ. de pæ. dist. 2. resuscitatus. §. item si antequam.

Quod anima corpori vnita si baptismate lota nō fuerit, æternaliter perit. 24. quæst. 3 si habes. in fine.

Quod magna quæstio est de anima. 32. q 2. quod vero non formatum.

Quod anima quæ peccauerit, ipsa morietur. 34. q. 3. si habes.

Quod animarum saluti episcopus studere debet. 38. dist. Petrus.

Quod animæ salus est aliquando mutare locū, dum enim mutatur locus, mutatur mentis affectus 81. dist. valet.

Quod illa anima decora dicitur, in qua virtutum gratia, & diuinæ operationis effigies relucet. de pæ. dist 2. illa anima.

Quod animæ defunctorum quatuor modis soluantur 13 q 2. animæ defunctorum.

Annus. Quod annus per quatuor voluitur tempora 76. dist. c. 1 & 2

Quod annus nomine fati aliquando appellatur. 2 q. 6. in qui. § appellatore.

Item pro anno dies ponitur. 35. quæst. 2. hoc ipsum.

Item pro anno ponitur tempus. de conse. dist. 4. si tempore.

Antiochus. Quod Antiocho vendente sacerdotium, ignis qui septuaginta annis Babylonie captiuitatis vixerat, in detestationem simoniæ extinctus est. 1. q. 1. fertur nu. hus.

Antiquitas. Quod antiquitas à sanctis patribus accepta, à modernis est obseruanda 12 dist. iudicium

Quod antiquitati defertur in multis, scilicet in libris corrigendis 9 dist. vt veterum.

Item in consuetudinibus sequendis 11 dist. consuetudo

Item in dubijs determinandis. 50 dist. domino sancto & 20 dist de quibus.

Item in prælatis eligendis 61. dist. obtinimus.

Item in testificatione 33. q. 6 notificamus.

Item in eleemosynis largiendis. 86 dist. considerando

Item in suspicionis remotione. 34. dist. fraternitatis.

Item in excusationis admissione. 18. distinctione placuit.

Item in pœnæ relaxatione vel mitigatione 86. dist. tanta. 26. q. 7. tempora.

Quod antiquitas naturæ ducit ad defectum. 13. q. 1. aliud. 86 dist. tanta.

Quod antiquitas gratiæ ducit ad profectum. 32. q. 2. ancillam. 20 dist. de quibus

Quod antiquitas culpæ ducit ad interitum. 23. q. 5. schisma. 2. q. 7 Paulus.

Quod antiquitas gloriæ ducit ad thalamum sponsi. 21 dist. sponsus.

Quod antiquitas æternitatis ducit ad perpetuos amplexus. de conse. dist. 4. non ex quo.

Quod antiquitas diaboli ducit ad prognosticandū multa enim dæmones sciunt ex antiquitate. 26 q 4. sciendum.

Antichristus. Quod antichristus vt faciliùs Christianos & Iudæos ad sectam suam attrahat, diem dominicum in fauorem Christianorum, & in fauorem Iudæorum sabbatum custodire faciet. de conse. dist. 3. peruenit.

Anulus. Quod sponsus sponsam annulo debet desponsare. 30. quæst. 5. nostrates.

Quod annulus sponsæ à sponso & econtra datur in signum mutuæ dilectionis & fidei coniugalis. 30 q 5. fœminæ circa finem.

Quod ideo annulus quarto digito à sponso sponsæ inferitur, vt sicut vena in illo digito cordi coniungitur, sic eorum corda coniungantur, 30. q 5. fœminæ in fi.

Appellatio. Quod appellatio est remedium quo causa vitiata sublenatur 2. q 7. c. 1.

Quod appellatur à minori ad maiorem gradatim. dist xcix. prouinciæ 2 q 6 omnes & cap si quis putauerit. cap. placuit. cap. decreto. & cap anteriorum. §. illo. 9. quæstione 3. conquestus.

Quod ad Romanā sedē indistincte appellatur. 2. q. 6. si quis vestrum. & sex c. seq. & cap. quoties episcopi.

Quod appellationi ad sedem apostolicam interpositæ ab omnibus est deferendum. 2. q. 6. decreto. & c. quoties episcopi.

Quod appellationis tempus decem dierum assignatur. 2. q. 6 anteriorum c. omnino.

Quod tempus exequendi appellationem est annus, vel ex causa biennium. 2. q. 6. si quando. §. tempus.

Quod appellari potest post datam vel ante datā sententiam 2 q. 6. qui se. § patet c. quoties episcopi. & c si quis aud cem.

Quod ab eo à quo appellatum est, debent dari litteræ dimissoriæ, quæ dicuntur apostoli, ei qui appellauit. 2. q. 6. post appellationem.

Quod ea pendente nihil innouatur. 2 q 6. appellatione interposita & c seq.

Quod appellationi non deferens punitur. 2. q. 6. decreto & c quoties episcopi.

Quod processus post appellationem factus euacuatur. 2. q 6. quo. es episcopi.

Quod post secundam appellationem tertio appellans super eadem causa nō auditur. 2 q 2 si autem prouocatum § si quis in quacumque.

Quod appellationi licet renunciare. 2 q 6. si quādo § si vero is.

Quod forma vel modus appellationis ante vel post sententiam ponitur. 2 q 6. appellantice. §. forma.

Quod appellare possunt quorum interest, vel qui negotium gerunt, vel quibus mandatum est. 2 q 6 non solent.

Quod si vnus appellat, prodest alijs in eodem crimine cum eodem condemnatis. 2 q. 6. c. si quādo §. quandoque.

Quod iudex à quo appellatus, non potest esse testis in causa appellationis 2. q 6 statutum.

Quod ab executore sententiæ non potest appellari nisi modum excedat executor 2. q. 6. si quando. § ab executore.

Quod possessore appellante bona sequestrantur. 2. q. 6. quoties post auditam.

Quod qui per appellationem non quærit in sū tempus redimere, non est audiendus 2. q 6. quicumque.

Quod à iudicibus de communi consensu electis non licet appellare 2. q 2 à iudicibus.

Quod iniuste & frustra appellans punitur in quadruplum expensarum. 2 q 6 omnino.

Quod nullius debito modo citati, & per contumaciam se absentantis appellatio recipitur. 2. q 6 si q ando §. fuor etiam.

Quod nec notorij malefactoris de crimine conuicti vel confessi appellatio admittitur. 2 q. 6. si quando § sunt etiam. ver. nullius etiam.

Quod propter plura facinora condemnatus: si à maiori appellauerit prætermissis alijs, est audiendus 2. q 6 appellatione §. si quis ex.

Apocrypha. Quod apocrypha scripta dicuntur, id est, secreta. quia in secreto & non in publico sunt legenda 15 dist. & 17. per totum.

Quod apocrypha sunt quorum auctor secretus est: & quandoque si non ignoratur, tamen ab ecclesia non recipiuntur. ibidem.

Quod apocrypha dicuntur quæ in ecclesia recipiuntur. sed in canone scripturarum non computantur. ibidem.

Apostata. Quod apostata est transgressor legis suæ, eiusque violator. 3. q. 4 beatus

Quod obseruans diuinationes & sortilegia, sciat se à fide Christi apostatam, idest, retro abeuntem. 26 q vlt. non obseruetis.

Quod fideles sub Iuliano apostata consti tuti obedierunt. sicut in his quæ erant pro republica,

non contra fidem, 16.q.3.Insignes.
Quod enormitas criminis huius apostasiæ innuitur per pœnam Ananiæ, 17.q.4.Ananias.31.q.7. quid in omnibus.
Quod apostata à fide non admittitur in testimonium contra aliquem. 2.q.5. non potest. 3.q.4 aliens.& duobus c.seq.
Quod talis omnibus infamibus,& in infamia præponitur.6.q.1.infames,3.q.4.alieni.& c. si quis.
Quod apostasia religionis fit in postpositione tonsuræ, & secularis vestis assumptione.20.q 4. si in qualibet.
Quod canonicus regularis si animi levitate, minus tunc sui superioris licentia monachus efficitur, tamquam apostata redire compellitur,& punitur.19.q.3.mandamus.
Quod vouere Deo virginitatem & castitatem,& recedere damnabile est.17. q.1.qui bona.27. dist.virgines.20 q 1.puellæ.32.q. 5. si Paulus post medium.
Quod tales apostatæ peiores efficiuntur alijs peccatoribus. 47.dist.quantumlibet.16. quæst. 1. quidam.
Quod apostatis qui professi sunt,non redduntur bona quæ ad ordinem portauerunt. 17.q.vlt. quicumque vult §.vlt.
Quod apostatæ cogendi sunt ad redeundum.27. dist. quod interrogasti. 20. q.1. quem progenitores. & q. 4. si in qualibet.& quæstione 3. prochinus.
Quod reuersus in habitu & stallo & in alijs punitur.19.q.3.mandamus.
Quod redire contemnentes excommunicantur. 20.q.2 si in qualibet.
Item incarcerantur.43.dist. cum beatus.§. Salomon.

De hac materia habes vbi ponitur vagatio.

Apostolica. Quod apostolica sedes prælata est omnibus ecclesijs. 65. dist.quanto.
Quod ipsa est prima auctoritate & dignitate, licet Antiochena sit prior tempore.21.dist. vbi autem.24.q 1 rogamus.
Quod apostolicæ sedi Constantinopolitana ecclesia subsit, nemo dubitare debet.22. dist. de Constantinopolitana.
Quod ipsius in iudicijs est maior auctoritas. 9. q.3 .patet.& c ipsi sunt.
Quod nulli permittitur de eius iudicio iudicare. 17.q.4.nemini.23.dist.nunc autem.
Quod immediate apostolicæ sedi subiecti, maxime qui propinqui sunt annue se debent præsentare circa idus Maij. 93.dist.iuxta.& §.præcedenti.
Quod in apostolicam sedem neuter illorum qui ex contentione temeritate fuerit ordinatus, est permittendus peruenturus 79.dist. si duo.
Quod apostolica sedes peccatores & contumaces ad salutem quoquo modo attrahere debet. 17.dist nec licuit.
Quod sine apostolicæ sedis licentia compagis, id est synodalibus diaconis, & clericis mappulis vti non licet 93.dist. peruenit.1.& §. præcedenti. & c. illud.
Quod apostolicæ sedis auctoritate concilia vniuersalia sunt congreganda.17.dist.multis.& c. regula & c.concilia.
Quod ad apostolicam sedem sunt dubia & ardua referenda. 17 dist nec licuit. 19. q. 1. frater. 24 quæstione 1. rogamus, & duobus cap. sequen.
Quod apostolica auctoritate doctorum opuscula approbantur & reprobantur.19 distin.si Romanorum.
Quod apostolicæ sedi specialiter reseruatur iudicium episcoporum.3.q.6.dudum.
Item restitutio depositorum.2.q.6.idcirco.
Item congregatio conciliorum.ibidem.
Item restitutio hæreticorum.1.q.7.conuenientibus.circa principium.
Item exemptio episcoporum. 16. quæstione. 1, frater.
Item determinatio quæstionum in fide. 24.q.1. quoties.

Item mutatio in episcopatum. 7. quæst. 1. mutationes.
Item diuisio & vnio episcopatuum. 16.q.1.& temporis.
Item absolutio excommunicatorum ab eodem. 31.dist. inferior.
Item interpretatio antiquorum canonum & scripturarum.17.dist.nec licuit.
Item pallij datio.100.dist.quoniam.
Item sanctorum canonum dispensatio.2.q.3.Paulum.
Item nouarum & difficilium quæstionum diffinitio.17.dist.multis.
Item famæ restitutio.2.q.3.Euphemium.§. hinc colligitur.
Quod Christianus peccatum infidelitatis seu paganitatis incurrit qui sedi apostolicæ obedire contemnit.81.dist. si qui sunt presbyteri. in fi. 93.dist.qui cathedram.22.dist. omnes siue.
Quod apostolicis nolens obedire præceptis, à pontificalibus & alienus officijs, & sit tunc suæ dolo prostratus. 9.dist.nulli fas.25.dist.c.1. & 19.dist.ita dominus.
Quod apostolicis præceptis non est superbe resistendum, sed eius iugum est pie tolerandum. 19.dist.præceptis apostolicis. 19. dist. in memoriam.
Quod ab apostolicis non licet institutis recedere. 12.dist.hoc.& c.consequens.
Quod apostolica sedes ab omnibus est honoranda : & ei obediendum est in memoriam beati Petri apostoli, & quamuis solutum videatur quod mandat & insolerabile, tamen pia deuotione tolerandum est. 19. distinct. in memoriam. & 3 c. dist. ante. 13. quæst.2. quid culpatur.
Quod ex apostolica tuba sonora prædicatione salus omnium in vniuerso mundo exiuit. 19. dist.in memoriam.43.dist.sit rector.
Quod quæcumque emanant ab apostolica sede,aut dicuntur decretales epistolæ.19.dist.c.1.& c. in canonicis.
Aut sanctiones. eadem dist.ca.sic omnes.
Aut iugum vocatur.eadem dist.in memoriam.
Aut instituta & constitutiones,eadem distin.enimuero.& 20.dist.de libellis.
Aut præcepta.19.dist. nulli fas est.
Aut concilium.17.dist. regula.
Aut synodus , eadem distinct. nec licuit. & cap. multis.

De hac materia vide vbi agitur de Ecclesia Romana, & de Papa, & de Dispensatione, & de sede Apostolica.

Apostolus. Quod apostolos, idest, episcopos & presbyteros dominus elegit : diaconos autem post ascensum domini in cælum apostoli. sibi constituerunt episcopatus sui ministros. 93. dist. diaconos sciatis. cap pen.
Quod apostoli prius docti sunt à Christo, & postea ab ipso ad prædicandum missi, in exemplû quòd prædicatores prius sacris litteris debent insistere, ne tunc quærant discere cum ex officio alios debent docere 36.dist.§ ecce.
Quod apostoli fuerunt pares Petro in apostolatu, sed non in administratione: & ipsum primum principê voluerûn & septuagintaduos discipulos elegerunt:loco quorû successerunt episcopi.21.dist.in nouo.& 21.dist.sacrosancta.
Quod apostolorû princeps Petrus factus est post peccatum in exemplum q quantûcumque magnus peccator post pœnitentiam non est repellendus à dignitate. 50.dist. considerandum.
Quod apostoli patres ecclesiæ fuerunt : pro quibus nati sunt ei filij, scilicet episcopi. 68.dist. quorum.
Quod apostolorum tempore spiritussanctus visibiliter operabatur in sacramentis.1.quæst. 1. -multæ.
Quod apostolorum tempore multitudinis credentium erat cor vnum : & nihil erat eis proprium, sed erant eis omnia communia: & omnia ante eorum pedes ponebantur: quia instante persecutione ea possidere eis non licebat. 12.q.1.dilectissimis.

Quod Apostoli vxores suas quas ante apostolatum duxerant, sine carnali commixtione circumducebant.vt mercede prædicationis sustentarentur ab eis.31.dist.omnino.
Quod Apostoli prædia in Iudæa minime possederunt, sed vendiderunt, & pretiû eorum tantummodo ad sustendum egentes seruabant:quia futurum ecclesiam in gentibus præuidebant. 12. q.1.futuram.& c.seq.
Quod Apostolos dominus ad prædicandû misit sine auro & virga,vt ab eis incentiua litis,& instrumenta tolleret vltionis.23.q.3.ita sæpe.
Quod ipsis omnibus sacramentorum dispensationem commisit.19.dist.ita dominus.
Quod Christus ipsis vindictam prohibuit:quoniâ eos volentes Samaritanos per ignê côsumere,côpescuit.23.q.4.quòd Christus.
Quod regulares imitatores Apostolorum sunt quantum ad proprietatum abdicationem, nec debent dicere meum vel tuum est.12.q.1.dilectissimis.16.q.1.ex auctoritate.
Quod episcopi & superiores quantum ad dignitatem,& omnia presbyteri quantum ad eucharistiæ confectionem,& ligandi & soluendi potestatem habent.dist.21.in nouo.12.q.1.abbas, vt quidquam.

Aqua. Quod aqua cum sale omnibus sacerdotibus benedici præcipitur.de conse. dist.3.aquam.
Quod in sabbato sancto ante chrismatis immissionem propter aspersionem debet accipi. de conse.dist.4.in sabbato sancto.
Quod qui huius virtute aspergitur venialia delentur,& insidiæ diaboli cum phantasmatibus fugantur de conse.dist.3.aquam.
Quod huius institutionis efficacia in veteri lege est multipliciter præfigurata.de consecra.dist. 4.nec quemquam.

Arbiter. Quod arbitri sunt qui consensu litigantium in iudices eliguntur, vt ipsorum sententiæ stetur.2. q. 6. à iudicibus.§. quod de arbitris.11.q.1.si clericus.
Quod non licet ab ipsis appellare.2.q.6.à iudicibus vel arbitratis.& c. placuit.
Quod nullus potest esse arbiter in ea causa in qua est iudex. 3.q.7. infamis. ante finem.§. si quis vero.
Quod seruus arbiter esse non potest. 3.q.7. infamis. in fine.
Quod infamis in arbitrio non excluditur, nec etiam filius in re patris.3.quæst.7. infamis. circa finem.
Quod arbitrij liberi nos condidit Deus , vt nec ad virtutes nec ad vitia necessitate trahamur. de pœn. dist.2. vt cognouerunt.§.liberi. circa finem.

Archidiaconus. Quod archidiaconus nemo debet esse nisi sit diaconus. 60. distinct. nullus episcopus. & duobus cap.seq.
Quod debet talis côferri cui ætas debita cum prudentia, & vitæ merita suffragantur. distin.60. innouamus.dist.93.legimus. post medium.
Quod archidiaconus est coadiutor episcopi in ordinatione clericorum. 23. dist. subdiaconus & c.seq.
Quod archidiaconi interest ministros ecclesiæ & parochiarum,vt officia sua diligenter expleant commonere.25.dist.perlectis.§.hi sunt.
Quod ipsius est de archipresbytero prouidere , 63.dist.si in plebibus .
Quod non debet ab archipresbyteris vel presbyteris pecunias vel alia extorquere.94.distin. dictum.
Quod non debet præbendas vel ecclesias cum cura animarum sine consensu episcopi conferre. 16.q.7.nullus omnino.

Archiepiscopus. Quod archiepiscopus Græce summus episcoporum dicitur Latine. 21. distinct. cleros.
Quod archiepiscopus ante pallij receptionem nec se debet vocare archiepiscopum , nec ea quæ sunt pontificalis dignitatis debet exercere.100.dist.quoniam quidam.
Quod vltra tres menses consecrationis suæ non debet

debet differre pro pallio laborare. 100. dist. quoniam quidam.

Quod accipiens pallium, primo fidem catholicã debet profiteri, & iurare statuta sedis apostolicæ & conciliorum principalium custodire. 100. dist. quoniam.

Quod non potest uti pallio nisi intra suam prouinciam, & hoc tantum in missarum solennijs. 100. dist. pallium ubi. & c. contra morem.

Quod archiepiscopus debet primatibus obedire. 99. dist. c. 1.

Quod episcopi vocati sunt in partem solicitudinis archiepiscopi. 9. q. 3. c. 1. & c. seq.

Quod archiepiscopi interest episcopum cõfirmare & consecrare. 64. distin. episcopi. c. extra. 15. dist. non debet.

Quod ipsius est cogere omnes sub eo decentes, ut in officio diuino decantando à metropolitana ecclesia non discrepent. 12. dist. de his qui.

Quod episcopi prouinciales debent interesse electioni & confirmationi archiepiscopi. 63. dist. metropolitano. 66 dist. archiepiscopus.

Quod archiepiscopus non nisi in sua ciuitate debet à prouincialibus episcopis ibidem conuenientibus cõsecrari 51. dist. qui in aliquo, in fine.

Quod excessus suffraganeorum suorum potest punire. 12. dist. de his qui. 10. q. 3 quia.

Quod omni anno semel prouincialem synodum tenetur facere: sed ibi de suffraganeorũ rebus nil debet extorquere 18. dist. quoniam.

Quod ipsius est causas dubias suffraganeorum diffinire, alioquin debet eos sedi apostolicæ transmittere. 18. dist. de concilijs. 6. q. 4. si inter episcopos.

Quod archiepiscopus non debet iudicare causas eorum qui subsunt episcopis, nisi per consultationem vel per appellationem ad ipsum fuerint deuolutæ. 17. dist. multis. 6. q. 3. scitote. 3. q. 6 peregrina. 9. q. 2. conquestus.

Quod archiepiscopus potest absoluere quem suus suffraganeus excommunicauit ordine non seruato. 11. quæst. 3. si episcopus forte. 2. quæst. c. nemo.

Quod de his quæ sunt utrique communia, archiepiscopus sine consensu episcopi non debet se intromittere. 9. q. 3 c. 1.

Item nec de his quæ sunt specialia episcopi, sicut beneficia conferre, deponere, & excommunicare, & huiusmodi nisi ad ipsum fuerit appellatum. 9. q. 2. nullus primas. 6. q. 3 scitote. 9. q. 3. conquestus.

Quod si negligens esset suffraganeus: præmissa trina admonitione archiepiscopus potest se de aliquibus intromittere. 9. q. 3. cum simus. & c. per principalem.

Quod archiepiscopus suam prouinciam diuidere non potest, nec possunt esse duo archiepiscopi in una prouincia. 101. dist. pernitiem.

Quod solus Papa suffraganeum à iurisdictione ipsius eximit. 16. q. 1. frater noster.

Arma. Quod arma victoriæ antiquorum patrum sunt nobis in exemplum spiritualium bellorum & victoriarum. 23. q. 1. nisi bella.

Quod Apostoli ideo tradiderunt in ecclesia legi Iudæorum historias, ut per eas ad arma spiritualia informemur. 23. q. 1. nisi bella.

Quod contra arma persecutorum clericus debet se munire armis orationum & lacrymarum. 23. q. 8. non pila quæritur. & c. conuenior. ante medium. dist. 36. c. vlt.

Quod Christus in Ægyptum ab Herode fugiens, & lapsibus Iudæorum cedens, docuit non aliena arma, sed fugam persequentibus opponi. 23. q 3. c. 1. §. 1. per totum.

Quod ideo dictum est Petro, Conuerte gladium tuum in vaginam, ut clerici & prælati arma bellorum non tractent 23. q. 8. cum à Iudæis. & c. tribus. c. seq.

Quod ecclesia cum à paganis impugnatur, non corporalia arma, sed Christum patienter capere debet. 16. q. 3. porro.

Quod laicis ecclesiam, patriã, & socios defensando, licet arma sumere. 23. q. 3. per totum.

Quod prælatis & clericis licet laicos hortari contra inimicos fidei, & contra oppressores. 23. quæst. 8. igitur. & cap. seq.

Argumentatio. Quod argumẽtatio quandoque fit de minori ad maius. 38. dist. si in sacra.

Item à maiori ad minus 32. q. 5. si Paulus.

Item à toto ad partem. 13. q. 5. pœnalo. circa prin.

Item à parte ad totum. 32. q. 4 meretrices.

Item à nominis interpretatione. 16. q. 1. placuit.

Exemplum ibidem in interpretatione monachi.

Item ab auctoritate. 32 q. 1. dixit.

Item à simili. 2. q. 6. qui se scit. 2. q. 1. multi, in fine.

Item ab oppositis vel contrarijs. 8. q. 1. sciendũ.

Arrogantia. Quod arrogantes dicuntur qui garrulitatem auctoritatem putantes, humiliter nesciunt inferre quod docent. 46. dist. c. 1. & seq 49. distinct. hinc etenim, circa medium.

Quod nihil est impudentius arrogantia rusticorum. 46. dist. c. 1.

Ars. Quod ars liberalium artium debet diligenter doceri, quia per eam manifestãtur diuina mandata. 37. dist. de quibusdam.

Asperitas. Quod asperitas immoderata correctionem non inducit, nec salutem. 45. dist. cum beatus. & c. recedite. & c. qui syncera 23 q. 1. paratus. post med.

Quod neque nulla asperitate exulcerandi sunt subditi, neque nimia benignitate dissoluendi. 45. dist. disciplina.

De hac materia habes ubi agitur de correctione & austeritate.

Auaritia. Quod auaritia quæ instituit meum & tuum, est iuri naturali contraria, quod dictat omnia cõmunia. 8. dist. differt. 47. dist. sicut. 12 q. 1. dilectissimis. & c. duo.

Quod ipsa in terrenis rebus ad sufferendum aduersa fortes facit, in cælestibus debiles. 47. dist. omnes.

Quod cæcat rationem, & grauius intoxicat aurum quam solem. 48. distinct. sicut. & 37. dist. nonne.

Quod auaritia dicitur idololatria vel fornicatio. 28. q. 1. idololatria. 1. q. 1. cum omnis.

Quod auaritia facit adulari regibus ut hereditates capiant alienas. 37. dist. nonne.

Quod hæreticus infectus auaro scelere coæquatur. 2. q. 1. quærio.

Quod clericis & maxime prælatis inhibetur. 35. distin. his agitur. 1. q. 1. cum omnis 8. q. 1. sunt in ecclesia. 10. quæst. 1. sclata. 12. quæstione 2. gloria.

Quod clericus aliena rapere conuincitur, qui sibi ultra necessaria retinere probatur. 42. dist. c. 1. & 47. dist. sicut hi.

Quod pœna auarorum innuitur. 14. quæst. 4. ministri. 16. q. 1. renegumini. post med. & c. seq. circa finem.

Audacia. Quod audacia humana per leges coercetur iustitutas. 4. dist. factæ sunt.

Auctoritas. Quod auctoritas regalis & sacerdotalis tenentur defendere res ecclesiæ. 23. q. 5. res autem omnes.

Quod auctoritate sacra pontificum regitur iste mundus. 97. dist. duo sunt.

Quod plenam auctoritatem habent rectores sedis apostolicæ. 11. dist. consequens. & c. seq.

Quod longæuæ consuetudinis non vilis auctoritas est, dummodo canonibus non sit contraria. 11. dist. consuetudinis.

Quod auctoritati legis cedere debet usus siue consuetudo praua, maxime sedis apostolicæ. 12. dist. c. 2. & c. seq.

Augurium. Quod augurium quod fit in consideratione auiũ ad sciendum futurorum, est ex traditione malorum angelorum 26. q. 2. qui sine.

Quod hanc artem exercere vanitas est & superstitio 26. q. 2. sed & illud.

Quod idolatriæ cultus est augurij superstitionibus implicari. 26. q. 2. sed & illud.

Quod augurijs deseruiens est ab ecclesia separandus. 26. q. 5. augurijs.

Austeritas. Quod austeritas indiscreta in vigilijs & orationibus reprehenditur. de consecra. dist. 5. non mediocriter.

Quod melius est per mansuetudinem peccatores ab errore eruere, quàm per austeritatem in foueã perditionis propellere. 45. dist. recedite.

Quod cũ austeritate imperant qui subditos suos non cum tranquillitate corrigere, sed aspere reflectere festinant. 45. dist. c. vera iustitia.

Quod quia Deus benignus est, dispensator eius austerus esse non debet. 26. q. 7. alligant.

Aurum. Quod aurum habet ecclesia, ut egentium necessitati & ibi & captiuorum redemptionibus deseruiat. 14. q. 2. per totum cap.

Quod sicut auri fulgor præualet metallo plumbi, sic pontificalis dignitas præualet regum dignitati. 96. dist. duo. in fine.

Quod ideo Christus sine auro apostolos ad prædicandum misit, ut ipsis subtraheret causam litis. 11. q 3 ita

Quod cum episcopatus auro emitur, anima perditur. 1. q. 1. cum ordinaretur.

Quod grauius intuetur cupidus aurum quàm solem. 47 dist. sicut.

Quod auro cito violatur iustitia. 11. quæst. 3. pauper.

Auxilium. Quod auxilium ecclesia contra hostes non propter ultionem, sed propter defensionem potest petere à principe 23 q 3. Maximianus.

Quod ut ecclesia pacem adipiscatur, ut aliquis vitet insidias multorum sermens, sicut Paulus apostolus fecit, utile est petere auxilium. 23. q. 3. sex differentiæ, post medium

Quod episcopi tenentur mutuo sibi præbere auxilium pro pace terrarum facienda. 90 dist. præcipimus. & c. seq.

Quod infirmanti episcopo ipsi vicini in his quæ spectant ad officium pontificale, auxilium debent ferre. 7 q. 1. pontifices. cap. 3. & c. quamuis.

Quod sacerdos qui fuerit de collegio, si in aduersitate suæ ecclesiæ ab auxilio se subtraxerit, magis schismaticus quàm sacerdos iudicabitur. 3. q. 1 nulli.

Quod in præsenti vita consiliorum & orationũ mutua auxilia possunt fieri. 13. q. 2. in præsenti de pœni. dist. 6. §. 1. ante medium. de consec. dist 4. quæris.

Quod oppressis non ferentes auxilia cum possint, peccant. 23. q. 3 c. ostendit. & c. non in inferendi.

Quod in dãnum alterius nulli auxilium est dandum. 14. q. 5 denique.

Quod malefactoribus auxilia non sunt ferenda. 14. q. 5. per totum.

De hac materia require in titulo de aduersitate.

Astrologia. Quod astrologia quia nihil confert ad salutem, sed potius mittit in errorem, à quolibet fideli est postponenda. 37. dist. legimus. §. sed contra. 26. q. 2. illud cond. circa finem.

BAbylon. Quod Babylonis filia anima esse dicitur, quæ propter lubricas cogitationes filia Dei esse desinit. de pœniten. dist. 5 in saltibus.

Quod amissio gloriæ virginalis designatur in ignominiosa destructione babylonie. 32 q. 5. si Paulus, post medium.

Quod ignis qui per septuaginta annos babylonicæ captiuitatis vixerat, Iasone sedente sacerdotium, in detestationem simoniæ extinctus fuit. 1. q. 1. sicut eunuchus.

Balaam. Quod Balaam qui pro mercede iniquitatis ab asina corripitur ponitur in exemplum quod prælatus propter culpam à subdito, & doctus ab indocto potest argui. 2. q. 7. secula & cap. nos si incompetenter. & c. Paulus 2.

Balneare. Quod balneare se, perfectis & religiosis licet. 14. q. 1. omnia.

Quod in die dominico balneum conceditur, dūmodo non fiat per voluptatem, sed pro necessitate. de conse. dist. 3. peruenit.

Balsamus. Quod balsamus à clericis sicut chrisma vel baptismus nō debet vendi. 1. q. 1. dictum est solere. & c. quibusdam.

Quod episcopi de facultatibus ecclesiæ balsamū tenentur comparare. 1. q. 1. statuimus. 1.

Quod episcopus qui balsamum benedictum vendit, simoniā cōmittit, & damnationē perpetuā incurrit. 1. q. 1. placuit vt nullus episcoporū.

Baptismus. Quod baptismus triplex, scilicet salutaris specificatur, videlicet fluminis, flaminis, & sanguinis. de consec. dist. 4. baptismi & c. catechumenum.

Quod nīc prodest sanguinis & flaminis, cum baptismū fluminis non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. de consec. dist. 4. baptismi vicē. §. quantum itaque.

Quod latro baptismo flaminis & sanguinis baptizatus est quando Christum in cruce confessus est. de pæni. dist. 7. nullus expectet. circa prin. §. vlt.

Quod baptismus fluminis supplet simpliciter virtutem et passione Christi. de consecra. distin. 4. propter.

Quod Pharao in aqua subuersus designat quod diabolus nēs vires amittit in aqua baptismatis. de cōse. dist. 4. nec quemquam, ante finem.

Quod baptismi est multiplex prærogatiua, videlicet quia potest suscipi sine aliis sacramentis: sed nō alia sine eo. 1. q. 1. si quis per ignorātiā.

Item quia potest dari à quocumque, quod non alia. 93. dist. c. præter. §. verum. & § porro. per totum.

Item quia est fundamentum & ianua aliorum sacramentorum de consecra. distinct. 4. cum itaque, in fi.

Item quia sine eo salus non habetur. de consec. dist. 4. firmissime.

Item quia per ipsum originale, mortale, & veniale peccatō remittitur, nō sic p alia. de cōse. dist. 4. regenerante. & c. sine pænitentia.

Item ratione eo non potest quis contrahere cum christiana. 28. q. 1. caue.

Quod sine inuocatione trinitatis non est baptismus. de conse. dist. 4. si reuera. & c. in synodo.

Quod verus est baptismus, licet per imperitiam verba substantialia corrupte proferantur. de conse. dist. 4. retulerunt.

Quod accedit verbum ad elementum, & fit baptismi sacramentum. 1. q. 1. detrahe.

Quod non merita ministrorum, sed virtus Christi in baptismo operatur. de conse. dist. 4. baptismus.

Quod character baptismi non perditur per peccatum. 1. q. 1. quòd quidam. ante mediū. 32. q. 7. licite.

Quod baptismus paruulis valet ad salutem, etiā si non recta intentione offerātur. de conse. dist. 4. non illud.

Quod in baptismo spiritualiter renascitur homo, & membrum Christi efficitur. de conse. dist. 2. quia passus. circa fi. & de cons. distinct. 4. ad hoc.

Quod nullus potest saluus fieri, si contemnit baptizari. 15. q. 1. firmissime.

Quod in hoc quòd Christus mundus à peccato baptizari voluit, exemplū baptizandi nobis in peccato natis dedit. de conse. dist. 4. si baptizata est. & c. non regenerabuntur.

Quod apostoli fuerūt baptizati tempore Christi. de conse. dist. 4. quando & c. seq.

Quod verus baptismus non tantum constat in ablutione corporis, quantum in fide cordis: & baptismus delet non solum originale, sed etiam actuale peccatum. de consecra. distinct. 4. regenerante.

Quod excepta necessitatem baptismus à sacerdotibus debet dari. 93. distinct. diaconi. de conse. dist. 4. constat.

Quod baptizandos catechizandi & exorcizandi debet præuenire officium. de consecra. distinct. 4. sine paruuli. vsque ad cap. verum sacerdos.

Quod expositio signorum sufflationum & vnctionum & quorumlibet aliorum quæ in exorcismo & catechismo geritur, ponitur. de cōsec. dist. 4. postea. vsque ad c. venit. & c. 1.

Quod interrogatio articulorum fidei debet præcedere baptismum. de conse. distinct. 4. prima. in fine.

Quod baptizandis adultis indicatur pænitentia interior, & non exterior. de conse. dist. 4. omnis. & duob. c. seq. & c. sine pænitentia. ibi.

Quod excepta necessitate, generalis baptismus non debet fieri nisi statutis temporibus, scilicet in Pascha & Pentecoste. de conse. distin. 4. non ratione. vsque ad c. constat.

Quod in primitiua ecclesia non licebat nisi prædictis temporibus baptizare: modo in necessitate licet omni tempore, & in omni aqua. de conse. dist. 3. celebritatem.

Quod antiquitus baptizandus dabat votum suū in scriptis. 1. q. 1. legum.

Quod paruuli si ante baptismum decedunt, propter originale peccatum damnantur. de cōse. dist. 4. firmissime.

Quod ordinatus antequam baptizatus nihil accipit. 1. q. 1. si quis per ignorantiam.

Quod baptismus non tollit irregularitatem bigamiæ. 34. dist. si quis viduam.

Quod sacerdos vadens ad baptismū semper chrisma debet portare secum. de consec. dist. 4. nullus ministrorum.

Quod adulti fidem suam ante baptismum debēt profiteri. de conse. dist. 4. prima.

Quod paruulis prodest fides offerentium. de consec. dist. 4. illud perscrutari. & c. hi qui apud.

Quod perfidia parentum non obest baptizandis sicut fides prodest. de conse distinct. 4. quæris à me.

Quod monachi in suis monasterijs baptisteria habere prohibentur. 18. q. 2. pridem.

Quod non licet monacho baptizare, vel pueros de baptismo suscipere. 16. q. 1. placuit communi. & c. ex auctoritate.

Quod nō licet abbati vel monacho de baptismate alios suscipere, nec cōmatres habere. de consec. dist. 4. non licet. & c. seq.

Quod in necessitate licite recipitur baptismus à quocumque. 14. q. 1. si quem. 32. q. 4. iste. & c. seq. de conse. dist. 4. constat.

Quod etiam si in necessitate à patre conferatur carnali, non ideo pater in matrimonio suo impeditur. 30. q. 1. ad limina.

Quod à Pagano vel Iudæo si in forma ecclesiæ datur, verus est baptismus. de conse. distinct. 4. Romanus.

Quod à schismatico hæretico si in forma ecclesiæ datur, similiter recipitur. 1. q. 1. dictum est à domino. §. quod vero. cum duobus c. seq.

Quod à quocumque malo & peruerso homine, dummodo non peruerse detur, recipitur. 19. dist. secundum. de consec. dist. 4. si inter. & duobus c. seq.

Quod quandoque baptizatur quis in fide dantis, cum scilicet fidelis adultus baptizat infantem. de conse. dist. 4. constat.

Quod baptizatur quis in fide tantum accipientis, vt cum adultus contritus recipit ab infideli. 1. q. 7. qui in qualibet.

Quod baptizatur quis in fide tantum patrinorū cum paruulus fidelium præsentatur hæretico baptizandus. 1. q. 4. placuit.

Quod qui ab hæreticis scienter baptizantur, quia tunc nihil gratiæ receperunt, per impositionem manus sunt ecclesiæ reconciliandi. 1. q. 1. quod quidam dicunt. de consecra. dist. 4. quamuis.

Quod baptismus simulatorie vel pro sanitate corporali acceptus verus est, nec reiteratur. de consec. dist. 4. solet etiam. & duobus c. seq.

Quod talis baptismus non prodest ad salutem nisi simulatione cessante. de consecra. dist. 4. tunc valere incipit.

Quod Simoni mago qui simulatorie baptizatus fuit, & post non pænituit, baptismus non profuit. 17. dist. quod interrogasti.

Quod baptizans & de baptismo suscipiens dicitur pater spiritualis. 30. q. 1. ad limina. §. filia.

Quod baptizandus potest ter vel semel immergi secundum diuersas consuetudines terrarum. de conse dist 4. de trina. & 3. dist. ca. se. & c. propter vitandum.

Quod totum corpus est in baptismo immergendum. de conse. dist. 4. prima igitur.

Quod baptizata muliere prægnante fœtus in ea non baptizatur. de conse dist. 4. si ad matris. & duobus c. seq. & c. si baptizata.

Quod in dubio quisque baptizari debet. de consecra dist. 4. paruulos.

Quod non baptizatus baptizandum non potest de fonte suscipere. de consecra. distin. 4. in baptismate.

Quod baptizatum non debent plures accipere quàm vnus. de consecra. dist 4. non plures. & c. in catechismo.

Quod non decens est, licet non sit prohibitū coniuges simul alterius puerum de baptismo leuare. 30. q. 4. quod autem.

Quod vno coniugum suscipiente puerum alterius in baptismo, vterque fecisse iudicatur, & vterque compater efficitur. 30. q. 4. sciscitatur. & c. si quis.

Quod an valeat reddere debitū mulier, quæ proprium filium leuauit de baptismo, vide 30. q. 1. per totum.

Quod in baptizatis manet concupiscentia, licet attenuata. de consecra. distinct. 4. per baptismum.

Quod paruuli adulti facti tenentur ad fidē quam pro ipsis offerentes spoponderunt. de consec. dist. 4. paruuli.

Quod hi qui pro baptizandis in baptismo spoponderunt, teneantur omnes symbolum & orationem dominicam, & alia bona informare. de consec. dist. 4. vos ante omnia.

Quod adultus in infirmitate baptizatus, quia ex necessitate videtur fecisse, nō debet ordinari. 57. dist. si quis in ægritudine.

Quod qui scienter rebaptizantur, Deum abnegare dicuntur, & per multam pænitentiam reformantur. de conse. dist. 4. eos quos.

Quod catholicum rebaptizare scienter, manifestissimum scelus est. de conse. distinct. 4. rebaptizare.

Quod præcisi siue aliter apostatantes in fide, non sunt rebaptizandi, ne fiat iniuria characteri imperatoris. 23. quæst. 7. quemadmodum membrum.

Quod rebaptizatus irregularis efficitur & punitur. de consec. dist. 4. qui bis & c. seq.

Quod rebaptizatus etiam ignoranter non debet promoueri. 50. dist. qui in aliquo. 50. dist. confirmandum est 10 si.

Beatitudo. Quod beatitudo paradisi cælestis à nemine extra ecclesiam posito percipitur. de consecra. dist. 4. ecclesia paradiso.

Quod beatitudo est reuelatio gloriæ magni Dei, & saluatoris domini nostri Iesu Christi. de cōse. dist. 5. ieiunium.

Quod beatitudo æterna solummodo membris Christi paratur. de pæn. distinct. 1. omnis qui non diligit.

Bellum. Quod bellum in hac vita duplex exercetur, scilicet carnale, & spirituale. 23. q. 1. nisi bella.

Quod à perfectis bella carnalis non sunt peragēda, sed animæ certamina contra spirituales aduersarios dissuadenda. 23. q. 1. nisi bella.

Quod Apostoli ideo tradiderunt legi in ecclesia historias Iudæorum, vt per bella ipsorum quæ gesserunt, ad bella spiritualia informemur. 23. q. 1. nisi bella.

Quod ideo bella carnalia plerumque geruntur, vt ad pietatis iustitiæque societatem victis facilius consulatur. 23. q. 1. paratus. in fi. & c. apud.

Quod sicut antiquitus ducibus concessum fuit bellare, sic & modernis, dummodo nō bellent desiderio fundendi sanguinem, sed rempublicam pro fide Christi ampliādi. 23. q. 4. si non. & c. displicet. & q. 1. noli.

Quod dicitur iustum bellum, & quid sit, multipliciter innuitur. 23. q. 2. per totum.

Quod

Quod iustum bellum dicitur intuitu praecipientis, qui ipsius ordinariam habet potestatem. 23. q. 1. Iulianus.

Quod dicitur iustum bellum intuitu obedientis, vt sit qui obtemperare debeat. 23. q. 1. quid culpatur & q. 8 conuenior.

Quod iustum bellum dicitur intuitu illius contra quem fit si meruit. 23 q. 2 c vlt. & q 5. de occidendis.

Quod iustum bellum dicitur intuitu eius propter quod fit, puta propter iniuriam propulsandam, vel vindictam inferendam. 23. q. 5. cum homo.

Quod iusta bella pro pacis studio geruntur. vt mali coerceantur, & boni subleuentur. 23. q 1. apud veros & q. 4. displicet.

Quod intentio mala iterum bellum facit iniustum. 23. q. 1. militare.

Quod non pax quaeritur vt bellum exerceatur. sed bellum geritur vt pax acquiratur. 23. q. 1. noli.

Quod capto hosti in bello est miserandum, dummodo futurum periculum non timeatur. 23. q. 1 noli. in fine. & q. 4 est iniu. a.

Quod Sarraceni bellantes contra Christianos iuste a Christianis impugnantur. Iudaei vero quia seruiunt patienter, sustinentur. 23. q. 8. dispar

Quod possessiones ecclesiarum materiali gladio de mandato ecclesiae defendi debent. 15. q. 6. auctoritatem. 23 q 3. Maximianus.

Quod bella pro ecclesia sumpta & contra excommunicatos & infideles meritoria sunt. 23 q. 5. omni si & duobus c. seq. & q. 8. vsq. ad § ecce. & q. 4. sicut excellentiam.

Quod morientes in bello ecclesiae saluantur. 23. q 5. omnium. & q. 8. omni timore.

Quod an episcopo liceat ad bellum proficisci sine licentia Papae. 23. q. 8. si vobis. &c. si quis episcopus.

Quod in hoc quòd Moses alijs pugnantibus nõ se immiscuit, sed orauit, exẽplum dedit quòd praelati bellare non debẽt, nec bellis interesse. 36. dist. si quis vult. 16. q. 3. porro 23 q 8. c. 1. cum tribus seq. & c conuenior.

Quod praelati propter possessiones temporales principibus obnoxij sunt tributa bellorum siue aliarum rerum exoluere. 23 q 8. §. ecce. & c. seq. vsque ad §. quibus. & c. si vobis.

Benedictio. Quod benedictio solennis super plebem tantum dari ab episcopis. 26. q. 6 ministrare. de consec. dist 1. tum ad celebrandas.

Quod non solennis potest dari a sacerdote celebrante praesente episcopo, sed non sine eius mandato. 21 dist. denique

Quod episcopus officio expleto debet dare benedictionem. de conse. dist. 5 conuenit.

Quod lecturis lectionem benedictio debet dari. 21. dist. denique.

Quod sacerdotis est benedicere, sed Dei est effectum benedictionis tribuere. 1. q. 1. dictum est a domino.

Quod consequens nõ est vt presbyter alijs benedicat, qui sua vulnera non curat. 28. distinct. presbyterum.

Quod minor maiori benedictionem non debet dare. 21. dist. denique.

Quod die dominica populus de missa ante benedictionem sacerdotis egredi non praesumat. de conse. dist 1. missas die & c seq.

Quod populus non debet detrahere sacerdotibus, a quibus capit benedictionem. 6. q. 1. sacerdotes. 38. dist. feriatim.

Quod coniugium non benedicitur a sacerdote, nisi virgo contrahat 31 dist. feriatim.

Quod sponsus cum sponsa ob reuerentiam benedictionis prima nocte debent in virginitate permanere. 23 dist. sponsus.

Benefacere. Quod bene fit etiam inuitos, quorum vtilitati, potius consulitur quàm voluntati. 23. q 1. paratus. post medium. 45. dist. & qui emendat.

Quod benefacit quis latroni membra auferendo: quia ex hoc cogitur a malo opere cessare. 23. q. 5. si omnia.

Quod medicus benefacit phrenetico ipsum ligando, & pater filium indisciplinatum castigando, licet ipsis inuitis. 23. q. 4. ipsa pietas & c. seq. q. 1. c paratus. ante finem. 5. q. 5. non omnis & c. seq.

Quod benefacere non debet quis alicui in damnum alterius. 14. q 5. denique & c. forte.

Quod clericis maxime Deo seruientibus benefieri debet. 12. q. 1 Christianis. 12. quaest. 1. quia tua.

Quod qui non ex amore, sed timore benefacit, reputatur non facere. 11. q. 3. ad fidem. 32. q 5. sicut enim. de conse dist. 5. quidquid. 86. dist. non satis.

Quod benefacienti si ex hoc aliquod malum praeter suam voluntatem contigerit, non imputatur 23. q. 5. de occidendis. in fine.

Beneficium. Quod beneficia ecclesiae danda sunt clericis quibus parentum bona non suffragantur. 1. q. 2. clericos & c. seq.

Quod illis debentur clericis qui in ecclesia vigilanter deseruiunt. 1. q. 2. clericis 86. distinct. non satis.

Quod qui parentum bonis sustentari possunt: si beneficia ecclesiastica suscipiunt sacrilegium committunt. 1. q. 2 clericos. & cap. sequen. & c si quis.

Quod praelatus in beneficio conferendo potius debet attendere vitae meritum, quàm consanguinitatis gradum. 8. q. 1 Moses.

Quod sicut anima non viuit corporaliter sine corpore, sic ecclesia non proficit sine beneficijs corporalibus 1. q. 3 si quis obiecerit.

Quod pro beneficio ecclesiastico non pastillum, nec aliud quantumcumque minimum dari debet. 1. q 3 si quis obiecerit

Quod illi qui emunt vel vendunt ecclesiastica beneficia, simoniam incurrunt, & beneficio frustrantur 1. q. 3. si quis dato. & c. seq.

Quod quia beneficia ecclesiastica domini Dei sunt, ideo vendi non possunt. 1. q 3. saluator. ante medium.

Quod clerici criminosi beneficijs ecclesiasticis sunt priuandi 81. dist. si quis amodo.

Quod presbytero irregulari beneficium suum ecclesiae ex dispensatione conceditur. 50. dist. studeat.

Benignitas. Quod benignitas nimia nõ debet resoluere subditos: nec nimia asperitas exulcerare. 45. dist. disciplina & c. qui syncera. & c. licet nonnumquam. & c. sunt namque.

Quod mala agenda sunt cum inimicis quadam benigna asperitate 23 q. 1 paratus.

Quod benignitas seruanda est in correctione. 23. q. 4. quod Christus. 45. distin. licet nonnumquam.

Bigamus. Quod bigamus ad ordines eligi non potest 32. q. 1. quoniam do. 32. distinct. feriatim. 33. & 34. distin. per totum

Quod per bigamiam quilibet irregularis efficitur. 31 dist. maritum. 34. dist. cognoscamus. & cap. seq.

Quod baptismus non delet irregularitatem bigamiae ante contractae 34. distin. si quis viduam. 26 dist acutius. & c vna. 28. q. 3 acutius.

Quod bigamus non promouetur, hoc est propter defectum sacramenti 26. distinct. acutius & cap. vna

Item propter praerogatiuam sacerdotalis dignitatis. 26 dist. vna & § bigamus.

Item propter suspitionem futurae incontinentiae. 82 dist. proposuisti. in fine.

Item quia talis qui matrimonia frequentauit, nõ potest esse orator castitatis. 26 distinct. vna. & § bigamus

Quod an ille sit bigamus qui duxit in vxorem quàm prius corruptam fornicatione cognouit 32 q. 5. qualis 34. dist. praecipimus 34. distin, qui in aliquo. 32. dist. presbyter 33. distinct. maritum.

Quod ille non est bigamus qui duxit sponsam alterius, non tamen carnaliter à primo cognitam. 34. dist. Valentinus.

Quod bigamus reputatur qui vxorem suam post adulterium scienter cognoscit. 34. distin. si cuius & cap. seq.

Quod qui contrahit cum corrupta de facto licet contrahere non possit de iure: tamquam bigamus reputatur 28. dist. presbyter.

Quod qui credens se cum virgine cõtrahere, inuenit eam cognoscendo corruptam bigamus reputatur, nec debet promoueri. 32. distinct. qui in aliquo.

Quod cum bigamo potest dispensari, & facilius in ordine suscepto quàm in suscipiendo. 50. dist. quicumque poenitens

Quod clericus per bigamiam irregularis effectus retinet priuilegium clericale. 34. dist. lector.

De bigamia require vbi agitur de ordine, & vbi agitur de dispensatione.

Blasphemus. Quod blasphemus Deum debet poenis de vitiis subiacere 23. q 4. non inuenitur. 22. q. 5. Imperatores 21. dist. qualis.

Quod ille in Spiritumsanctum blasphemat qui iacet canonibus de ogat. 25 q. 1 violatores.

Quod verbum domini tunc blasphematur cum contemnitur 33. q. 5 cum caput.

Quod Michael angelus qui diabolo noluit inferre blasphemiam, ponitur in exemplum quòd à maledictione parcere debemus. 24. quaest. 3. si igitur.

Quod blasphemantes baptismum Christi, per potestates debent puniri 23. q 4. quoniam.

Quod blasphemantes exemplo apostoli per excommunicationem satanae debent tradi. 24. q. 3. apostolicae 23. q 4 qui peccat, ante medium.

Bos. Quod bos & asinus tunc simul ad aratrum coniunguntur, quando diuersae professionis homines in vno officio simul sociantur. 16. q 7 in nona

Quod Deo ideo cura non est de bobus: quia facta brutorum Deus non discutit. 15. q. 1. c. sicut nimis § ex eo

Brutum. Quod brutis animalibus eo quod ratione carent, peccatum non imputatur 15 q 1 c. sicut nimis. § ex eo

Quod in lege bruta animalia peccatis hominum foede data iubentur interfici, non propter peccatum, sed quia replicant memoriam facti. 15. q. 1. mulier.

CAin. Quod Cain quia praeuaricatione propter fratricidium incurrit, sententiam maledictionis reportauit. 24. q 3. tamen ergo. § sed qui.

Quod Deus despiciendo munera Caio ante damnauit fratricidium mente conceptum quasi opere adimplesset. de poe. dist. 1. numquid.

Quod Cain qui peccatum fratricidij negauit, indignus temporali poena fuit. de poenit. distin. 3. Iudas.

Quod Abel esse renuit quem Cain malitia non exercet 23. q. 4 haec autem vita.

Cham. Quod Cham qui ex eo quòd patris verenda non operuit, maledictus est: ponitur in exemplum quòd maiorem damnationem incurrunt qui spiritualibus patribus non deferunt 1. q. 7. sacerdotes & reliqui. & c sententia & c. plerumque 15. quaest. 3. de crimine.

Calculus. Quod calculus est carbo: quo purgatus est Esaias propheta. 8 q. 1 in scripturis. in fin.

Item calculus est determinatio sententiae. 6. q. 4. si inter.

Calix. Quod calix & patena nullo modo debent esse de ligno sicut in primitiua ecclesia, sed ex auro & argento, vel saltem stanno. de conse. dist. 1. vasa & c. vt calix.

Quod ideo prohibetur ne fiat calix de ligno, quia porosum est. ead. dist.

Item nec de vitro, quia fragile est.

Item nec de cupro, quia prouocat vomitum.

Item

Item ace de aurichalco quod contrahit rubiginem. de conse. dist. 1. vasa &c. vt calix.

Quod sacerdotibus solenniter cum ministris celebrantibus non licet calicem tollere nisi ipsis per diaconos porrigatur. 93. dist. diaconi sunt.

Calumnia. Quod calumniari est falsis criminibus intendere. 2. q. 3. si quem. §. notandum.

Quod inconsultus calor ex impetu mentis proueniens calumniæ vitio caret. 2. q. 3. si quem. §. notandum post medium.

Quod calumniantes ad vindictam poscit similitudo supplicij. 2. q. 8. quisquis. 5. q. 6. qui calumniam. & c. seq.

Quod vestis quæ non propter necessitatem, sed propter venustatem acceptatur elationis habet calumniam. 21. q. 4. c. 1.

Canon. Quod canon græce, latine regula nuncupatur. dist. 3. canon.

Quod sancti patres canones diuino instinctu sanxerunt 25. q. 1. hoc ipsum. 25. q. 1. violatores.

Quod liber canonum apostolorum inter apochryphos ponitur. 15. dist. sancta Romana 16. dist. canones.

Quod violare canones patrum, est spiritum sanctum blasphemare 25. q. 1. violatores.

Quod secundum canones ecclesiæ Romanæ tenentur viuere aliæ ecclesiæ, quia ab ipsa habent prime prium. 12. dist. noline.

Quod canones tamquam catholici ab omnibus sunt recipiendi, & qui non. 16. dist. per totum. 20. d. st. de libellis & duobus c. seq.

Quod si canones sibi quandoque contradicunt, illis est standum quorum antiquior & potior est auctoritas. 35 q. 2 hoc ipsum.

Canonici. Quod canonici canonice viuere debent. de conse. dist. 5. in omnibus.

Cantus. Quod Cantus ecclesiæ inuentus est vt ad compunctionem voces animus audientium. 21. dist. cleros. ante finem. de conse dist. 5. non mediocriter.

Quod in ecclesia deuotione cordis est cantandū, & theatrales cantus non sunt exercendi 5 2. dist. cantantes. de conse. dist. 5. non mediocriter. 38. dist. sedulo. 12. q. 1. quia.

Quod secundum solennitatem temporum cantus est exercendus. 15. dist. per lectis. ante finem.

Quod plerumque dum in cantando ad fauorem populi blanda vox quæritur, longiua vita deseritur. 92. dist. in sancta.

Quod gloria in excelsis, & alleluia non semper est cantandum. de conse. dist. 1. hi dum.

Quod diaconi Romanæ ecclesiæ quia solennioribus officijs debent deseruire, in suo tempore officij prohibentur. 92. dist. in sancta.

Quod clericus vel presbyter inter epulas mensæ cantans, est excommunicandus. 22. quæst. 1. clericum.

Quod clerici cœtibus non misceantur vbi amatoria & turpia decantantur. de conse. dist. 5. nullus presbyterorum.

Quod inter festum paschæ & pentecostes, tantum tres psalmos ad nocturnos canimus. per totum annum, si festum est, nouem, si vero feria, duodecim recitamus. de conse. dist. 5. in die.

Quod nemo debet obedire episcopis vel abbatibus cum mandant cantari missas pro hæreticis 23. q. 5. si quis episcopus aut abbas.

De hac materia habes vbi agitur de Missa, & vbi agitur de officio.

Caput. Quod caput sequi debent membra. 11 dist. non decet. 12. dist. nolite. de conse. dist. 5. celebritatem.

Quod indecens est si membra perfectiora sunt capite. 61 dist. miramur.

Quod capite languescente facilius membra corporis inficiuntur. 6. q. 1. sunt plurimi. §. verum. & c. ex merito.

Quod totum corpus morbis inuaditur si languor in capite curatus non fuerit. 2. quæst. 7. sicut languor.

Quod caput dicitur Romana ecclesia. 22. dist. c. 1. & seq. 3. q. 6. dudum.

Character. Quod character in baptismo imprimitur. 23. q. 4. displicet. circa medium.

Quod character baptismi non perditur ex quocumque peccato. 32 q. 7. licite 1. q. 1. quod quidam. ante medium. 23. q. 4 displicet. circa medium.

Quod apostatæ a fide non sunt rebaptizandi, ne iniuriam faciat characteri imperatoris. 13. q. 7. quemadmodum.

Quod schismaticus qui ab hæretico vel e contra in forma ecclesiæ baptizatus, characterem recipit. de conse. distin. 4. quemodo, ante medium.

Cardinalis. Quod sanctus Siluester primus videtur fuisse qui ministros domini Papæ collaterales appellauit cardinales. 2. q. 5. præsul.

Quod cardinali diacono a subdiacono vsque ad lectores omnes exhibere debent honorem. 93. dist. a subdiacono.

Quod vacante sede apostolica episcopi cardinales alijs sibi adiunctis debent sine dilatione Papam eligere. 23. dist. in nomine domini. 70. dist. per totum.

Quod summus pontifex non nisi a cardinalibus & a clericis religiosis est inthronizandus. 79. distinct. c. 1.

Quod qui sine canonica electione cardinalium & clericorum religiosorum præsumptione inthronizatus fuerit, non apostolicus sed apostaticus habeatur. 79 dist. c. 2.

Quod nullum non eliget ant Papam nisi presbyteri & diaconi cardinales. 79. dist. oportebat & duobus c. seq.

Quod cardinales episcopi in consecratione Papæ vice funguntur metropolitani. 23. dist. in nomine domini.

Quod cardinalibus concedunt cum alijs clericis & laicis inuasorem sedis apostolicæ anathematizare. 79. dist. si quis pecunia.

De hac materia habes vbi agitur de electione Papæ.

Charitas. Charitas quid sit, & de diuersis eius effectibus. de pæ. dist. 2. per totum.

Quod præcepta charitatis duo sunt, scilicet amor Dei, & amor proximi 8. q. 1. in scripturis. ante finem.

Quod vbi charitas non est, non potest esse iustitia. 24 q. 1. vbi sana.

Quod qui charitatem iussa spernit Deum qui charitas est, tanquam Iudas prodit. 11 q. 3. absit.

Quod charitas quæ operit multitudinem peccatorum, proprium est donum bonorum. 1. q. 1. multæ autem.

Quod qui sunt in charitate, participes sunt omnium bonorum ecclesiæ. de conse. dist. 4. ecclesiæ charitas.

Quod tunc perfecta charitas est in homine quando nihil aliud quàm Christum quærit. de pæ. dist. 2. charitas est, in fine.

Quod verba sunt postponenda quæ veritatem infirmant, & charitatem vulnerant. 99. dist. ecce.

Quod non est charitas sed languor vbi mali mores non corriguntur 23 q 5. non putes.

Carolus. Quod Carolus imperator primus vocatus fuit ab Hadriano Papa pro defensione ecclesiæ. 63. distin. Hadrianus. 23. q. 8 hortatu.

Castitas. Quod castitas sine continentia Deo placet, quam non facit necessitas, sed voluntas 33. q. 5. tunc salubrius. circa med.

Quod absque castitate omnia opera sunt imperfecta. 33. q. 5. tunc salubrius.

Quod castitas non aliter quàm inspiratione habetur. 28. dist. de his.

Quod ipsam servare est viam arctissimam & difficilem incedere. 28. dist. de his. & 33. q. 5. tunc salubrius. circa medium.

Quod pauci casti & sine carnali vitio inueniuntur. 50. dist. quia sanctitas tua in fi.

Quod nemo potest gloriari se castum cor habere. de pæn. distinct. 2. §. fugerat sanctus Dauid. circa med.

Quod castitas mentis non aufertur per violentiã illatam corpori. 33 q. 5. per totum fere.

Quod non corrumpitur corpus nisi primum animus corrumpitur, 32. q. 5. non potest. & quinque. c. seq.

Quod virgo violenter oppressa nõ debet se sacris virginibus coæquare. 32 q. 5. illæ.

Quod sine tactu impudico castitas corporis perditur. 32. q. 5. nec solo.

De hoc require vbi agitur de pudicitia.

Quod in virginali & viduali castitatem excellentiam inuenire ampliorem quam in matrimonio expertus. 27 q. 1 nuptiarum.

Quod ordini sacro castitas est annexa. 84. dist. cum in præterito. & 31. dist. aliter.

Quod quia tempore gratiæ non generis successio, sed vitæ perfectio quæritur, ideo sacerdotibus continentiæ castitas imperatur 32. q. 4. recurrat. §. his itaque, in fin.

Quod clerici orientalis ecclesiæ ante sacros ordines matrimonio coniuncti, etiam post in sacris cum vxoribus licite possunt stare. 31. dist. cum quoniam. §. hoc autem. & c. seq & 31. distinct. si quis.

Quod tempore sancti Gregorij subdiaconis & supra præcepta est continentia 31 distin. ante triennium.

Quod sicut episcopi ita ministri altaris debent esse casti 31. dist. lex continentiæ.

Quod nullus ad altaris ministerium debet accedere nisi castitas eius ante fuerit approbata. dist. 31. ante triennium.

Quod qui fidem castitatis Deo vouerunt, irritam faciendo damnationem incurrunt. 27. quæst. 1. cap. 1.

Quod post professam continentiam clericus secularis vel monachus matrimonium contrahere non potest. 27. q. 1. per totum.

Casus. Quod casu in appetitu qui ad summi loci fastigia præposito grad bus per abrupta ascensum quærit. c. 48 dist. sicut.

Quod est malum cadere a proposito & postea simulare propositum. 32 q. 1. ecce.

Quod casus aliorum nullis debet retrahere a bono proposito. 17. q. 1. qui bonum.

Quod inordinatus actus ad commendandum subditum deteriusque dum facit cadere prælatum. 24. q. 3. non in perpetuum.

Quod septies cadit iustus, & toties surgit. de pæ. dist. 3. septies cadit.

Quod iusti vocabulum non amittit qui quoties cadit, toties surgit. de pæ. dist. 3. quamuis §. hac, in fine.

Quod timor æternæ pœnæ cadere facit per pœnitentiã de vertice superbiæ. 50. dist. quid est.

Quod si altissima sublimitas cecidit, quis cadere non possit de pæ. dist. 2. vt cognouerũt. §. opponitur, in fi. 40. dist qualibet.

Quod qui casu occidunt, non eis imputatur. 55. dist. qui partem. 50. dist. his qui arborem. 15. q. 1. his cauendis.

Item virgo si ceciderit per corruptionem. non est qui suscitet eam redintegrando. 32. quæst. 5. si Paulus.

Cathedra. Quod cathedra nõ sacerdotem, sed sacerdos cathedram facit. 40. dist. multi.

Quod cathedra Petri super quam stat ecclesia nõ est deserenda. 93. dist. qui cathedram.

Quod prælatis qui super cathedram Petri resident, est obediendum. 1. q. 1. non quales.

Cathedraticum. Quod cathedraticum dictum est ab honore cathedræ pontificalis. 10 q. 3. c. 1.

Quod episcopus nomine cathedratici vltra duos solidos non debet accipere. 10. q. 3. illud te. & c. se. & c. inter. & c. vlt.

Causa. Quod causa dicitur propriè illius vel ad quem damnum vel emolumentum spectat. 1. q. 6. habuntur.

Quod cessante causa debet cessare id quod factum est propter causam. 1. quæst 7. quod pro remedio.

Quod

secundum 24. q. 4. si habes, circa medium.

Quod assumpti vel assumandi ad regimen animarum docti debent esse in scripturis. 36. dist. per totum. 37. distinctione, c. ideo prohibetur. §. vt itaque

Quod quia res clericorum pauperum sunt, præ cæteris tenentur hospitalitati & eleemosynis intendere. 16. q. 1. quoniam quidquid 42. dist. §. 1. & c. quiescamus.

De castitate clericorum, & continentia eorum. 28 dist. per totum. 31. dist. à primo c. vsque ad c. si laicus. 32. dist. per totum. 81. dist. propositum. & c. sequen. 84. distin. cum in præteritis.

Quod clericus feminarum suspectarum frequentans domicilia est deponendus. 81 dist. clericus.

Quod non debent clerici mulieribus cohabitare. 32. di. interd ait. & c. se. 81. dist. clericus. &c. seq.

Quod clerici cum matre & sorore habitare permittuntur. 81. dist. volumus.

Quod fornicarij deprehensi iuxta canones sunt puniendi. 27. distin. presbyteris. diaconi 78. dist. decreuimus. & c. de his & c. presbyter. 32. dist. eos & c. erubescant. 33. dist. habuisse. 81. dist. si quis amodo. & tribus cap. seq. 82. distin. fere per totum.

Quod ipsorum officium quando per sententiam sunt damnati, audiri non debet. 15. q. vlt. c. vlt. 81. dist. si qui sine. 32. dist. cap. nullus. & c. præter hoc.

Quod concubinæ eorum vendi vel in seruitutem redigi debent. 32. distinctione eos. 81. distin. quidam.

Quod filij ipsorum in seruitutem ecclesiæ vbi nati sunt debent deputari. 15. quæst. 8. cum multæ, in fine.

Quod moniales cognoscentes debent deponi. 27. q. 1. si quis episcopus.

Quod non debent interesse spectaculis vanis vel nuptijs 28. dist. presbyterum. 44 dist. nullus. de conse. dist. 5 non oportet.

Quod tabernas sine necessitate non debent intrare 44 dist. non oportet clericos. & c. clerici ibidem & c. nullus.

Quod magicis artibus augurijs vel incantationibus intendentes debent deponi. 26. q. 5. non oportet & duobus cap. seq.

Quod clerici arma ferre non debent. 23. q. 8. clerici & cap seq.

Quod nec vere nec iocose pugnare debent. 23. q. 8 quicumque clericus.

Quod nec debent iudicium sanguinis ferre. 23. q. 8. sæpe principes. & c. his.

De libertate clericorum data per Imperatores. 16. q. 1. generaliter. 23. q. 8. cap. tributum. §. quamuis.

Quod quæ ad solius Dei iudicium referuantur, à nullo iudice sæculari debent iudicari. 11. q. 1. sacerdotibus. circa medium. 11. quæstio. 1. futuram.

Quod defenduntur ab ecclesia. 24. quæst. 3. paternarum.

Quod non accusantur à laicis. 11. q. 1. nemo.

Quod non debent trahi ad iudicium sæculare maxime sine consensu episcopi. 11. q 1. nullus iudicem vsque ad c. iudices. & c. peruenit. vsque ad c. clericum.

Quod clericus quandoque debet respondere coram iudice laico, videlicet cum ipse se subijcit ex permissione episcopi. 11. q. 1. clericum.

Item in si causa per Papã fuerit delegata. q. 3 relatum. 11 q. 1. istud. 23 q 5. non eis post medium. & tribus cap. sequentibus.

Quod clerici coram episcopo sunt conueniendi. 11 q. 1 si qui & cap. de persona & duobus cap. seq. 16 q 7. filijs.

Quod clerici alios clericos ad iudicium sæculare trahentes puniuntur. 11. q. 1. nolite. & duobus c seq 11 q. 1 si quis clericus.

Quod ex causa capi & ligari possunt à laicis. 23. q. 3. non vos. post medium. & tribus cap. sequenti.

Quod clericus episcopum suum contemnens vel conturbationem procurans degradatus traditur iudici sæculari. 11 quæstio. 1. si quis sacerdotum. & cap. conspirationum. & quattuor cap. sequenti.

Quod de ordinatione clericorum habes 24. dist. per totũ. Et de hoc infra vbi agitur de ordine.

Quod clerici antequam ordinentur, debent examinari. & debeat promittere fidelitatem & castitatem. 23. dist. quamquam. 28. dist. nullum. & c. quando. & c. de his & tribus c. seq.

Quod non debent intitulari in duabus ecclesijs. 21. q. 1. c. 1. & seq.

Quod vitiati corpore promoueri non debet. 36. dist. illiteratos. 55. dist. c. 1 3. 4. 5. & 6. q 1. infames. circa finem.

Quod vitiati corpore sine culpa promouentur. 55. dist. qui patrem.

Quod serui nõ promouentur nisi prius libertatẽ consequantur 54 dist. c. 1. & quinque ca. seq. & c. si seruus. & quæ sunt c seq.

Quod si seruus sine scitu domini ordinatus in clericum, redditur domino repetenti. 54. dist. nullus. & c. de rebus. §. cæterum. & quattuor c. seq. & c. si seruus.

Quod qui coniugium perfecerunt cum non virginibus, non promouentur. 34 dist. curãdum. & sex cap. seq.

Quod coniugati nisi prius continentiam voueant non promouentur, nec ministrare debent in sacris. 28. dist. assumi & c seq & cap. de Syracusanæ & 32 dist. eos. & c. placuit.

Quod scurrales & histriones non promouentur. 2. dist. per totum. 33. dist. legem.

Quod ab illicitis quæstibus debent abstinere. 14. q. 3. clerici & duobus c. seq. 47. dist. omnes.

Quod clerici pro beneficio medicinæ Dei munera non debent accipere. 23. dist. his igitur.

Quod vsurarij non debent esse, & deprehensi puniantur. 14. q 4 si quis oblitus. 46. dist. sedulo nos & duobus c. seq. 47. dist. episcopus.

Quod clerici debent res ecclesiæ bene dispensare, & non superflue expendere. 14 q. 1. episcopus.

Quod non licet ei de sumptibus ecclesiæ filios suos in studio philosophiæ procurare. 37. dist. legant. & c. seq.

Quod clericus de rebus hæreditatis, vel de laboribus conquisitis potest filijs vel proximis subuenire. 12 q. 1. episcopus qui filios. & q 3. placuit.

Quod non licet clerico habere beneficium cui sufficit patrimonium. 16. q 1. ca. vlt. in fine.

Quod parochias vel ius alterius clericus non debet vsurpare. 13. q 1. ecclesias. citra prin.

Quod peregrinari non debet sine licentia episcopi. 16. q. 1. sanctus. de conse. distin. 5. non oportet.

Quod non residens punitur. 7. q. 1. peruenit. & tribus c. seq. & cap. si quis in clero.

Quod clericus non de rebus ecclesiæ, sed de rebus per ipsum acquisitis potest facere testamentum. 12. q. 3. c. 1. & duobus cap. seq. & q. 3. c. 1. & q. 5. fere per totum.

Quod si intestatus decesserit, in omnibus rebus succedit ecclesia. 12. q. 3. quicumque. & q. 5. si cubi. & c. seq.

Quod clerici extranei non debent suscipi sine literis sui episcopi. 71. dist. extraneo. & c. seq 72. dist. clericum. 93. dist. nulla. 19. q. 2. alienum.

Quod transmarini clerici cum plurimis ipsorum testimonijs sunt recipiendi. 98. distinct. per totum.

Quod clericis non est iniungenda solẽnis pœnitentia. 50. distinct. confirmandum. & §. proxi. supra.

Quod clerici vix vel nũquam recte pœnitent. de pœn. dist. 1. mensuram.

Quod melius est habere paucos bonos clericos, quàm multos inutiles. 23. dist. tales.

Coactio. Quod coactio voluntati contraria excusat peccatum. 15. q. 1. quod autem. §. sed hoc. & cap. merito.

Quod seruitia coacta Deo non placent. 23. q. 6. iam vero.

Quod confessio per coactionem extorta non præiudicat. 15. quæst. 6. si quandoque à sacerdotibus.

Quod Iudæi ad fidem Christi non sunt cogendi. 45. dist. de Iudæis.

Quod hæretici redire ad ecclesiam coguntur. nam medicus bene ligat phreneticum, & excitat lethargicum. 23. q. 4. ipsa pietas & c. quid faciet.

Quod medicus bene vulnera incidit ferro ignito, quæ fomenta non sentiunt. 1. q. 1. repetuntur.

Quod bene castigat pater filium indisciplinatũ, & magister discipulum. 23. quæst. 4. ipsa pietas.

Quod Paulus per violentiam intrare ecclesiam est compulsus. 23. quæst. 4. nimium. & ca. displicet.

Quod in Euangelio ad nuptias nolentes compelluntur intrare. 23 q. 4. ipsa pietas.

Quod Angelus Agar ancillam ad dominam suã reuerti compulit. 23 q. 4. quando.

Quod Apostolus tradidit hominem in interitum carnis, vt spiritus eius esset saluus. 23. q. 4. qui peccat.

Quod qui legitime in voto suo non permansit, vt ad illud reuertatur est cogendus. 27 dist. quod interrogasti 45. dist. de Iudæis. 16. quæst. 1. quidam.

Quod coactus monasterium intrans si post numquam consenserit, liber exit. 20. q. 3. præsens.

Quod nemo propter iuramentum imminente necessitate factum reus esse debet iuramenti. 22. q 4. inter cetera.

Quod apostatantes in fide & alij peruersi cogendi sunt per flagella malum relinquere. 23. q. 4. displicet vsque ad finem quæstionis. & q. 5. per totum.

Eadem materia est de inimicis.

Coadiutor. Quod coadiutor datur episcopo propter infirmitatem & senectutẽ. 7. q. 1. scripsit mihi. & quattuor c. seq. & c. quamuis.

Cogitatio. Quod cogitatio non meretur pœnam lege etiam ciuili cum suis terminis est contenta. de pœn. dist. 1. c. vulgaris. §. cogitatio. & supra ead. distinct. cogitationis.

Quod cogitatio peccati mortalis cum consensu etiam sine opera nefaria lege diuina damnatur 49 dist. hinc etenim. ante finem.

Quod cum ex immunda cogitatione sequitur pollutio culpa cogitationis lacrymis est lauanda 6 dist. testamentum & c seq.

Quod dum in cogitatione voluptas non reprimitur, etiam in actione dominatur. dist 49. hinc etenim.

Quod cogitationis statum exigere non valet quẽ vsus terrenæ solicitudinis curarum exagitat. 49. dist. hinc etenim ante medium.

Cognatio. Quod cognatio spiritualis non est consanguinitas, sed inter filios spiritualis quædam proximitas. 30. q. 3. c. 1 & 3.

Quod contrahitur in baptismo aliquem suscipiendo, vel ad chrismate tenendo. 30. q. 4. si quis ex vno.

Quod propter vnionem carnis ad vnionem spiritus non transitur. 30 q 4 post vxoris.

De hac materia require de affinitate.

Cognitio. Quod cognitio Dei in præsenti habetur per fidei soliditatẽ. 24. q. 1 quia.

Quod ad cognoscendam veri luminis claritatem intellectus nostri aciem per bonam operam omnem adiuuamus. 49. distinct. hinc. circa medium

Quod qui infirmitatem suam cognoscens humiliter iacet, per consolationem Dei ad fortia opera surgit. 50. dist. quid sit. to si.

Quod qui sibi per arrogantiam candorem iustitiæ seu sapientiæ tribuit à luce supernæ cognitionis se excludit. 49. distinct. hinc. circa medium.

Quod pro fide & vtilitate ecclesiæ sæculares principes quandoque ad concilia admittuntur. 16. dist. nos & c. seq.

Quod archiepiscopus potest facere concilia prouincialia sua auctoritate. 18. dist. si episcopus. & cap. seq.

Quod episcopi secundum tempus ordinationis

suæ

Quod

Quod per confessionem illud quod fuit mortale, fit veniale. de pœn. dist. 1. quem pœnitet.
Quod non est necesse, vt qui semel bene confessi sumus, denuo confiteamus. de pœnit. dist. 3. c. mensuram. §. non ita.
Quod non per nuntium vel per scriptum, sed proprio ore quis debet confiteri. de pœnit. dist. 1. quem pœnitet.
Quod vera confessio in vltimo tempore potest esse. 26 q. 6. si presbyter & c. seq.
Quod confitens debet se totum ponere in arbitrio sacerdotis. de pœn. distinct. 5. consideret. post medium.
Quod peritu sacerdoti qui sciat soluere, est confitendum. de pœn dist. 1. quem pœnitet. post medium. & dist. 6. c. 1.
Quod an quis possit audire confessionem alterius parochiani eo inuito. de pœn distinct. 6. §. 1. ibidem & c. sacerdos. § proxi.
Quod in articulo mortis si presbyter non habetur, quisque potest alteri confiteri. 26. q 6. si presbyter & c. agnouimus.
Quod Græci solummodo Deo confitendum dicunt, sed sancta ecclesia Deo & sacerdoti confiteri statuit. de pœn. dist. 1. circa finem. c. quidã.
Quod confessio peccati occulta nulli penitus est reuelanda. 2. q. 1. si peccauerit.
Quod in foro iudicij confessus de crimine, pro conuicto habetur. 15. q. 5. presbyter. & c. 1.
Quod scelus non dicitur manifestum nisi sponte confessum, aut per testes conuictum. 15. q. 5. presbyter.
Quod mitius est agendum cum eo qui commissum facinus facili confessione est cõfessus. dist. 50. presbyterum. 32. q. 5. non dicatis. 15. q. 8. si quis, 56. distinct. quia. 81. distinct. presbyter.
Quod confessio per pœnam extorta non præiudicat. 15. q. 6 si quandoque à sacerdotibus.
Quod manifestum est confiteri de crimine eum qui per contumaciam non comparet 3. q. 9. decernimus.
Quod qui socius est criminis, eius confessio contra socium nisi in certis casibus non admittitur. 14. q. 1. §. vlti.
Quod quandocumque bonum agimus, Deũ confitemur. 11. q. 3. existimans. in fin.
Quod qui verbo & opere Christum confitetur, ipsius testis efficitur. 11. q. 3. æstimans in fine.
Quod quanta vita est confiteri Christum, tanta mors est negare. 11. q. 3. non solum.
Quod latro tunc baptizatus est quando Christum in cruce confessus est. de pœn. distinct. 7. §. vltimo.

Confirmatio. Quod confirmatio sacramentalis omnibus fidelibus est necessaria. de conse. dist. 5. c. 1.
Quod in hoc sacramento spiritus sancti augmentatur gratia, vt confirmemur ad pugnandum. de conse. distin. 5. spiritus sanctus. & c. nouissime.
Quod ideo confirmatio in fronte imponitur, vt ab accipiente fides Christi sine erubescentia prædicetur. de conse. dist. 5. nouissime.
Quod hoc sacramentum excedit alia in veneratione, quia à maiori ministro scilicet ab episcopo tantum datur. de consec dist. 5. de his vero. & c. seq. 68. distinct. quamuis. & 95. distinct. presbyteros.
Quod excepta necessitate hoc sacramentum episcopi ieiuni debent dare, & ieiuni & confessi si sint adulti, debent accipere. de conse. dist. 5. vt ieiuni & c. seq.
Quod unctio cõfirmationis debet fieri per signũ crucis. de consec. dist. 5. numquid.
Quod confirmatio non est iteranda, sicut nec baptismus, & iterans grauiter punitur. de consec. dist. 5. dictum. & c. seq.
Quod confirmatio inducit compaternitatẽ quemadmodum & baptismus. 30. quæst. 4. si quis vnus.
Quod confirmandum non plures suscipere debent nisi vnus, sicut nec baptizatum. de consec. dist. 4. non plures.
Quod in necessitate idem potest esse compater in confirmatione & baptismo, aliter non. de cons. distinct. 4. in catechismo.
Quod qui non est baptizatus, non potest suscipere confirmatum. de conse. distinct. 4. in baptismate.
Quod qui in confirmatione filiastros ignoranter tenent, à matrimonio separantur. 30. quæst. 1. de his.

Conformatio. Quod conformare se debet quilibet illis inter quos viuit, in his quæ nec contra fidem sunt, nec contra bonos mores. 12 dist. c. illa autem.
Quod qui strictius rebus vtitur quàm se habent mores eorum cum quibus viuit, superstitiosus est. 41. dist. quisquis.
Quod non interest quid alimentorum sumat quis dummodo conueniat cum his cum quibus sibi viuendum est. 41. dist. quod dicit.
Quod in cantando & legendo subditæ diœceses debent se metropolitanæ ecclesiæ conformare. 12. dist. de his.

Coniugium. De hoc require in tractatu de matrimonio, &c.

Coniuratio. Quod cõiuratio dicitur quãdo clerici vel monachi rebelles auctoritati intendentes, se in vnum coniuratione intercedente collegerint, aut iuramenta inter se dederint. 11. q. 1. si qui clericorum.
Quod coniuratio & conspiratio pro uno eodemque crimine accipiuntur. 11. q. 1. coniurationum.
Quod in prædicto crimine inuenti, in nulla accusatione sunt recipiendi. 3. q. 4. conspiratores.
Quod clerici contra episcopum, vel monachi contra abbatem in prædicto crimine inuenti, à proprio gradu cadunt. 11. q. 1. coniurationum. & tribus c. seq.
Quod non solum de hoc crimine conuicti, sed etiam consentientes infames efficiuntur. 18. q. 2. conspirationum. ibidem. & c. statuimus.

Consanguinitas. Quod consanguinitas antiquos patres in coniugio propter propagationem non impediebat, sicut impedit modo. 35. q. 1. per totum.
Quod olim consanguinitatis gradus vsque ad septimam generationem computabatur. 35. q. 2. de affinitate. & c. nullum. & c. progeniem. vsque ad finem quæstionis.
Quod ideo consanguinitas per septem gradus cõputatur, quia mundi generatio & hominis status tot ætatibus finitur. 35. q. 4. c. 1.
De computatione graduum cõsanguinitatis. 35. q. 5. per totum.
Quod æqualiter computatur consanguinitas descendens in posteros ex parte mulieris, sicut ex parte viri. 35. q. 3. de propinquis. & c. seq. & c. æqualiter. cum c. seq.
Quod consanguineam cognoscens dicitur incestuosus, & est talis ab omnibus detestãdus. 35. q. 2. de incestis & c. seq.
Quod infames sunt, & ab hæreditate repelluntur qui consanguineas ducunt in vxores. 35. q. 2. coniunctiones.
Quæ personæ admitti debeant ad accusandum vel ad testificandum consanguinitatem inter coniunctos. 35. q 6. per totum.

De hac materia habes vbi agitur de Matrimonio.

Conscientia. Quod conscientia sola si accusat, liber sine accusatione esse non potest 11. q. 3. in cunctis.
Quod dum conscientia in oculis domini non accusat, sentiant homines quicquid libet. 11. q. 3. sensi.
Quod quem de libro vitæ non delet iniqua conscientia, nec delere potest humana ignorantia. 11. q. 3. quid obest.
Quod qui confidens de conscientia sua famã suã negligit, crudelis est. 12. q. 1. nolo. 11. q. 3. nõ sunt.
Quod conscientia nobis est necessaria, fama proximo. 12. q. 1. nolo.
Quod quando Deus iudex erit, alius testis quàm conscientia nostra non erit. 11. q. 3. custodi.
Quod tunc gloria nostra est testimonium cõscientiæ nostræ, quando de quo homines nos vituperant, nostra conscientia liberos nos demõstrat. 11. q. 3. inter verba.
Quod in præceptis & prohibitionibus quidquid fit contra conscientiam, ædificat ad gehennam. 28. q. 1. omnes. §. ex his.

Consecratio. Quod consecratio ecclesiæ non debet fieri nisi cũ missæ celebratione. de conse. distin. 1. c. 1. & c. de fabrica.
Quod altari maiori in quo sunt reliquiæ, non violata ecclesia etiam à fundamentis reparata sine missa consecrari potest, alias non. de cons. dist. 1. de fabrica.
Quod sine reliquijs sanctorum ecclesiæ vel altaria non sunt consecranda. de consecra. dist. 1. de fabrica. & c. placuit.
Quod funera mortuorum maxime infidelium ante consecrationem ecclesiæ de ecclesia sunt ejicienda. de consecra. dist. 1. ecclesiam in qua.
Quod quamdiu paganus vel infidelis iacet in ecclesia, non est consecranda. de consecra. distin. 1. ecclesia.
Quod dotari debet ecclesia antequam cõsecretur. 16. q. 7. piæ. & c. si plures. de consecra. distin. 1. cap. nemo.
Quod ecclesiam, quam patronus non pro deuotione, sed pro quæstu construxerit, episcopus non debet consecrare, nisi omni contradictione contraria exclusa. de conse. distin. 1. si quis basilicam. 16. q 7. piæ. & duobus cap. seq. 10. q. 1. si quidam.
Quod ecclesia quocumque casu læsa manentibus parietibus consecrata non debet reconsecrari. de conse. dist. 1. si motum. & c. seq.
Quod si igne fuerit consumpta, est reconsecranda. de conse. dist. 1. ecclesijs.
Item si parietes à fundamento fuerint reparati. de consecra. dist. 1. de fabrica.
Quod si ecclesia homicidio vel fornicatione polluta fuerit, aqua benedicta sale respersa reconciliabitur. de cons. dist. 1. si motum.
Quod vbi nec scriptura nec testes inueniuntur, propter dubium ecclesia est consecranda. de conse. dist. 1. solennitates. 1.
Quod ligna ecclesiæ consecratæ ad vsum religiosorum non laicorum debent admitti. de consec. dist. 1. ligna.
Quod anniuersarius ecclesiæ vel episcopi maxime Papæ per annos singulos est agendus. de conse. dist. 1. solennitates. 1. & 2.
Quod consecrare dicitur simul sacrare. 24. q. 1. pudenda.
Quod ille archiepiscopus vel episcopus consecratus non dicitur, sed execratus, quem simul sacrare coniunctis membris non agnoscit ecclesia. 24. q. 1. pudenda.
Quod consecrationi archiepiscopi omnes cõprouinciales episcopi debent interesse. 66. dist. archiepiscopus.
Quod electus in archiepiscopum vel episcopum intra tres menses debet cõsecrari. 100. dist. quoniam quidam.
Quod electus in archiepiscopum (etiam si sit episcopus) ante receptionem pallij nõ potest alios consecrare. 100 dist. §. 1.
Quod qui est consecratus ab illo qui non habuit ius consecrandi, iterum est consecrandus. 68. dist. sicut. & cap. seq.
Quod in episcopum non consecratur in cuius domum hospitalitatis causa amicus nũquam intrauit. 85. distinct. archidiaconum Florentinum.
Quod cum multa dissensione in episcopum quis debet consecrari. 65. dist. de persona, & cap. seq 23. dist. illud.
Quod episcopus ante consecrationem ad fidem catholicam tenendam, & ad plura alia se obligat. 23. dist. quamquam.
Quod episcopus cum assensu prouincialium episcoporum ad minus cum tribus episcopis die dominica vbi archiepiscopo placuerit debet cõsecrari. 51. dist. qui in aliquo. circa finem. 75. dist. ordinationes.
Quod electus in episcopum si intra quinque menses neglexit cõsecrari, archiepiscopus debet sibi

de

de alio prouidere 100. dist. quoniam quidam.
Quod ante 25. annos virgines non sunt consecrandæ. 77. dist. placuit.
Quod diaconissa nisi sit 40 annorum, non est consecranda 78. dist. nemo.
Quod corrupta non est consecranda. 26. dist. acutius 10. q. 1. deuotis.
Quod non consecrantur nisi per episcopum. 26. q. 6 c. 1.
Quod debet consecrari in veste professionis suę, quam semper debet deferre. 13. distinct. sanctimonialis.
Quod excepta necessitate infirmitatis virgines nõ sunt consecrandę nisi in epiphania & per hebdomadam paschæ, & in festis Apostolorum. 20. q. 1. deuotis.

De hac materia habes vbi agitur de Velo.

Consensus. Quod consensus est voluntati eius quem quis diligit obsecundare, & auertere se ab eo quem ipsi sentit aduersum. 93. dist. si inimicus.
Quod consentire dicitur qui peccanti amabilem se præbet. 93. distinct. si inimicus in medio. 86. dist. odio.
De consensu malo habes 18. q. 2. si quis. & 2. q. 1. in primis.
Quod communio malorum non maculat, sed consensio factorum. 23. quæst. 4. si quis à catholica.
Quod secundum propheta immundum non tangit qui malorum cum quibus habitat, actibus non consensit. 23. q. 4. tolerandi sunt. & c. ecce inquiunt.
Quod non prodest illi suo errore non pollui, qui consensum præstat erranti. 83. dist. consentire. & c. quid enim prodest.
Quod error cui non resistitur, approbatur: & negligere cum possis perturbare peruersos, nihil aliud est quàm fauere. 83. dist. error. 2. q. 7. negligere 17 q. 3. §. 1.
Quod qui peccantem non arguit sed defendit, acutius quàm ille qui peccauit coercendus est. 11. q. 3. qui consentit. 14. q. 3. qui negligunt.
Quod episcopus qui criminibus consentit aliorum, ab officio est deponendus. 83. dist. si quis episcopus & cap. seq.
Quod facientem & consentientem par pœna constringit. 2. q. 1. notum sit. in fine. 3. q. 4. consanguineorum.
Quod mala non sunt quæ nec crimine mentem implicant, nec conscientiam ligant. 15. q. 1. illa cauenda.
Quod non est crimen quod infertur reluctanti, & non consentienti. 15. q. 1. non est. & c. vltimo.
Quod sicut culpa non est concupiscentia in corpore dormientis, multo magis est absque culpa in corpore non consentientis. 15. q. 1. si concupiscentia.
Quod pudicitia potius vult quælibet mala tolerare, quàm malo consentire. 32. q. 5. ita.
Quod in ordinatione archiepiscopi consensus aliorum episcoporum comprouincialium si non sunt præsentes, per literas est habendus. 64. dist. episcopi.
Quod infantes cum consensu parentum ad religionem debent suscipi. 20. q. 2. oportet.
Quod parentes filiam duodecim annos habentem de monasterio extrahere non possunt si per annum & diem eam ibi esse consenserunt. 20. q. 2. puella.

Consilium. Quod consilia euangelij non sunt in præcepto, sed in hominis arbitrio. 14. q. 1. quisquis. & cap. seq.
Quod consilium est voluntatis, præceptum autem necessitatis. 14. q. 1. §. quod præcipitur.
Quod qui consilio domini non vtitur, minus boni adipiscitur. 14. q. 1. quisquis.
Quod homines in dubijs requirere debent consilia. 16. q. 2. visis. & 20. dist. c. vlt. 11. q. 3. excellentissimus.
Quod experti grauesque moribus pro consilio sũt requirendi. 1. q. 1. estote.
Quod malorum potius consulendum est vtilitati quàm voluntati. 23. q. 1. paratus. post medium.
Quod merito arguitur qui consilia sapientum & recta suadentium non vult suscipere. 84. dist. cap. 1.
Quod qui dat bonum consilium, præsentis vitæ habet subsidiũ. & æternæ remunerationis consequitur præmium 12. q. 5. bonæ.
Quod propter malum consilium consiliarij puniuntur. 86. dist. tanta. in fi.
Quod pro consilio dato potest recipi temporalis remuneratio. 18. q. 3. non licet. 14. quæst. 5. nõ sane.
Quod homicidæ dicuntur per quorum consilium homines extinguuntur. de pœn. dist. 1. periculose. & c. noli.
Quod archiepiscopus in diœcesi suffraganei absque eius consilio nil agere debet. 11. q. 3. fere per totum.

Conspiratio. Quod omnis conspiratio (præcipue clericorum & religiosorum) damnatur. 11. quæst. 1. coniurationum.
Quod conspiratio notata est in coniuratione.

Constantia. Quod constantia seruanda est in iuramẽtis & promissis. 22 q. 4. innocens. in fine.
Quod omnibus in Christo viuere volentibus necessaria est constantia in persecutionibus. 7. q. 1. suggestum.
Quod tanta debet esse fidelium cõstantia, vt prius auferatur vita quàm fides. 23. q. 8. conuenior. vsque finem.
Quod vbi non prælatus, sed fides quæritur, constantia prælatus præcipitur. 7. q. 1. aduersitas. ante medium.
Quod qui suis meritis constans & firmus est, non turbatur alienis. 24. q. 1. non turbatur.

Constantinus. Quod Cõstantinus Imperator Christianus factus publice dedit licentiam christianos fieri, & ecclesias fabricari. 12. q. 1. futuram.
Quod ipse Constantinus ecclesiam beati Petri apostoli construxit, & sedem imperialem successoribus beati Petri reliquit. 12. q. 1. futuram. 96. dist. Constantinus.
De reuerentia ipsius maxime ad clericos & presbyteros. 96 distinct. 10 scripturas. 12. q. 1. futuram. 96 distinct. Cõstantinus. 11. quæst. 1. continua. §. imperator Constantinus. & cap. sacerdotibus.
Quod palatium Lateranense & Romanam vrbem, omniumque Italiæ & occidentalium regionũ prouincias successoribus beati Petri assignauit. 96. dist. Constantinus.
Quod beatus Gregorius ostendit eum feliciter vitam terminasse, dicens piæ memoriæ: contra illos qui mendaciter asserunt ipsum rebaptizatum. 11. q. 1. sacerdotibus. 12. q. 1. futuram. vbi dicitur religiosissimus fuisse.
Quod dedit priuilegium, vt sicut Romanus imperator esset caput totius mundi, sic & Romanus pontifex esset caput omnium ecclesiarum. 96. dist. Constantinus.

Constitutio. Quod constitutio est quod Rex vel Imperator cõstituit. 2. dist. constitutio.
Quod constitutio debet esse honesta tempori & loco conueniens. 4. dist. erit autem lex.
Quod constitutionis causa est humanam coercere audaciam, & nocendi facultatem refrænare. 4 dist. §. 1.
Quod tenenda est pro lege vbi sacra scriptura nõ contradicit. 11. dist. in his. 10. dist lege.
Quod illicita est, quæ est contra Apostolos & Euangelia, vel alias sacras scripturas. 10. dist. non licet.
Quod triplex est origo constitutionum ecclesiasticarum. 11. dist. ecclesiasticarum.
Quod constitutiones ecclesię, maxime Romanæ, sunt seruãdæ. 11. dist. nolite. & cap. hoc vestræ. 38. dist. nulli.
Quod earum transgressores puniantur. 12. dist. præceptis. 55. distinct. nullus. 6. quæst. 1. infames.
Quod constitutiones regum & principum obsequi debẽt ecclesiasticis institutis. 10. dist. lege. & c. seq.
Quod pro loco, tempore & personarum qualitate mutatur constitutio. 50. dist. vt constitueretur. 61. dist. §. his. 10. q. 3. priscis. & c. seq. 11. distin. catholica.

De hac materia habes vbi agitur de Statutis.

Consuetudo. Quod cõsuetudo est ius moribus institutum, quod lege deficiente pro lege suscipitur. 1. distin. consuetudo.
Quod longæua consuetudo, quæ non est contraria canonibus, est seruanda. 11. dist. consuetudinis. 12. dist. sancta Romana. & quinque cap. seq. 10. q. 1. decreuimus.
Quod consuetudo peruersa ex diuturnitate non leuigat crimen, sed auget. 24. q. 1. schisma.
Quod bonus actus consuetudo dicitur. 25. q. vlti. ita nos.
Quod ratio & veritas consuetudinem semper excludunt. 8 dist. veritate. & duobus cap. seq. 11. dist. cap. 1. & seq.
Quod quando consuetudini veritas suffragatur, nil ea firmius debet teneri. 8. distin. frustra. 12. dist. illud. vsque ad §. hoc autem.
Quod diuersitas consuetudinum pro loco & tempore (dummodo non sint veritati contrariæ) non est reprobanda. 12. dist. sancta. & canonis. & c seq.
Quod consuetudo illorum cum quibus conuersatur, si non est peruersa, obseruanda est. 12. dist. illa.
Quod consuetudo mala non minus quàm perniciosa corruptela est vitanda. 8. dist. mala. 12. dist. omnia talia. 16. q. 3. licet.
Quod consuetudines Romanæ ecclesiæ maxime sunt seruandæ. 11. distinct. quis. in fi. 12. dist. cap. 1. in fin.
Quod in ecclesia multa sacramentalia sicut aquæ aspersio, ad orientem adoratio, & huiusmodi, consuetudine magis quam scripto sunt roborata. 11. dist. ecclesiasticarum.
Quod in portionibus ecclesiarum dandis obseruanda est consuetudo. 10. q. 3. nec numerus.
Quod contemptores consuetudinum ecclesiasticarum sunt coercendi. 11. dist. in his rebus.
Quod episcopi sunt sola consuetudine maiores presbyteris. 95. distin. olim.
Quod an consuetudo faciat mortale quod est in se veniale. 25. distin. vnum. §. alias ante medium. Vide quæ ibi notantur in glo. in ver. criminale ex B. Thoma.
Quod consuetudo ordinaria confert iurisdictionem. 9. q. 3. conquestus.
Quod iure consuetudinis hoc meum, illud alterius iudicatur 8. dist §. 1.
Quod qui maledicendi consuetudinem habent immunditiam labiorum contrahunt. 24. q. 3. qui negligunt.
Quod sub prætextu consuetudinis nec ante nec post, pro sacramento est aliquid accipiendum. 1. q. 3. si quis præbendas.

De hac materia habes vbi agitur de Moribus.

Contemptus. Quod contemnere debet suos & sua qui seruire Deo eligit. 12. q. 1. cui portio. & cap. præcipimus.
Quod nihil miserius est quàm propter nummum Deum deserere. 12. q. 1. duo sunt in fi.
Quod capitis ratio & clericorum corona designãt quòd ipsi debent contemnere temporalia. 12. quæst. 1. duo.
Quod Socrates qui ad philosophandum pergens auri pondus proiecit, ponitur in exemplum, vt si virtutes possidere volumus, temporalia contemnamus. 12. q. 2. gloria episcopi. in fi.
Quod stultus est qui in dignitate primum se existimãs bona quæ viderit discere contemnit. 22. dist. de Constantinopolitana. 18. dis. nno oportet. 38. distinct. nullus episcopus. 14. quæst. 3. si habes.
Quod peccatum paganitatis incurrit qui sedi apostolicæ obedire contemnit. 81. dist. si qui sunt. in fin.

Neceni

Notent hoc diligenter tyranni, qui nedum inobedientes sunt ecclesiæ, verumetiam eam vi opprimere, & patrimonium eius eripere conantur. 25. q. 8. hortatu. & 63 dist. Hadrianus.

Quod contemnenda non sunt sacramenta per malos sacerdotes exhibita. 1. q. 1. multi. 38. dist. sedulo.

Quod manumissio iteratur cum liberti ecclesiæ abi adhærentes eam contemnunt. 12. quæst. 2. liberti.

Contentiosus. Quod contentiosus prohibetur ordinari. 46. dist. §. 1. & c. seditionarios.

Quod diuersitas cultus maxime contentiones & æmulationes inducit. 90. dist. perlatum.

Quod clerici vel monachi in synodo vel capitulo accusando vel referendo non debent perstrepere vocibus contentiosis. 5. q. 4. in loco.

Quod contentiosus monachus à priori suo secundum qualitatem culpæ est puniendus. 90. dist. si quis monachus.

Quod perfectus in iudicio sæculari non debet contendere. 14. q. 2. episcopus.

Quod res ecclesiæ non per contentiones sed iudicio debent defendi. 16. q. 6 consuetudo.

Contestatio. Quod contestatio litis quomodo fieri debeat, & intra quod tempus facta valeat, habes 3. q. 3. induciæ. vsque ad finem quæstionis.

Quod ordine iudiciario primo est libellus porrigendus. deinde debet fieri litis contestatio. 3. q. 3. induciæ. §. libellum.

Quod iudex reo libellum non debet auferre nisi actor promittat se intra duos menses litem contestaturum, & expensas in duplum restituturum. 3. q. 3. induciæ §. libellum.

Quod contra absentem per contumaciam procedetur cum lis est contestata, & liqueat de causa. 3. q. 9. decernimus. 4. q. 6 c. 1.

Quod si lis non est contestata, nec liquet de causa, tunc absens per contumaciam solum est excommunicandus, & sic intelliguntur illa capitula 11. q. 3. rursus. & cap. quicumque.

Quod litis contestatio recusari non potest. 3. q. 3. induciæ. §. libellum. in fi.

Quod in causa criminali vel ciuili criminaliter mota ante litem contestatam testes non sunt recipiendi, nec sententia diffinitiua ferenda. 3. q. 9. per totum. in summa.

Quod plures sunt casus, in quibus sine litis contestatione testes possunt recipi, scilicet in hæresi post mortem. 24 q 2. sane. & c. sequen.

Item in quæstione electionis episcopi, & in causa matrimonij. ne propter moram periculum ecclesia dilapidetur, & mulier fornicetur.

Item prælatus ex officio procedit per inquisitionem de excessibus subditorum.

Item quando testes ad perpetuam memoriam recipiuntur.

De his & alijs pluribus casibus habes extra, vt lite non contesta. quoniam frequenter. & c. seq.

Continentia. Quod continentia nõ ferro sed religione quærenda est. 33. q. 5. tunc saluabitur.

De hac materia habes in titulo de Castitate.

Contritio. Quod contritio cõtemptis alijs partibus pænitentiæ non delet peccatum. de pæ. dist. 1. resuscitatur. §. alij. econtra. ibid. & c. mensuram.

Quod dum confessio non cõtemnitur, per contritionem peccati venia indulgetur. de pæn. dist. 1. mensuram.

Quod quantumcumque assunt alia, sine cordis contritione nullum peccatum dimittitur. de de pæ. dist. 1. §. econtrario.

Quod lachrymæ quæ ex vera contritione fluunt, æterni ignis incendia extinguũt. de pæ. di. 1. porro.

Quod vbi non est contritio, sed cordis duritia Deus orationem pro talibus non accipit. de pæ. dist. 1. quamobrem. in fi.

Contumax. Quod contumax dicitur qui post vnam vel trinam peremptoriam vocationem coram iudice comparere contemnit. 24. q. 3. de illicita.

Quod qui ex contumacia iudicibus non obtemperant, per episcopos extra communionem poni debent. 2. q. 6 quisquis.

Quod qui ad synodum vocatus venire, aut ibi constitutus obedire contemnit, aut ante finem recesserit, est excommunicandus. 11. q. 3. certum est.

Quod contra absentem per contumaciam tamquam contra præsentem conuictum procedi potest per diffinitiuam sententiam. 3. q. 9. absens. & cap. decernimus. 24. quæstione 3. de illicita.

Quod si excommunicatus intra annum suam excusam purgare contempserit, post nullatenus audiatur. 11. q. 3 rursus. & c. seq.

Quod qui iubente sacerdote pro quacumque culpa ab ecclesia exire contempserit, tardius recipitur ad veniam. 11. q. 3. qui iubente.

Quod contumaces prælati per dignitatis subtractionem puniuntur. 74. dist. honoratus. in fi. 34. dist. quorumdam.

Quod contumaces clerici ab episcopis per excommunicationem corrigi debent. 50. dist. contumaces. 7. q. 8. si quis presbyter. 11. q. 1. petimus. & q. 3. si quis presbyter.

Quod sicut in contumacia persistentibus seueritas est ostendenda, sic humiliantibus per pænitentiam venia non est denegande. 2. quæst. 4. quanto.

Conuenticulum. Quod conuenticulum dicitur congregatio subditorum sine consensu prælatorum. 17. dist. multis.

Quod clerici (maxime hæreticorum & schismaticorum) conuenticula vitare debent. 24. q. 3. clericus. & c. cum quibus.

Conuersatio. Quod conuersatio cum Iudęis in conuiuijs & balneis clericis & laicis inhibetur, nec etiã medicinas ab eis debent recipere. 28. q. 1. nullus.

Quod etiam cum parentibus vel propinquis conuersari non debemus, si per ipsos fidem Christi perdere timemus. 28. quęstione. 1. si infidelis.

Quod sæpe malorum conuersatio corrumpit bonos mores. 28. q. 1. sepe.

Quod neophyti vt in fide & moribus proficiant, cum Christi fidelibus debent conuersari. 28. q. 1. Iudæorum.

Conuersio. Quod conuersio dicitur quasi vndique cordis versio de pę. dist. 1. §. hoc idem. & dist. vlt. nullus expectet. §. quod quamuis. circa prin.

Quod si cor nostrum vndique à malo conuertitur, fructus conuersionis meremur. de pę. dist. 1. §. hoc idem.

Quod conuersio cordis requiritur in adulto baptizando. de conse. dist. 4. baptismi.

Quod vera conuersio ad Deum in vltimis positorum mente potius est ęstimanda quàm tempore. 26. q. 6. agnouimus.

Quod qui cum potuerunt conuerti noluerunt, in fine non facile acquirunt quod volunt. de pęn. dist. vlt. nullus expectet. circa prin.

Quod conuersio in extremis licet raro iusta sit, desperandum tamen non erit. de pę. dist. vlt. nullus expectet. §. quod quoniam. 26. q. 6. si presbyter. & c. seq. 50. dist. ponderet.

Quod Deus non vult mortem peccatoris, sed vt conuertatur & viuat. 26. q. 6 agnouimus.

Quod Iudęorum pueri ad fidem Christi conuersi, ne parentum inuoluantur erroribus, sunt fidelibus aut monasterijs committendi. 28. q. 1. Iudęorum.

Conuiuia. Quod conuiuia laudantur dummodo detractionibus & fabulis & ludis turpibus non misceantur. 44. dist. conuiuia. & c. seq.

Quod conuiuium clericorum debet pręcedere mensę benedictio, inter mensam lectio, post mensam gratiarum actio. 44. distinct. quando autem.

Quod non cibus in conuiuio, sed cibi auiditas reprobatur. de conse. dist. 5. sint tibi.

Quod pręcipue clerici hæreticorum & schismaticorum debent vitare conuiuia. 24. quęst. 3. clericus.

Quod cum sacerdotalis censura tenuis esse debeat, prohibentur eis conuiuia, ne pinguis venter grassam mentem generet. 44. dist. cap. vlt. & §. seq. 34 dist. presbyteri.

Quod nec episcopus nec clericus absque necessitate debet in ecclesia facere conuiuia. 42. dist. nõ oportet. & in cap. seq.

De hac materia vide vbi agitur de Cibo.

Correctio. Quod correctio debet fieri quantum pro vniuscuiusque gradu atque salua pace ecclesię fieri potest. 23. q. 4. ecce quisquis quidam. cum quisque. sicut. ipsa pietas. quid faciet. circa medium.

Quod correctio debet fieri animo medendi, non sæuiendi. 86. dist. odio. 23. q. 4. ita plane. circa medium.

Quod cum correctio districtius agitur, ex charitate agenda est, nõ ex furore. 12. q. 2. fraternitas.

Quod correctio debet ex charitate prouenire, & secundum diuersitatem culparum extendere. 24. q. 3. corripiantur.

Quod correctio debet esse mista cum benignitate & asperitate. 45. distin. disciplina. & cap. sunt namque.

Quod qui iuste iudicat, stateram in manu gestans in vtroque penso iustitiam & misericordiam portat. 45. dist. omnia.

Quod non frustra hęc duo iunguntur, homo peccator: quia peccator est, corripe. quia homo est, miserere. 23. q. 4. duo.

Quod correctio quandoque plus debet habere mãsuetudinis quàm rigoris. 45. dist. qui syncera. & cap licet.

Quod asperitas nimię increpationis nec correctionem recipit, nec salutem. 45. dist. cum beatus. & cap. disciplina.

Quod castigatus leuius reuerentiam exhibet castiganti. dist. 45. cum beatus.

Quod correctio quandoque plus debet habere de asperitate quàm de benignitate. 12. q 2. fraternitas. 24. q. 3. ecce. & cap. seq & cap. illud.

Quod ferro necesse est vt abscindantur vulnera quæ fomentorum non sentiunt medicinam. 82. dist. quia aliquanti.

Quod melius est cum seueritate diligere, quàm cũ lenitate decipere. 5. q. 5. non omnis. & c. non osculatur.

Quod non est charitas sed languor vbi mali mores non corriguntur. 23. q. 5. non putes. & cap. sequen.

Quod nõ corripere malos sed fouere, est eos occidere. 23. q. 5. qui vitijs. 45. dist. sed illud.

Quod falsa & periculosa misericordia indulgetur vbi propter asperitatem vel blandimẽta lingue delinquentium correctio postponitur. 50. dist. si quis diaconus.

Quod licet Dei sit principaliter corrigere, tamẽ pęlatus suam correctionem non debet negligere. 23. q. 4. sicut non est.

Quod facientis culpam habet qui cum possit corrigere, negligit emendare facientis culpam. 83. dist. error.

Quod licet sciamus neminem vltra terminum à Deo præfixum esse victurum, tamen omnibus languentibus nõ incongrue medemur. sic quãuis nemo saluetur nisi pędestinatus, omni tamen delinquenti adhibenda est correctio. 23. q. 4. Nabuchodonosor. §. item qui.

Quod episcopus, qui crimina non corrigit, non eps, sed canis dicatur impudicus. 83. dist. nemo.

Quod primo seipsum corrigat qui alios nititur corrigere. 25 dist. primum. 41. dist. in sacerdotibus. 81. dist. nemo.

Quod pęlatus si culpas subditorum impune dimittit, grauiter offendit. 11. q. 3. si is qui. 23. q. 5. qui vitijs & alia capitula quę sequuntur vsque in fi. quęstionis.

Quod synodi pręlatorum ad hoc debent esse vt deprauata quę emerserunt corrigantur. 18. dist. peruenit. & c. seq. 86. q. 2. visis, in fi.

Quod prælatus quando in correctione excedit, non tenetur à subditis veniam postulare. 80. dist.

scelere cõstitutos damnorum admonitionibus ad bonum redire cogunt. 23. q. 5. si vos.

Quod qui confugientibus ad ecclesiam vel ad cœmeteria aliquod damnum inferunt, sunt excõmunicati. 17. q. 4. diffinimus.

Quod inferens damnum non est absoluendus nisi damno secundum arbitrium læsi restituto. 13. q. vlt. pessimam. 14. q. 6. si res.

Datum. Quod datum aliquod ex pietate præcipue ecclesiæ, non potest reuocari 12. q. 2. sacrorum. 14. q. 6. comperimus. 16. q. 2. visis, & q. 6. illud. 17. quæst. 3. suus qui

Quod dare ecclesiæ propter defectum heredis, laudabiliter dantur redduntur habito herede. 17. q. vlt. cap. vlt.

Quod qui res ecclesijs vel monasterijs in testamento datas detinent, pauperum sunt necatores. 13. q. 2. clerici.

Quod non sufficit oratio & lectio nisi assit & eleemosynæ datio. 86. dist. fratrem. & duodecim capit. seq.

Quod habenti dari nil aliud est quàm perdere. 1. q. 1. pastor.

Quod episcopus de bonis ecclesiæ religiosis potest dare. 12. q. 1. si episcopus. & c. seq.

Quod cui honorem non habet, honorem dare nõ potest. 1. q. 1. qui perfectionem. & c. seq.

Dauid. Quod Dauid qui ex compassione omnes refugas recipiebat, ponitur in exemplum quòd patientibus est compatiendum. 7. q. 1. omnis

Quod ex eo quòd doluit mali regis chlamydem se præcidisse, ponitur in exemplum quòd subditus quantumcumque sanctus in malum prælatum quamdiu sustinetur non debet insurgere. 2. q. 7. plerumque. §. item. de pœniten. dist. 2. § opponitur.

Quod Dauid plenus suis charitate, per multos affectus insinuatur. de pœn. dist. 2. § opponitur, post medium.

Quod inter duo mala minus eligens potius voluit iuramentum frangere, quàm sanguinem humanum fundere. 22. quæst. 4. quod Dauid. & cap. seq.

Quod in eo quòd Saul deprauatum honorauit propter vnctionem, innuitur quòd sacramenta in deprauato non annihilantur. 1. quæst. 1. sacramenta.

Quod Dauid prohibitus fuit templum ædificare propter sanguinem quem effuderat. de consec. dist. 1 § 1. in prin

Quod in hoc q̃ propter adulterium & homicidium per parabolam diuinus sententiam contra seipsum dedit, innuitur quòd maius prælatum per sententiam quam profert in subditum seipsum condemnat 3. q. 7. sacerdos.

Quod per pœnitentiam de adulterij & homicidij peccato consecutus est veniam. de pœn. distin. 3. § Dauid.

Quod in eo quòd post peccatum spiritumsanctũ rehabuit, & in honore permansit, innuitur quòd lapsi per pœnitentiam in pristinum statũ reparantur. 50. distin. si post. § econtra. & cap. ponderet.

Quod occiso Vria propter adulterium Bethsabeæ ipsam duxit in vxorem, modo non trahitur in consequentiam. 31. q. 1. cap. si qua fuerit vidua §. sed obijcitur.

Quod dominus ei qui eos bellis intersuit, tam magnum præbuit testimonium, innuitur quòd & plerique bella exercentes Deo placere possunt. 23 q. 1. noli.

Decanus. Quod decanus non debet fieri nisi primum fuerit presbyter ordinatus. 60. dist. c. 1. & duobus c. seq.

Quod diaconus in decanum electus nisi statim presbyter efficiatur, honore suscepto priuetur. 60 dist. innouamus.

Quod nemo in decanum debet eligi nisi qui ętate & moribus est maturus. 60. dist. innouamus.

Decimæ. Quod decimæ sunt vota fideliũ, pretia peccatorum, patrimonia pauperum. 16. q. 1. quia.

Quod decimæ sunt tributa egentium animarum. 16 q. 1. decimę.

Quod decimę iubentur dari lege naturali, sicut patet de Abraham & Iacob. 16. quęst. 7. decimas Deo.

Item iubentur dari lege Mosaica. 16. q. 1. decimas a populo.

Item iubentur dari scriptura prophetica. 16. q. 1. reuertimini. & q. 7. c. 1.

Item iubentur dari lege canonica. 16. q. 7. c. 1. & c. quicunque.

Quod decimę sunt dandæ de grano & de vino, de fructibus arborũ, de pecoribus, de horto, de negotiatione, & venatione. 16. q. 7. quicunque. & c. seq.

Quod a laicis fideliter sunt dandæ, & ab episcopis ministris ecclesiarum discrete distribuendę. 32. dist. præter hoc 16 q. 7. nullus.

Quod fideliter decimas dare, est nec plus nec minus afferre. 16. q. 7. quicunque.

Quod dandæ sunt illi ecclesiæ vbi baptisma & alia sacramenta percipiuntur. 16. q. 1. quicumque. & de decimis. & c. in sacris. 13. q. 1. ecclesias. §. de decimis.

Quod alijs ecclesijs non sunt dandæ præter cõsensum episcopi. 16. q. 1. statuimus & c. seq.

Quod propter nouas ecclesias priori ecclesiæ non sunt subtrahendæ. 16. q. 1. si quis laicus. & ca. de decimis. §. si ergo.

Quod decimæ concedi possunt monasterijs & hospitalibus. 16. q. 1. quoniam.

Quod monachis de territorijs, quæ proprijs manibus excolunt, concessæ sunt decimę. 16. q. 1. cunctis. §. de his & c. questi.

Quod per donationem prædiorum monachis factam non priuantur ecclesiæ decimis suis. 16. q. 1. cunctis. § de his, in si.

Quod nõ fructus sed ius decimę vendere vel emere simoniacum est. 1. q. 1. presbyter.

Quod decimę a laicis (quia pauperum sunt) possideri non possunt. 16. q. 1. c. vlt & q. 7. c. 1.

Quod non sunt a laicis aliquo munere redimendæ 16 q. 7 decimas quas.

Quod propter malitiam sacerdotis decimæ (quia ecclesię sunt) non sunt retinendę 16 q. 6. si episcopum.

Quod non dantes decimas post admonitionem sunt excommunicandi. 16. q. 7. oēs decimæ.

Quod qui decimas non tribuit, sacrilegium committit, & æternę damnationis periculum incurrit. 16. q 7 c. 1.

Quod frequenter in rebus temporalibus damna patiuntur, qui decimas dare negligunt. 16. q. 1. reuertimini.

Quod quanti pauperes mortui fame fuerint, tot detentor decimarum reus est homicidiorum. 16. q. 1. decimę.

Quod qui decimas diligenter dat, non solum sanitatem corporis, sed etiam cum temporali fructu cœlestia promeretur. 16. q. 1. decimę.

Quod quadragesima diligenter in ieiunio obseruata soluuntur Deo decimę pro tempore totius anni. de conse. dist. 5 quadragesima.

Decretales. Quod decretales summorũ Pontificum sunt eiusdẽ auctoritatis sicut decreta, quę sunt in corpore canonum. 19. dist. per totum.

Quod decretalis epistola alia est specialis, videlicet quę dirigitur ad vnam prouinciam. 35. q. 1. §. quod scripsi.

Item quę dirigitur ad vnam ecclesiam. 16. q. 1. hinc est etiam.

Item quę dirigitur ad vnam personam. 7 q. 1. petisti & hęc non trahitur ad consequentiam, sicut habes in prędictis cap.

Alia est generalis. quę omnibus dirigitur. 25. q. 1. omnia & n. seq. & hęc quia diffinit, trahitur ad consequentiam. 25. q. 1. hac consona.

Si imperat vel prohibet, necessitatem infert. 14. q. 1 quisquis.

Si indulgetur non trahitur ad consequentiam. 14. q. 1. dixit.

Si permittit vel consulit, liberam habet obseruantiam. 14. q. 1. quisquis.

Dedicatio. Quod dedicatio ecclesię debet fieri ab episcopo sine aliqua pactione. 1. q. 1. statuimus.

Quod episcopi dedicantes ecclesias oblata ex deuotione possunt accipere, sed nihil debent exigere. 1. q. 2. placuit.

Quod prius est ecclesia dotanda quàm dedicanda. ibidem.

Quod loca semel dedicata non possunt fieri habitacula sæcularia. 19 q. 3. quę semel.

Quod singulis annis celebranda est solennitas dedicationis. de consec. dist. 1. solennitates.

De hac materia require de Consecratione Ecclesiæ.

Defensio. Quod defensio potest peti a principe contra hostes ecclesiæ. 23. quæstin. 3. Maximianus & quęstio. 5. per totum.

Quod ecclesia pro malefactoribus debet intercedere, non eos defendere. 14. q. 6. hi qui. 18. q. 5. si quis cuiuslibet. & c. seq.

Quod lex virtutis est patriam & socios defendere ab iniuria 23. quęst. 3. non in inferenda. & c. fortitudo.

Quod execrabile est non tueri quos suscipis defendendos. 87 dist. irreligiosum.

Quod qui potest & non repellit a socio iniuriam, tam est in vitio quàm ille qui facit. 23. q. 3. non in inferenda. & c. seq.

Quod qui peccantem defendit, acrius arguendus est quàm qui peccauit. 11. q. 3 qui consentit.

Quod qui desinit obuiare cum potest, consentit. 23. q. 3 ostendit.

Quod perfectus iniuriam propriam & suorum nõ debet defendere, sed diuino examini reseruare. 23. q. 1 § 1. & c. seq.

Quod defensio cuique conceditur in necessitate. 23 q. 3 per totum. & q. 5 de occidendis. vsque ad fin. quæst.

Quod qui non defendit veritatem, proditor est veritatis. 11 q. 3 nolite.

Quod quilibet semper tenetur ad fidei defensionem. 13. q. 8 quicumque § his ita.

Quod qui pro fide vel fidelium defensione moritur, cœleste præmium consequitur. 23. quæst. 8. omni.

Degradatio. Quod degradatio & depositio de ordine, pro eodẽ accipiuntur. 81. dist. sacerdos & c. seq.

De hac materia inuenies vbi agitur de Depositione.

Delegatio. Quod delegatio dicitur quando prælati cum præsentes esse non possunt, per alium reputatur præsentes. 94 dist. valde.

Quod delegatus sicut illa cuius tenet locum, est honorandus 93. dist. præcipimus, 97. distinct. nobilissimus.

Quod debet litteras commissionis illis ad quos delegatus est, demonstrare 97. distinct. nobilissimus.

Quod iudex delegatus debet dari ad arbitrium illius, qui impetrat auctoritate superioris. 11. q. 1. iudices.

Deliberatio. Quod deliberatio omnibus est necessaria, quæ indiscussos hominum calores potest refrigerare. 2. q. 6. anteriorum.

Quod laudabilis est cautela deliberationis, cũ qua totum ratio regit, & furor sibi nihil vendicat. 11. q. 3. illa præpositorum. & c. seq.

Quod non sunt præcipitanda consilia & opera. tempore enim indigemus ad deliberandum, vt maturius agamus. 50. distinct. ponderet. circa principium.

Quod maxime ecclesię negotia cum deliberatione sunt explenda. 45 dist. licet 1.

Quod iudices diffinitiuam sententiam cum magna deliberatione debent proferre. 11. q. 3 cum apud & c. seq.

Quod intra decem dierum spatium appellatione facta verum quiescendum sit ab ea, est deliberandum. 2. q. 6. anteriorum.

Quod qui ex deliberatione ad meliora non proficiunt, etiam ab eis bonis quę videntur habere cadunt. 17. q. 1. qui bona.

Quod in tantum quidam moram deliberationis extendunt quod bonum quod consequi intendebant, perdunt. 17. q. 1. qui bona.

Quod

Quod pro conuitio non est habendum quod sine deliberatione est illatum. 2. q. 3. si quis iratus.

Deliciæ. Quod deliciæ absque desiderio perceptæ non officiunt. 41. distin. de hiis.

Quod deliciæ ciborum computrescere faciunt corpus humanum. de consecra. distinct. 5. nihil. & cap. seq.

Quod diuites dolere debent si propter consuetudinem non aliter quàm delicate possunt viuere. 41. dist. non cogantur.

Quod in rebus prætereuntibus non vsus, sed libido culpatur. 41. dist. quisquis.

Quod aliquando sine voracitatis vitio pretiosissimo sapiens vtitur cibo, & insipiens vilissimum cum gulæ flamma exardescit cibum. 41. distin. quisquis.

Quod ignominiosum est prælatis & prædicatoribus delicijs affluere, qui Christum pauperem debent prędicare. 35. dist. ecclesiæ.

Quod episcopalis auctoritas plus debet vigere in delicijs meritorum quàm mensarum. 41. dist. episcopus.

Quod detestabile est in tugurio rusticano natum & milio nutritum in religione similam & mella fastidire. 12. q. 2. glossa episcopi.

Dementia. Quod dementia si est perseuerans excusat à culpa in ipsa commissa. 5. quæst. 1. aliquos. 32. q. 7. quemadmodum.

Quod si euenit ex propria culpa: postquam ad sanam mentem redierit, imponenda est ei pro commissis, licet minor quàm alijs pœnitentia. 15. q. 1. si quis insaniens.

Quod non debet promoueri ad ordines maxime ad sacerdotem, qui aliquãdo insaniuit. 33. dist. communiter. & duobus cap. sequen. 15. q. 1. c. vlt. §. sciat.

Quod si sacerdos ex propria culpa demens effectus hominem occiderit, & postea ad sanitatem redierit, celebrare non potest. 15. q. 1. si quis insaniens. in fi. & c. seq.

Quod dementes vel furiosi continue, nec matrimonio nec religioni possunt obligari. 32. q. 7. neque furiosus.

Quod qui sani contrahunt, postea dementes effecti non separantur. 32. q. 7. si qui.

Dæmon. Quod dęmones acumine sensus & claritate mentis omnia quæcumque animalia excedunt. 26. q. 4. sciendum.

Quod propter longum tempus vitę, eorum maior est experientia quàm hominum. 26. q. 4. sciendum.

Quod ex tribus præmissis multo ante cogitata prænunciantes ab hominibus propter terreni sensus tarditatem videntur futura prędicere. 26. q. 4. sciendum, per totum cap.

Quod dęmones futura de quibus nullum vestigiũ haberi potest, cognoscere non possunt. 26. q. 4. sciendum, post medium.

Quod quali modo fiant quę per ipsos fiunt cum non sint, hominibus videntur signa & miracula. 26. q. 5. nec mirum, à medio vsque in finem ca.

Quod in arte magica & in omni alia diuinatione per dęmonum fallaciam deluditur curiositas humana, dum appetit scire quod non conuenit inuestigare. 26. quæst. 5. nec mirum, ante medium.

Quod necromantia, & auguria, & omnis ars magorum, & diuinationes arte dæmonum est inuenta, vt faciant eos suæ damnationis participes. 26. q. 2. qui sine.

Quod ab illusionibus dæmonũ quędam mulieres sceleratæ credant se in corpore multa terrarum spatia transire, vel hoc solum spiritus infidelis patiatur. 26. q. 5. episcopi.

Quod dęmones vt frequenter sunt ministri & vltores iræ Dei. 23. q. 5. non solum.

Quod qui per dæmonem aliquando vexatur, non debet ad sacros ordines promoueri 33 dist. maritum. & tribus c. seq.

Quod dæmones per signa exteriora citissime cogitationes hominum cognoscant. 26. q. 4. sciendum. in fi. & c. quodam loco.

Quod dæmon cum mentem alicuius per infidelitatem subijcit, illi siue dormienti siue vigilanti in diuersis speciebus se ostendit: & per illam animam hominis deludit 26 q. 5 episcopi, post medium.

Quod dæmones hominibus illudere non possunt nisi Deo permittente. 26. q. 5. nec mirum, circa medium.

De hac materia require vbi agitur de Diabolo, & vbi agitur de Diuinatione.

Depositio. Quod deponuntur vel degradantur prælati vel clerici, domicilia feminarum etiam post admonitionem frequentantes. 81. distinct. clericus. & cap. archidiaconum.

Item aleis & inhonestis ludis & ebrietatibus siue cessatione deseruientes. 35. dist. episcopus. 34. dist. quorumdam. in fi.

Item tabernas & alia inhonesta tenentes & mercimonia exercentes. 44. dist. nulli. 14. q. 4. c. 2. & 3.

Item vsuras exercentes. 48. dist. c. 1. & seq. 14. q. 4. si quis oblatum.

Item cum moniali vel incarcerata vel filia spirituali fornicantes. 27 q. 1. si quis episcopus & cap. si quis rapuerit. 30. quæst. 1. omnes. & duobus cap. seq.

Item publica incontinentia laborantes. 50. distin. qui semel 81. dist. Maximianus. & c. si quis clericus. & duobus c. seq. & c. si quis amodo. & tribus cap. seq. & 83. distinct. proposuisti. 15. q. 8. hi qui altario.

Item qui sine examinatione promouentur. 24. dist. si quis presbyter. 81. dist. si qui sine.

Item qui ante promotionem criminosi fuerunt. 24. dist. si quis presbyter. 81. dist. nonis. & cap. seq. 15. q. 8. si quis.

Item qui scientes criminosos ordinauerit. 81. dist. tantis. & 41. dist. quantos, in fi.

Item qui ad pinguiores ecclesias sine licentia superiorum transeunt. 7. q. 1. si quis presbyter. & c. si quis episcopus & cap. seq.

Item qui in ecclesiam os ponentes contra suos superiores cõtumaciter insurgunt. 21. dist. in tantum. 11 q. 1. si quis sacerdotum. & c. conspirationum. & c. seq.

Item deponitur qui peierauerit, aut in homicidio aut in alio magno crimine inuentus fuerit. 81. dist. presbyter. & c. seq.

Item qui publice crimen in apostolicę totius ecclesię scandalum fouerit. 2. q. 1. scelus. 11. q. 3. Tengualdum.

Item qui alium in ecclesia per pecuniam vel alio modo supplantauerit. 7. q. 1. præsentium. & c. factus. & c seq.

Item qui in aliena diœcesi vel ecclesia officia exercere vsurpauerit. 9. q. 2. nullum.

Item qui dilapidator rerum ecclesiasticarum fuerit. 10. q. 2. si quis episcopus. 11. q. 2. diaconi. & cap abbatibus. 17. q. 4. quicumque episcoporum.

Item qui ecclesiam per manum laicam intrauerit. 16. q. 7. si quis deinceps.

Quod episcopus solus potest deponere de beneficio, de ordine vero quem solus dedit, solus non potest deponere. 15. q. 7. cap. 1. & vlt.

Quod deponendorum ab ordine causa si diaconus est, à tribus episcopis, si presbyter; à sex si episcopus, à duodecim est discutienda. 15. q. 7. si quis.

Quod episcopus deposito ab ordine vt non viuat sæculariter, locum vbi agat pœnitentiam debet assignare. 81. dist. sacerdos. 50. distin. accedens. circa finem.

Quod depositus ex culpa ab ordine, si humiliter decennalem pœnitentiam expleuerit, potest restitui. 50. dist. presbyter.

Quod siue iuste siue iniuste depositus in restitutione sua debet recipere ea successiue, quæ cum ordinaretur perceperat. 11. q. 3. episcopus.

Quod nullus propter infirmitatem corporis deponitur, sed datur coadiutor sibi. 7. q. 1. cap. 1. & tribus cap. seq.

Quod deponuntur reges non solum ex crimine, sed propter insufficientiam. 15. quæstio. 6. alius.

Derisio. Quod derisio per amicum à subditis facta damnatur. 2. q. 7. sententia. 15. q. 5. c. 1. in fi. de pœn. dist. 2. §. opponitur. vbi agitur de Dauid, quem Michol derisit, propter quod sterilis facta est.

Quod humilis habitus pie viuentium deridetur à peruersis. 12. q. 4. omnis.

Desperatio. Quod desperatio de Dei pietate est horrenda impietas. 26. q. 6. agnouimus.

Quod nemo est desperandus quamdiu est in hoc corpore constitutus. 24. quæst. 3. corripiantur. 32. quæstio. 2. ancillã. de pœn. distinctione 7. nemo.

Quod plerumque cum peccator propter culpam contemnitur, in desperationem labitur. 45. dist. recedite.

Quod pœnitentia à confessore est temperanda, ne peccator propter desperationem cogatur facere deteriora. 26. quæstio. 7. de his. & cap. alligant.

Detractio. Quod detractor dicitur non solum ille qui alijs detrahit, sed etiam qui detrahentes audit. 6. q. 1. ex merito. 11. q. 3. non solum.

Quod bonum est à detractione linguam custodire: quia tales cuncta quæ de alijs loquuntur, sua sententia iudicabuntur. 6 q. 1. ex merito.

Quod deteriores sunt qui detrahendo aliorum vitam moresque corrumpunt, his qui substantias aliorum surripiunt. 6. q. 1. deteriores.

Quod summa iniquitas est detrahere: quia omnis qui detrahit fratri suo, homicida est. 6. q. 1. summa. de pœn. dist. 3. homicidiorum.

Quod nemo putet minus periculum esse alienã detrahendo mentiri, quàm sanguinem fundere. 11. q. 3. nemo perniciem.

Quod sacerdotibus, qui populo benedicunt, non est detrahendum. 6. q. 1. sacerdotes.

Quod permittit quandoque Deus de bona detractione nobis fieri, vt si qua culpa ab ore laudantium in corde nascitur, ab ore vituperantium suffocetur. 6. quæstio. 1. oues. §. ipsi. & c. sunt plurimi.

Quod detractores nihil aliud faciunt, nisi in puluerem sufflant, & in oculos suos terram excitant, vt vnde plus detractionis perflant, inde magis nihil veritatis videant. 21. q. 3. inter.

Quod nihil prodest ieiunare, vel orare, vel alia bona facere, nisi mens prius à detractione reuocetur. de conse. dist. 5. nihil enim prodest.

Quod qui facilis est ad detrahendum, non admittitur ad accusandum vel ad testificandum. 3. q. 4. detractores. & q. 5. nullus.

Quod detractor nisi se correxerit, à vindicibus flammis exurætur. 2. q. 7. accusatio.

Deus. Quod Deus vnus est, licet tres sint personæ in deitate. de consecra. dist. 3. cap. vlt.

Quod licet tres personæ sint vna deitas & vna essentia, tamen aliquid est quod soli patri attribuitur, aliquid quod soli filio, aliquid quod soli spiritui sancto. de conse. dist. 2. cap. vlt.

Quod Deus animæ & corporis dicitur creator, & continuus operator. 56. dist. nasci.

Quod occulta opera Dei iudicio sunt seruanda. 6. q. 1. si omnia.

Quod quando scriptura aliquid attribuit Deo quod est hominis vel alterius creaturæ, per similitudinem loquitur, non per proprietatem. 24. q. 1. odi.

Quod Deus specialius dicitur pater Christianorum, quàm aliorum. 11. q. 3. ad mensam.

Diabolus. Quod diabolus non fuit malus creatus: sed in veritate & & charitate de pœn. dist. 2. citius. §. quod vero. vbi inuenies pro & contra.

Quod propter superbiam & præsumptionem de sui status excellentia cecidit. de pœn. dist. 2. §. quod vero, fere per totum.

Quod diabolus post casum suum conatur vnitatem ecclesiæ scindere, & humanum genus euertere. 16. q. 1. visis.

Quod ardentiores in Dei seruitio & Deo familiariores magis impugnat. 5. q. 1. nulli.

Quod versutus hostis dicitur: quia mille modos nocen-

nocendi habent. 16.q.2.visis.

Quod ex subtilitate naturæ hoc perpendit de homine quod ipse homo non perpendit. 26. q.5. nec mirum. post med.

Quod vt melius decipiat, in angelum lucis se transformat. 26.q.5.nec mirum.

Quod diabolus adeo debilis est, quod neminem possidere potest nisi se prius peccatorum ære vendiderit. 15. q. 1. non est.

Quod ipse potestatem exercet in malis tamquam in suo pomœ, 24.q.1, miramur.

De hac materia require vbi agitur de Dæmonibus.

Diaconus. Quod Diaconus Græce, Latine minister dicitur, 21. dist.cleros.

Quod Apostoli post ascensionem Domini diaconos sibi statuerunt in ministros. 93. distinct. Dominus.

Quod commendantur diaconi respectu præfigurationis pacis, & vitæ actiuæ & contemplatiuæ quam debent exercere.13. distinct, diaconi sunt quos.

Quod diaconi sunt tamquam oculi episcopi oberrantes & circumlustrantes.93.distin. diaconi ecclesiæ.

Quod diaconi debent assistere episcopo prædicanti, ne ab æmulis infestetur, vel verbo Dei detrahatur. 93.dist. diaconi qui.

Quod non debent præsente episcopo vel presbytero nisi de eorum mandato sacramenta conferre.93.dist. peruenit.& c.diaconi.

Quod officium diaconorum inuenitur. 25. dist, perlectis. ante medium, 93. distinct. diaconi ecclesiæ.

Quod episcopus sine diacono non debet solemniter celebrare, nec calicem nisi prius porrigatur per diaconum debet auferre.93 distin. diaconi sunt

Quod absurdum est audita diaconum extolli super episcopum & presbyterum 93. distinct. legimus.

Quod diaconus in quacumque dignitate constitutus, excepta legatione, si se prætere, a proprio gradu cadere debet.93.dist.c.vlt.

Quod diaconi debent corporalia & pallas lauare. de conse·dist 1·nemo per ignorantiam.

Dialectica. Quod qui dialectica arte diebus & noctibus torquentur, in obscuritate mentis gradiuntur.37.dist. nonne.

Quod dialecticorum tendicula sunt quædam phantasmata & vmbræ, quæ cito resoluuntur. 37. distinct. vino.

Quod garrulitas ranarum quibus percussa est Ægyptus, garrulitatem dialecticorum & sophistica argumenta designat.37.dist. legimus.

Quod non in dialectica placuit Deo saluare populum suum, quia regnum Dei in simplicitate fidei est, non in contentione. 37. distinctio. omnem.

Dies. Quod dies festiuandi exprimuntur de consec.dist.3.§.1.

Quod quæ dicta sunt a iudicijs & placitis custodiendi, 15.q.4.placita.

Quod die dominico nil est agendum nisi Deo vacandum. de conse. dist.3 ieiunia.

Quod ideo dies dominicus magis est venerandus, quia in ipso mundus sumpsit exordium, & per resurrectionem Christi vita accepit principium. 75.dist quod die.

Quod die dominico consecrantur episcopi. ibid.

Quod episcopus die dominico non debet abesse suæ ecclesiæ.de conse.dist.3.episcopus.

Quod die dominico, & in festis non debent flecti genua orationis causa·de conse.dist.3. quoniam sunt. 30.dist. si quis presbyter.

Quod die dominico missa ab omnibus vsque ad finem est audienda.de conse dist.1.missas.

Quod nullus episcopus vel infra positus die dominico causas audire præsumat.15.q.4.per totum. de conse.dist.3·c.1.

Quod die dominico nullus super sancta Dei Euangelia debet iurare.22.q.5.decreuit.

Quod die dominico non est ieiunandum.de conse.dist.3.ieiunium. & cap.sequen.30. distinct. si quis presbyter.

Quod die dominico plus solito homines carnis delicijs solent intendere.4.dist.denique.

Quod Antichristus diem dominicum & diem sabbati faciet custodiri, vt ex hoc sibi Iudæos & Christianos cautius attrahat. de consecr. dist. 3.peruenit.

Quod die sabbati abstinendum est a carnibus. de conse.dist.1.quia dies.

Quod die Iouis ne sequamur errores Gentilium, non est ieiunandum de consecra. distinct. 3.ieiunium.

Diffinitio. Quod diffinitum rationabiliter non debet aliquatenus violari.25.q.2.cum pre.

Quod diffinitiua sententia quæ condemnationem vel absolutionem non continet, pro nulla habetur.3.q.6 et qui §.diffinitiuus.

Dilapidatio. Quod dilapidatio quando sit bona, & quando non, require in verbo, Liberalitas.

Quod dilapidatione rerum ecclesiasticarum solum suspectus submouetur, & vsque ad discussionem facti detrahetur,3 q.2. si episcopus. §. quod si. & c seq.

Quod in crimine dilapidationis speciale est quod sequestratur possessio a possessore, antequam conuictus sit. 3.q.2.quia

Quod si episcopus vel presbyter, qui res ecclesiæ quæ sunt pro necessitatibus pauperum & pro redemptione captiuorum dilapidauerit, est deponendus. 12.quæst.2.apostolicos. 17.quæst.4. nullus res.

Dilectio. Quod dilectio Dei est perfecta quando ipsum diligimus ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus. de pœniten. distinct. 2. si quis semel. §. charitas est.

Quod Deum diligere est illi copulari animo, concipere fruendæ visionis eius affectum, peccati odium, mundi fastidium. ibid.

Quod ordinem dilectionis peruertunt qui aut mundum qui contemnendus est diligunt, aut corpora sua minus diligenda plus diligunt, aut proximos suos non sicut seipsos, aut Deum plusquam seipsos non diligunt. ibid.

Quod dilectio Dei facit peccato facile resistere, bonis operibus abundare, secularia blandimenta contemnere, & omnia quæ humanæ fragilitati sunt difficilia perficere. de pœni.distinct. 2. §. charitas est.

Quod si Deum toto corde diligimus, nihil erit in nobis vnde peccati desiderijs seruiamus. de pœ. dist 2.§.charitas est.

Quod illi Deum plusquam se diligunt, qui pro eius amore saluti suæ non parcunt. de pœn.dist. 2.§. charitas est.

Quod homo proximum sicut seipsum diligit, quando quantum potest laborat vt eum adducat ad Deum colendum. 23.quæst.4. debet homo.

Quod tunc proximos diligimus sicut nos quando non propter sperata beneficia, vel propter consanguinitatem, sed propter hoc tantum quod nostræ naturæ sunt participes diligimus. de pœ. dist.2.§.charitas est.

Quod in hoc proximos tenemur diligere, vt de eorum perditione doleamus, & ad eorum correctionem quotidie laboremus. 23.q.4. non potest.§.seq.

Quod non est signum veræ dilectionis ad proximum quando dimittitur peccatum impunitum. 23.q.4.quid crudele.

De hac materia require vbi agitur de Amore.

Diœcesis. Quod diœcesis dicitur vbi episcopus vel episcopatus habetur. 16 q.1·cum pro vtilitate & q.3.licet.

Quod quædam sunt diœceses quæ certis limitibus distinguuntur, quædam vero non. 16.q 3, licet §. hoc multipliciter.

Quod extra suam diœcesim nullus debet sacramenta alijs participare·16.q. 3.licet. in fine.

Quod duæ diœceses in vnam redigi possunt auctoritate apostolica. 16.q.1. & temporis & consequen.

Quod quando excreuerit fidelium multitudo, diœceses diuidi, & episcopi multiplicari auctoritate apostolica possunt. 16.q. 1 præcipimus.

Quod quædam diœceses per præscriptionem tolli possunt, quædam vero non. 16.q.3.licet.§. hoc multipliciter.

Discere. Quod discere debet quilibet antequam doceat.23.dist.his. 16. q.1. sic viue.

Quod qui discere aut agere bona recusat, magis diaboli quam Christi membrum esse ostenditur, 38. dist. nullus.

Quod debet esse discipulus quisquis doctor esse desiderat, vt possit docere quod didicit. 16.q.1. si clericatus.

Quod discere debemus triplici de causa, aut ne ignoremus, aut negligamus, aut vt repudiemus. 37. dist. legimus.

Quod tales laudabiliter scientias seculares addiscunt, qui quod vtile inuenerint, ad vsum sacræ eruditionis conuertunt 37.dist. turbat.

Quod clerici sacris litteris semper debent insistere, ne tunc quærant discere, cum ex officio alios debent docere. 36 distinct. qui ecclesiasticis.§. ecce.

Quod qui sacram scripturam discere contemnunt, magistri erroris existunt: quia veritatis discipuli non fuerunt 24. q. 3 quid autem.

Quod discendum est a minoribus licentiata verecundia. 38.distin. nullus. 24.q. 3. si habes.

Quod stultus est qui se in eo quod primum existimat, bona quæ viderit discere contemnit. 12. dist, de Constantinopolitana, 14. dist. peruenit. 24.q 9. si habes.

De hac materia require in verbo, Studio.

Disciplina. Quod disciplina vitæ est malæ viræ. 23.q.5. ad fidem. & c non putes.

Quod mali vt ad bonam disciplinam perueniant per flagella sunt corrigendi. 23.q. 4 displicet. circa med. & c. vlt.

Quod filius non diligitur, qui non disciplinatur. 23.q 5 non putes.

Quod qui peccantem corrigit aliqua disciplina, eleemosynam facit. 45. dist. & qui.

Quod huic officio humanæ inuigilet disciplina, videlicet episcopo regenti plebem suam, pauperi regenti domum suam, diuiti regenti familiam suam, marito regenti coniugem suam, patri regenti prolem suam, iudici regenti prouinciam suam, regi regenti gentem suam. 23. q.4 duo.

Quod disciplina vel misericordia multum destituitur, si vna sine altera teneatur. 45. distinct. disciplina.

De hac materia require in Correctione & Asperitate.

Discipulus. Quod discipulus non debet esse super magistrum. 6 q.1. sacerdotes.

Quod miserum est eum fieri magistrum, qui nondum didicit esse discipulus. 48 dist. prohibentur, 61. dist. miserum·16.q. 1, si clericatus.

Quod 72. discipuli ab Apostolis sunt electi. 21. distinct. in nouo. in fin.

Discordia. Quod discordia mentium tam inter fratres carnales quam spirituales inducit frequenter separationem corporis. 56. dist. Ismael.

Quod disciplina perditur desidia cum prælatus negligit commissa. 23.q.3. iustum.

Quod diuersitas cultus plurimum est materia discordiæ. 90. dist. perlatum.

Quod qui societatem fraternitatis discordiæ peste commaculat, Deum qui charitas est, tamquam Iudas prodit. 11.q 3. abijt.

Quod ideo litigiosi ordinari prohibentur: quia tales ad concordiam non valent prouocare. 90. distinct. c. 1.

Quod prælatorum interest discordantes ad concordiam reuocare. 61. distinct. c. vlt. 90. distin. discordantes.

Quod

Quod discordantium munera vel oblationes nec Deus suscipit, nec à sacerdotibus sūt suscipienda. 90. dist. oblationes. 3. q. 7. in grauibus.

De hac materia habes vbi agitur de Concordia.

Discretio. Quod discretio est mater virtutum omnium. 1. q. 5. præsentium.

Quod discretio necessaria est prælato in corrigendo 50. dist ponderet.

Quod correctio quandoque habere debet plus de asperitate quàm de benignitate, quandoque debet esse mista cum vtroque. 45. dist. disciplina.

De hac materia require de Correctione.

Quod necessaria est prædicatori in docendo. 43. dist dispensatio. §. pariter in fi.

Quod debet esse doctor discretus, vt ne tacenda proferat, aut proferenda reticescat. 43. dist. sit rector.

Item debet esse discretus, vt secundum capacitatē auditoris moderetur sermo prædicationis. 8. q. 1. oportet.

Quod necessaria est discretio confessori in ligando & soluendo. 23. q. 4. si is qui. de pæn. dist. 1. §. quem pænitet.

Quod necessaria est discretio omnibus in viuendo, vt scilicet virtutes eligamus, & vitia reprobemus. 49. dist. hinc etenim.

Dispensatio. Quod dispensatio non potest fieri contra ius naturale nisi forte ad maius malum vitandum. 13. dist. §. 1.

Quod necessitas inducit dispensationem 34. dist. fraternitatis. & c. lector.

Quod non debet fieri dispensatio nisi vrgente magna angustia. 55. dist. priscis.

Quod non est pro regula assumendum quod ex dispēsatione specialiter est concessum 56. dist. Cenomanen. 1. q 7. & si illa 9. quæst. 1. ordinationes.

Quod pro necessitate temporum fit quandoque dispensatio contra decreta. 1. q. 7. requiritis. & tribus cap. seq. & cap. & si illa. 32. q. 4. recurrat. §. his itaque

Quod multa tolerantur ex dispensatione, quę canonis rigor condemnat. 54. dist. fraternitatis.

Quod sicut in procellis merces de nauibus iactantur propter maius bonum: sic dispensatio quandoque fit propter maius lucrum. 1. q 7. dispensationes.

Quod secundum diuersitatem excessus dispensatio quandoque protrahitur, quandoque acceleratur. 15 q. 8. hi qui.

Quod dispensatur, quandoque ratione multitudinis. 50. dist. vt constitueretur. 9. q 1. ordinationes. in fi.

Quandoque ratione temporis & vtilitatis. 1. q. 7. dispensationes.

Quandoque ratione personę. 1. q. 7. didici, & capitali.

Quandoque ratione meriti, & prærogatiuæ scientię. 1. q. 7. tali.

Quandoque ratione religionis. 50. distin. si quis diaconus.

Quod quādoque dispensatur ad vnum ordinem, & non ad alios 34. dist. lector. 9. q. 1. ab excommunicatis.

Quod in casuali homicidio cum clerico dispensatur, vt ī suscepto ordine maneat. 50. dist. clerico.

Quod cum directe homicida non dispensatur ad sacerdotium. 50. dist. miror. & duobus c. seq.

Quod cum illo dispensatur, qui flagellādo aliquando præter intentionem ipsum occiderit. 50. dist. studeat.

Quod no dispensat Papa contra Apostolū, vt in bigamia. 34. dist. lector. & uide q̄ ibi notantur.

Item dispensat contra canones apostolorum cum presbytero fornicante, vt post decennalem pœnitentiam ad pristinum redeat honorem. 82. dist. presbyter.

Item solus Papa dispensat in gradu consanguinitatis & affinitatis. 35. quæst. 3. quædam. §. quod scripsi.

Item solus Papa restituit episcopos, & dispensat cum eisdem. 2. q. 6. ideo.

Item solus Papa dispēsat cum simoniaco in simonia scienter commissa, vel ratum habente siue sit in ordine, siue in beneficio. 1. q. 1. ergo.

Item solus Papa dispensat cōtra canones qui præcipiunt pænitentiam vel satisfactionem pro enormibus criminibus. 12. q. 2. de viro.

Item solus Papa dispensat cum illo qui excommunicatus exequitur officium, vel recipit beneficium. 11. q. 3. si quis episcopus damnatus. & cap. seq.

Item solus Papa dispensat cum illegitime natis ad beneficia, quę sunt cum cura. 56. dist. Cenomanen.

Quod Papa non inuenitur dispensasse cum his qui ab hæreticis ad subuersionem ecclesię ordinantur. 1 1. q. 7. conuenientibus, circa finem.

Item cum eo qui scienter à simoniaco simoniace est promotus. 9. q. 1. ab excommunicatis.

Item nec cum eo qui scienter est rebaptizatus vel reordinatus. 1. q. 7. saluberrimum in fine. de consecra. dist. 4. quis bis.

Item nec cum eo qui ordinatus est ab inuasore sedis alterius episcopatus. 9. q. 1. ordinationes.

Quod dispensat episcopus cum illo pro quo ignorante parentes, vt promoueretur ad ordines vel ad beneficium, pecuniam dederunt. 1. q. 1. præsentium. & cap. quicumque.

Quod dispensat episcopus cum clerico vel presbytero sacrilego vel heretico vel schismatico, ne desperent, 50. dist. si quis presbyter, & c. presbyteros. & c. vt constitueretur.

Item dispensat episcopus in fornicatione clerici, furto, periurio, & alijs capitalibus criminibus, dummodo sint occulta. quia si sunt publica debet deponi. 50. dist. de his uero.

Item dispensat episcopus in pęnitentijs, quas canones statuerunt. 26. q. 7. pænitentibus. & cap. tempora pænitudinis. & duobus cap. seq.

Item dispensat episcopus cum eo qui prætermisso subdiaconatu diaconus uel presbyter efficitur, supplendo ordinem prętermissum. 52. dist. solicitudo.

Quod varia dispensatio, quę episcopis conceditur, coepiscopis prohibetur. 68. distinct. quamuis. & cap. seq.

Quod dispensat abbas cū monacho ut extra monasterium, tamen sub sua obedientia specialem cellam habere possit. 20. q 4. monachum.

Item dispensat cum monacho, ut carnes comedere possit. de conse. dist. 5. carnem.

Diuitiæ. Quod diuitię temporales si sunt cum studio & affectu singulari, ignominiosę sunt. 12. q. 2. gloria.

Quod dilectores diuitiarum fortes sunt in terrenis, debiles in cęlestibus. 47. dist. omnes.

Quod diues cupidus gratius intuetur aurū quàm solem. 47 dist. sicut hi.

Quod iniuste possidet diuitias qui ipsis male utitur. 14. q. 4. quid dicam.

Quod nihil facit diuitias sic contemni sicut recordatio paupertatis suæ & principij 48. distinct. sicut hi.

Quod fideli homini totus mundus est diuitiarum, infideli autem nec obolus. 14. q 4. quid dicam.

Quod diuites in rebus temporalibus, si abundant iustitia & operibus bonis non sunt abijciendi. 50. dist. hęc autem scripsimus. in fine.

Quod diuitię ecclesiarum sunt bona pauperum, & redemptio captiuorum. 12. q. 2. aurum.

Diuinatio. Quod diuinatio numquam in bonam partem accipitur. 1. q. 1. numquam.

Quod diuinatio à Persis est inuenta. 26. q. 4 |igitur. circa fi.

Quod secundum quosdam quattuor sunt genera diuinationis. videlicet ex terra, aqua, igni, aere. 26. q. 4. cap. igitur.

Quod diuini dicuntur qui ex coniectura mentis suę incerta futurorum quasi uera pronunciant. 37. dist. vino.

Quod multi modi sunt & multa genera per quę diuinatores futura inuestigant, quę ponuntur in 26. quæstio. 4. igitur per totum. & q. 5. nec mirum.

Quod dominus per diuinatores illudi hominibus permittit, vt probentur boni vtrum in Dei dilectione sint firmi. 26. q. 5. nec in fi.

Quod diuinatores propter detestationem criminis in accusatione non admittuntur. 2. q. 8. quisquis.

Item sunt excommunicandi. 26. q. 5. §. 1.

Item si clerici fuerint, & se corrigere noluerint sunt deponendi. 26. q. 5. si quis episcopus.

De hac materia habes vbi agitur de Incantatione.

Diuortium. Quod diuortium proprie dicitur inter carnaliter commiscentes, vel commisceri appetētes. vnde inter Mariam & Ioseph non dicitur diuortium quando Ioanni fuit commendata. 7. q. 2. quod autē. §. item si coniuges.

Quod quos Deus coniunxit, homo non debet separare, subaudi violenter, vel sine ratione. 33. q. 1. quos Deus.

Quod frigiditas viri vere probata causat diuortiū. 2. q. 4. consuluisti. §. hoc autem. 27. q. 2. quod autem. 33. q. 1. §. 1.

Quod affinitas post contractum matrimonium superueniens non accusat diuortium. 27. q. 2. quod autem. §. primi.

Quod conuersus ad fidem potest diuortiari ab vxore non conuersa quæ ipsum nititur à fide Christi deducere. 28. q 1. idololatria. & sex c. seq.

Quod fornicatio carnalis & spiritualis causat diuortium. 28. q. 1. idololatria. & cap. seq.

Quod machinatio in mortem cum effectu propter contrahendum matrimonium causat diuortium. 31. q. 1. si qua & §. seq.

Quod diuortium non debet fieri pro quacumque infirmitate, vel deformitate, uel senio, uel sterilitate. 32. quęst. 5. si uxorem. & quæst. 7. tantum.

Quod causa consanguinitatis non licet quem dimittere uxorem nisi prius consanguinitas eorum coram episcopo approbata fuerit. 35. q. 6. multorum.

Quod adulter vel adultera ab adultera diuortiari non potest 32. q. 6. §. 1.

Quod extraordinaria pollutio naturaliter facta etiam frequentius iterata non inducit diuortiū sine iudicio. 35. q. 3. extraordinaria.

Quod diuortium sine iudicio & sine consensu episcopi non debet fieri. 27. quæstio. 2. si vir. 33. quęstione 1. seculares. 35. quæstio. 6. multorum.

Quod vxor sine iudicio ecclesiæ dimissa primo restituenda est antequam de diuortio agatur. 33. q. 2. historia. & c. seq.

Quod vir & mulier quantum ad causas diuortij æqualiter iudicantur. 32. q. 5. Christiana.

Quod si post diuortium propter fragilitatem vir aliam duxerit: propter doli præsumptionem compellendus est redire ad primam. 33. q. 1. quod autem. in fine.

De hac materia habes vbi agitur de Matrimonio infra.

Dominium. Quod dominium rei transfertur ratione ordinis, videlicet si quis seruus alterius in presbyterum ordinatur. 54. dist frequens.

Item ratione consecrationis: vt si res consecrata ab aliquo reperitur, non ipsa redditur, sed compensatur. 14. q. 6. comperimus.

Item propter religionem, cum scilicet per religiosis ingressum contingit vacare beneficium. 17. q. 2. Gonsaldus.

Item ratione Christianitatis, vt scilicet cum seruus Iudæi vel pagani Christianus efficitur. 54. dist. fraternitatem.

Item ratione dignitatis, sicut sedes Constantinopolitana, licet posterior sit quàm Alexandrina, tamen prior in numero debet poni. 22. dist. renouantes.

Item auctoritate superioris, sicut quando iubente

Domino Iudæi thesauros Aegyptiorum depoṙtauerunt.14.q.5.dixit Dominus.

Donum. De dono require vbi agitur de dato.

Dubium. Quod dubium de ordinatore an fuerit episcopus, an non, facit ordinatos reordinari.68. distinctio. presbyteri.

Quod in re dubia auctoritas ecclesiæ est requirenda.11.dist palam.

Quod in rebus dubijs absolute nō debet ferri sententia 11. dist. habuisse.

Quod quādo emergit dubitatio in persona, in facto & in iure, tunc nullo modo procedēdum est in sententia.30.q.5.iudicantem & §. seq.

Cum emergit in persona tantum vbi certum est ius & factum, tunc certa datur sententia.5.q.1. quidam.

Cum in facto emergit dubitatio vbi certum est ius & persona, tunc non potest certa ferri sententia.5.q.1. quidam.

Cum in iure emergit dubitatio vbi certum est factum & persona, tum consulenda est sacra scriptura & seniores prouinciæ & Papa. 20.dist. de quibus.24.q.4 quoties.

Quod qui dubitat se baptizatum, debet baptizari. de consecra. dist 4. paruulos. & cap. sequen. placuit.

Quod si dubium est de consecratione ecclesiæ vel altaris, debent consecrari. de consec. distin. 1. ecclesiæ.

Duplicitas. Quod duplex monasterium pro monachis & monialibus fieri in vno prohibetur. 18. quæst. 2. diffinimus.

Quod monachus duplex officium suæ professioni contrarium non debet exercere. 16. quæst. 1. nemo. & cap. de præsentium. & cap. presbyteros.

Quod nemo potest esse accusator & testis. 4. q. 4. nullus.

Quod nullus clericus ad duas ecclesias intitulari debet. 21.q. 1.c. 1.1. & 3. & 16.q.7. per laicos, in fi.

Quod nulla ecclesia parochialis duos pastores debet habere. 21.q.2.sicut.

Quod qui bene præsunt, duplici honore honorandi sunt.95.dist ecce

Quod ille duplex cor non habet, qui propter varium euētum verba sua mutat.22.q.2. ne quis. in fi.

Quod duplex tribulatio non cōsurget super illos qui inter flagella egerunt pænitentiam. de pœn. distin. 3. hac auctoritate. 23. q. 5. quid ergo. post medium.

De duplicitate habes vbi agitur de simulatione & Hypocrisi.

Duritia. Quod duritia obstinationis est quando quis bonitatē Dei contemnens vsque ad mortem in peccatis perdurat 93.dist diaconi sunt. in fi.

Quod duro collo stamus si spreta longa Dei pietate in peccatis vsque ad mortem perduramus, 93.dist. diaconi sunt. in fi.

De duritia require in asperitate, in austeritate, & correctione.

EBrietas. Quod ebrietas ī principio generis humani ante diluuium ignorabatur. 35. dist. sexto die.

Quod ebrietas à Noe inuenta est, qui primus vineam plantauit. 35.dist. sexto die.

Quod ebrietas est fomes & nutrix omnium vitiorum.35.dist. ante omnia.& 15.q. 1.sane.

Quod Loth quem Sodoma non vicit, vina vicerunt. 35.dist.§ 1.

Quod ebrietas suadet ad iurgia & maledicta, sicut patet in Noe qui obiurgando filium cum maledixit. 35. dist. sexto die.

Quod tumultuosa est ebrietas. 33. distinct. luxuriosa.

Quod vbi ebrietas, ibi libido & furor. 35. distinct. venter.

Quod ebrietas obcæcat conscientiam, & sepelit rationem. 15 q 1. sane.

Quod proprium est ebrietatis fœmora denudare, & ad luxuriam incitare. 35. dist. sexto.

Quod ebrietas pronum facit ad promittendum, post tristem ad exsoluendum. Exemplum de Herode & Ioanne baptista. 21. quæst. 3. vnusquisque.

Quod ebrietas excusat culpam à tanto, sed non à toto. 15.q.1.sane. & c. inebriarunt.

Quod ebrietas assuefacta est mortale peccatum. 25. dist. vnum. § criminis appellatio. aliàs 35. dist. episcopus.

Quod cum ebriosis non solum cibus non est sumendus, sed etiam sunt vitandi. 11.quæst. 3. ad mensam.

Quod clerici quorum sensus vigere debet, maxime ab ebrietate debent abstinere. 35. dist. §. 1. & c. seq.

Quod episcopus aut presbyter ebriosus deponitur, inferiores clerici corona priuantur. 35. dist. episcopus.

Ecclesia. Quod ecclesia catholica dicitur fidelium multitudo fide & charitate vnita. 93. dist. legimus. circa med. 1. q. 1. multę. in fi. 24 q. 1. loquitur.

Quod omnes episcopi & omnes fideles sunt vna ecclesia. 93. dist. legimus in fin.

Quod ipsa non solum ratione virginitatis, sed etiā ratione omnium fidelium tota virgo dicitur. 27. q. 1. nuptiarum. ante finem.

Quod sponsa Christi dicitur pudica & incorrupta, quæ adulterari non potest. 24 q. 1. loquitur. in fine & c. omnibus.

Quod ipsa habet veraciter dominica sacramenta. 1 q. 1. ex catholica. 24. q. 1. quia ex sola.

Quod extra eam salus non habetur. 24. q. 1. alienus. & c quicumque. & c. quia ea.

Quod sicut præcisus ramus ab arbore non viuit, ita præcisi ab ecclesia. 13. q. 4. ipsa pietas. Notent hoc membra arida per excommunicationem in contumacia obstinata.

Quod ritus ipsius à scriptura & à traditione apostolica, & à consuetudine sancta pullulauerunt. 11 dist. ecclesiasticarum. & c. catholica.

Quod status eius alter fuit tempore apostolorum & martyrum, alter modo. 12. q. 1. futuram. 23. q. 4. non inuenitur. post princ.

Quod ipsa malos quibus ius iuxta est, tāquam zizania in medio tritici æquanimiter tolerat. 12. quæst. 1. exemplum. 23. q. 4. quantus. & cap. seq. & cap. quidam. de consecra. distinct. 4. est vnitas.

Quod ipsa propter malorum opera quæ sunt in ipsa spelunca latronum dicitur. 16. q. 7. & hoc. circa med.

Quod licite possidet facultates temporales, quas non reputat proprias, sed communes. 12. q. 1. exemplum & c. seq. & c. habebat.

Quod quandoque soluit seculari potestati tributa. 23. q 8 conueniat. & cap. tributum.

Quod ad principes spectat singulares schismaticos ecclesiæ comprimere. 23. q. 5. non vos.

Quod ecclesia Romana mater est & caput omnium ecclesiarum. 22. dist. cap. 1. & seq. 3. q 6. dudum.

Quod ipsa est prima sedes non habens maculam, neque rugam. 21. dist. quamuis.

Quod ipsa tamquam magistra est in omnibus sequenda. 11. dist. quis. in fine. 12. dist. cap. 1. & seq 21. dist. omnes.

Quod ipsa est in speculum omnibus. 19. distinct. enimuero.

Quod qui derogando ei contra ipsam loquitur hæreticus reputatur. 22. distinct. omnes. Notent hoc peruersi qui continuo sacrilego ore ecclesiam lacerant.

Quod ipsa habet plenitudinem potestatis: aliæ ecclesiæ vocatæ sunt per ipsam in partem sollicitudinis. 5. q. 6. multum.

Quod ipsa à tramite apostolicæ traditionis numquam errauit. 24. q. 1. à recta. c. in sede. c. hæc est. & c. cum beatissimus.

Quod custodit statuta conciliorum quę ipsa confirmauit. 25 q. 1. de conse. dist. 1. basilicas.

Quod ipsa statuta conciliorum secundum euentum temporum vel in toto vel in parte mutat. 25. q. vlt. c. postea. § his ita.

Quod sententias quandoque reuocat, quandoque in melius commutat. 35. q. 9. sententiam. & c. seq.

Quod ad Romanam ecclesiam omnibus sine exceptione licet appellare, & ab ea nemini appellare permittitur. 2. q. 6. & ad Romanam. & tribus cap. seq. 9. q. 3. cuncta.

Quod ipsa valet omnes iudicare, & de ea iudicare nulli permittitur. 9. q. 3. episcopo. §. sola. 17. q. 4. nemini.

Quod in dubijs & arduis ad ipsam est recurrendum. 11. dist. palam. 12. dist. præceptis.

Quod qui in ecclesia Romana sacrum ordinē acceperit, ad seruiendum remanebit. 1. quæstione 1. filium.

De hac materia require vbi agitur de Papa, & vbi agitur de Apostolica sede.

Quod ecclesia materialis non debet construi sine consensu episcopi. 16. q. 1. quicumque. & q. 5. lator. 18. quæst. 2. quidam. de consecra. dist. 1. nemo.

Quod propter nullius somnia construendę sunt ecclesiæ vel altaria. de consecra distinct. 1. placuit.

Quod propter nouarum ecclesiarum constructionem priores ecclesiæ non debent decimas amittere. 16. q 1. quicumque.

Quod secundum exigentiam populi episcopus de ecclesiarum pluralitate & quantitate debet prouidere. de consecrat. distinct. 1. omnes basilicæ.

Quod ecclesia maior debet habere 40. passus in circuitu, minor triginta. 17. q. 4. sicut antiquitus.

Quod consecrari debent à diœcesano, & non nisi prius dotentur. 16. q. 7. pię. & duobus cap. sequen.

Quod pro consecratione ecclesiæ episcopus nil debet exquirere. 1. q. 2. placuit.

De Consecratione plura inuenies in titulo consecrationis.

Quod in ecclesijs nil incongruum vel inhonestū agi debet. 42. dist. nulli. & duobus cap. seq. 16. q 7. & hoc diximus

Quod ecclesię debent seruari mundę, adeo vt resplendeant 86. dist. pulchra.

Quod ecclesię non debent transferri nisi tribus de causis, videlicet ratione necessitatis, difficultatis, & grauaminis. de consecra. distin. 1. tribus.

Quod non debent à laicis incastellari. 10. q. 1. sanctorum.

Quod debent ecclesiæ ab episcopis annuis vicibus visitari. & indigentes reparatione, ipsius sollicitudine debent reparari. 10 q. 1. decreuimus. & duobus c. seq.

Quod ecclesia materialis tunc honoratur quando confugientibus ad ipsam immunitas obseruatur. 17. q 4. reum.

Quod reus ad ecclesiam confugiens non restituitur nisi de securitate vitę & membrorum recepta cautione. 17. q. 4. reum. 23. q. 5. reos. 36. q. 1. de raptoribus.

Quod seruus ad ecclesiam confugiens redditur cū cautione. 17. q. 4. metuentes. & cap. id constituimus.

Quod præter publicum latronem nullus trahi debet de ecclesia. 17. q. 4. sicut.

Quod ille etiam frustra implorat ecclesię auxilium, qui in ipsam deliquit. 17. q. 4. ad episcopos.

Quod confugienti ad ecclesias licet exire ad 30. passus ad requisita naturę. 17. quæst. 4. diffinimus

Quod violatores ecclesiasticæ immunitatis puniuntur excommunicatione & pœna pecunia-

ria

ria.17.q.4.sicut antiquitus & quinque c. seq. & c. nullus cum pluribus seq.

Quod mulier eadem hora qua genuit & qua hora patitur menstrua, ecclesiam intrare non est prohibenda 5. dist. cum enixa, §. nã si mulier. & c. ad eius vero.

Quod ecclesia materialis ad exemplar triumphalis ecclesię decoratur officiorum ac ministrorũ sibi subseruientium diuersitate. 89 dist. ad hoc. & cap singula.

De diuersitate ministrorum ecclesię, ac officiorũ eorum 25 dist. perlectis.

Quod quicunque de ministris ecclesię, siue sit episcopus, siue alter, per laicum intrat ecclesiam: tanquam sacrilegus debet deponi. 16. q. 7 si quis deinceps & 12. c. seq.

Quod vna ecclesia non debet habere duos pastores. 7 q.1. in apibus. 16. q. 7. si plures.

Quod vbi duo rectores sunt in vna ecclesia, non est sponsa sed scortum. 21. q. 2. sicut.

Quod duo patroni vnius ecclesiæ compellendi sunt ad vnum presbyterum habendum. 16. q. 7. si plures.

Quod vno rectore ecclesiæ viuente alter non substituitur. 7 q.1. in apibus §. seq.

Quod sicut inter virum & mulierem est inseparabile matrimonium sic est spirituale inter ecclesiam & ipsius rectorem 7 q.1 sicut alterius.

Quod qui beneficiatus est in ecclesia, tenetur officiare eam. 10. q 3. vnio.

Quod nullus debet esse præbendatus in duabus ecclesijs nisi ex dispensatione. 70 dist. sanctorum. 10. q 3 vnio. in fine 21. q. 1. c. 1.

Quod incongruum est quòd cum officium vnum pro sui magnitudine diligenter quis non potest explere. ad duo videatur idoneus. 16. quæst. 1. presbyteros.

Quod nullus presbyter debet habere duas ecclesias. 16. q 7 per laicos.

Quod cadit à priori ecclesia qui se de altera intromisit. 21. q. 2. placuit.

Quod vnus potest habere plures ecclesias, vnam intitulatam, & aliam commendatam. 21. q. 1. qui plures.

Quod quis potest habere duas ex priuilegio. 16. q. 1 & temporis. 21. q. 1. relatio clericorum.

Item possunt habere duas propter multitudinem ecclesiarum, & paucitatem clericorum. 21. q. 1. c. 1. in fin. 55. dist. priscis.

Item possunt haberi duæ propter paucitatem parochianorum, vt si pauciores essent quàm decẽ homines. 10. q. 3. vnio.

Quod in parochiali ecclesia inuestiri debet presbyter per episcopum. 16 q. 2. sane. in fi. & q. 7. si plures. § vt ergo.

Quod pastor non est qui sine consensu episcopi gubernat ecclesiam. 16. q. 7. nullus omnino. & c. laicis & c. seq.

Quod sacerdos non potest dimittere ecclesiam sibi commissam sine consensu episcopi. 71. dist. clericos.

Quod ecclesiæ conductitijs presbyteris sub annuo censu sunt committendę. 21. quęst. 2. principimus.

Quod præsumitur ecclesia ecclesiæ subiecta, si soluat ei cathedraticum. 10. q. 3. illud magnitudinem.

Item si in eius territorio est sita. 16. q. 7. omnes basilicę.

Item si decimam vel quartam in eadem percipiat. 10 q. 3. priscis & c. seq.

Item si ab ea pro officio conuiuium accipit. 10. q. 3. illud magnitudinem.

Item si eius infantes baptizauerit. 10 q. 3. relatum.

Item si aliquando sententia lata ab ea in aliquem illius ecclesiæ seruata fuerit 9. q. 2. c. 1.

Item si mortuos eius sepelierit. 13. quæst. 2. placuit.

De rebus Ecclesiæ. Quod ecclesiæ vestimenta sacrata, & vasa vetustate consumpta debent exuri, & pulueres in baptisterio, vel alio loco vbi pedibus non possunt conculcari, sunt ponendi de conse dist. 1 altaris.

Quod ligna ecclesiæ non vsibus laicorum, sed religiosorum possunt adaptari, vel exuri. de conse. dist. 1. ligna.

Quod vestes sacrę & vasa nec pro mortuis, neque viuis sæcularibus sunt commodandæ. de consec. distinct. 1. nemo per ignorantiam. & duobus c. seq.

Quod vestes sacræ & vasa nec contingi, nec lauari debent per laicos, sed per clericos, & in specialibus vasis de conse. distin. 1. nemo per ignorantiam. & cap. sequẽ. 4. distinct. omnes presbyter.

Quod sicut anima sine corpore non viuit corporaliter, sic & ecclesia sine temporalibus in nullo proficit. 1 q. 3. si quis obiecerit.

Quod res ecclesiæ diligenter sunt seruandę, & per episcopos inter pauperes clericos sunt dispensandæ. 10. q. 1. quæcunque & q. 2. c. 1. 12. q. 1. expedit. vsque in finem quæstionis. & quæst. 2. placuit.

Quod pro earum conseruatione œconomus est habendus. 89. dist quia. & cap. seq. 12. quęst. 2. vobis.

Quod sunt expendendę pro indigentia pauperũ, & redemptione captiuorum. 12. q. 2. res & quattuor c. seq. 12. q 4. episcopus.

Quod res ecclesię sunt per episcopum in quattuor uel tres partes diuidendę, ita vt vna pars sit pro fabrica ecclesię, secunda pars episcopi tertia clericorum obsequentium ecclesiæ quarta pro pauperibus & peregrinis debet obseruari. 12. q. 2 vobis. & c concesso & quattuor c. seq. 16. q. 1. constitutum cap. ad hoc.

Quod cauetur ecclesiæ quantum ad res in episcoporum promotione. 28. distinctione. de Syracusanæ.

Item in clericorum & religiosorum prouisione. 12. q. 2. statuimus. & duobus cap. sequen. cap. sæpe. & duobus cap. sequen. 16. q. 1. possessiones.

Item in nouarum ecclesiarum constructione. 16. q. 1. si quis laicus & duobus c seq.

Quod non debent res ecclesiæ illicite alienari. 12. quęst. 2. nulli liceat. & cap. diaconi. & duobus cap. seq.

Quod episcopo de rebus ecclesię prędialibus sine consensu clericorum non licet vendere. 12. q. 2. placuit.

Quod episcopus de censibus ecclesiæ quinquagesimam in monasteriorum constructione & aliarum ecclesiarum regularium centesimam potest dare. 12. q 2. bonæ rei.

Quod res minores potest per se episcopus alienare. 12. q. 2. terrulas.

Quod episcopus res ecclesiæ illicite suis propinquis non debet committere. 89. dist. diecentes, 12 q. 2. episcopus.

Quod nec laicis nec sęcularibus sunt committendæ personis. 89. dist. indicatum.

Quod non licet abbatibus & alijs personis sine consensu episcopi res ecclesiæ alienare. 18. q. 2. abbatibus.

Quod res ecclesię nõ vi manuum, sed iudicio sunt repetendæ. 16. q. 6. consuetudo.

Quod res ecclesię alienatę male, ipso iure sunt reuocatę. 12. q. 2. monemus. cap. quisquis. & cap. vobis.

Item debent restitui. 12. q. 2. Augustino. & duobus c. seq. c in legibus. & c. seq. & c. statuimus. & quattuor c. seq.

Quod contractus indebiti & scripturę factę de rebus ecclesię rescindantur 12. q. 3. apostolicos. 35 q. 6. auctoritatem. 16. quęstione 1. si quis laicus.

Quod prælatus alienans res ecclesię indebitę, tamquam dilapidator deponitur 10. q. 2. si quis. 12. q. 2 apostolicos cap. monemus. & quattuor cap. seq.

Quod minores prelati excommunicantur. 12. q. 2. statuimus. & c. seq.

Quod inuasor ecclesiæ vel defraudator à Christo iudice homicida iudicabitur. 12. quęst. 2. qui Christi.

Item sacrilegus iudicatur, 12. q. 2. nulli liceat. & c. indigne.

Quod septena pęnitentia puniantur qui res ecclesię diripiunt, 16. q. 1. similiter.

De hac materia habes vbi agitur supra, de Alienatione.

Edictum. Quod edictum est quod vt teneatur Rex vel Imperator edidit. 2. dist. constitutio.

Eleemosyna. Quod eleemosynę tria sunt genera, videlicet dare egenti, dimittere lędenti, & corrigere delinquentem. 45. dist. tria. & c. seq.

Quod eleemosynę datio, quę in pauperes exercetur, beatificatur. 41. dist. parsimoniam.

Quod Deus in eleemosyna plus pensat animum benignum quàm datum. 42. dist. quiescamus. in si 45. dist. duę. 3. q 7. in grauibus de pę. dist. 5. §. dolendum. post medium.

Quod facta eleemosyna ex fide, causa, loco & tempore commendatur. 86. dist. non satis.

Quod eleemosyna habet promissionem pręsentis vitę & futurę. 42. dist. §. 1. 33. q. 5. secundum, in fin.

Quod plerumque ex Dei ira, mundus, fame, & penuria premitur, quia pauperibus eleemosyna subtrahitur. 16. q. 1. reuertimini, circa mediũ.

Quod Deo non placet eleemosyna cum scelere mista. 14. q 5. scriptum.

Quod nemo de eleemosyna facienda excusatur. 36. dist. in singulis.

Quod prælatis non prodest lectio & oratio nisi adsit eleemosynæ largitio. 86 dist. fratrem.

Quod diuites ieiunia quæ non possunt seruare, eleemosynis debent recompensare. 42. dis non cogantur.

Quod qui sua timide conseruando eleemosynam procrastinat; aliena nunquam fideliter sparget. 12. q. 2. gloria episcopi § Socrates.

Quod eleemosyna non debet fieri de male acquisitis, 1. q. 1. non est putanda. 14. quæstione. 5. per totum.

Quod de turpi lucro cuius non competit repetitio, potest fieri eleemosyna. 14. q. 5. qui habetis & c seq.

Quod eleemosyna consanguineis & propinquis, citius est danda quàm alijs, tamen cum prudentia 86 distin. fratrem §. in ipsa & cap. in singulis.

Quod in necessitate primum est danda iustis, demum peccatoribus, non quia peccatores, sed quia homines. 86. dist fratrem §. in ipsa.

Quod qui fame morientem pascere potuit & noluit, ipsum occidit. 86. dist. pasce.

Quod qui negant eleemosynam fugientibus & necessitatem patientibus, ipsum Christum, qui est misericordia negant, 7. q. 1 omnis qui.

Quod minus peccatum est auferre habenti, quàm, denegare indigenti 47. dist. sicut 2.

Quod non sunt examinandi petentes eleemosynam vel hospitium. 42. dist. quiescamus.

Quod pauperibus vel peregrinis dare delicatam eleemosynam vel superfluam peccatum est. 25. dist. vnum. § aliàs. 86. dist. pulchra. circa med. 41. dist. non cogantur.

Quod non vni omnia, sed diuersis secundum exigentiam personarum distribuenda est eleemosyna. 86. distinctio. fratrem. & cap. dominus.

Quod malo homini tutius eleemosyna subtrahitur, si de cibo securus iustitiam negligit. 5. q. 5. non omnis.

Quod eleemosyna vtiliter datur pro defunctis. 13. q. 2. non existimemus. & cap. animæ. & c. tempus. 24 q 2. sane quod. 26. q. 7. ob infirmis. de pen distinctione 6. §. 1 ante medium.

Electio. Quod electio spectat ad collegium, etiam si duo vel tres tantum sint in congregatione. 63. distinct. Hadrianus. & cap. nosse & cap. non licet. §. his. 16. quęst. 7. cap. vltim. 18. quæst. 2. abbatem. & duobus cap. sequen.

Quod electio ab hæreticis facta non valet. 9. q. 1. nos.

Quod electio non debet fieri nisi post tertium diem sepulturę, siue Papę, siue alterius pręlati defuncti. 79. dist. nullus pontifice.

Quod electio clandestina omnino reprobatur. 79 dist. si quis.

Quod electio potius debet fieri de gremio quàm de extraneis. 61. dist. nec emeritus. & quattuor cap. seq. 18. q. 2. abbatem monasterio. & c. seq. & c. abbas.

Quod si de gremio non potest eligi, tunc primum de eiusdem ciuitatis clericis, & tandem de tota diœcesi electio debet fieri. 61. dist. nullus, & 63. dist. sacrorum.

Quod electio prælati ex certa causa potest fieri extra cathedralem ecclesiã vel ciuitatem. 23. dist. in nomine. 63. dist. quanto. 79. distinct. si quis pecunia.

Quod in electionibus consideranda est maior dignitas vel grauitas personarum, & bonus zelus. 19. dist. in canonicis.

Quod in electione habendus est consensus electi. 7. q. 1. sicut alterius.

Quod nullus propriam vtilitatem, sed communẽ debet prospicere. 8. q. 2. dilectissimi.

Quod in electione non debent interuenire munera vel patrocinia laicorum 1. q. 2. illud.

Quod electioni prælati non debẽt se ingerere principes vel quicunque laici. 61. dist. c. nullus.

Quod electio prælati debet fieri cum concilio religiosorum ibidem assidentium. 63. dist. sacrorũ. §. ex his. & cap. obeuntibus. 79. distinct. §. 1. & c. seq.

Quod cum in duos diuiditur æqualiter electio, melior & vtilior est præponendus 63. dist. si forte.

Quod electio post publicationem ab eligentibus non potest nisi per superiorem mutari 61. dist. episcopus. 7. quæst. 1. qualiter. in fine. 8. quæst. 3. talis.

Quod electio non vitiatur si ignorante electo pecunia datur 1. q. 6. § vlt.

Quod non est confirmanda antequam diligenter discutiatur electi conditio. 61. distin. miramur. 83. dist. archidiaconum Florentinum. 1. q. 6. ego 38. dist. omnes.

Quod electio ex elatione auide non est suscipienda, nec ex desidia respuenda. 16. quæst. 1. vos autem.

Quod electione celebrata consensus principis est requirendus. 63. dist. Reatina.

Quod in electione prælatorum vocatur populus non ad eligendum, sed ad consentiendum. 63. dist. nosse.

Quod electionem Papæ licet dominus sacerdotibus contulerit, sibi tamen eam specialiter reseruauit. 79. dist. c. vlt.

Quod olim electiones Romanorum Pontificum propter schismaticorum & hæreticorum dissensiones fuerunt Imperatoribus ab ecclesia traditæ. 63. dist. vota §. principibus.

Quod Hadrianus Papa & Leo cum concilio tradiderunt Carolo Imperatori potestatem eligendi summum pontificem, & inuestituras episcoporum. 63. dist. Hadrianus.

Item Leo Papa octauus propter insolentiam Romanorum quam exercebant circa electionem Papæ, Ottoni primo Imperatori confirmauit & suis successoribus electionem Papæ, & inuestituras episcoporum. 63. dist. in synodo. & c. cum longe § electiones.

Quod tunc electus in Romanum pontificem nõ consecrabatur nisi primum decretum Imperatori præsentaretur, & consensus haberetur. 63. dist. Agatho & sex. c. seq.

Quod Lodouicus Imperator, & primus Henricus, & primus Otto renunciauerunt priuilegio super prouisione Papæ, volentes vt canonice eligeretur a Romanis. 73. dist. sacrorum. §. ex his.

Quod qualiter & a quibus debet fieri electio Papalis habetur 23. dist. in nomine. 79. dist. per totum 7. q. 1. factus.

Quod nemo est eligendus in Papam pecunia aut gratia humana, aut militari tumultu. 79. dist. si quis pecunia.

Quod electus canonice in Papã ante consecrationem habet plenitudinem potestatis. 23. dist. in nomine. post medium. 79. dist. si quis pecunia.

Quod ille qui non canonice electus gerit se pro Papa, non apostolicus, sed apostaticus dicitur. 79. dist. si quis apostolicæ. & c. si duo. §. hoc autem. & c. seq.

Quod Cardinalibus & alijs clericis & etiam laicis conceditur apostaticum Papam anathematizare. 79. dist. si quis pecunia.

Quod in electione metropolitani omnes prouinciales episcopi debent interesse. 63. dist. Metropolitano.

Quod nemo in prælatum seipsum eligere potest. 24. q. 1. didicimus. 8. q. 1. in scripturis. & cap. si ergo.

Quod in prælatum eligi debet magis idoneus, nõ consanguineus vel amicus. 8. q. 1. Moses. & tribus c. seq.

Quod si ad secularia officia sumendi diligenter examinantur, multo fortius examinentur qui ad prælaturas assumuntur. 59. dist. si officia.

Quod propter malitiam temporis aut tumultum popularem indignus non est eligendus. 61. distin. miramur.

Quod eligendus in episcopum longa probatione debet vitam suam notificare. 61. dist. in sacerdotibus. 8. q. 1. oportet.

Quod in prælatum non debet eligi aliquis criminosus. 25. dist. primum. 6. q. 1. c. 8.

Item nec ille qui de incontinentia notatus est. 28. dist. priusquam. & c. de Syracusanæ.

Item nec ille cuius vxor & filij adhuc sunt super terram 61. dist. Catinensis.

Item nec nimium simplex vel vsurarius. 46. dist. de Petro.

Item nec ille qui non est in sacris. 60. dist. c. vlt. & 61. dist. §. 1.

Quod antiquitus subdiaconus (quia tunc non reputabatur sacer ordo) non eligebatur in episcopum nisi necessitate cogente 28. dist. de Syracusanæ § ecce. 40. dist. c. vl. & vide ibi notata.

Quod nouus in religione non statim debet eligi in prælatum. 16. q. 1. si clericatus 19. q. 3. monasterijs.

Quod videtur quòd exemplo Petri eligendus potius est in prælatum qui post casum surrexerit, quàm qui numquam cecidit, quia talis per casum suum aliorum infirmitatibus compati nouit. 50. dist. considerandum. & c. seq.

Quod laici in prælatos non possunt eligi, nec religiosis sunt præficiendi. 61. distin. statuimus. §. his omnibus. 19. q. 3. monasterijs.

Quod electus in episcopum per suum Metropolitanum præsentibus suffraganeis episcopis debet ordinari. 24. dist. episcopi.

Quod electus in episcopum intra tres menses debet consecrari. 75. dist. quoniam quidam. 63. dist. obeuntibus. 50. dist. postquam.

Quod metropolitanus debet illi ecclesiæ prouidere cuius electus intra quinque menses neglegit consecrari. 100. dist. quoniam quidam, in fine.

Quod clericus infamatus antequam consecretur debet se expurgare. 23. dist. illud.

Quod electus per consensum sponsus ecclesię efficitur. 7. q. 1. sicut alterius.

Quod electus cassatus propter auaritiam, & psalmorum imperitiam 83. dist. archi. Flo.

Quod electus qui teste prole longam continentiã conuincitur non habere, cassatur. 28. distinct. priusquam.

Quod si post electionem quis iuret seruare statuta ecclesiæ & alia, non est simoniacus. 8. q. 3. per totum.

Quod differens consecrare electum compelli debet per superiorem. 9. q. 3. nunc vero. 8. q. 3. Artaldus.

Quod vbi bona mista sunt malis, nostro discretionis virtutes debemus eligere, vitia reprobare. 49. dist. hinc etenim §. paruo.

Quod inter duo mala id debemus eligere quod minori nexu noscitur obligare. 13. distin. duo. & cap. nerui. 22. q. 4. si aliquid. & c. seq.

Quod sicut homo necessitate compulsus ibi se præcipitat vbi breuior murus ingeritur, sic inter inuitabilia peccata minora semper eligantur. 13. dist. nerui, ante fi.

Quod inter duo bona maius bonum mediocri bono est præferendum de conse. dist. 5. non mediocriter.

Emphyteusis. Quod emphyteusis quæ in Græco dicitur locatio, in rebus ecclesiæ in casu permittitur. 10. q. 2. casellas. §. hoc ius.

Quod vbi absolute periculum de rebus ecclesiæ timetur, prohibetur. 12. q. 2. apostolicos.

De hac materia habes vbi agitur de Precarijs.

De statu Episcopi. Quod episcopus sicut dicit Augustinus, nomen est operis, non honoris. 8. q. 1. qui episcopatum.

Quod episcopus qui Græce dicitur superintendens, debet illis superintendere quibus præficitur. 8. q. 1. qui episcopatum. 21. dist. cleros.

Quod ordo episcopalis quadripartitus: videlicet in patriarchas, archiepiscopos, metropolitanos, & episcopos. 21. dist. cleros.

Quod episcopi in locum apostolorũ surrexerunt, & tenent vices eorum. 21. dist. in nouo. 33. dist. ecclesiæ 78. dist. quorum vices.

Quod episcopi non sunt qui minus quã a tribus sunt cõsecrati. 68. dist. chorepi. §. quod autem.

Quod viuenti episcopo alter non substituitur temerarie; & si substitutus, ab omni ministerio ecclesiastico destituitur. 2. q. 4. in primis, post med. 3. q. 6. accusatus & c. seq. & c. dudum. 7. q. 1. factus & pluribus c. seq.

Quod intrusus per laicam potestatem a principalibus episcopis non est recipiendus. 63. distin. si per ordinationem.

Quod inconsulto Romano pontifice, nemo potest episcopum deponere. 3. quæst. 6. accusatus. & c. seq.

Quod nulli episcopo licet sine consensu Romani pontificis suam ecclesiam relinquere, vel ad aliã transire. 7. q. 1. non oportet & multis cap. seq. vsque ad finem quæstionis.

Quod exigente vtilitate vel necessitate auctoritate apostolica de sede ad sedem mutari possunt episcopi. 7. q. 1. mutationes & duobus. c. seq.

Quod episcopus propter infirmitatem vel senium non destituitur, sed datur ei coadiutor. 7. q. 1. scripsit. vsque ad c. sicut vir. §. ecce. & c. qualiter. & c. quamuis sit.

Quod episcopus quandoque ad propriam instantiam absoluitur ab episcopatu 7. q. 1. nihil. §. ecce. & c. qualiter. & c. quamuis.

Quod neophytus prohibetur promoueri in episcopum propter inconuenientiam vitæ, quæ cõtrariatur officio pontificali. 48. distinct. prohibetur.

Quod episcopus debet esse sine crimine, vt alios possit liberius arguere. 25. dist. primum.

Quod criminosus episcopus magis est dicendus canis impudicus quã episcopus. 2. q. 7. qui nec.

Quod non omnis episcopus qui dicit, Pax vobis, est sicut columba, sed potius sicut coruus audiendus. 2. q. 7. non omnis.

Quod episcopi debent esse ætate antiqui, fide integri, in pressura probati, & qui magis velint rerum suarum proscriptionem pati, quàm ecclesiam suam deserere 7. q. 1. Nouatianus.

Quod episcopus propter aduersitatem non debet gregem relinquere. 7. q. 1. suggestum. & duobus c. sequen.

Quod episcopo non licet monachum fieri sine consensu Papæ. 7. q. 1. temporis. §. item.

Quod episcopus intrans religionem non resumitur ad episcopatum. 7. q. 1. hoc. & c. seq.

Quod quandoque sub nomine presbyteri episcopi designantur 93. dist. legimus, in fi. 93. distin. ecce ego. ante finem.

Quod episcopi debent se scire presbyteros, non dominos, nec debent in clero dominari 95. distin. esto. & tribus c. seq.

Quod episcopi nouerint se magis consuetudine quam dispensationis maiores presbyteris. 95. dist. olim, in fi. & duobus c. seq.

Quod episcopus in ecclesia sit sublimior, in domo sit collega sacerdotum. 95. distin. episcopus in ecclesia.

Quod episcopus se sedente presbyterum non permittat stare. dist. 93. episcopus in quolibet.

Quod episcopo non sufficit æqualem cum subditis gerere vitam, sed sicut est honore super alios sic & vita debet esse præstantior. 8. quæst. 1. nec sufficere.

Quod

Quod episcopus in eo quòd alijs præficitur, non debet se præsumere alijs sanctiorem. 8. q. 1. illud inferendum.

Quod plus laudatur patientia episcopi in aduersitate quàm quies in religione. 7. q. 1. suggestū.

Quod episcopus debet habere maturos viros tam ex clericis quàm ex religiosis, tam in cubiculo quàm in monasterio socios propter bonum testimonium. 2. q. 7. cum pastoris. & duobus cap. seq. de conse. dist. 2. episcopus deo. & c. seq.

Quod domus episcopi debet esse circa ecclesiam, vt aptior sit contemplationi. 41. dist. episcopus.

Quod episcopus in mensa non debet resplendere vasis aureis & argenteis, sed fidei meritis. 41. dist. episcopus.

Quod in mensa episcopi non debent esse fabulę, sed lectio sacrę scripturę. 44. distinct. pro reuerentia.

Quod non licet episcopo intendere venationi, nec consanguinearum familiaritati. 34. distin. quorumdam.

Quod in primitiua ecclesia propter paupertatem accipiebant medietatem oblationum. 10. q. 1. antiquos. Post successiue tertiam partem. 10. quęstione 1. de his. Tandem habuerunt quartā partem 12. q. 2. quatuor. Modo vero de oblationibus nihil debent habere, sed alijs contenti esse. 10. q. 3. placuit.

Quod episcopus in multis debet requirere consilium clericorum, videlicet in facienda clericorum ordinatione. 24. dist. episcopus sine.

Item in causarum diffinitione. 15. q. 7. si quid. & cap. episcopus nullius. 86. dist. si quid.

Item in ecclesiasticarum rerum alienatione. 12. q. 2. sine exceptione.

Item in dignitatum collatione. 93. dist. legimus. 18. q. 2. alienationes.

Item in ecclesiasticarum rerum dispensatione. 12. q. 1. episcopus ecclesiasticarum.

De Monachis & religiosis episcopis factis qualiter debeant se habere, habes vbi agitur de Monachis.

De potestate episcopi.

Quod sine licentia episcopi nullus presbyter in sua diœcesi potest missam cantare vel baptizare. vel aliud consimile facere. 16. q. 1. cunctis & c. multis.

Quod sine consensu eius non debet ędificari monasterium vel oratorium. 18. q. 2. quidam. & cap. seq.

Quod iurisdictionem habet in religiosorum monasterijs. 18. q. 2. c. 8.

Quod presbyter & clerici religiosi suę diœcesis ipsius subiacent potestati. 18. q. 2. quidam.

Quod episcopi est in omnibus parochialibus ecclesijs presbyteros inuestire. 16. q. 7. sanc. & ca. nullus. & c. constitutiones. & duobus c. seq.

Quod episcopi est monialibus & alijs religiosis feminis prælatum præficere cum diligenti ipsius examinatione. 18. q. 2. qui religiosis. & duobus cap. seq.

Quod iudices vel officiales Papæ de iurisdictione episcopi ideo se non debent intromittere, ne ecclesiasticus ordo confundatur. 11. quæst. 1. peruenit.

Quod episcopus omnem principem excommunicare potest. 11. q. 3. si autem.

Quod potest falsarium Papæ cuiuscumque ordinis sit vsque ad mandatum domini Papæ incarcerare. 19. dist. in memoriam.

Quod non potest episcopus in aliena diœcesi sine consensu diœcesani pontificalia exercere. 9. dist. non liceat § de episcopis & quinque c. seq.

Quod nolens episcopus ire ad ecclesiam suam, potest cogi per concilium prouinciale. 92. dist. si quis episcopus.

Quod episcopus solus sacerdoti honorem dare potest. solus auferre non potest. 67. dist. episcopus. 15. q. 7. fælix. & c. seq.

Quod auctoritate episcopi prælati inferiores possunt ad alias ecclesias transire. 7. q. 1. episcopus de loco.

Quod accusati episcopi causam archiepiscopus cum suffraganeis perquirere potest, sed sine Papa determinare non potest. 3. q. 6. accusatus.

Quod cum multa discussione contra episcopum debet proferri iudicium. 2. q. 7. accusatio quoque. & quinque c. seq.

Quod episcopi sunt oculi Dei: ideo à subditis nō sunt iudicandi. 6. q. 1. oues.

Quod episcopum subditi nec arguere nec accusare possunt. 2. q. 7. oues. & duobus c. seq.

Quod episcopus inutilis est deponendus: nec est ei dandus coadiutor. 15. q. 6. alius. § quod ēt.

Quod sine licentia sui episcopi clerici non debēt peregrinari. de conse. dist. 5. non oportet.

Quod episcopus alterius diœcesis clericum nec recipere nec ordinare potest sine consensu sui episcopi, & literis dimissorijs. 71. dist. per totum. 9. q. 2. per totum.

Quod an episcopus potest compellere aliquem clericum ad suscipiendum ordinem vel dignitatē. 74. dist. per totum.

Quod clericus non tenetur episcopo seruire in opere seruili. 10. q. 3. placuit.

Quod episcopus de consensu clericorum potest diuidere parochiales ecclesias & vnire. 16. q. 1. pręcipimus. § sicut.

Quod episcopus in dando ecclesiam debet requirere consensum patroni. 16. q. 7. filijs vel nepotibus & c. monasterium. & cap. seq.

Quod episcopus inconsulto Papa ad bellum non debet proficisci. 23. q. 8. quo ausu.

Quod eo die quo episcopus celebrauit in eodem altari sacerdos non debet celebrare. de consec. dist. 2. c. vlt.

Quod præsente episcopo sacerdos nisi de suo mandato non debet benedicere nec signare. de consec. dist. 1. cum ad.

Vtrum potest episcopus successorem sibi ex testamento instituere. 7. q. 1. petisti.

Quod de rebus proprijs vel acquisitis potest episcopus testamentum facere, de alijs vero non: quia cedunt ecclesiæ. 12. q. 1. episcopi. & c. seq. & q. 3. pontifices & q. 5. per totum.

Quod morientis episcopi res pro futuro pontifice conseruari debent: diripientes illas anathema incurrunt. 12. q. 2. hæc huius. & cap. non liceat charitatem. & c. de laicis. & c. illud.

Quod duo episcopatus per Papam in vnum coniunguntur. 16. q. 1. postquam.

Quod in duos per eumdem diuiditur. 16. q. 1. præcipimus. § sicut.

De officio episcopi.

Quod officium episcopi est virgines, altaria, & ecclesias consecrare: chrisma conficere, & cum ipso confirmare. 68. dist. quamuis.

Quod ideo inungitur episcopus, vt procurator animarum & distributor spiritualium existat. 11. q. 1. clericum. § ex his omnibus.

Quod episcopus debet esse sciens & doctus, quia alios teneatur docere. 36. dist. § 1. 36. dist. qui ecclesiasticis. & c. si quis.

Quod multa sunt quæ episcopus tenetur scire. 38. dist. omnes.

Quod nullus episcopus propter opprobrium senectutis vel nobilitatem generis etiam à minus peritis discere negligat. 38. dist. nullus episcopus. 24. q. 3. si habes. circa med.

Quod episcopo nō sufficit innocens vita nisi adsit & doctrina. 43. dist. § 1. & c. seq.

Quod episcopus debet docere populum sacrā scripturam, non grammaticam vel philosophiam. 88. dist. cum multa. 38. dist. ignorantia.

Quod episcopus debet intendere lectioni, & orationi, & prædicationi. 88. dist. episcopus nullā. 3. q. 1. episcopi.

Quod episcopo nō sufficit lectio vel oratio nisi adsit eleemosynæ largitio. 86. dist. fratrem.

Quod officium episcopi est discordantes concordare. 90. dist. per totum.

Quod episcopus vigilanter & sollicite debet regere sibi commissos. 100. dist. rationis. 7. q. 1. suggestum. & c. seq.

Quod sibi non licet aliquem proprijs manibus cędere vel flagellare. 86. dist. non liceat.

Quod non debet prælatus petere veniam à subditis. 86. dist. quando necessitas.

Quod episcopi est locum assignare degradato in quo pœniteat. 81. dist. sacerdos.

Quod episcopus in ordinatione clericorum statuta conciliorum debet ordinandis pronunciare. 38. dist. placuit.

Quod episcopi est etiam ordinare vt in ecclesijs baptismalibus sint doctores & magistri, qui pueros in liberalibus artibus & in alijs vtilibus doceant. 37. dist. de quibusdam.

Quod inter ecclesiam & episcopum est spirituale matrimonium. 7. q. 1. sicut alterius.

Quod episcopus possidet res ecclesiæ ad dispensandum non ad inuiscandum. 12. q. 1. episcopus. & c. expedit & c. res ecclesiæ. cum duobus cap. sequen.

Quod ipse debet occupationes seculares abijcere, ne præfocatus curis negotiorum Dei verbo nō possit vacare. 11. q. 1. te quidem.

Quod non debet esse aduocatus vel tutor. 88. distin. episcopus tuitionem. & quattuor. cap. seq. 11. q. 1. te quidem.

Quod nec per se nec per laicum sed per œconomum clericum debet temporalia gerere. 16. q. 7. quoniam in quibusdam c. seq. 88. dist. volumus. & tribus c. seq. 1. q. 1. si Petrus.

Quod officia canonica non debent propinquis committere 89. dist. decernes.

Quod episcopus debet esse hospitalis. 41. dist. § hospitalem. vbi decem causæ hospitalitatis tanguntur.

Quod de rebus ecclesiæ debet primum sibi, postea ministris, demum alijs fidelibus prouidere. 12. q. 1. nulli episcoporum.

Quod episcopus non debet in suam vel suorum proprietatem conuertere res ecclesiæ. 12. q. 1. res ecclesię.

Quod raptores rerum episcopi debent excommunicari, sicut raptores rerum ecclesiasticarum. 2. q. 7. accusatio quoque. 16. q. 1. similiter.

Quod redditur episcopo ratio de rebus ecclesiæ. 10. q. 3. c. 1.

Quod episcopus debet pauperibus & oppressis prouidere solicite, & eos defendere. 82. dist. episcopus. 84. dist. peruenit. 86. dist. fratrem 87. dist. per totum. 12. q. 1. videntes & c. ex his. & duobus c. seq.

Quod nihil est laboriosius & periculosius officio episcopi, sed nihil beatius apud Deum si bene agatur. 40. dist. ante omnia.

De episcopi electione vel de electo habes in titulo de Electione.

Et de consecratione episcopi habes in titulo consecrationis.

Et de dispensatione in titulo dispensationis.

Et si qua sunt talia, in suis titulis inuenies.

De episcoporum sede vbi agitur de sedibus.

Quod chorepiscopi officium in pluribus cum officio episcopi conueniebat. 68. dist. quamuis.

Quod quia in præiudicium episcoporum fuit illud officium est ab ecclesia exstirpatum. 68. distin. chorepiscopi.

Ermaphroditus.

Quod ermaphroditus habens vtrumque sexum an ad testimonium adhiberi possit, qualitas sexus incalescētis demonstrabit, quia si calore prædominante pro viro se gesserit, recipitur in testem, aliàs non. 4. q. 3. cap. 1. post medium.

Quod ermaphroditus inter infames ponitur, & non potest esse aduocatus. 3. q. 7. infames. § item in digesto.

Error.

Quod error cui non resistitur approbatur. 83. dist. error.

Quod errare est aliud pro alio putare. 22. q. 2. in quibus. 38. dist. quamuis.

Quod non est consequens vt erret continuo quis, qui aliquid nescit, sed si quis existimat se scire quod nescit. 38. dist. quamuis.

Quod non mediocriter errat qui magno bono mediocre bonum præfert. de conse. dist. 5. non mediocriter.

Quod errorē suū licet cuilibet corrigere, & illicite cōmissa in melius reuocare. 35. q. 9. loci. § seq.

Quod error fortunæ & qualitatis coniugium non excludit, error vero personæ & conditionis excludit. 29. q. 1. per totum.

Esse

Esau. Quod Esau lenticulam nimium appetens ponitur in exemplum quòd nō cibus, sed auiditas cibi imputatur. 41. dist. quisquis. & tribus c. seq.

Quod multi de semine Esau saluati sunt. 1. q. 4. ecclesia, quæ. § his ita. in fi.

Ætas. Quod ætas certa & a canone examinata seruanda est in omnibus clericis ordinandis 77 dist per totum.

Quod ante 25 annum ætatis, nec diaconus debet ordinari, nec virgo in monacham consecrari. 20. q. 1. placuit.

Quod puella intra 12 annum ætatis suæ, & masculus intra 14. ad religionem non obligatur. 20. q. 2. puellæ. §. cum ergo. & q. 2. si in qualibet. & cap. puella.

Quod in pueris ætas discretionis est 14. anni. 22. q. 5. pueri.

Quod ante annos discretionis nemo cogendus est iurare, nec testis esse 22. q. 5. honestum. 2. q. 7. testes.

Quod sex ætatibus mundus & status hominis finitur. 35. q. 4. c. 2.

Qualibet ætas distinguitur per certa tempora propter magnalia, quæ illis tēporibus contigerunt.

Prima ætas ab Adam propter creationem mundi & durat vsque ad Noe.

Secunda a Noe propter aquæ diluuium, & durat vsque ad Abraham.

Tertia ab Abraham propter circuncisionem, & durat vsque ad Dauid

Quarta a Dauid propter regalem vnctionem, & durat vsque ad Babylonis transmigrationem.

Quinta a transmigratione Babylonis propter filiorum Israel liberationem, & durat vsque ad aduentum Domini Christi.

Sexta ab aduentu Christi propter humani generis liberationem, & durat vsq. ad finem seculi.

Septima est in sepulchro quiescentium

Octaua est ad vitam resurgentium.

Euangelium. Quod Euangelium Christi est audiendum stādo, & cum reuerentia. de consec. distin 1. apostolica.

Quod sine custodia euangelij non habetur spiritus sanctus. 1 q. 1. marchion.

Quod euangelij custodia non consistit in verborum folijs, sed in sensu & medulla cordis. 1. q. 1. marchion.

Quod quantum ad perfectionem magna & multa est differentia euangelij ad legem Moysi. 25. q. 4. hæc autem, §. ea his.

Quod ex Moysi incepit a terrore, Christi euāgelium a mansuetudine.

Item sub lege peccantibus pœna corporalis statuitur, in euangelio pænitentibus venia promittitur.

Itē in lege dicebatur, qui fecit hoc vel illud, morte moriatur. In euangelio, Gaudeo super vno peccatore pænitentiam agente.

Item in lege populus seruili timore ad bonum cogebatur, in euangelio populus gratię liber esse etus filiali amore operatur.

Quod non repugnat euangelio malos ad bonum compelli. 23. q. 6. displicet. circa finem.

Quod Papa potest euangelium interpretari. 2. q. 5. §. 1. 35. q. 2. quos Deus.

Eucharistia. Quod eucharistia Græce Latine bona gratia interpretatur 1 q. 1. multi.

Item dicitur mysterium, eo φ secretam & reconditam habeat dispensationem, ante med.

Item dicitur sacramentum; quia sub tegumento corporalium rerum diuina virtus secretius veri corporis & sanguinis Christi operatur effectū. de conse. dist. 2 ego Berengarius.

Quod eucharistia propter corporis & sanguinis Christi existentiam excellentior est omnibus oblationibus & sacramentis. de consec. distin. 2. nihil.

Quod ex pane & vino cum aqua misto efficitur eucharistia. de consec. dist. 2. cum omne, in fin.

Quod forma verborum prolata fit transubstantiatio eucharistiæ virtute diuina. de consec, dist. 2. quia corpus. & cap. panis. & cap. timere, ante finem.

Quod de forma verborum non est plus nisi, Hoc est corpus meum. &, Hic est sanguis meus. de conse dist. 1. quia corpus

Quod licet vno & eodem tempore in diuersis immoletur, tamen sicut est vna diuinitas eui vnitur, sic non diuersum, sed vnum idemque corpus conficitur de conse distin. 2. quid sit. post med. & c. verum.

Quod in hora consecrationis ima summis sociantur ad vocem sacerdotis de consecr distinct. 2. quid sit.

Quod eucharistia sit oblatio benedicta, ascripta, & rata. de conse dist. 2. verum. post med.

Quod tres partes de eucharistia factæ trinum statum corporis Christi, videlicet peregrinationis, sepulturæ, & resurrectionis designant, de conse. dist 2. singuli.

Quod licet in eucharistia Christus per partes mā ducetur, tamen manet integer vbique totus de conse. dist. 2 qui manducat.

Quod in singulis portionibus specierum singuli Christum accipiunt. de conse. dist. 2. singuli.

Quod eucharistia est idem corpus quod sumptū est de virgine, quod passum est, quod sepultum est, quod resurrexit, & in cœlum ascendit. de cōse dist. 2. omnia in fi.

Quod corpus quod Christus dedit in cœna, idem fuit quod passum est in cruce quantum ad naturam, sed diuersum quantum ad formā. de conse. dist. 2. prima. & c. seq.

Quod cum eucharistia non sunt vuæ nec aliqua grana leguminis benedicenda. de conse. dist. 2. didicimus.

Quod intincta hostia populo non detur, nec lac pro vino offeratur, & ne ex intincto pane, vinū ad offerendum exprimatur, prohibetur. de conse d. st. 2 cum omne.

Quod eucharistia offertur, & datur sub aliena specie, ne abhorreamus cruoris & carnis sumptionem de conse dist. 2. forte & c. panis.

Item vt vitaremus paganorum & infidelium derisionem. de consecra. distinct. 2. verum. ante finem.

Quod eucharistia est pura conscientia offerenda & pura mente de conse. dist. 2. nihil.

Quod nec bonorum dispensatorum meritis amplificatur, nec malorum attenuatur. 1. q. 1. multi, post medium.

Quod non consecrationi eucharistię sed effectui bona vita sacerdotis necessaria intelligēda est. 1. q. 1. interrogo. § cum vita.

Quod sacerdoti pranso non licet celebrare 7 q 1. nihil. post medium. de consecra. distinct. 1. sacramenta.

Quod sacerdos hostiam consecrans, & non communicans, per annum a celebratione suspenditur, de conse. dist. 2. relatum.

Quod sacerdos corpus Christi sumens, & non sanguinem grande sacrilegium committit de conse dist 2. comperimus.

Quod officium est sacerdotis eucharistiam distribuere. 93 dist. diacones. c. peruenit. & cap. præsente.

Quod a laicis personis nullatenus debet contrectari. de conse dist. 2. peruenit.

Quod sacerdos semper eucharistiam paratam debet habere propter infirmantes. de conse. dist. 2. presbyter.

Quod sacerdos qui a mure vel ab aliquo animali eucharistiam non custodierit, 40. diebus pæniteat. de conse. dist. 2 qui bene.

Quod si per negligentiam de sanguine aliquid super terram stillauerit, 40 diebus pæniteat. de conse. dist. 2. si per negligentiam.

Quod tabula lignea super quam sanguis Christi stillauerit, est radenda, & rasura per ignem cinis effectus intra altare est recondenda: panni propter idem ter sunt super calicem lauandi, & aqua circa altare fundenda. de conse. distin. 2. si per negligentiam.

Quod melius est mori sine eucharistia, quàm de manu hæretici sacerdotis communicare. 24 q. 1. cœpit.

Quod qualem pænitentiam ferre debeat qui sciēter vel ignoranter de manu hæretici sumit eucharistiam. 24. q. 1, si quis dederit.

Quod eucharistiæ digna sumptio est peccatorum relaxatio de conse. dist. 2. cum omne. & c pauem de altari.

Quod quia quotidie ex humana fragilitate peccatur, quotidie eucharistia iteratur. de conse dist. 2. verum. & c. iteratur.

Quod quamdiu eucharistia non recipitur, cor nō recipientis induratur 82. distin. presbyter circa medium.

Quod in tribus festis præcipuis, scilicet in Pascha, & Pentecoste, & in Natiuitate Domini omnibus fidelibus communicandum est de consec. dist. 2 & si non frequentius

Quod si quis in prædictis tribus festis non communicauerit, a cœtu fidelium est separandus. de conse. dist. 2. si quis intrat & c seq.

Quod in cœna domini est etiam a fidelibus Christi eucharistia percipienda. de consecr. dist. 2. in cœna.

Quod excepta necessitate eucharistia ieiuno stomacho est sumenda. de consec dist. 2. liquido. 26. q 6 si quis de corpore & octo c. seq.

Quod ante eucharistiæ susceptionem tribus quatuor aut octo diebus ab vxore propria est abstinendum. de consecr. distin. 2. omnis homo. q. 4. sciatis.

Quod ab illis qui in vnione ecclesiæ sunt, accipitur sacramentaliter. de consec dist. 2. quia passus, in fin. & cap. quid est. & cap. sequen. & cap. dupliciter.

Quod licet eucharistia sit bona, tamen in malum conuertitur indigne sumenti de conse. dist. 2. & sancta. & c. sicut Iudas. & c quid est & cap. qui manducant.

Quod indigne sumens eucharistiam plus polluitur quàm purificatur. de conse d. st. 2. quotidie. & c. qui scelerata & c qui discordat.

Quod homo quantum in se est eucharistiam polluit cum ad ipsam sumendam indigne accedit. 1 q 1 multi. ante fin.

Quod in hoc quòd Christus eucharistiam Iudæ dedit, innuit quòd occultis peccatoribus eam exigentibus non est neganda. de conse. dist. 2. non prohibeat & c. sicut Iudas. & 7 q. 1. aduersitas in fi 2 q. 1. Christus.

Quod illis qui enormiter publice deliquerunt, eucharistia non statim est danda de conse dist. 3. pro dilectione de pæ. dist 1. in actionem.

Item nec raptoribus rerum ecclesiæ. 12. q 2. indigne. & c. de viro.

Quod propter pollutionem nocturnam ex præcedenti crapula vel cogitatione immunda, ab eucharistia abstineat. 6 dist. testamentum. & cap. non est.

Quod tempore menstrui & ante purificationem partus fœminæ possunt communicare. 5. dist. ad eius vero concubitum.

Quod pænitentibus in morte eucharistia non est neganda in distinct pænitentes. 17. q 1 virgines. 1. quæst. 1. si quis hæreticæ §. ecce. 2. quæst. 1, in primis. post medium. 46 distinct. accusatores. 26. quæst. 6. si quis de corpore. & 4. cap. sequen.

Quod excommunicatis satisfacientibus in morte non est deneganda eucharistia. 86. distinct. tanta.

Quod his qui in patibulis suspenduntur si pœnituerint, non est eis deneganda eucharistia nec sepultura. 13. q. 2. c. quæsitum est.

Quod abstinens se quandoque ab eucharistia propter sacramenti reuerentiam, non est arguendus, neque frequenter sumens est iudicandus. 5. dist ad eius vero concubitum. in fi. 2 a. dist. illa. de conse. dist. 2. quotidie.

Quod communio eucharistiæ dabatur antiquitus pro vulgari purgatione. 2. q. 5. sæpe.

Quod post susceptionem eucharistiæ, corporalis cibus non statim sumendus est. de consec. dist. 2. tribus gradibus.

Quod qui propter ebrietatem vomit eucharistiā, grauius punitur. propter infirmitatem, minus; quia infirmus si nauseam se habere sciuit, sumere non debuit. de consec. dist. 2. si quis per ebrietatem.

Quod non minus reus est qui negligenter verbum Dei audiunt, quàm qui sacrificium corpus

Christi

Quod excommunicati in sacris constituti, officiis interesse non debent. 11. quęst. 3. si quis episcopus, in fine.

Quod excommunicati omnino sunt vitandi. dist. 93. si inimicus. & c. seq. 6. q. 1. illi qui. 11. q. 3. ad mensam. & c. rogo. & quattuor cap. seq.

Quod non est communicandum excommunicato maiori excommunicatione in oratione, cibo, potu, osculo, aut salutatione. 11. q. 3. excōmunicatos. & c. cum excōmunicato. &c. antecessor.

Quod non licet clericis communicare episcopo. 93. dist. minimus.

Quod nominatim excommunicato non est communicandum, ne sententia transeat in tertiam personam. 11. q. 3. si quis laicus. & c. excellentissimus. 24. q. 2. sane quod.

Quod ideo non est communicandum excommunicato, vt confusus citius laboret reconciliari. 93. dist. si inimicus. & 11. q. 3. audi.

Quod cum paganis magis licet communicare quā cum excommunicato. 11. q. 3. ad mensam.

Quod quilibet prælatus debet alterius episcopi subditum excommunicatum vitare, & facere ut à suis vitetur. 11. q. 3. curæ sit.

Quod sine culpa communicat excommunicatis vxor, filius, seruus ignorans, & necessitatem patiens. 11. q. 3. quoniam multos & c. excellentissimus.

Item qui communicat propter spem correctionis. 11. q. 3. antecessor. Vnde versus.

Vtile, lex, humile, res ignorata, necesse.
Hæc anathema quidē faciūt ne possit obesse.

Quod viatori vel peregrino transeunti in terra excommunicatorum emere, & pauperi mendicare conceditur. 11. q. 3. quoniam multos.

Quod occultum excommunicatum tantum sciens tenetur vitare, ac si sciret publice eū excōmunicatum. 6. q. 2. si tantum. & c. seq.

Quod publice excommunicato intrante ecclesiā omnes debent exire. 24. q. 1. omnis qui. & 11. q. 3. sicut apostoli.

Quod presbyter si canonem inchoauit, propter superuenientem excommunicatum, missam non debet relinquere imperfectā. 7. q. 1. nihil.

Quod mortuo suffragia à viuis non debent exhiberi, qui propter excommunicationem viuis non communicauit. 11. q. 3. quicumque intra.

Quod tali excommunicato possumus communicare mortuo qui viuens petiuit absolui. 24. q. 2. de communione & c. nec quisquam.

Quod communicans excommunicato indebite, excommunicationem incurrit. 11. q. 3. præcipue. & c. si quis episcopus. & c. seq. & cap. sicut apostoli, & c. episcopi & c. placuit.

Quod episcopi communicantes excommunicatis in crimine, deponantur. 11. q. 3. Teugualdum. & c. quicumque contristauerit.

Quod episcopus communione priuatur, qui soli sibi cognitum publicat excommunicatum. 6. q. 2. placuit.

Quod excommunicatus antequam absoluatur debet spondere emendam de præterito, & cautelam de futuro. 11. q. 3. cum aliquis. & 12. q. 2. de viro, in fi.

Quod absoluitur quis ab excommunicatione absens per litteras. 24. q. 3. comperimus.

Quod absoluitur post mortem, si viuens hoc petiuit. 24. q. 1. nec quisquam.

Quod de excommunicatione Papæ quam sibi reseruauit nullus nisi in morte potest absoluere. 16. q. 8. frater noster.

Quod solennis excommunicationis & absolutionis forma ponitur. 11. q. 3. debent.

Excusatio. Quod excusatio inferioris non valet, vbi de rebus ecclesiæ quas illicite possident, vel principes vel parentes, se excusant. 16. q. 1. in canonibus. ante finem.

Quod auctoritas & præceptum superiorum excusant in quibusdam facta inferiorum. 14. q. 5. dixit dominus.

Quod auctoritas superioris non excusat inferiores in delictis. 11. q. 3. si dominus. & c. seq.

Quod Iudæi furto excusantur Aegyptiorum, quia iubēte Deo patrauerunt. 14. q. 5. dixit dñs.

Quod ebrietas excusat culpam à tanto, sed non à toto. 15. q. 1. sane & cap. inebriauerunt.

Executio. Quod executio sententiæ iudicis debet differri vsque ad xxx. dies. propter deliberationem. 11. quæst. 3. cum apud.

Quod ab executoria sententia appellare nō licet, nisi ipse modum executionis excedat. 2. q. 6. si quando §. ab executore.

Quod licet ab executore appellare si ipsa sententia excommunicationi opponatur. 11. q. 3. cū excommunicato.

Quod executores testamentorum propter negligentiam debent excommunicari. 13. quæst. 2. clerici.

Exemplum. Quod exempla sanctorum tam in scriptis quàm in factis perspicaciter sunt recordanda. 20. dist. de quibus. 23. q. 6 vides.

Quod ratio sana est exemplis ponenda. 9. distin. sana.

Quod superiores inferioribus exemplum bonum tenentur dare. 8. q. 1. qualis. 12. q. 1. nolo.

Quod vita pastoris in exemplum debet esse discipulis. 2. q. 7. cum pastoris. 81. dist. nemo.

Quod prælati tot mortibus digni sunt quot vitiosa exempla ad subditos transmittunt. 11. q. 3. præcipue.

Quod senius ibi stricta increpatione est feriendus vbi iuuenibus exemplum ad interitum præbet. 2. q. 7. Paulus dicit. 93. distin. peruenit ad nos. in fin.

Quod in exemplum culpa vehementer crescit dum quando pro reuerentia status peccator honoratur. 83. dist. nemo.

Quod quilibet quantumcumque magnus subditos & minores se paratus sit in bonum imitari. 22. dist. de Constantinopolitana.

Quod casus perfectorum suo exemplo multos retrahit à statu perfectionis quem aggredi intendebant 17. q. 1. qui bona.

Quod mali qui emendari despiciunt: ne sanctos suæ perditionis exemplo inficiant, tamquam morbida caro ab omnibus sunt præscindendi. 24. q. 3. resecanda.

Quod ad exemplum domini gratiarum actio post mensam debet dici. 44. dist. quando autem.

De hac materia habes vbi agitur de Imitatione.

Exemptio. Quod exemptio episcopi vel abbatis à suo superiori non potest fieri nisi per solum Papam. 16. q. 1. frater. 18. q. 2. luminoso.

Quod exemptus non potest iudicari nisi à solo Papa. 16. q. 1 frater.

Quod in monasterijs exemptis nullus prælatus sine consensu abbatis valet exercere aliquam potestatem. 18. q. 2. luminoso.

Quod prælatus qui exemptioni Papę insurgere conatur communione, vsque ad extremum vitæ suę priuatur. 16. q. 1 frater. ante medium.

Exequiæ. Quod exequię pompaticæ plus sunt solatia viuorum, quàm subsidia mortuorum. 13. q. 2. animæ.

Quod apud Deum non perit quidquid pro mortuis in exequijs diligentia hominum persoluit. 13. q. 2. animæ.

Quod quia ignoramus quibus mortuis prosunt vel non prosunt exequiæ, ideo pro nullo debemus eas omittere. 13. q. 2. non æstimemus.

Exheredatio. Quod exheredatio aliorum non debet fieri propter ecclesię promotionem. 17. q. vlt. c. vlt.

Quod successor qui non adimpleuit voluntatem defuncti, debet exheredari. 11. q. 1. Siluester.

De hac materia habes vbi agitur de Hereditate.

Exilium. Quod exilium est canonica pœna quam ecclesia imponit in malitia obstinatis. 16. q. 1. Probinum. 2. q. 1. in primis.

Quod sacrilegorum pœna est carcer vel exilium. 17. q. 4. sitaudeni... [illegible]

Quod ignobiles pacem ecclesiæ turbantes, in perpetuum exilium relegantur. 24. quæst. 3. qui contra.

Exitus. Quod exitus malitię, vitiorū operatur ingressum: eodemque studio quo crimen excluditur, innocentia copulatur. 32. q. 1. cum renunciatur.

Quod tunc quis ab vnitate ecclesiæ exit quando à fide & charitate recedit. 24. q. 3. cum aliquis.

Quod tunc boni à malis exire dicuntur quando etiam cum ipsis corporaliter conuersantur, mente à factis eorum recedunt. 23. q. 4. tolerandi sunt & c. recte. & c. à malis.

Quod à malis exire est facta eorum detestando ipsos de malo corripere. 23. q. 4. recedite.

Quod difficile est vt bono peragantur exitu quæ malo inchoata sunt principio. 1. q. 1. principatus. & c. fertur §. cum ergo, in fine.

Expositio. Quod expositus cuiuscumque miseratione collectus, post decem dies à domino non potest repeti. 87. dist. si expositus.

Quod expositio scripturarum accipienda est secundum proprietatem linguarum, de quibus sunt translatæ 38. dist. locutio.

Quod exponenda est scriptura secundum varietatem causarum, personarum, temporum, & locorum. 29 dist. per totum.

De expositione scripturarum require vbi agitur de Scriptura.

Exorcista. Quod exorcistæ in Græco in Latino adiurantes vocantur. 21. dist. clericos.

Quod exorcistæ est officium manus super energumenos & cathecumenos in exorcizando imponere 25. dist. perlectis.

FAbula. Quod fabulas sæcularium negotiorum non decet in mensa clerici, sed verba sacræ lectionis recitare. 44. dist. conuiuia. & c. seq.

Quod in mensa clericorum lectio diuinarum scripturarum haberi præcipitur, vt fabulosa & otiosa vitentur. 44 dist pro reuerentia.

Quod quia oblectamenta fabularum nimium excitant ad incendia libidinum, prohibet Christianis legere figmenta poetarum 37. dist. ideo.

Facilitas. Quod facilitas venię incentiuū tribuit delinquendi. 13. q. 4. est iniusta in fine.

Fallacia. Quod fallacia ex voluntate procedens grauior est quàm quę de infirmitate vel tenuitate procedit. 22. q. 2. beatus. §. ille ergo.

Quod non mentitur qui animum fallendi non habet, sicut patet de Petro & Paulo. 22. q. 2. beatus.

Quod ille falsum iurat qui scit falsum esse quod iurat. 22. q. 2 beatus §. ille ergo.

Quod falli in illis quę non sunt ad salutem, vel nullum vel leuissimum est peccatum. 22. q. 2. in quibus.

Quod minus malum est fallere aliquem in contractibus quàm falli in articulis fidei. 22. q. 2. in ipsarum.

Quod falsum testimonium nemo contra se vel proximum dicere debet. 23. quęst. 5. si non. ante medium.

Quod falsi testes communione priuantur, si clerici fuerint, in monasterio perpetuo detrudūtur. 24. q. 3. itaque. 50. dist. si episcopus.

Quod sicut veritas persequitur falsitatem, sic boni in malis non persequuntur nisi malum. 23. q. 4. qui peccat.

Falsarius. Quod falsarius dicitur qui litteras defert quę licet verę fuerint tamen de conscientia Papę non emanarunt. 19. dist. in memoriam, vbi nota glo. quę innuit diuersos modos falsandi.

Item falsarius dicitur qui chartam vel bullam radendo vel mutando falsificat. 50. distin. si episcopus.

Item falsarius dicitur qui falsa suggestione vel precibus falsis impetrat. 25. q. 2. dicenti.

Quod charta super beneficijs personalibus si non habet datam, falsa iudicatur. 25. quęstione. 2.

mentum habitus.

Item quandoque fingitur esse in loco vbi non est 9 quæst. 2. mutationes, vbi nota prædicamentum vbi.

Fides. Quod fides est de non visis, & ideo habet meritum. de pœni. dist. 4. in domo.

Quod fides est quę per dilectionem operatur. de pœn dist. 2. firmum Dei fundamentum.

Quod fides quandoque accipitur pro fidei sacramento, aliquando pro habitu mentis. de consec. dist. 4. nihil.

Quod illud apostoli, Quicquid non est ex fide, peccatum est: sic accipitur quòd quicquid fit contra conscientiam, ędificat ad gehennam. 28 q. 1 omnes § ex his.

Quod fides non tantum est liberi arbitrij, sed donum Dei. de conse. dist. 4. gratia.

Quod fides sine operibus non valet. 2. q. 1. sicut virgeti. & cap. ferrum. de pœn. dist. 2. §. non est mirum.

Quod fides meritorum suorum gradibus proficit & crescit. de pœn. dist. 2. §. hęcque.

Quod articuli fidei, quos firmiter credere debemus, ponuntur 33. dist. qui episcopus. de consec. dist. 4. prima.

Quod symbolum fidei est in ecclesia publice laicis prædicandum. de conse. dist. 4 symbolum.

Quod symbolum fidei ab electo in archiepiscopū ante acceptionem pallij est profitendum. 100. dist. optatum.

Quod est multiplex effectus fidei, nam fides in vnum connectit quos diuersitas meritorum tenet. 41. dist. sit rector. post med.

Item fides omnia purgat. 15. q. vlt. c. vlt. 24. q. 1, si Petrus.

Item omnes procellas militantis ecclesiæ superat. 24. q. 1. non turbatur. in fin.

Item fides rempublicam magis quàm fulores corporales gubernat. 23. quæst. 8. tributum. §. quamuis.

Item vbi humana ratio non potest attingere, fides comprehendit. 24. q. 1. non turbatur. in fine.

Quod fides supplet vbi baptismus vel aliud sacramentum haberi non potest. de consec. distin. 4. baptismi.

Item in baptismo prodest paruulis fides offerentium. de conse. dist. 4 illud.

Item nisi quis soliditatem fidei tenuerit, Deum cognoscere non poterit. 10. q. 3. cuia.

Item vbi sana fides non est, non potest esse iustitia. 24 q. 1. vbi.

Quod sine fide falsa est virtus etiam in optimis moribus. 28. q. 1. omnes §. ex his.

Quod prælatorum est confirmare fidem subditorum. 11. dist. §. 1. in fin.

Quod cum circa fidem in aliquo dubitatur, ad fidem apostolicam, tamquam ad magistram recurritur. 11. dist. palam. 12. dist. omnes.

Quod omnes Christiani tenentur fidem Christi defendere 96. dist. nos. & c. vbinam.

Quod nō habet fidem Christi qui corpus ipsius, idest, membra ecclesiæ nititur distrahere. 24. q. 1. aduocauit.

Quod illis non est credendum qui fidem veritatis abiecerunt. 2. q. 7. non potest. 61. distinct. episcopum.

Quod qui diuinationibus & magicis illusionibus credit, fidem perdit. 26. q. 5. episcopi.

Quod ideo permittit Deus magicis artibus illudi hominibus, vt ipsorum erga Deum fides probetur. 26. q. 5. nec mirum. in fine.

Quod fides iam promittitur, etiam hosti est seruanda. 23. q. 1. noli.

Quod in promissione stulte facta vel vi extorta fides non est seruanda. 22. q. 4. in malis. 15. q. 6. c. 1. & c seq.

Quod non est fides quæ promittitur pro crimine adimplendo. 22. q. 4. si ad peccatum.

Quod ad fidem suscipiendam nullus est cogēdus. 45. dist. quod c. qui syncera. & c. de Iudæis.

Quod ad susceptam fidem cogitur quis redire, & eam seruare. 45. di. de Iudæis. 23. q. 5. ad fidem.

Fidelitas. Quod fidelitas seruanda est domino temporali. 24. quæst. 5. si apud.

Quod propter præceptum ecclesiæ quandoque dominis sęcularibus fidelitas non seruatur. 15. q. 6. nos sanctorum. & c. seq

Quod Papa propter excessum Domini absoluit subditos à iuramento fidelitatis. 15. q. 6. alius.

Quod imperator tenetur Papæ iurare fidelitatē. 63. dist. tibi Domino.

Quod fidelitatis forma sex requirit seruanda, videlicet incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile. 22. q. 5. de forma.

Quod inter fideles & infideles multa debet esse discretio. 2. q. 4 alieni.

Quod debet inter eos esse discretio in accusatione & testificatione 2. q. 7 pagani.

Item in matrimonij contractione. 28. q. 1. iam nunc & c seq. & c. Iudæi. & §. seq.

Item in ciborum perceptione. 28. q. 1. nullus. & cap. seq.

Item in mutua cohabitatione. 28. q. 1. Iudæi. & cap. sequen.

Item in ieiuniorum obseruatione. de conse. dist. 3. ieiunium.

Item in temporis præscriptione. 16 q. 3. porro.

Quod non potest homini esse fidelis, qui Deo extitit infidelis. 2. q 7. non potest.

Quod fidelis malus licet sit numero intra ecclesiam, merito est extra. 2. q. 1. ut euidenter. 14. q. vlt. de illis, in fi.

Quod talis plus nocinus est ecclesiæ, quàm directe infidelis. 11 q. 3. nolite. in fin.

Item peior est infideli 6. q. 1. quarto.

Quod talis Christiani peccatum grauius est peccato infidelis. 32 q. 4. in eo.

Quod pœna ipsius pro peccato grauior erit quàm pœna infidelis. 11. q 1. scimus. 1. q. 1. nonne.

Quod talis tolerandus, est non imitandus quādiu ab ecclesia per sententiam non præscinditur. 23. q. 4. forte. & c. infidelis.

Filius. Quod filius dicitur per carnis propagationē per naturam imitationē. 22. q. 2. quæritur. § item opponitur.

Quod filij Dei dicuntur tripliciter, vel prędestinatione tantum, vel prędestinatione & spe beatitudinis æternæ, vel merito fidei & præsentis iustitiæ. de pœn. dist. 4 si ex bono.

Quod filij spirituales dicuntur tripliciter, videlicet aut per baptismi immersionem, aut à baptismo per leuationem, aut per confessionem. 30. q. 1. omnes. & c. ad limina.

Quod filij diaboli dicuntur non per carnis propagationem, sed per criminis successionem. 13 q. 1. cum.

Quod filij liberi dicuntur qui ex libero matrimonio sunt nati. Naturales autem concubinarum filij, quos sola natura genuit, non honestas coniugij. 32. q. 4. c. vlt.

Quod illi non reputantur filij, nec debent in bonis succedere patris, qui nati sunt de incestu. 35. q. 7. per totum.

Quod filij legitimi dicuntur, qui vel ante baptismum, vel post de matrimonio nati sunt. 28. q. 1. numquid,

Quod filij sequuntur conditionem ventris. 32. q. 4. c. vlt. 28. q. 1. Iudæi.

Quod pater carnalis de filijs temporalem curam debet habere. 30. dist. si quis reliquerit.

Quod tenetur filios suos verbo & exemplo à vitijs ad virtutum studia prouocare. 47. dist. sicut hi §. necesse. vsque in finem.

Quod non debet semper eos osculari, sed quandoque propter disciplinam castigare. 5. q. 5. non osculatur.

Quod gloria patris est filius sapiens. 95. distinct. esto. in fin.

Quod tunc pro patribus nati sunt filij, quando pro apostolis surrexerunt episcopi. 68. distinct. quorum.

Quod filij presbyterorum si paternæ incontinentię sunt imitatores, ad sacros ordines non sunt promouendi. 56. dist. presbyterorum.

Quod quandoque filijs peccatum parentum imputantur, quandoque non. 61. dist. per totum.

Quod filij illegitimi puniuntur propter incontinentiam parentum. 15. q 3. cum multæ.

Fiscus. Quod fiscus tollit quod non accepit Christus. 16. q. 7. maiores. & q. 1 decimę. circa med.

Quod res conuictorum, & veritati pertinaciter resistentium, fisco vendicantur. 13. quęst. 4 nimium, in fin.

Flagellum. Quod flagellum Domini quandoque est ad vindictā, quandoque ad hominis purgationem. 7. q. 1. enim percussio.

Quod sicut pastor errantia pecora flagello reducit, sic homines errantes per flagella sunt reducendi. 23. q. 4. nimium. post med. & ca. displicet per totum. & c. debet.

Quod flagellato non est addenda afflictio. 7. q. 1. enim percussio.

Quod flagellatio vt proficiat, debet esse discreta. 45. dist. cum beatus.

De hac materia require vbi agitur de Correctione disciplinæ, & vbi agitur de Percussione.

Flamines. Quod flamines dicebantur sacerdotes Gentilium, à filo quo in capite vtebantur, pro quo dicebantur flamines, quasi filamines. 21. dist. cleros. circa medium.

Quod apostoli in locis vbi Gentiles primos habuerunt flamines, constituerunt patriarchas. vbi vero archiflamines, constituerunt archiepiscopos: & vbi flamines, posuerunt episcopos. 80. dist. in illis.

Fletus. Quod fletus immoderatus non debet fieri pro morte amicorū, quia ipsos per mortem non amittimus, sed pręmittimus. 13. q. 2. quàm præposterum.

Quod flere mortuum indebite, prouenit ex desperatione futuræ resurrectionis, & ex pusillanimitate plus quàm ex pietate. 13. q. 2. vbicumque. & § sequen.

Quod Dominus non fleuit Lazarum mortuum, sed ad mundi huius ærumnas resuscitandum. 13. q 2. qui diuina.

Quod Petrus fleuit, & flendo peccata deleuit. de pœn. dist. 1. circa prin.

Quod peccator flere debet cogitando quia iniuste peccando Deum suum offendit. de pœn. dist. 5. §. defleat.

Item fleat qui peccatis se vltro obtulit, & in ipsis perseuerauit. de pœn. di. 5. §. 1. circa principium.

Item fleat non solum quia peccauit, sed quia interim virtute se priuauit. de pœn. dist 5. §. 1. ver. dolendum.

Item fleat quòd proximum suum malo exemplo corrupit. de pœn. di. 5. §. 1. ver. animaduertere.

De hac materia habes vbi agitur de Lachrymis, & vbi agitur de Luctu.

Fomes. Quod fomes est languor naturę, qui carnis concupiscentia appellatur. 25. q. 1. §. itaque.

Quod fomes carnis concupiscentia appellatur, quę verius animę infirmitas dici potest; sed ideo infirmitas carnis dicitur, quia accidit animę ex coniunctę carnis corruptione. 15. q. 1. itaque.

Quod fomes non est peccatum, sed pœna peccati. 15. q. 1. §. 1.

Quod fomes in baptismo non deletur, sed debilitatur. de conse. dist. 4. per baptismum. & cap. non ex quo.

Quod fomes semper repugnat legi mentis, etiam in perfectis. 32. q. 5. si Paulus.

Fons. Quod fons signatus, & puteus aquę viuę dicitur ecclesia 24. q. 1. omnibus. & c. quoniam.

Quod sicut à fonte præcisus riuus arescit, sic vnusquisque ab vnitate ecclesiæ separatus. 24. q. 1, loquitur, ante finem.

Quod scientia sacræ scripturæ magis de fonte quàm de riuulis est quærenda. 76. dist. ieiuniū. circa prin.

Quod prælati non vtilia saluti prædicantes dicuntur fontes sine aqua. 3. q. 7. sicuti, in fin.

Quod charitas dicitur fons. 8. q. 1. in scripturis. ante finem.

Quod dicitur fons baptisma. 28. q. 1. pridem.

Forma. Quod forma & exemplum dicuntur esse prælati subditorum, 94. dist.

Quod

Quod ex inspectione scripturarum futura non sunt quærenda. 26. q. 5. aliquanti.

Quod dæmones cum ex acumine sensus & celeritate motus & ex diuturnitate temporis ipsis ante cognita hominibus aliqua prænunciant, futura videantur prædicere. 26. q. 4. sciendum. per totum capitulum.

GEneratio. Quod generatio est duplex, videlicet carnalis, quæ est à parentibus per successionem: & spiritualis, quæ fit per baptismi generationem. 32. q. 4. recurrat. de consc. dist. 4. regenerante.

Quod in generatione carnali quandoque de malis nascuntur boni, quandoque de bonis nascuntur mali, quandoque de bonis boni, & de malis mali. 32. q. 4. recurrat. 47. dist. quantumlibet. 56. dist. nasci. ante fin.

Quod nasci de adulterio non est culpa nascentis, sed eius qui generauit. 56. dist. nasci.

Quod vndecumque generentur homines, honesti & salui erunt, si parentum vitia non sectantur. 56. dist. vndecumque. & cap. Dominus noster.

Quod multi summi pontifices & episcopi sunt ex presbyteris generati. 56. dist. c. 1. Osius.

Quod ideo quidam vsque ad quartam generationem ecclesiam Dei intrare prohibentur, donec culpam auctorum multipliciter successio generationis aboleat. 1. q. 1. cito.

Quod generatio spiritualis quæ est per baptismum, facit remissionem omnium peccatorum. de consec. dist. 4. regenerante.

Quod baptismus Ioannis non erat sufficiens ad spiritualem generationem. de cons. dist. 4. nō regenerabantur.

Quod Christus suo baptismo homines ad spiritualem generationem prouocauit. de cons. di. 4. non regenerabantur.

Genua. Quod genua à festo paschę vsque ad festum pentecostes inclinata in signum resurrectionis dominicę ad horas non sunt flectenda. 76. dist. c. ieiunium. §. non autem. & cap. lectio. 30. distin. si quis presbyter. §. similiter.

Quod nec die dominico nec in alio festo sanctorum genua flectenda sunt orando. 30. distin. c. si quis presbyter. de consec. distinct. 3. quoniam sunt.

Quod in diebus ieiuniorum genua flectere peccatores debent. 26. q. 7. sacerdos.

Gestus. Quod gestus exterior corporis qualitatem indicat mentis. 41. dist. clericus. §. sicut ergo.

Quod gestus reprehensibilis si dissolutus vel mollis est, indicat lasciuiam. si fractus, indicat superbiam. si citus, indicat impetuositatem. si tardus, indicat pigritiam. 41. dist. parsimoniam. & c. clericus. §. sicut ergo.

Gladius. Quod gladius est duplex. scilicet materialis, & spiritualis. 23. q. 8. §. 1. 25. q. 6. auctoritatem. circa finem.

Quod Christus non venit in terram mittere gladium materialem, sed spiritualem. 33. q. 2. interfectores. §. in hoc.

Quod ecclesia non habet nisi spiritualem gladium, quia non occidit sed viuificat. 33. quæst. 2. inter hęc. 16. q. 2. visis. in fin. 24. q. 1. si Petrus.

Quod materialis gladius prælatis in exemplum patientiæ inhibetur, spiritualis vero qui est verbum Dei exercere præcipitur. 23. q. 1. §. 1. & q. 8. §. 1.

Quod ecclesia criminosos non materiali sed spirituali gladio ferire iubet. 33. q. 2. interfectores. §. in hoc.

Quod prælati ecclesiæ de mandato Papę possunt res ecclesię materiali gladio defendere. 15. q. 6. auctoritatem. circa fi.

Quod potestates sæculares ideo nō sine causa gladium materialem portant, quia in malefactores iræ Dei existunt ministri. 23. q. 5. non solum. & c. sunt quidam. & q. 4. quæsitum. & c. sicut in fi.

Quod sæcularis potestas cum gladium vindictæ reiicit, occasionem peccandi tribuit. 23. quæstione 4. est iniusta.

Quod ille gladium materialem cum culpa accipit, qui sine potestate concessa à superiore in sanguinem alterius armatur. 23. q. 4. ille gladium.

Gloria. Quod gloria episcopi est pauperibus subuenire. 12. quæstione 2. gloria.

Quod prædicator gloriam suam euacuat quando non pro æterno sed pro fructo temporali laborat. 1. q. 3. sacerdos in fin.

Quod in lata gente est gloria regis. in diminutione plebis est contritio principis. 8. q. 4. ecclesię. §. item Dauid. post medium.

Quod nihil est illo pastore deterius qui luporum laudibus gloriatur. 83. dist. nihil. 6. quæst. 1. sunt plurimi.

Quod melior est in malefactis humilis confessio quàm in bonis superba gloriatio. 11. q. 3. iniustum.

Gratia. Quod gratia dicitur eo quòd gratis datur vel recipitur, gratia aliter non est. 1. q. 1. c. 1.

Quod gratia non generis nobilitate, sed virtute paratur. 40. dist. illud.

Quod nullus nisi purgetur à vitijs, gratiam Dei potest accipere. de pæ. di. 1. non potest quisquā.

Quod sicut sol æquali luce super omnes radiat, sic gratia Dei sine acceptione personarum æqualiter omnibus infunditur. de consec. dist. 4. nec quemquam.

Quod gratiæ plenitudo adiectione non indiget, nec vlla requirit commendationis augmenta. 6. q. 1. si omnia.

Quod quantumcumque occulta loca animam sine gratia saluare non possunt, quia de paradiso homo, & angelus de cælo peccando cecidit. 40. dist. quilibet.

Quod gratia Dei dat fidem, & facit remissionem peccatorum. de consecra. dist. 4. gratia quæ.

Quod gratia Christi non solum facit malum vitare, sed etiam bonum facere. de conse. dist. 3. placuit. & c. seq.

Quod gratias Deo & hominibus pro beneficijs agere debemus. 16. q. 1. reuertimini.

Quod de aduersitatibus & passionibus Deo gratias referre debemus. 28. q. vlt. c. vlt.

Quod sine gratia mandata Dei adimpleri nō possunt. de conse. dist. 4. c. vlt.

Gradus. Quod gradus in ecclesia diuersi & status vnitatem ecclesiæ conseruant. dist. 89. ad hoc. 93. dist. à subdiacono. 50. dist. in capite.

Quod in singulis gradibus ordinum conferendis dilationis tempora sunt obseruanda. 77. dist. in singulis. & c. seq.

Quod ad singulos gradus ordinum recipientium ætas est seruanda. 77. dist. per totum.

Quod ad gradum diaconatus & supra nemo est promouendus nisi precedente continentia fuerit approbatus. 77. dist. quicumque.

Quod ad superiorem gradum sacerdotij nullus debet exponi nisi ab inferiori ordine gradatim ascendendo. 59. dist. per totum.

Quod apud Deum non gradus altior, sed vitæ melioris actio comprobatur. 23. q. 4. sicut excellentiam.

Quod gradus sunt non solum inter virtutem & virtutem, sed etiam in vna eademque virtute. de pœn. dist. 2. §. ego sum panis. §. hæc quę. & c. cum sanctam.

Quod non solum sunt in virtute gradus, sed etiā in peccato. de pœn. dist. 2. sicut tribus. §. non est mirum.

Quod tribus gradibus ad peccatum peruenitur, suggestione, delectatione, & consensu. de pœn. dist. 2. sciendum. & c. sicut tribus.

Quod olim vsque ad septimum gradum consanguinitatis & affinitatis matrimonium contrahi impediebat. 35. q. 3. contradicimus. & q. 8. p totū.

De computatione consanguinitatis & affinitatis habes 35. q. 3. contradicimus. & q. 4. & q. 5. per totum.

Grammatica. Quod grammatica ad meliores vsus assumpta animæ saluti non infert detrimentum. 37. dist. si quis artem.

Quod episcopo vel alij prælato est reprehensibile omisso Euangelio vel alia sacra scriptura populo grammaticam exponere. 37. dist. turbat. §. est ergo. 86. dist. cum multa.

Quod episcopi vel presbyteri si cadunt in grammaticā, non sunt à sapientibus irridendi, quia plus sunt pensanda vitia morum, quàm verborum. 38. dist. quamuis. §. sed licet. & c. sedulo.

Quod si aliquando sancti viri loquuntur per barbarismos & solœcismos, non sunt propter hoc despiciendi. 38. dist. sedulo. & c. seq. de conse. dist. 4. retulerunt.

Quod indignum est verba cælestis oraculi restringi sub regulis Donati. 38. dist. indignum. 1. q. 1. marchion.

Grex. Quod sicut grex ex vna morbida oue polluitur, sic ex prælato immundo plures inficiuntur. 45. dist. sed illud, in fin.

Quod prælati tamquam arietes ducatū gregi præbere debent. 7. q. 1. sciscitaris.

Quod languente pastore grex insidiatorum dentibus laniandus exponitur. 7. q. 1. quam nis.

Guerra. Quod guerra quandoque immittitur propter populi peccata. 23. q. 5. remittuntur. per totum. 56. dist. si gens.

De hac materia require vbi agitur de Bello.

Gula. Quod gula est mater luxuriæ, quia venter & genitalia sunt vicina membra. 44. dist. § 1. cum autem. de consec. dist. 5. nihil.

Quod gula sic in vilibus vt in pretiosis attenditur. 41. dist. quisquis. & c. deliciæ.

Quod quinque sunt species gulæ, videlicet accuratius cibo intendere, vel lautiora excogitare, in cibo tempus præuenire, ad cibum nimium æstuare, de cibo plus sumere. de conse. dist. 5. quinque.

Quod gula de paradiso primum hominem expulit. 35. dist.

Quod gula grossum sensum generat. 44. dist. non liceat. §. si ergo.

Quod gula morbos facit, molestias ingerit, & ægritudines generat. de conse. dist. 5. nihil. & c. ne tales.

Quod gulosi non aliter festa sanctorum putant celebrare, nisi gulæ deseruiant. 44. dist. §. 1. in fine.

Quod ægritudines quas gula infert, fames curat. de conse. dist. 5. legimus.

HAbere. Quod habere potest ecclesia proprium exemplo domini. 12. q. 1. exemplum. & cap. sequen.

Quod perfecti proprium non habent nec habere concupiscunt: qui non suorum sed communium sunt possessores. 1. q. 2. sacerdos.

Quod religionem professi proprium habere non debent. 12. q. 1. scimus. & tribus c. seq. & c. habebat & c. seq. 18. q. 2. quam sit §. nullus.

Quod habentibus eleemosynam dare nihil aliud est quàm perdere. 1. q. 1. pastor.

Habitatio. Quod habitatio vera Christi est ecclesia, quę fidem ipsius seruat. 24. q. 1. quę dignior.

Quod Deus non habitat in illis qui per superbiæ singularitatem se à melioribus diuidunt. 24. q. 1. audiuimus. ante medium.

Quod sicut filij Israel disperdere non potuerunt Iebusæos qui in medio ipsorū habitabant, sic boni nō possunt euadere falsos Christianos. 11. q. 3. nolite recedere, per totum cap.

Quod non possunt cum Deo toto corde habitare qui feminarum accessibus copulantur. 32. dist. hospitiolum.

Quod nullus clericus cum extranea femina debet habitare. 81. dist. clericos. & 2. c. seq.

Quod monachi cum monialibus in vno loco non debent habitare. 18. q. 2. in nullo loco. & quatuor ca. seq.

Quod habitatores præponuntur extraneis in pluribus in constitutione archidiaconi. 93. dist. legimus.

Item in constitutione œconomi. 89. distinctione quia.

Item in episcopo eligendo. 7. quæstione 1. remoto.

scidit.

sciderit. 55. dist. si quis absciderit.
Quod quicumque qualicumque modo se occiderit, homicida iudicatur. 23. q. 4. displicet. post med. q. 5. si non licet. per totum cap.
Quod videtur quòd propter periculum castitatis licet seipsum occidere. 23. q. 5. non est.
Quod Samson qui seipsum occidit cum alijs per instinctum spiritus sancti, de crimine excusatur. 23. q. 5. si non licet. ante fi.
Quod pro illis qui ipsi sui homicidę sunt, non est orandum: nec sunt cum fidelibus sepeliendi, 23. q. 5. placuit vt hi.
Quod ad homicidium miscere se cum alijs quilibet debet formidare. 23. q. 8. si in morte Longobardorum.
Quod nulla lex innocentem occidere concedit. 23. q. 5. si non licet.
Quod homicidia maxime clericorum per iudices sęculares sunt vindicanda. 23. quęstio. 5. sunt quidam.
Quod principi vel iudici iuste officium exercendo, homicidium ad culpam non imputatur. 23. q. 1. noli. & c. seq. q. 5. de occidendis. & c. miles. & quattor c. seq. & cap. non frustra. & quinque cap. seq.
Quod reum non iudex sed lex occidit: & si parcit, contemptor est legis. 23. q. 5. miles. & c. iudex. & c. seq.
Quod perimere malos auctoritate principis, non est committere homicidium. 23. q. vlti. quicumque percussit. & q. 5. miles.
Quod sancti patres zelo iustitię occidendo merebantur. 23. q. 4. c. ea vindicta. & q. 5. remittuntur. & q. 8. legi. & c. seq.
Quod cum impius interficitur, Christus dilatatur: quia abominatio abolet. 15. q. 1. nec is qui.
Quod excommunicatos zelo iustitię occidendo homicidium non incurritur. 23. q. 5. excommunicatorum.
Quod ad depressionem inimicorum Christi licet clerico hortari laicos, nec ex hoc homicida reputatur. 23. q. 8. igitur. & nouem c. seq.
Quod clericus non debet esse iudex in causa sanguinis; quia ex hoc efficitur irregularis. 50. dist. miror. & quatuor. c. seq. & c. de his. clericis. & cap. studeat.
Quod furioso vel mente alienato homicidium ad pœnam non imputatur. 15. quæst. 1. illud. §. itaque. in fin. & cap. aliquos. & cap. si quis insaniens.
Quod nec pure casuale homicidium quantum ad pœnitentiam imputatur. 50. dist. hi qui arborē & c. seq. 15. q. 1. occ is. & c. si quis. 23. q. 5. de occidendis.
Quod nec causuale imputatur homicidium ad irregularitatem. 50. dist. clerico. & c. seq. & c. cum quis. & c. hi qui arborem.
Quod pro homicidio inuoluntario vbi sufficiens cautela non adhibetur, secundum magis & minus, leuior tamen quam pro alio homicidio pœnitentia est imponenda. 50. dis. studeat. & quatuor c. seq. 15. q. 1. si quis non.
Quod vbi per culpam quis in necessitatem homicidij venit, de homicidio non excusatur. 15. q. 1. illud. §. itaque.
Quod vbi sine culpa quis ad necessitatem peruenit homicidij, non imputatur. 50. dist. sæpe.
Item si dedit operam rei licitę, & omnem cautelā adhibuit, non imputatur. 50. dist. hi qui.
Quod cum quis defendendo se vel socium homicidium committit; minus imputatur. 23. q. 5. non est iniquitatis.
Quod interpretatiue homicida dicitur qui cum potest fame morientibus non succurrit. 86. dist. pasce. 6. q. 1. decimæ. in fi.
Quod pastor cūm delinquentes non arguit, ipsos tacendo occidit. 43. dist. ephesijs.
Quod qui res episcopi vel ecclesiæ rapit, homicida iudicabitur. 12. q. 2. qui Christi. & c. qui abstulerit.
Quod negans pœnitentiam morienti homicida dicitur. 16. q. 6. cognouimus.
Quod ille qui aliquem ad peierandum scienter compulerit, dupliciter est homicida, idest sui ipsius, & alterius. 22. q. 5. ille.
Quod qui alium occidit, & qui alij detrahit, seipsum occidit. de pœn. dist. 1. homicidiorum.
Quod homicidæ per ecclesiam cogendi sunt ad pœnitentiam agendam. 24. q. 3. itaque.
Qd quia diuersi sūt modi homicidij, iuxta hoc & diuersitas culpæ debet pēsari. 15. q. 1. cū homo.
Quod voluntarie vel furore laicum occidens septē annorū pœnitentia est puniēdus 50. dist. si quis.
Quod clericum vel religiosum occidens punitur pœnitentia grauiori. 17. q. 4. qui occiderit.
Quod occisor patris vel matris pœnitentia punitur ampliori. 33. q. 2. latorem.
Quod pro vxoris homicidio pœna grauissima imponitur. 33. q. 2. admonere.
Quod occidens vxorem absque lege vel sine causa, non debet nubere: tamen cum adolescente potest dispensari. 33. q. 2. interfectores. & duobus c. seq.

Honor. Quod honor non est suscipiendus nisi prius is qui adipisci desiderat, vires suas cum onere metiatur. 8. q. 1. non est putanda. & c. fertur. in fine.
Quod si ad honores mundi sine merito laboris non peruenitur; multo fortius ad honores cœlestium dignitatum. 61. dist. miramur in fi.
Quod honor etiam a digno cum metu est suscipiendus. 1. q. 1. non est. in fine 63. dist. Valentinianus.
Quod nemo debet sibi honorem assumere nisi a Deo vocatus. 8. q. 1. in scripturis.
Quod honor contemnenti & fugienti est offerendus. ibidem.
Quod honor per ambitionem susceptus vergit ad culpam & ad pœnam. 40. distin. multi. 1. q. 6. sicut. 8. q. 1. sunt.
Quod prælatus non suum sed honorem ecclesiæ debet cupere. 99. dist. ecce.
Quod qui honore est maior, in sanctitate & in sollicitudine debet esse perfectior. 100. dist. ratio, nis. 1. q. 1. vilissimus.
Quod non qui maior fuerit in honore, est iustior, sed qui iustior est, ille est maior. 40. dist. multi. in fine.
Quod tunc prælatus honoratur quando a suis subditis honor quilibet debitus non negatur. 99. dist. ecce. in fine & c. nullus.
Quod quanto quis in maiori honore constitutus peccat. tanto plus est puniendus. 5. q. 6. quia. §. presbyteri.
Quod honor indebite oblatus est respuendus. 99. dist. nullus.
Quod honor sic singulis exhibendus est, vt ex hoc nulli derogetur. 99. dist. ecce. 11. q. 3. qui resistit. 25. q. 2. de ecclesiasticis.
Quod sacerdos in persona Dei cuius minister est, honoratur. 2. q. 4. habes, in fine.
Quod sacerdotes sunt honorandi, quos Deus dicens ipsos Deos & angelos honorauit. 11. q. 1. sacerdotibus.
Quod dilectores huius sæculi pro honore terreno multa tolerant, pro honore cœlesti pauca. 47. distin. omnes, 10 prior.

Hospitalitas. Quod hospitalitas per ipsum Christum commēdatur. 42. dist §. 1.
Quod hospitalitas exercenda est ad omnes indifferenter. 42. dist. quiescamus.
Quod hospitalitas omnibus exemplo sanctorum patrum persuadetur. 42. dist. §. 1.
Quod zelandum est pro hospitibus, quia hospitalitas etiam apud barbaros inuiolabilis custoditur. 31. q. 7. offerebat.
Quod res clericorum debent esse communes, maxime ad susceptionem peregrinorum & hospitum. 16. q. 1 quoniam quidquid.
Quod hospitalitas maxime a prælatis & religiosis est seruanda. 89. dist. volumus. 12. q. 1. quas. circa finem. & q. 2. mus.
Quod prælatus domum suam hospitibus claudens non potest esse hospitalitatis exhortator 32. distinct. §. 1.
Quod electus in episcopum, a confirmatione repellitur propter inhospitalitatem, 85. dist. archidiaconum Florentinum.
Quod mali hospites, qui res expectant hospitantium, sunt sicut mus in pera, ignis in sinu, & serpens in gremio: qui male suos remunerant hospites. 13. q. 1. ecclesias. §. ad hæc. post medium.
Quod hospitalium constructio & gubernatio spectat ad curam episcopi. 18. q. 2. quidam.

Hostiarius. Quod hostiarij in veteri testamento ijdem sunt quod ianitores. 21. dist. cleros.
Quod hostiarij effectus claues est ecclesię tenere, & omnia quæ sunt intus & extra custodire. 25. dist. perlectis.

Hostis. Quod hostis interior est mala voluntas. 23. q. 1. paratus. in fi.
Quod exterius hostem pugnantem necessitas debet premere non voluntas. 23. q. 1. noli.
Quod capto hosti misericordia debetur. nisi pacis perturbatio timeatur. 24. q. 1. noli. in fine.
Quod hosti fides si promittitur, est seruanda. 23. q. 1. noli.
Quod in iusto bello nil refert vtrum hostis aperte vel insidijs expugnetur. 23. q. 2. dominus.

Humilitas. Quod humilitas est pœnitentiæ fundamentum. de pœn. dist. 2 c 1. in prin.
Quod humilitatis exercitia sunt vilioribus officijs se subdere, & ministerijs indignioribus se tradere. de pœn dist. 2. §. 1.
Quod humilitas prælatis est commendabilis. 99. dist ecce.
Quod nihil fulget in episcopali ceruice splendidius quàm humilitas. 100. dist, contra morem. ante finem.
Quod humilitas docendis & discendis persuadetur. 58. dist. sedulo. & c. nullus. 40. dist. multi. in fi. 24. q 5. si habes.
Quod virginitas cum humilitate est admiranda. 50. dist. hæc autem scripsimus.
Quod Christus verbis & factis exemplum dedit humilitatis. 95. dist. dominus. 9. q. 3. nullus. ante fi.
Quod neophyti & totius humilitatis ignari ad regimen ecclesiæ non sunt assumendi. 61. dist. statuimus. & §. 1.
Quod boni pastores potius per humilitatis mansuetudinem student peccantes reuocare, quàm per austeritatem in foueam perditionis propellere 45. dist. recedite.
Quod qui sibi vult ab alijs humiliter obediri & ipse suo superiori obediat. 2. q. 6. qui se scit.
Quod cum culpa non exigit, omnes secundum rationem humilitatis æquales sumus. 22. dist. de Constantinopolitana.
Quod humilitatis causa non est in confessione mentiendum. 22. q. 1. cum humilitatis.
Quod humilitas non est vbi est falsitas. 22. q. 2. cum humilitatis. & c. incauti.
Quod ficta humilitas est cum superbia mista. 8. q. 1. in scripturis. in fi.
Quod nemo prælatis suis sic humilitate debet subiici, vt cogatur ipsorum vitia venerari. 2. q. 7. admonendi.

Iacob. Quod Iacob dicendo se primogenitum non est mentitus, quia non ad natiuitatem, sed ad ius primogeniturę respectū habuit. 22. q. 2. quæritur. §. proxi.
Quod non præcedens, sed subsequens consensus Iacob. Liam fecit eos coniuges. 29. q. 1. §. sed obijcitur.
Quod Iacob licet in se esset bonus: tamen filios aliquos malos, aliquos bonos habuit. 32. q. 4. recurrat.
Quod in hoc quod vidit Angelos ascendentes & descendentes, vitam prælatorum actiuam & contemplatiuam designat. 88. dist. decreuit.

Iactare. Quod iactare non debet se quis de statu perfectionis suæ: quia & Petrus post iactantiam cecidit. 6. q. 1. imitare.
Quod omnis ornatu qui possit iactantiam inferre, debent carere clerici. 21. q 4. cap. 1. 23. dist. his igitur.

Idololatria. Quod idololatria quam sequuntur infideles, & quælibet noua superstitio est fornicatio spiritualis. 28. q. 1. idololatria.
Quod idolorum culturam subtilitas dæmonum adinuenit. 26. q 4. sciendum. per totum cap.

Quod

tor fil us ecclesię dicatur. 23. q. 8 conuenior. ante si.

Quod Imperator Constantinopolitanus Papę coronam omnemque regiam dignitatem in vrbe Romana & in Italia & in partibus occidentalibus concessit. 96 dist. Constantinus.

Quod nulli Imperatori licet decernere de electione summi pontificis, & de rebus ecclesiasticis. 96. dist. § t.

Quod Imperator aduocatus, & defensor debet esse ecclesiæ. 97. dist. ecclesiæ meę.

Quod Imperator debet iurare fidelitatem Papæ & bona ecclesiæ defendere. 63. dist. tibi Domino.

Quod nec Imperator iura pontificatus, nec pontifex nomen Imperatoris debet vsurpare. 96. dist. cum ad verum.

Quod Imperator pendet ex Papæ iudicio non Papa ex Imperatoris. 50. dist. Domino sancto.

Quod Imperator debet pontificibus caput inclinare. 63. dist. Valentinianus. 96. distinct. duo sunt.

Quod Imperator potest interesse concilio pontificis pro confirmatione fidei, aliàs non. 96. dist. nos ad fidem. & c. vbinam. & c. satis.

Quod nec spectat ad Imperatorem prælatos ecclesiæ iudicare. 96. dist. si Imperator. & cap. in scripturis.

Quod Imperiali iudicio non possunt ecclesiastica iura dissolui, quia Imperator subest ecclesiæ. 10. dist. per totum.

Quod ab Imperatore non potest peti cognitio publicorum iudiciorum clericorum: sed episcopale potest peti. 11. q. 1. placuit. vt quicumque. 21. q. 5 si quis à proprio.

Quod Papa potest Imperatorem excommunicare: quia Gelasius Papa Anastasiũ Imperatorẽ excommunicauit. 96. dist. duo sunt. Vide qđ ibi no. t.

Quod Papa Zacharias deposito rege Francorum tradidit regnum Pipino patri Caroli Imperatoris. 15. q. 6. alius.

Quod Lodouicus Imperator, & primus Henricus, & primus Otto renuntiauerunt priuilegia super prouisione Papę, quod summi pontifices propter schismaticos contulerant Imperatoribus. 63. dist per totum. & c. præcipue. §. ex his.

De hac materia habes vbi agitur de Rege.

Impositio.

Quod impositio manus quia nõ est aliud quàm oratio super hominem repeti potest. 1. q. 1. manus.

Quod hi qui baptismum ab hæreticis susceperint, non sunt rebaptizandi, sed tantum per impositionem manus sunt confirmandi. 1. q. 1. hi qui baptisma.

Quod cum episcopo benedictio super caput funditur, omnes episcopi præsentes manus imponendo debent ipsius caput tangere. 23. distinct. episcopus.

Quod episcopo presbyterum ordinante, & manũ super caput eius ponente omnes præsentes presbyteri debent manus suas iuxta manum episcopi tenere. 23. dist. presbyter.

Quod diaconus & sacerdos quando ordinantur accipiũt manus impositionem. 3. q. 6. quia tanta. 23. dist. diaconus.

Quod episcopo manus imponente super ordinandum, & alio orationem dicente nihil agitur. 23. dist. quorumdam.

Quod subdiaconus quia in ordinatione sua impositionem manus non accipit, loco eius calicem & patenam vacuum accipit. 23. distinct. subdiaconus.

Quod absque impositione manus episcopi, etiã si tonsuram clericalem quis ab eo habeat, non licet publice in ecclesia legere. 69. dist. quoniam.

Quod abbati cui imposita est manus per episcopum, & est. presbyter, licet in proprio monasterio conferre duos minores ordines. 69. dist. quoniam.

Incantatio.

Quod incantatio ex magicis artibus siue ex characteribus prouinciticos, siue ex consultationibus dæmonum, damnabilis est. 26. q. 2. illud.

Quod attendere motum signorum in cælo falla etiam in coniugijs sociandis, in domibus ædificandis, & in arboribus plantandis, incantatio illicita est. 26. q. 5. non liceat.

Quod infideles reputantur matres, quæ pueris suis capita dolentibus vel alia infirmitate laborantibus præter Pater noster, & Credo in Deum quęrunt ligaturas sacrilegas & incantationes. 88. dist. quoniam non. ante med.

Quod incantationes infirmitatibus hominum nihil remedij præstant. 26. q. vlt. admoneant.

Quod gemmę vel herbæ ad infirmos possunt portari sine incantatione 26. q. vlt c. vlt.

Quod incantationes ab ecclesia sunt reijciendę. 26. q. 5. non oportet. & c. augurijs & cap. vlt. admoneant.

Quod incantatores sunt infames. 6. q. 1. infames.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinatione, & vbi agitur de Sortilegio.

Incendiarius.

Quod incendiarius dicitur non solum qui facit, sed qui iubet & consentit. 23. q. vlt. si quis membrorum.

Quod incendiarij nocturni præcipue rerum ecclesiasticarum sunt grauius puniendi. 12. q. 2. cum deuotissimam.

Quod incendiarij sunt à communione fidelium quousque satisfaciant separandi. 23. q vlt. si quis membrorum.

Quod incendiarij ex odio vel malitia & ipsis consentientes sunt excommunicandi. 23. q. vlt. pessimam.

Quod incendiarij cum satisfactione præteritorũ, & iuramento de vltra non committendo, debẽt absolui. 33. q. vlt pessimam.

Quod quia forma absolutionis incendiariorum conformis est cum forma absolutionis excõmunicatorum, videtur, q à canone ipso facto sunt excommunicati. 23 q vlt. pessimam.

Quod episcopus qui pœnitentiam incendiariorũ, quæ est per annum esse vltra mare, relaxauerit, ab officio episcopali per annum abstinebit. 23. q. vlt. pessimam.

Quod incendiarius si sine satisfactione & pœnitentia mortuus fuerit, carebit ecclesiastica sepultura 23 q. vlt. pessimam.

Inceptio.

Quod inceptio sine inchoatio bonæ vitæ non potest fieri nisi cum charitate. de pœn dist 2. §. non autem.

Quod multi bene incipiunt qui in malo vitam finiunt. de pœn. dist 2. si enim inquit § multi.

Incestus.

Quod incestus est consanguineorum vel affinium abusus. 36. q. 1. lex illa. § cum ergo.

Quod virgines quæ post consecrationem nupserint, non tam adulteræ quàm incestæ sunt. 27. dist. virgines.

Quod incestum committitur qui sponsam fratris sui, licet ab eo non cognitam, duxit in vxorem. 27 q. 2. si quis desponsauerit.

Quæ sunt personæ consanguineæ vel affines cum quibus incestus cõmmittitur, habes 35. q. 3. de incestis. & c. nec eam.

Quod incestus quantum ad peccatum grauior est adulterio. 32. q. 7. adulterij.

Quod incestuosus nec testificari, nec accusare potest, quia infamis. 3. q 4. consanguineorum. 6. q. 1. infamia.

Item incestuosi à communione fidelium sunt separandi. 35. q. 8. c. vlt.

Item incestuosi non debent matrimonium contrahere. 32. q. 7. quendam. & quinque c. seq. 34. q. vlt. in lectum.

Quod incestum committens ex sua culpa, post mortem viri non debet contrahere. 34. q. vlt. in lectum. & c. seq.

Quod possunt contrahere matrimonium quorum incestum excusat ignorantia. 34. q. vlt. in lectũ. & c. seq.

Quod filij de incestu procreati non reputantur filij quantum ad paternam successionem. 35. q. 7. cap. 1.

Inconstantia.

Quod inconstantia animi perpenditur quando episcopus vel presbyter dimissa sua ecclesia propria temeritate, sine causa alibi vagatur. 7. quæstio. 1. nõ oportet. usque ad §. quod vero.

Quod inconstans prælatus iudicatur, qui propter tribulationem à grege sibi commissa se elongat. 7 quæstione 1. suggestum. & duobus cap seq.

Quod inconstantia in voventibus castitatem & non seruantibus reprobatur. 27. q. 1. voventibus.

Item à monachis à professione sui nominis & religionis & à religione recedentibus. 16. q. 1. si cupis. & c. placuit. & c. iusta.

Quod inconstantes sunt qui bona facere deliberant, & effectui non mancipant 17. quæst. 1. qui bona.

Incorrigibilitas.

Quod incorrigibilitas in episcopo est detestabilis. 34. dist. quorumdam.

Quod qui sacerdotali ad monitione de malis non corriguntur, ab ecclesia sunt separandi. 24. q. 3. in canonibus. in fi.

De hac materia habes vbi agitur de Correctione.

Indulgentia.

Quod indulgentia peccatorum fit per pœnitẽtiam. 2. q. 7. si quis omnem.

Quod bonus est Dominus in omnibus, & aperta viscera eius omni homini pœnitenti. 1. q. 7. si quis omnem. post medium.

Quod Deus peccatori conuertenti se, præstat indulgentiam. de pœnit. distinct. 1. facilius. §. hoc idem.

Inducia.

Quod induciæ tam actori quàm reo dandæ sunt à iudice, ne à quacumque parte propere agatur, vel per surreptionem 3 q. 3 induciæ.

Quod induciarum tempus quantum ad testium vel instrumentorum productionem, si in eadem prouinciali agitur, tres menses: si vero in alia vicina, tantum sex: si vero in vltra marina, nouem menses indulgentur. 3. q. 3. induciæ. §. 1.

De aliarum rerum inducijs habes 3. q. 3. induciæ accusatis.

De hac materia habes vbi agitur de Deliberatione, & vbi agitur de Acceleratione.

Infamia.

Quod infamia non de facili debet credi, sed probata cautius vlcisci 11. q. 3. in cunctis.

Quod duplex est infamia, videlicet iuris canonica, quæ est crimen mortalis peccati vel excommunicationis, hęc tollitur quantum ad culpam per pœnitẽtiam & absolutionem. 2. q. 1. illis qui. sed quantum ad infamiæ notam, si sunt clerici, non tollitur nisi per Papam. 2. q. 3. Euphemium. §. hinc autem.

Alia est infamia iuris ciuilis, quæ multipliciter irrogatur. Aliquãdo enim contrahitur genere delicti. Aliquando genere pœnæ. Aliquando genere vtriusque. Aliquando genere facti. 3. q. 7. infames. in fi. & §. pœtio. Huius infamiæ notam non potest delere nisi ciuilis iudex, cuius interest legem condere. 2. q. 3. Euphemium. §. pro ximo.

Quod infamiam quandoque incurrunt boni ex diuina dispositione, vt purgentur vel probentur. 6. q. 1. sunt plurimi.

Quod infamia ad constantiam recurrendum est, & si non inuenitur malum quod dicitur in laetitiam debemus prosilire. 11. q 3. inter verba.

Quod in infamia si nobis testis est in cęlo, & testis in corde, dimittendi sunt stulti foris loquentes quod volunt. 11. q. 3. inter verba. & c. seq.

Quod nõ omnes leges canonũ sunt infames quos leges sęculi infames pronunciant. 2. q. 3. Euphemium. §. proximo.

Quod licet illa quæ intra tempus luctus nubit, secundum leges sęculi sit infamis, secundum canones non est infamis. 2. q. 3. Euphemium. §. proximo.

Quod multa & varia sunt crimina quæ reddunt homines infames, quę ponuntur 3. q 3. constituimus. & 6. q. 1. infames.

Quod fidei Christianæ & auctoritatis apostolicæ

Item facienda est de infamijs subditorũ antequã credatur. 2. q. 1. Deus omnipotens. 30. q. vlt. nullum.

Item facienda est de culpa puniendorum priusquam puniantur. 28. dist. quia sunt. 86. dist. si quid. & c. tanta.

Item facienda est inquisitio tam super statu clerici quàm populi ab episcopo, bis in anno concilium celebrando. 18 dist. quoniam.

Quod episcopus in synodis sub iuramento debet pericula inquirere animarum, & inquirenda committere. 35. q. 6. episcopus.

Quod episcopi visitando parochias plus debent inquirere de lucro animarum, quàm de lucro tẽporalium rerum. 18 q. 3. cauendum est.

Quod inquisitio ad veritatem facti non potest peruenire nisi diligenter circumstantię inquirantur. 23. q 8. occidit.

Quod iudicantem oportet cuncta rimari & ordinem rerum plena inquisitione discutere. 30. q. vlt. c. vlt.

Quod confessor debet esse sapiẽs & diligẽs inquisitor de loco, tempore, & de alijs circumstantijs peccatorum. de pœ. dist. 6. §. 1. post medium.

Quod veritas diligentius inquisita magis splendescit in lucem. 35. q. 9. c. graue.

Quod iudici magis necessaria est lenis inquisitio, quàm atrox punitio, 23. q. 5. c. in fine.

Insania. Quod insanis continue laborant si quid commiserit, non imputatur. 15. q. 1. si quis insaniens. & c. illud. §. cum itaque. in fine.

Quod sicut insani mente non res sed phantastica rerum vident, sic mens auari semper aurum & similia videt. 47. dist. sicut.

Quod qui infirmitate vel feruore passionis pressus si quid vouerit vel promiserit, nisi ratum postea habeat, non tenebit 17. q. 2 Gonsaldus.

Quod sacerdos tempore insaniæ occidens hominem, licet quo ad culpã innocens sit, ab executione tamen officij abstinebit. 15. q. 1. si quis non iratus.

Quod ad sacros ordines non promouetur qui aliquando insaniuit, sed promotus post insaniam sanatus celebrabit. 15. q. 1. si quis non. in fin. & 33. dist. maritum.

Quod episcopus insanus renuntiare non potest nisi habeat lucida interualla, 7. q. 1. quamuis.

De materia habes vbi agitur de Dementia.

Inspiratio. Quod inspiratio spiritus sancti soluit a lege statutum. 19. q. 2. duæ.

Quod vbi spiritus spirat, etiam prælato suo contra dicente ad meliorem vitam potest quis transire. 19. q. 2 duæ.

Quod sancti patres ea quę videntur irreprehensibilia, inspiratione diuina fecerunt, 15. q. 5 si nõ liceat. per totum c.

Quod dominus per occultam inspirationem reuocat a malo. 23. q 6. quod erraueras.

Quod inspiratione diuina castitas habetur. 28. dist. de his.

Quod præsens ecclesia inspiratione diuina instituitur. 8. dist. qui contempta.

Quod qui post inspirationem diuinam & reuelationem in quo errauerat perseuerat, obstinatus est. 8. dist. consuetudo. 12. dist. nunc.

Instrumentum. Quod instrumenta chartarum debẽt sacerdotes conficere de rebus proprijs & ecclesiarum quas de nouo intrant. 12. q. 4. c. 1.

Quod quia sæpe proprietati originis obsistit lõginquitas temporis stipendia de rebus ecclesiarum quę recipiuntur ab episcopis, debent reddi in instrumentis. 12. q. 2. sæpe. & c. longinquitatem.

Quod defuncto episcopo omnes res ipsius, ne ab ecclesia alienentur, a canonicis debent conscribi. 12. q. 5. sicubi.

Quod instrumenta vi extorta maxime a clericis, nullius sunt vigoris. 15. q. 6. c. 2. & cap. auctoritatem.

Quod letrinus non potest instrumentum condere testamenti. 13. q. 2. illud etiam.

Quod vbi tabellio siue manus publica ad instrumenti subscriptionem non habetur trium testium sufficit subscriptio. 16. q. 3. placuit. & §. is autem.

Quod sacerdotes pro negotijs secularibus non debent poni in instrumentis pro testibus. 14. q. 2. quamquam.

Intentio. Quod intentio operi indifferenti finem imponit. 48. dist. quisquis. c. delicię. & c. quod dicis.

Quod bona intentio non excusat opus malum. 1. q. 1. non est. per totum.

Quod mala intentio facit opus bonum non valere. 23. q. 5. cum minister.

Quod Deus plus respicit intentionem & voluntatem quàm actus. 15. q. 6. si quandoque a sacerdotibus. in fi. 22. q. 5. qui periurare.

Quod iuramenta secundum intentionem præstãtis non recipientis a Deo iudicantur. 22. q. 5. humanę. § 1.

Quod nemo debet considerare verba: non enim intentio verbis, sed verba intentioni debent deseruire. 22. q. 5. humanę.

Quod ream linguam non facit nisi rea intentio. 22. q. 2. homines. & duobus c. seq.

Quod ea quæ post intentionem contingunt, non imputantur. 23. q. 5. de occidendis. & cap. cum homo.

Quod officia vindictę possunt implere boni bona intentione. 23. q. 5. officia.

Quod qui hac intentione male accipit, vt bene dispenset, aggrauatur potius quàm iuuatur. 1. q. 1. non est. & 14. q. 5 forte. 32. quæst. 4. sic non sunt.

Intercessio. Quod intercessio bonorum, quæ est pro salute proximorum est superiori porrigenda. 23. quæst. 5. prodest.

Quod cum hic displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. 3. q. 7. in grauibus. 49. dist. §. 1.

Quod sacerdotes in præiudicium aliorum non debent intercedere: quia qui vincitur, intercessoris beneficio se victum arbitratur. 14. quęst. 5. denique.

Quod clericis proprium est pro confugientibus ad ecclesiam intercedere. quia hoc non est malos defendere, sed humanam sæuitiam reprimere. 14. q. 6. si res. 17. q. 4. reum. 23. q. 5. reos. 14. q. vlt. hi qui.

Interpretatio. Quod interpretatio canonum spectat ad eũ qui habet ius condendi eos. 25. quæst. 1. ideo §. his ita.

Quod Romana ecclesia sic canones condidit, q ipsorum interpretationem sibi retinuit. 25. q. 1, ideo. §. his ita.

Quod si in canonicis libris aliquid veritati cõtrarium inuenimus, vel mendosum Codicem debemus credere vel nos interpretem non intelligere. 9. dist. ego.

Quod ecclesiæ interpretatio si habet eloquentiæ venustatem est dissimulanda & fugienda. 38. dist. ecclesiastica.

Quod omnis lingua habet quædam propria locutionum genera quæ cum in aliam transferuntur videntur absurda. 37. dist. locutio.

Quod qui scripturam sacram aliter interpretatur quàm spiritus sanctus flagitat, hæreticus est. 23. q. 3. hæresis. 37. dist. vano.

Intrusio. Quod intrusus episcopus non est habendus pro episcopo, nec habet executionem. 62. dist. cap. 1. & 63. dist. si per.

Quod intrusi prælati vel schismatici temporaliter & æternaliter a domino puniuntur. 7. q. 1. denique. per totum c

Quod intrusus priuatur dignitate. 63. dist. omnis.

De hac materia habes infra de Inuasore.

Inuasor. Quod inuasor sedis apostolicæ anathematizatur. 79. distin. si quis ex episcopis. & c. si quis pecuniam.

Quod inuasor alterius ecclesiæ episcopus non est dicendus secundus; sed nullus episcopus. 7. q. 1. factus.

Quod inuasor alterius sedis sciente a ministerio ecclesiastico est repellendus & incarcerandus. 2. q. 1. in primis. circa principium. & 7. q. 1. præsentium.

Quod prelati suis ecclesijs postpositis alias inuadentes sunt adulteri & infames. 3. quæst. 2. audiuimus.

Quod inuasor alterius ecclesiæ si admonitus dimittere contempserit, seculari brachio est excludendus. 11. q. 1. petimus.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesia materiali, in fine. & supra de Intrusio.

Inuentarium. Quod inuentarium dicitur scriptura, vbi omnia quæ inuenta fuerint, diligenter conscribuntur. 12. q. 2. charitatem.

Quod decedente episcopo omnes œconomi & canonici ecclesiæ illius in mutua præsentia de omnibus rebus debent inuentarium facere, 12. q. 2. charitatem. & 12. q. 5. sicubi.

Inuidia. Quod inuidia est mortale siue capitale peccatum. 25. distin. vnum. §. alias.

Quod inuidia perseuerans habet radicem in interioribus medullis reconditam. de penitent. distinct. 2. c. 1.

Quod propter prælationis inuidiam Cain fratrẽ occidit. 55. distin. sexto.

Quod peius malum non est quàm Christianos suis sacerdotibus inuidere. 6. q. 1. sunt. §. verum hac.

Quod qui bonos ex leui suspicione accusat, hic non charitatis sed inuidię stimulis exagitatur. 6. q. 1. si omnia.

Quod clericis præcipue conuenit inuidiam non habere. 23. dist. his igitur.

Quod qui potius consuetudinem quàm veritatẽ fratribus reuelatam præsumit sequi, inuidus est. 8. dist. qui contempta.

Quod inuidia curatur per suum contrarium, videlicet per humilitatis exercitium inferioribus deseruiendo. de pę dist. 2, c. 2.

Inuitus. Quod inuitis multa bona præstantur quando eorum consulitur vtilitati. 45. dist. & qui. 23. q. 4. omnium. per totum c. & c. displicet per totum.

Quod interdum quis vel metu flagellorum, vel inductu disputationũ de nolente efficitur volens. 23. q. 6. vides.

Quod Iudæus non est cogendus fidem accipere inuitus. 45. dist. de Iudæis.

Quod a fide recedens cogitur inuitus ad fidem redire. 23. q. 4. displicet. per totum. & q. 6. per totum. 45. dist. de Iudæis.

Quod qui inuitum ad bonum cogit, non ipsum persequitur, sed diligit. 23. q. 5. non vos. & q. 4. ipsa pietas.

Quod nemo potest esse bonus inuitus. 23. q. 6. vides.

Quod licet episcopus inuitos non posset ordinare, potest tamen inferiores ordinatos ipsis contemptoribus præferre. 74. dist. consuluit.

De hac materia habes vbi agitur de Beneficio, & vbi agitur de Coactione.

Ioannes. Quod Ioannes Baptista Herodẽ ab incestu prohibens ostendit coniugia fuisse inter infideles. 26. dist. vna tantum §. Ioannes.

Quod Ioannes Euangelista verbo & facto schismaticos, & hæreticos docuit vitare. 24. q. 1. omnis qui.

Ioseph. Quod Ioseph qui non cognouerat Mariam conceptum sentiens in ea, ex benignitate voluit eam occulte dimittere. 2. q. 1. si peccauerit

Quod inter Ioseph & Mariam quando commendata fuit Ioanni, non videtur fuisse diuortium: quia Ioseph nõ cognouerat eam. 27. q. 2. quod autem. & §. seq. post medium.

Quod an inter Ioseph & Mariam fuerit coniugiũ cum ipsa carnalem non senserit copulam.

In quo capitulo ponuntur plura quę debet habere bonus iudex, 30. q. vlt. iudicantem.
Quod non est iudex in quo non est iustitia. 23. q. 2. iustum.
Quod criminosus iudex cum sententiam in alterum crimen profert, seipsum condemnat. 3. q. 7. sacerdos. §. item in euangelio.
Quod iudex cuius vita cum loco iudicij non concordat, sępe innocentes damnat. 11. quęst. 3. plerumque.
Quod iudex cupidus cito vendit iudicium. 11. q. 3. pauper.
Quod naturale est suspectorum iudicum insidias declinare. 3. q. 5. quod suspecti.
Quod iudex labyrinthum impingit qui ante iudicat quàm intelligat. 29. dist. sciendum.
Quod iudex circumstantias debet rimari, & ordinem rerum inquirere. 30. q. 5. iudicantem. 2. q. 1. in primis. de pę. dist. 5. §. 1. post med.
Quod iudex nec debet esse facilis ad credendum, nec ad vindictam ferendam. 86. dist. si quid. 11. q. 4. quamuis. 13. q. 7. si quid.
Quod iudex sine accusatione damnare nõ debet. 13. q. 4. si quis potestatem.
Quod idem non debet esse iudex & accusator vel testis. 1. q. 8. multi. 4. q. 4. c. 1.
Quod iudex non debet esse suspectus. 3. quęst. 5. cap. vlt.
Quod iniquum est velle iudicare, & non iudicari. 32. q. 6. iniquum.
Quod iudex plus legibus quàm suæ voluntati obtemperare debet. 3. q. 7. iudicet.
Quod iudex in loco iudicij debet conscientiam quam de domo portauit deponere; & secundũ allegata & probata procedere. 3. q. 7. iudicet.
Quod nullus iudicum sine licentia superioris debet aliquem clericum condemnare. 11. q. 1. nullus iudicum.
Quod iudex reum puniendo reddit bonum pro malo. 23. q. 3. sed differentiæ.
Quod iudex secundum leges damnando iniquum non peccat: quia non ipse damnat, sed lex. 23. q. 5. iudex. & c. seq.
Quod humanum est illum vereri iudicem, qui deprimere & erigere potest. 16. quęst. 1. c. 1. circa medium.
Quod nemo debet dedignari iudicem habere cõtra se, cuius approbauit arbitrium. 3. q. 8. accusatores. §. cuius.
Quod inferior iudex non potest superiorem iudicare, nec debet. 21. distinct. inferior. & quinque cap. sequen.
Quod ad sęcularem iudicem non licet clerico confugere. 21. q. 5. placuit.
Quod iudex laicus non debet se intromittere de clerico pręcipue de sacerdote iudicando. 96. distinct. in scripturis. & c. sequen. 16. q. 7. in nona actione.
Quod licet iudici subditum alterius defensare & tenere, sed non iudicare 6. q. 3. scriptum.
Quod iudex potest alterius subditum iudicare ratione criminis commissi in sua potestate. 6. q. 3. placuit. & c. seq.
Quod causam suam amittit qui rem etiam sibi debitam preter iudicis sententiam inuadit. 16. q. 6. c. 1. in fine.
Quod iudex spiritualis, scilicet confessor debet habere munus scientię, vt sciat cognoscere quidquid debet iudicare. de peniten. dist. 6. c. 1. post medium.

Iudicium. Quod iudicium duplex est, videlicet diuinum, & humanum. 6. q. 2. si omnia. 15. q. 6. si quandoque a sacerdotibus. circa med.
Quod diuinum iudicium valde est timendum: quia ipse iudex est & testis. 9. q. 3. aliorum.
Quod diuinum iudiciũ vsurpat qui incerta & dubia iudicat. 2. q. 1. nomen presbyteri.
Quod secretorum cognitor & iudex est Deus. 32. dist. erubescant.
Quod solius Dei est iudicare de occultis, qui solus nouit corda hominum. 1. q. 4. consuluisti. post medium.
Quod homines multa de Dei iudicio ignorant quia forsitan quæ nos laudamus, ipse reprehendit; & quæ nos reprehendimus, ipse laudabit, 11. q. 3. sacerdotibus. in fine.
Quod homines Dei iudicio per peiores se flagellantur. 56. dist. si gens in fine.
Quod Dei iudicio homines in præsenti vita flagellantur, vt in futuro non puniantur. 23. q. 4. quid ergo. per totum c.
Quod Dei iudicio aduersa bonis eueniunt, vt ex hoc magis humilientur & mereantur. 6. quęst. 1. §. ipsa.
Quod iudicio Dei agitur quando ex flagellis vnus corrigitur, & alius obduratur. 23. q. 4. Nabuchodonosor.
Quod non potest humano condemnari examine quod Deus suo reseruauit iudicio. 15. q. 6. si quandoque a sacerdotibus.
Quod facta Papæ a solo Deo iudicantur. 9. quęst. 3. facta.
Quod Deus aliorum causas voluit per homines terminari, sed summi pontificis causam sibiipsi examinandam & terminandam reseruauit. 9. q. 3. aliorum.
Quod nemo scit qualis in iudicio Dei futurus sit. 11. q. 3. sacerdotibus in fi.
Quod qualiscunque hinc quis egreditur, talis in iudicio Dei repræsentatur. 11. dist. qualis.
Quod qualem inuenit dominus cum vocat, talem pariter & iudicat. de pæn. distinct. 1. numquid Cain.
Item in futuro Dei iudicium locum non haberet si in hoc sęculo omnia iudicanda essent. 6. q. 2. si omnia. 15. q. 6. si quandoque a sacerdotibus.
Quod quem sacerdos iudicat, Deus iudicat, cuius personam gerit. de pę. dist. 1. in talibus §. his auctoritatibus. ver. sed quem.
Quod qui semel à sacerdote pro peccato punitur, nõ iterum a Deo pro peccato iudicabitur. ibid.
Quod Deus non bis iudicat in idipsum quod iusta in præsenti est punitum. de pæn. dist. 2. sunt plures § auctoritas.
Quod humanum iudicium est duplex, videlicet priuatum & publicum, siue contentiosum. 3. q. 7. postulatus.
Quod priuatum iudicium exercet quando seipsũ iudicat. de pęn dist 1. in actionem.
Quod verum iudicium est iudicare prius conscientiam, propriam, demum culpam alienam 3. q. 7. postulatus. & c seq.
Quod non est curandum iudicium hominum vbi est bona conscientia: quia tale iudicium est temerarium. 11. q 3. temerarium. & duobus cap. sequen.
Quod temerarium iudicium est quod procedit ex suspicione. 2. q. 1. multi ante fin.
Quod lapsi a baptismi innocentia proprio iudicio se accusantes per pænitentiam restituuntur. de pæn. dist. 1. c. multiplex.
Quod homo debet seipsum iudicare dum potest in melius mores commutando, ne cum posse amiserit, a domino iudicetur de pæn. distin. 1. in actionem. § seq.
Quod publicum iudicium siue contentiosum institutum est vt innocentia protegatur, & culpa puniatur. 2. q. 1. quæ Lotharius.
Quod hoc iudicium integrum est, quod plurimorum sententijs confirmatur. 64 dist. cassa.
Item debet secundum auctoritatem decretorum & sanctorum patrum diffiniri, an. distinct. de libellis.
Item debet esse sine tumultu contentionum. 5. q. 4. in loco.
Item hoc iudicium debet poni in loco tuto & communi. 3. q. 9. hortamur. 33. q. 2. siue.
Quod in omni tali iudicio debent esse quattuor personę, videlicet iudex, accusator, defensor, & testis. 4. q. 4. c. nullus vnquam. & c. nullus introducatur.
Quod illi qui citatur in iudicium debet offerri cõuentionalis libellus 5. q. 3. induciæ § offeratur.
Quod spoliati non debẽt ad iudicium trahi nisi prius in integrum restituantur. 2. q. 2. nullus episcoporum. & tribus c. seq. 3. q. 1. electis. & c. seq. 5. q 2. si primates.
Quod de suspicione vel extorta confessione pessimum est iudicium. 13. q. 1. si quandoque a sacerdotibus.
Quod ordo iudiciarius in publico iudicio est seruandus nisi forte adeo culpa sit notoria, quod se omnium oculis ingerat. 2. q. 1. quæ Lotharius. & duobus cap. sequen.
Quod an in manifestis sit ordo iudiciarius seruandus. 2. q. 1. per totum.
Quod absente reo in iudicio non est procedendum. 5. quęst. 9. accusatores vsque ad finem quęstionis.
Quod diuinę & humanæ leges prohibent vt absens quis iudicetur. 3. q. 8. accusatores.
Quod contumax absens iudicatur. 3. q. 9. c. decernimus.
Quod iudicium refugit qui de iustitia diffidit. 11 q. 1. Christianis.
Quod quattuor modis humanum peruertitur iudicium, videlicet timore, cupiditate, odio, & amore. 11. q. 3. quattuor. & duobus c. seq. 3. q. 5. accusatores 2.
Quod iudicium non debet propter lachrymas quorumcumque peruerti. 25. q. 4. est iniusta.
Quod candentis ferri & aquæ feruentis iudicium a sanctis est prohibitum. 2. q. 4. consuluisti.
Quod in dubium absolutum non debet esse iudicium. 33 dist. habuisse. 2. q. 4. consuluisti.
Quod iudicium mistum debet esse rigore & lenitate. 45. dist. disciplina c. omnis. & c. sane.
Quod libertini possunt trahere dominos suos ad iudicium. 12. q. 2. episcopus. §. si sine venia.
Quod ecclesia non iudicat nisi de publicis in ordine iudicario probatis 2. q. 4 consuluisti. & q. vlt. nec illud. § is itaque. & c. seq. 2. q. 1. multi. in fine.
Quod an ecclesia quandoq; in suo iudicio decipitur. vt ille qui intra ipsam est, per eam excluditur; & qui foris est, intromittitur. 24. quęst. 3. si quis & c. cum aliquis.
Quod monachi & monachę spectãt ad iudicium episcopi. 11. q. 1. de persona.
Quod clerici suum episcopum contemnentes tradantur iudici sęculari. 11. q. 1. si quis sacerdotum. & duobus c. seq.
Quod clericis prohibetur iudicium sanguinis. 23. q 8 sępe. & c. seq.
Quod diebus feriatis & die dominico non sunt exercenda iudicia. 15 q. 4. placita. 22. q. 5. decreuit. de conse. dist. 3. §. 1.

De hac materia habes vbi agitur de Sententia.

Iuramentum. Quod iuramentum legitur Deus crebro fecisse. 22 q. 4. incommutabilis.
Quod iuramentum homini non prohibetur tamquam malũ, sed eius assuefactio vel libido prohibetur. 22. q. 1. non est contra.
Quod iurare Dei est a seipso ordinata nullatenus conuellere. 22. q. 4. incommutabilis.
Quod dum vsus iuramenti habetur de facili periurium incurritur. 22. q. 1. non est contra.
Quod iuramentum non dicitur malum esse, sed a malo esse; scilicet infirmitatis eorum quibus aliquid suadetur. 22. q 1. ita ergo.
Quod in scripturis non est prohibitum ab alio recipere iuramentum. 22. q. 1. quamuis.
Quod iurare non est peccatum. 22 q. 1. §. 1. & c. vt nouerint.
Quod iuramentum non est institutũ vt esset iniquitatis vinculum, vel cuiuscumque criminis. 22. q. 4. inter cetera.
Quod hęc est causa institutionis iuramenti, vt omnis iurans ad hoc iuret vt quod verum est loquatur. 22. q. 5. iuramenti.
Item alia causa est iuramenti institutionis infirmitas dubitantis cum non valet credere. 22. q. 1. si peccatum.
Item est alia causa, detestatio idolorum: nam ideo concedetur per Deum iurare, ne per idola iuretur. 22. q. 1. considera.
Quod in iuramento non debet intentio verbis; sed verba intentioni deseruire. 22. quęst. 5. humanæ.
Quod iuramentum debet habere tres comites: videlicet veritatem, iudicium, & iustitiam. 22. q. 2. & iurabunt. & q. 2. animaduertendum.
Quod iuramentum veritatem habet vbi non

aliter

aliter corde quàm ore iuratur. 22.q.5. iuramenti. & c.quacunque.

Quod iustitiam habet quando licitum & iustum est quod iuratur, non tendens ad mortale peccatum. 22.q.4.innocens.§. illicitum.

Quod iudicio iuratur quando cum discretione & cautela iuratur etiam in licitis. 22.q.4. sacramentum. 22 q.4.innocens §.illicitum.circa med.

Quod iuramentum fit dupliciter. videlicet per creatorem, & per ea quæ habent respectum ad creatorem: vel per creaturas. 22.q.1.considera. & duobus c. seq.

Quod per creatoris capillum vel caput iurare est blasphemare. 22.q.1.si quis per capillum.

Quod minus peccatum est per falsos Deos iurare verum, quàm per verum Deum iurare falsum. 22.q 1 mouet.circa med.

Quod per ea quæ respectum habent ad creatorē, sicut est Crux, Euangelia, & sanctorum reliquiæ & similia, falsum iurare est peierare. 22.q.5.qui compulsus & c.seq.

Quod electus in episcopum repellitur à confirmatione, quia publicè iurauerat super Euangelia Dei. 85.dist. archidiaconum Florentinum.

Quod sacerdotes ex leui causa iurare non debent. 2.q 5 si quis presbyter.

Quod qui per lapidem vel aliam creaturam iurat falsum, periurus est. 21.q.vlt.ecce.

Quod an qui iurās super lapidē putans super Euangelia iurare, obligatur. 22.q.5.humanæ §.primo.

Quod periurium est nequiter decipere credentē. 22.q.2.c 2.

Quod sophisticè iurans, periurus est 22.q.5 quacumque. & duobus c.seq.

Quod Deus accipit iuramentum sicut ille cui iuratur intelligit. 22.q.5.quacumque.

Quod qui paratus est ad peierandum, antequam iuret periurus est. 22.q.5 qui peierare.

Quod qui decit iurando pluisse, & scit non pluisse, periurus est. 21.q.2. hominum.

Quod Saul quia de morte Ionathæ quam iurauerat sententiam tulit, quia eum propter populum exequi non potuit, periurus non fuit. 22.q.2. c.vlt.§. item opponitur.ante fi.

Quod non peierat qui compulsus iuramentum non impleuit. 22.q 5. antecessor.

Quod qui alium cogit peierare; quam si decem aut iurauerat, ipsi sit periurus 22.q.4. inter cetera & q.5.qui compulsus.& c.si quis coactus. & quattuor c.seq.

Quod illud est desfendum quod quis commisit illicite per iuramentum coactum. 22.q.4.inter cetera.

Quod ille qui alium cogit scienter ad periurium, vincit homicidam, scilicet quantum ad damnum; quia ille damnificat animam iste corpus. 22.q 5.ille.

Quod illicitum iuramentum magis peccatum est adimplere, quàm periurium incurrere. 22.q.4. vnusquisque.

Quod iuramentum factum contra præceptum domini culpatur, & non tenet. 22.q.4.inter cetera.

Quod omne iuramentum est seruandum nisi in peiorem vergat exitum, & salutis detrimentum. 22.q. 4. quod Dauid. & fere vsque ad finem quæstionis.

Quod nemo ante ætatem legitimam, idest ante annos quattuordecim cogendus est iurare. 22.q.5.paruuli. & duobus c. seq.

Quod in diebus dominicis à septuagesima vsque ad octauam paschæ, & ab aduētu vsque ad octauam epiphaniæ, & in quattuor temporibus, & in letania maiori, & in diebus rogationum nisi pro concordia & pace nullus solenniter iurare præsumat. 22.q.5. decreuit.

Quod decens est vt iuramentum à ieiunis præstetur. 22.q.5.honestum.

Quod forma iuramenti inuenitur secundum diuersorum status temporum & hominum.

Quod in tempore veteris legis iurabant, viuit dominus, viuit anima mea. 22.q.1.& iurabant.

Quod in primitiua ecclesia iurabant, testis est mihi Deus, & testis est mihi conscientia mea. 22.q.1.si peccatum.

Quod modernorum est iuramentum, sic me adiuuet Deus & ista reliquiæ sanctorum: vel consimile. 32.q.6.de parentela. & quattuor cap. sequen. 2.q.7.quoniam. 22.quæstio.1. habemus.

Quod forma iuramenti ab hæresi vel à schismate redeuntium est specialis. 1.q.7 quoties. de consec.dist.2.ego Berengarius.

Quod in forma iuramenti fidelitatis sex requiruntur. de hoc habes vbi agitur de fidelitate.

Quod ab episcopo vel presbytero non exigitur communis forma iuramenti, sed per sanctam consecrationem tantum interrogari debent. 2.q.4. si quis presbyter.

Quod infideles & idololatræ iurant per creaturas. 22.q. 1. & iurabant.

Quod ideo Christus non prohibuit iurare per Deum, sed per creaturas, ne videlicet per contemptum creaturarum deiuraretur, vel aliquod numen deitatis in creaturis crederetur. 22.q. 1.mouet § item Christus.

Quod illicitum iuramentum non est complendum. 15.dist.duo. & c.seq.

Quod pluribus modis iuramentum dicitur illicitum, videlicet ex persona iurantis, vt sunt impuberes, quorum iuramentum non tenet. 22.q.5.paruuli.& c.seq.

Item est illicitum ex persona cui iuratur, vt cum clericus laico iurat quod non licet. 22.q.5.cap. nullus.

Item ex re est illicitum iuramentum, vt si res per quam iuratur, non est sacra. 22.q.1. clericum.

Item ex fine est illicitum, vt si iuratur propter electionem & ante electionem. 8.q.3. Astaldus.

Item ex causa, scilicet obligatoria, ad hoc impellente. exemplum de Herode & saltatrice. 22.q.4. vnusquisque.

Item ex modo est illicitum, vt si temere vel indiscrete vel sine necessitate. exemplum de Iepte, qui indiscretè iurauit. 22.q.4. vnusquisque. & q 4.ita ergo.

Item ex tempore est illicitum, vt si dominicis diebus vel alijs prohibitis iuratur. 22.q.5. decreuit. Vnde versus de omnibus supradictis:

Quis, quid, cui, per quid, ad quid, cui, quomodo, quando.

Quod licitum iuramentum fit in sex casibus, videlicet pro pace, vel amoris coniunctione. 22.q.1.c.1.

Item pro infamiæ expurgatione. 2.q.5. presbyter. & tribus c. seq.

Item pro fide & fidelitate. de conse.dist.2.ego Berengarius. 15.q.6.alius.

Item pro obedientia siue reuerentia. 23.distinct. quamquam.

Item pro veritate inquirenda, siue in testibus, siue in alijs. 14.q.2. quamquam. 22. quæstio. 1. omne.

Item pro damno dato vel dando. 2.q.1.in primis. circa medium. Vnde versus:

Pax, fama, fides, reuerentia, cautio dāni.
Defectus verbi sibi poscunt sacra tueri.

Quod ab his iuramenta irritari possunt, videlicet à Papa. 15.q 6. auctoritatem.

Item seruorum à domino suo. 54.dist. si seruus sciente.

Item vxoris à marito suo. 33.quæstio.5. manifestum.

Item monachi iuramentum à suo abbate. 20.q. 4.monachum.

Quod solus Papa à iuramento licito absoluit. 15.q.6.alius.

Quod absoluit subditos excommunicatorum ex communicationem contemnentium à iuramento fidelitatis, 15.q.6 nos.

Quod antequam incendiarij absoluantur, cautio iuratoria requiritur. 25.q.vlt.pessimam.

Quod grauior infligitur pœna peierant, quàm consentienti. 22.q. 5.si quis conuictus.

Quod eadem pœna est pro periurio & homicidio. 22.q. 1.prædicandum.

De hac materia require vbi agitur de Mendacio.

Iurisdictio.

Quod iurisdictio clericorum & episcoporum quæ est circa curam animarum, ab abbatibus non est vsurpanda. 16.q.1.interdicimus.

Quod nec metropolitanus vel episcopus intromittere se debet de iurisdictione alterius episcopi sine scitu ipsius. 9.q.3.nullus primas.

Quod primas vel patriarcha non habet iurisdictionem in episcopos, sed tantum in archiepiscopos. 9.q.3.conquestus.

Quod extra propriam iurisdictionem nullus debet iudicari. 3.q. 6.peregrina. & quattuor cap. sequentibus.

Quod crimen commissum inducit iurisdictionē in extraneum. 3.q.6.ibi semper. & c.vlt.6.q.3. placuit & c.seq.

Quod qui canonicam habet prælaturam electionem habet & iurisdictionem. 11.q.3.cap. etiam siquis.

Quod laici habuerunt quandoque & habent intra ecclesiam de ecclesiasticis iurisdictionem. habuerunt enim electionem summorum pontificum, & inuestituras episcoporum. 63.distin. Hadrianus. & § principibus. & cap in synodo.

Quod possunt in concilio interesse præcipue vbi agitur de fide. 96.dist.nos ad fidem. & c. vbinā. & cap satis.

Item datur eis iurisdictio personas incorrigibiles corrigendi. 32.dist.eos qui.

Item datur eis iurisdictio in fidei vel episcoporū contemptores morte affligendi. 23.q.5.principes. 12.distinct. nec licuit. 11. quæst.1. si quis sacerdotum.

Item in eos qui schisma faciunt, vel excommunicationem contemnunt. 23 q.5.de liguribus.

Item datur eis iurisdictio vbicumque ecclesiastica potestas non valet exercere disciplinam. 23.q.5.principes.

Ius.

Quod ius generale nomen est, quod iustū requirit, & inde ius dictum est. 1.distin. ius generale. Isidorus l. Etym.c.3.

Quod ius in duo, scilicet in ius naturale. & ius positiuum diuersificatur. 1. distinct. humanum genus

Quod ius naturale innititur in Euangelio vbi dicitur. Quæcumque vultis vt vobis faciant homines, & vos facite illis. & econuerso. ibid.

Quod ius naturale iuri positiuo antefertur, videlicet quia prius & dignius 5. dist.§.primo, 8. dist. quo iure.§.dignitate vero.

Item quia ei cedit omnis consuetudo, vel constitutio 9.dist per totum.

Item quia contra ius naturale non admittitur dispensatio, nisi ad maius malum vitandum. 13. dist § 1. & 7.dist nun est peccatum.§.his itaq.

Item quod ius naturale vult omnia esse communia positiuum vero restringit ad meum & tuū. 8.dist. 1. & c.seq.

Quod ius positiuum siue humanum diuersas habet species, quia aut est ius ciuile, aut gentium, aut militare, aut publicum, aut Quiritum, idest Romanorum. de quibus.1. dist.per totum.

Quod iure diuino & humano res possidentur, sed differenter. 23.q.7.c. 1.

Quod iure poli reguntur matrimonia, non iure fori, idest ciuili.

Quod mulierem reddit infamem si mortuo virō intra tempus determinatum ducat alium. 2.q. 3.Euphemium.§.seq.

Quod ius interpretandi canones habet qui potestatem habet condendi. 11.q.3 sicut enim.§.ex his omnibus.

Quod iudex dictus est ex eo quod ius dicat populo, siue de iure disceptet. 23.q.1.c. 1.

Quod qui ecclesiæ ius suum detrahit, iniustitiam committit. 23.dist.omnes.

Iustitia.

Quod iustitia est summum bonū colere, ac vnicuique iura seruare. 2.q.1.cum deuotissimam.post med.

Quod iustitia est æquitas tolerandi inopiam, & temperantiam habere in abundantia. 41. dist. quod dicit.

Quod iustitia est patriam, & socios defendere. 23.q.3.fortitudo.

Quod vbi fides & charitas deest, iustitia esse non potest. 24.q.1.vbi.

Quod iustus miseris compatitur. 45. distinct. vera iustitia.

Item

Item non odio sed bono zelo est exercenda. 23. quest. 3. sex.

Quod semper est misericordia temperanda. 45. distin. disciplina. cap. omnia. & cap. vera. & cap. sequen.

Quod iustitiam aurum & munus violant. 11. q. 3. qui recto. 1. q. 3. vendentes.

Quod cultum suum iustitia perdit quando silentia iudicij obstrepentium turbo confundit. 5. q. 4. in loco.

Quod iustus quoties cadit, toties resurgit. de pœn. dist. 1. septies.

KAlendæ. Quod Kalendas Ianuarij iuxta ritum gentilium prohibentur Christiani obseruare. 26. q. vlt. non licet. c. non seruetis & c. si quis Kalendas Ianuarij.

Quod presbyteri cum per kalendas conueniunt, quasi semiplenum ventrem habeant, & lucris honestioribus intendant. 44. dist. quoniã presbyteri. & c. nullus presbyterorum.

De hac materia habes vbi ponitur C.

LAbia. Quod labia sacerdotis debent scientiam custodire. 12. q. 1. sacerdotibus. 43. dist. sit rector. ante medium.

Labor. Quod labor bonus est in virtutibus & spiritualibus exercitijs. 23. q. 4. quis nos potest.

Quod labor malus est in mundi delectabilibus & peccatis. 23. q. 7. quemadmodum.

Quod labor indifferens est in necessitatibus corporis. de conse. dist. 5. numquam.

Quod merces felicitatis non acquiritur nisi per laborem virtutis de consecra. dist. 5. ieiunium.

Quod sæculi dilectores fortes sunt in labore malo, debiles in labore bono. dist. 47. omnes.

Quod apostolus ne quemquam grauaret proprijs manibus laborabat. 1. q. 2. sacerdos.

Quod boni laboris sui non in præsenti, sed in futuro quærunt fructum recipere. 1. q. 2. sacerdos.

Quod cum prælatus vel prædicator in aliquibus sine fructu laborat, ad alios vt proficiat se transferat. 7. q. 1. c. vlt. 8. q. 1. olim.

Quod iustum est vt illi consequantur stipendium qui laboris impendunt obsequium. 1. q. 2. sacerdos. in fi. 12. q. 2. charitatem.

Quod laborantes pro ecclesia stipendia debent accipere ab ecclesia. 12. q. 2. ecclesiasticis.

Lac. Quod lac Abraham non vina angelis hospitio receptis propinauit. 35. dist. 6. dic. in fin.

Quod sicut incongruum est non pascentem gregem lac gregis vsurpare, sic est militantium stipendia non militando subripere. 13. q. 1. cap. 1. ante fin.

Lachryma. Quod lachryma amarissima Petri peccatum deleuit negationis. 50. dist. ponderet.

Quod in peccato negationis Petri lachrymæ eius & non alia satisfactio legitur. de pœn. dist. 1. Petrus doluit.

Quod lachrymæ lauant delictum, quod pudor est confiteri; quod non est intelligendum sine confessione: sed peccatum, si adeo graue est vt cum pudore confiteatur, non ideo est desperandum, quia lachrymæ lauãt. de pœn. di. 1. mensuram. §. proximo.

Quod non est mundus qui post lachrymas repetit ea quæ defleuit. de pœn. di. 3. irrisor est. & tribus cap. seq.

Quod non excusatur qui lachrymas habuit pro temporali damno, & non potest habere pro peccato deflendo. de pœn. dist. 3. sunt plures.

Quod lachrymas multi indesinenter fundunt, & tamen peccare non desinunt. de pœn. dist. 3. irrisor est. ante fi.

Quod lachrymæ debent esse arma clericorum. 23. q. 8. conuenior.

De hac materia habes vbi agitur de Fletu.

Laicus. Quod laicus de rebus ecclesiæ non debet se intromittere, nec sibi sunt committendæ. 89. dist. indicatum.

Quod episcopus qui decimas & alias res ecclesiæ consanguineis vel alijs laicis distribuit, tanquã simoniacus & inter præcipuos hæreticos vt antichristus habeatur. 1. q. 3. peruenit.

De hac materia habes vbi agitur de Electione, & vbi agitur de Imperatoribus. & vbi agitur de Iurisdictione & vbi agitur de Iudicio.

Lapsus. Quod lapsus duplex inuenitur, videlicet à fide, qui fit per hæresim: & à moribus, qui fit per mortale peccatum. 1. q. 7. si quis omnem.

An episcopus vel clericus per hæresim lapsus post reuersionem possit restitui, & qualiter. 1. q. 7. fere per totum.

Vtrum episcopus vel clericus post peccati lapsum per dignam pœnitentiam reparari possit, & qualiter. 50. dist. per totum. vsque ad § quod vero.

Quod cum magna discretione & consilio lapsi sunt restituendi. 50. dist. de eo autem.

Larua. Quod laruas dæmonum ante se ferri presbyteri non consentiant. 44. dist. nullus presbyterorum. de consec. dist. 5. nullus.

Latro. Quod latro vnius momenti pœnitentia meruit esse in paradiso. 26. q. 6. presbyter.

Item idem latro in Cruce pendens præmium æternum amisisset, si ipsum vnius horæ pœnitentia non iuuasset. 26. q. 6. agnouimus.

Quod latro non est pro nomine Christi, sed pro suis facinoribus crucifixus, sed dum patitur, credit. de conse. dist. 4. baptismi.

Quod latronis pœnitentia, quæ sera fuit, innuit quod vera conuersio in vltimis positorum mente potius æstimanda est, quàm tempore. 26. q. 6. agnouimus.

Quod sicut in latrone defectum baptismi benignitas Christi suppleuit, ita supplet fidem in pueris tempore baptismi, quàm profiteri non possunt. de conse. dist. 4. baptismi. per totum c.

Quod episcopus rerum ecclesiasticarum dilapidator tanquam fur & latro degradatur. 10. quæst. 2. cap. vlt.

Quod licet latro suspendendus crudelem iudicem putet, non propter hoc est crudelis, quia crudelem iugulat. 23. q. 5. non est crudelis.

Quod qui latronem in mẽbris debilitat, prodest latroni, quia ipsius malitiam pro tanto compescit. 23. q. 3. si quis fortitudinem.

Quod latroni ad latrocinia aspiranti parcere non est misericordia, sed iniustitia. 23. quæst. 4. est iniusta.

Lauacrum. Quod lauacrum commune Christianum & præcipue clericum non conuenit habere cũ mulieribus. 81. dist. non oportet.

Quod sicut lixiuium per cinerem filtrens lauat & non lauatur, sic doctrina per doctorem animas credentium lauat à sordibus peccatorum. 83. dist. nihil illo pastore §. quamquam.

Quod exemplo Ioannis Euangelistæ possumus vti lauacro corporali. 14. q. 1. omnis.

Quod corporalia & pallæ à diaconis & ministris debent lauari. de consec. dist. 1. nemo per ignorantiam.

Laus. Quod laus Deo pro suis beneficijs à nobis est impendenda. 26. q. 2. reuertimini. circa fi.

Quod non bene conueniunt in vno ore laus Christi, & laudes Iouis. 86. dist. cum multa.

Quod de verbis laudantium nos non multum debemus curare. 11. q. 3. inter verba.

Quod velle laudari & dare histrionibus vt laudemur, vitium est. 86. dist. donare.

Quod sunt aliqui qui non nisi pro humana laude largiuntur; & solummodo de hoc retributionem quærunt. 11. q. 1. sunt nonnulli. & q. 3. non solum.

Quod nihil illo pastore miserabilius qui luporum gloriatur laudibus. 83. dist. nihil.

Quod periculum est indignum laudare; quia dum malefacta laudibus efferuntur, augmentantur. 46. dist. sunt nonnulli.

Quod qui scienter indignum laudat, Christum cuius membra sumus violat. 11. q. 3. si quis hominem. & cap. seq.

Quod Deus bonos vita meritis laudatos ab alijs permittit in accusationem venire, vt culpa ex laude contracta suffocetur. 6. quæstio. 1. sunt plurimi.

Lectio. Quod lectio diuinarum scripturarũ non fabulæ debet inferi in mensis clericorum. 44. dist. pro reuerentia. & cap. communia.

Quod clerici & prælati debent insistere lectioni. 36. dist. qui ecclesiasticis. §. ecce.

Quod episcopus debet intendere lectioni, orationi & doctrinæ, quia sibi non sufficit sanctitas vitæ, nisi assit & scientia doctrinæ. 36. dist. qui ecclesiasticis. §. ecce. & 87. dist. c. 1.

Quod sicut stellam non obscurat nox, sic inhærentes firmamento sacræ scripturæ non obscurat mundana iniquitas. 38. dist. sicut.

Quod qui amat scientiam sanctarum scripturarum, carnis vitia non amabit. de consec. dist. vlt. numquam.

Qui libri sunt in quibus episcopus præcipue & sacerdotes legere debent, habes 38. dist. nulli. & quattuor c. seq. de conse. dist. vlt. numquam.

Qui libri & quæ lectiones & homiliæ in ecclesia legi debent, habes. 15. dist. sancta Romana. & §. seq.

Quod clerici & præcipue episcopi in gentilium libris, & maxime qui ad inaniam & vanitatem prouocant non debent legere. 37. dist. per totũ. & 86. dist. cum multa.

Quod cum beatus Hieronymus libros gentilium legeret, ab angelo est durissime correptus. 37. dist. legimus.

Lector. Quod lectores dicti sunt à legendo. 21. dist. cleros.

Quod lectorum officium est lectiones pronunciare. 25. dist. perlectis.

Legatus. Quod legatus honorandus est loco illius cuius legatione fungitur. 93. dist. c. vlt.

Quod legatus siue sedis apostolicæ siue cuiuscumque, litteras debet secũ portare legationis suæ. 97. dist. nobilissimus.

Quod legatus Papæ iurisdictionem episcopi non debet eneruare. 11. q. 1. peruenit.

Quod legatus à latere Papæ missus intra terminos legationis suæ potest causas ad se per appellationem deuolutas audire & terminare. 2. quæst. 6. decreto.

Quod an legatus Papæ potest generale concilium celebrare. 17. dist. synodum.

Quod plura concilia generalia per legatos Papæ mandante Papa sunt celebrata. 63. dist. Hadrianus. & 1. q. 7. conuenientibus.

Quod subdiaconi possunt esse legati domini Papæ à latere missi ad omnia negotia perpetrãda. 10. q. 3. relatum.

Quod omnes episcopi & sacerdotes sunt honorandi; quia legatione Christi funguntur. 7. quæst. 1. omnis.

Quod legatus secundum locorum legationis suæ exigentiam debet in expensis esse contentus. 10. q. 3. relatum.

Lepra. Quod lepra cutis, lepra vestis, lepra domus iubentur sacerdotibus ostẽdi, quia peccata sacerdotibus debent reuelari. de pœn. dist. 1. §. Moysi.

Quod leprosum qui descendit de monte Christus sanauit, & priusquam sanaretur clamauit. significatur quòd in sanatione spirituali confessio non debet contemni. de pœn. distinct. 1. §. Christus quoque.

Quod in hoc quòd Christus leprosos mundatos ad sacerdotes misit, legalia approbauit. 1. q. 1. nonne.

Quod in hoc quòd leprosi antequam ad sacerdotes peruenirent mundati sunt, innuitur quòd peccator in sola contritione mundatur, vbi confessionem necessitatis articulus excludit. de pœ. dist. 1. §. hoc idem.

Quod cõfessor debet habere scientiam discernendi inter lepram & lepram. 20. dist. §. 1.

Quod in hoc quòd Maria soror Aaron pro peccato lepra percutitur, & post per pœnitentiam restituitur, fiducia veniæ pœnitentibus datur. 50. dist. si post. §. econtra.

clerico dare debet. 72. dist. episcopus. 19. quæst. 2. duæ.

Quod clericus vnius episcopi ab alio episcopo pro pter hospitalitatis causam non est suscipiendus, nec ordinandus, nec in beneficio est instituendus. 71. dist. per totum.

Quod extraneo clerico sine commendatitijs litteris sui episcopi non licet ministrare. 81. distin. extraneo.

Quod nullus peregrinus clericus absque formata in alia diœcesi suscipi debet. 71. dist. nullum.

Quod iuxta statuta Niceni concilij olim formatæ habebant interpositas græcas litteras, vnde facilè falsificarentur. 73. dist. sanctissimo.

Quod exemplar litteræ dimissoriæ vel formatæ ponitur. 73. dist. in nomine. §. 1. & c. seq.

Locutio. Quod locutio est duplex, videlicet Dei, & hominis. de consec. dist. 5. cap. vlt.

Quod locutio Dei non est secundum modum locutionum hominis, sed inspiratio qua voluntatem suam ingerit in corde credentium. de consec. dist. 5. c. vlt.

Quod locutio hominis ideo est instituta, vt cogitationes suas in alterius notitiam proferat. 22. q. 2. is autem.

Quod locutio hominis debet esse sana, vt fidem consolidet. 45. dist. c. vlt.

Item debet esse cauta, vt ordinate loquens vulnere erroris corda audientium non feriat. 43. dist. sit rector. circa med.

Item debet esse discreta, ne tacenda proferat, & proferenda reticescat. 43. dist. sit rector. 22. q. vlt. quoties.

Item debet esse ponderosa, vt loquendo nullum lædat. 50. dist. ponderet.

Item debet esse vera, vt sicut gerit mente, sic loquatur ore. 22. q. 5. iuramenti.

Item non debet esse otiosa, quia de omni verbo otioso reddenda est ratio. 22. q. vlt. quoties.

Item non debet esse maledicta, quia sæpe maledictio reuertitur in illum qui eam mittit. 11. q. 3. illud. in fi. 24. q. 3. qui negligunt.

Item non debet esse detractoria. 6. q. 1. sunt plurimi. & duobus c. seq.

Locus. Quod locus non sanctificat hominem sed homo locum. 40. dist. multi.

Quod non sanctorum filij sunt qui tenent loca sanctorum, sed qui imitantur opera eorum. 40. dist. non est.

Quod qui præsunt non ex locorum dignitate, sed honoris nobilitate innotescere debent. 40. dist. nos qui.

Quod non loca homines Deo proximos faciunt, sed bona merita. 40. dist. non loca.

Quod miserabilis est rector qui gubernaculi locum occupauit, & remum tenere non nouit. 40. di. ante omnia.

Quod qui locis & temporibus conueniat diligenter est attendendum. 41. dist. quisquis.

Quod non ideo approbanda est consuetudo mala quia locus bonus est: quia non pro locis res, sed pro rebus loca amanda sunt. 12. dist. nouit.

Quod quantumcunque sunt occulta loca sine gratia saluare non possunt. 40. dist. quælibet. Vbi nota exemplum de angelo & de cælo, & de Adã & paradiso, de Loth & de monte.

Quod in hoc quòd Adam propter peccatũ de paradiso eiectus est, innuitur quòd propter peccatum meretur quis nobili loco priuari. 40. dist. Adam.

Quod quandoque prodest conuersis mutatio loci, quia plerumque dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus. 86. distin. fratrem. & 81. dist. valet.

Quod non expedit locum visitare in quo quis peccauit, ne facti memoria reuocetur. 81. dist. valet. 15. q. 1. mulier.

Quod loca in nomine domini ædificata sunt honoranda. 41. dist. parsimoniam.

Quod locus tutus pro discussione causæ debet assignari. 33. q. 2. siue. & 3. q. 9. hortamur.

Quod his qui in peccato mortali decedunt, sacra loca pro sepultura non prosunt. 13. quæst. 2. quibus.

Quod qui in peccato mortali moriuntur, ad maiorem cumulum damnationis in sacris locis sepeliuntur. 13. q. 2. cum grauia. in fi.

Quod in pœnitentia vel cum leuibus peccatis decedentibus prodest in sacris locis sepeliri. 13. q. 2. cum grauia.

Loculus. Quod loculus est diminutiuum à loco, & quandoque ponitur pro parua bursa, quam & Christus habuit pro expensis reponendis. 12. q. 1. exemplum.

Quod Christus loculos suos opibus aliorum implebat vt indigentibus distribueret. 23. quæst. 4. duo ista.

Item ideo loculos habuit, vt innueret ecclesiam suam loculos habituram. 12. q. 1. exemplum.

Lodouicus. Quod Lodouicus imperator primus confirmauit Paschali Papæ donationem Romanæ ciuitatis cum pertinentijs, & totum patrimonium sancti Petri, & electionem summi pontificis liberam fieri à Romanis 63. dist. ego Lodouicus.

Item quod nullus possessor de agro ecclesiæ debet censum persoluere. 23. q. 8. secundum.

Loth. Quod quia Loth per hospitalitatis opera Deo placuit, angelos recipere meruit. 42. dist. §. 1.

Quod Loth ideo filias suas pro angelis sodomitis obtulit vt hospitalitas non violaretur, & maius peccatum vitaretur. 32. q. 7. offerebat.

Quod filiæ ipsius Loth patrem inebriauerunt vt ei commiscerentur. 35. dist. sexto die.

Quod ideo Loth filiæ ipsius accubuerant, quia totum genus humanum submersum, & se causa propagationis seruatas crediderunt. 32. quæst. 4. dixit.

Quod non semper solitaria loca prosunt, quia Loth in ciuitate iustus fuit, in mõte solitarius peccauit. 40. dist. quælibet.

Lucrum. Quod lucrum non debet ecclesia quærere cum damno aliorum. 12. q. 2. fraternitas. & q. 5. c. pen.

Quod Christus deflet ecclesiam, quæ facta fuerat domus orationis, & propter turpia lucra facta est domus latronum. 16. q. 7. & hoc diximus. post medium.

Quod simonia est sacramenta pro lucro temporali conferre. 1. q. 1. si quis episcopus.

Quod qui seruit Deo amore lucri temporalis, mercenarius est. 8. q. 1. sunt in ecclesia.

Quod nemo in electione prælati speciale lucrum, sed bonum commune debet prospicere. 8. q. 2. dilectissimi.

Quod Christus prælatos nues pascere docuit, non terrenis lucris delectari. 16. q. 1. nulli. & c. seq.

Quod prælati debent lucris intendere animarum non temporalium rerum. 16. q. 1. prædicator.

Quod exceptis Iudæis si aliorum infidelium colloquia & mensam vitamus, Christo eos lucrari non possumus. 23. q. 4. infideles.

Quod clericus turpia lucra exercens debet deponi. 13. q. 4. si quis oblitus. & 6. cap. sequentibus.

Quod an quæstus honestus vel inhonestus sit qualitas lucri, negotiantem aut excusat aut accusat. de pœn. dist. 5. qualitas.

Quod res restituuntur heredibus quando quis ex circumuentione lucri ad religionem recipitur. 16. q. 7. constituit.

Quod turpe lucrum sequitur qui minus emit vt plus vendat. 14. q. 4 quicumque tempore.

Quod cum peccans homines aliqua lucrantur, ea pauperibus iuste erogantur, sicut mathematicus futura prædicando, vel meretrix turpia exercendo. 14. q. 5. qui habetis.

Quod de malo lucro vbi competit repetitio, eleemosyna vel oblatio fieri non debet. 14. q. 5. per totum.

Quod mediens vel seruus lucrum suum ab inuito detentores non iniuriose recipit. 14. q. 5. non sane.

De hac materia habes vbi agitur de Mercatione.

Lucifer. Quod lucifer dicitur principium viarum Dei. de pœn. dist. 2. cap. principium.

Item dicitur Beemoth.

Item dicitur Cherub, quasi plenitudo sapientiæ.

Quod lucifer non ad Dei similitudinẽ sicut homo, sed signaculum similitudinis Dei creatus asseritur, quasi magis ei aliquid tributum sit, vt quo subtilior est natura, eo in illum similitudo Dei plenius credatur expressa. de pœn. dist. 2. iuxta finem c. multi. § hinc enim responsum.

Quod Deus fecit eum eminentiorem ceteris angelis.

Item fecit eum speciosum in multis condensis frondibus.

Quod cedri non fuerunt altiores illo in paradiso Dei.

Quod omne lignum pretiosum paradisi Dei non est assimilatum ei & pulchritudini eius.

Quod protegens & extentus in mõte sancto Dei fuisse perhibetur.

Quod omnis lapis pretiosus operimentum eius fuit.

Quod omnes angelos quasi vestem & ornamentũ suum habuit.

Quod in medio lapidum ignitorum perfectus ambulauit.

Quod lucifer quia magnus sine cõparatione creatus est, ideo peccans sine venia damnatus est, de pœn. dist. 2. principium.

Luctus. Quod tempus luctus legis tempore, alij vsque ad tricesimum diem, alij vsque ad quadragesimum obseruabant. 13. q. 2. quia.

Quod femina intra tempus luctus nubens, secundum leges ciuiles infamis est, sed non secundũ canones. 2. q. 3. Euphemium. §. proximo in fi.

Quod fideles mortui non sunt lugendi, cum sciamus eos nõ amitti, sed præmitti. 13. q. 2. quàm præposterum.

Quod lugere mortuos non prohibemur ex pietate, sed ex resurrectionis desperatione. 13. q. vlt. vbicumque. & duobus c. seq.

Quod doctrina schismaticis panis luctus dicitur. 8. q. 1. dominus declarauit.

Ludus. Quod ludus & saltatio in sanctorum solennibus præcipue diuina officia obstrepens est irreligiosus. de consec. dist. 3. irreligiosa.

Quod vere pœnitens debet se cohibere à ludis sæculi & à spectaculis. de pœn. dist. 5. §. 1. in fine.

Quod ad ordines non debẽt promoueri qui ludis turpibus deseruiunt. 33. dist. maritum.

Quod episcopus vel presbyter, vel diaconus ludo deseruiens nisi desinat, est deponendus. 35. dist. episcopus. & 46. dist. clericum.

Quod an ludendo sub certa forma baptizati debeant pro vere baptizatis haberi. 1. q. 1. spiritus. §. ecce. de consec. dist. 4. solet quæri.

Lupus. Quod lupus dicitur pastor mercenarius cui non est cura de ouibus. 13. q. 4. tres.

Quod lupi dicuntur laici subditi. qui aliquãdo dicuntur oues. 83. di. nihil. 2. q. 7. oues.

Quod lupi dicuntur dæmones & hæretici. 81. dis. oportet. & 43. di. §. 1. & c seq.

Quod lupi arcendi sunt latratu canum, & baculo pastorum. 43. dist. §. 1.

Quod qui propter timorem rectè loqui pertimescit, hic velut mercenarius veniente lupo fugit. 43. dist. sit rector.

Quod nullus pastor placere lupis & ouibus potest. 83. dist. nihil.

Quod illo pastore nihil est miserabilius, qui luporum gloriatur laudibus. 83. dist. nihil.

Quod sicut lupus frustatim comedit agnum, sic mali pastores successiue consumunt bona ecclesiastica. 13. q. 2. c. 1. ante med.

Quod ideo ad sedem apostolicam est recurrendũ per appellationem, ne lupi, qui sub specie ouiũ intrant bestiali sæuitia quosdam lacerare præsumant. 2. q. 6. decreto. in fin.

Lux. Quod lux diuina animæ tenebras fugat, quia nulla participatio lucis ad tenebras. de pœn. dist. 1. resuscitatus. §. si autem.

Quod lux mundi sunt sacerdotes. 93. dist. sacerdotes.

Quod lux veritatis illi subtrahitur qui arrogantia sapientiæ seu iustitiæ velut albugine oculi excæcatus. 49. di. hinc etenim. circa med.

Quod licet omnis qui male agit odit lucẽ, & quærit

Quod

Quod innocens nec facit malum, nec approbat factum. 23. q. 4. ita. & c. seq.
Quod sic sunt in ecclesia homines mali sicut sunt humores mali in corpore. de consec. dist. 4. est vnitas.
Quod duobus modis non te maculat malus, videlicet si non consentis, & si redarguis. 23. q. 4. à malis.
Quod sicut zizaniam à frumento difficile est segregare, sic in hac vita malos à bonis. 23. q. 4. quosdam.
Quod quamdiu mali per iudicium ecclesiæ non publicantur, tolerari debent. 2. q. 1. multi. circa prin. 25. q. vlt. c. vlt.
Item tolerandi sunt & associandi quamdiu de ipsorum correctione non desperatur. 23. quæst. 4. cap. 1.
Item tolerandi sunt quorum peccata manifesta non sunt, ne forte eradicando zizaniam eradicetur & triticum. 11. q. 3. nolite. 2. q. 1. multi. in prin.
Item tolerandi sunt ne ex turbatione ipsorum pax generalis ecclesiæ concutiatur. 23. quæst. 4. tolerandi. & cap. quid ergo. & cap. quisquis.
Quod bonus malum tolerare debet, quia & Christus Iudam malum tolerauit. 23. quæstio. 4. tu bonis.
Quod qui malum non tolerat, ipse sibi testis est quia bonus non est. 23. q. 4. hęc autem vita.
Quod si malos Christo lucrifacere volumus, exemplo Christi cum ipsis habitare debemus. 2. q. 1. multi.
Quod propter malos boni non sunt deserendi. 7. q. 1. aduersitas.
Quod ideo propter bonos mali non sunt deserendi, quia propter paleam area non est relinquenda: nec propter pisces malos retia sunt rumpenda: nec propter hœdos in fine separandos grex Domini est deserendus. 24. quæst. 1. quisquis.

De malo culpæ habes vbi agitur de Peccato.

Manna. Quod manna fuit figura corporis Christi, quia sicut illud elementum cæleste æqualiter singuli colligebant, sic cælestem gratiam postmodum secuturam æqualiter omnibus dandi præfigurabat. de consec. dist. 4. nec quemquam.
Quod sicut potior est lux quàm vmbra, veritas quàm figura, sic corpus Christi dignius est manna de cœlo. de conse. dist. 2. reuera.
Quod manna fuit de cælo, corpus Christi super cælum. de conse. dist. 2. reuera.
Quod manna fuit corruptioni obnoxium si in alterum diem seruabatur. istud enim est ab omni corruptione alienum manens in æternum. de conse. dist. 2. reuera.

Manumissio. Quod manumissio dicitur quando hi qui sunt sub iugo seruitutis, manumittentis beneficio libertati redduntur. 12. q. 2. cum redemptor.
Quod manumissio per episcopum sic debet fieri vt semper manumissi patrocinium ecclesiæ recognoscant. 12. q. 2. episcopus qui mancipium.
Quod successor episcopi prædecessoris sui manumissionem non debet infringere. 12. quæst. 2. si quos.
Quod manumissus de collegio non tenetur ad reuerentiam singulis de collegio, sed vniuersitati, immo singulos potest in ius vocare. 12. q. 2. episcopus qui. §. si vero.

De hac materia habes vbi agitur de Libertate & de Libertis.

Manus impositio. De manus impositione habes vbi agitur de impositione.

Marcus. Quod Marcus euangelista discipulus beati Petri Alexandrinam fundauit & erexit ecclesiam. 24. quæstione 1. cum beatissimus 22. dist. sacrosancta. 93. dist. legimus. post medium.

Margarita. Quod margarita ante porcos mittitur, quando indignis verbum Dei proponitur. 11. q. 3. nolite recolere. & c. seq.
Quod margaritæ ante porcos & canes mittuntur quando detractoribus & immundis ecclesiastica sacramenta committuntur. 44. dist. in mandatis. de pœn. dist. 1. nono ullis. §. item his.

Maria. Quod Maria vœ vouit virginitatem perpetuam, nisi Deus aliter reuelasset 27. q. 2. c. sufficiat. post med.
Quod Maria desponsata fuit Ioseph, sed numquam ab eo cognita. 27. q. 2. quod autem. circa fi.
Quod ideo desponsata fuit Ioseph, vt virginitas eius diabolo occultaretur, & virginitate sua falleret principem mundi. 27. q. 2. inuenta. & 32. q. 2. c. 1.
Quod Maria virgo concepit, & virgo peperit. 27. q. 2. nuptiarum. ante fi.
Quod Maria genuit Deum & hominem, non tantum hominem, sicut dicit Nestorius, quòd aliā personam fecit carnis, aliā diuinitatis. 16. dist. prima autem. §. tertia in Epheso.
Quod tempore passionis Maria commēdata fuit Ioanni. 27. q. 2. quod autem. § seq.
Quod Maria & Ioseph in virginitate vterque permansit. 27. q. 2. beata Maria.

Martyrium. Quod martyrium pro Christo non à nobis, sed ab alijs libenter debemus suscipere. 23. q. 5. non est nostrum. & quæst. 8. conuenior. circa prin.
Quod an nulli in persecutionibus licet propria interimere manu, nisi vbi castitas periclitaretur. 23. q. 5. non est nostrum.
Quod non computantur in numero martyrū qui seipsos qualicumque intentione voluntarie interimunt. 23. q. 5. tu dixisti. & c. placuit.
Quod non pœna, sed causa facit martyrem. de consecra. dist. 4. baptismi. exemplum ibi de latrone.
Quod effectus martyrij pro nomine Iesu susceptus implet vicem baptismi. de consecra. dist. 3. baptismi & c. catechumenum.
Quod qui pro nomine Christi martyrizantur, absque dubio vitam æternam consequuntur. 15. q. 1. merito. § firmissime.
Quod in seruis Christi etiam si affectus martyrij ad effectum non deducatur, ipsa sola voluntas coronatur. de pœn. dist. 1. numquid Cain.

Matrimonium. Quod matrimonium est duplex, videlicet spirituale, & carnale. 26. quæst. 2. cum societas.
Quod matrimonium carnale est viri mulierisque coniunctio indiuiduam vitæ consuetudinem retinens. 27. q. 2. §. 1.
Quod matrimonium fuit primo in paradiso institutum. 32. q. 2. sicut. § 1. & seq.
Quod fuit institutum ante peccatum in humani generis propagationē, post peccatum in infirmitatis remedium. 32. q. 2. quidquid.
Quod matrimonium est bonum, & sine peccato exercetur quod Dei præcepto perficitur. 26. dist. deinde. in fi.
Quod consensus in carnalem copulam facit matrimonium. 27. q. 2. §. 1. & 5. cap. seq.
Quod matrimonium aliud est legitimum & non ratum, aliud ratum & non legitimum, aliud legitimum & ratum. 28. q. 1. si quis Iudæus. §. seq.
Legitimum matrimonium est quod legali constitutione vel prouinciæ moribus contrahitur, hoc est apud infideles, licet non sit ratum, quia soluitur quando placet. 28. q. 1. si quis Iudæus. § seq.
Ratum matrimonium apud fideles est, quando sine solemnitate solo affectu cōtrahitur, quorum matrimonium semel initum vlterius solui non potest. 28. q. 1 si quis Iudæus. §. seq.
Legitimum & ratum est quando vxor à parentibus traditur, à sponso dotatur, & à sacerdote benedicitur, & mutuo consensu perficitur. 28. q. 1. si quis. §. seq. in fi. 30. q. 5. per totum. vsque ad c. nullum.
Quod triplex est bonum matrimonij, fides, proles, & sacramentum. 27. q. 2. omne. 32. q. 2. sicut. in fin.
Hoc triplex bonū fuit in parentibus Christi, proles fuit ipse Christus, fides quia nullum adulterium, sacramentum quia nullum diuortium. 27. q. 2. omne.
Quod prima causa matrimonij debet esse intentio prolis. 32. q. 2. pudor.
Item alia causa vitatio fornicationis. 32. q. 2. sicut §. seq. & c. quidquid.
Quod propter intentionem prolis coitus excusatur, & propter bonum matrimonij. 32. q. 2. solet quæri.
Quod an in matrimonio dū contrahitur vel exercetur, non confertur gratia, & propter hoc in ipsius contractu pretia interueniunt. 32. q. 2. connubia.
Quod ipse Deus est defensor & custos matrimonij. 31. q. 4. nemo. in fine.
Quod damnans matrimonium anathematizatur. 30. dist. si qua mulier. & duobus c. seq. & c. si quis nuptias.
Quod secundæ nuptiæ dissuadentur. 31. q. 1. de his & duobus c. seq.
Quod secundæ, tertię & vltimæ nuptię non condemnantur. 31. q. 1. aperiant.
Quod secundæ nuptię non debent benedici. 31. q. 1. de his.
Quod olim licuit sacerdotibus in matrimonio ante contracto stare, sicut & modo apud Græcos stant; & filij eorum reputabantur legitimi. 56. dist. Cenomanensem.
Quod ordinatis in matrimonio contracto non licuit, nec apud Græcos licet secundas nuptias facere propter notam bigamiæ. 33. distinct. si quis post.
Quod puellam quæ per verba de præsenti alteri contraxit, alter ducere non potest. 27. quęst. vlt. cap. vlt.
Quod modus contrahendi matrimonium ponitur. 30. q. 5 aliter.
Quod multa sunt quę in contractu matrimonij sunt attendenda. 30. q. vlt. aliter. & c. qualis. & c. sequen.
Quod velum annulum, & alia quæ exhibentur dum feminę maritantur, singula specialem habent significationem. 30. q. 5. feminæ.
Quod sine dote si potest haberi non debet contrahi matrimonium. 30. q. 5 nullum sine dote.
Quod clandestine non debent matrimonia contrahi. & licet in foro conscientiæ ligent, in iudicio tamen ecclesiæ pro infectis habentur. 30. q. 5. per totum.
Quod matrimonium non potest contrahi ad tempus. 32. q. 2. solet quæri. & c. seq.
Quod à septuagesima vsque ad octauam paschæ, & tribus hebdomadis ante festum Ioannis Baptistæ, & ab aduentu Domini, matrimonia nō debent solemniter contrahi. 33. quæst 4. non oportet. Vide Conc. Trid. de haere.
Quod in matrimonio constituti certis temporibus debent a coitu abstinere, videlicet tempore communicationis. 33. q. 4. c. 1.
Item in die Natiuitatis Christi, & in alijs festiuis diebus. 33. q. 4. quotiescunque.
Item in tempore ieiuniorum. 33. q. 4. si causa. & duobus c. seq.
Item tempore conceptus, & ablactationis pueri. 5 dist. ad eius vero concubitum.
Item tempore menstruorum. ibid.
Quod tamen continentia non debet fieri ab vno sine consensu alterius. 33. q. 4. apostolus. & c. sequen.
Quod matrimonium contrahendum impeditur per errorem personæ; vt si putatur esse Virgilius, & est Plato. 29. q. 1. §. 1.
Item per errorem conditionis: vt quando putatur esse liber, & est seruus. 29. q. 1 §. 1.
Item per iustitiam publicę honestatis. 27. q. 2. qui desponsatam. 35. q. 3. porro.
Quod non debet contrahi cum hæretica & infideli persona. 28. q. 1. caue. & duobus c. seq.
Item nec cum cōsanguinea. 3. q. 4. consanguineorum. 33. q. 1. c. 1. §. his ita.
Item nec cum affine 27. q. 2. qui desponsatam, in fine. & 35. q. 2. nullum. & c. æqualiter. & pluribus c. seq.
Item nec cum moniali. 27. quæstin. 1. hi ergo. & duobus

duobus capit. sequent. 36. quæstio. 1. raptores.

Item nec cum diaconissa. 27. q. 1. diaconissam.

Item nec cum religionem professis, vel in sacris ordinibus constitutis. 27. q. 1. vt lex. 27. distinct. presbyteris.

Item nec cum furiosis & dementibus nisi habeant lucida internalla, vel nisi furiosus vel furiosa contraxerit. tales enim non sunt separandi. 32. q. 7. neque furiosus.

Quod viro coniuge viuo quantocumque tempore absente alter contrahere non potest. 34. q. vlt. si quis necessitate.

Quod si credens mortuum contrahit, non adulterat, sed redeuntem tenetur recipere. 34. quæst. 1. cap. 1.

Quod dubitans mortuum, si contrahit, licet non debeat contrahere, debet tamen debitum reddere quousque certificetur. 34 q 1. c. 1.

Quod si non credens mortuum, & tamen est mortuus, contrahit, non separatur, sed pœnitentia tamquam pro adulterio imponitur. arg. 32 q 2. homines.

Quod si post duorum fidelium coniunctionem in aliquo ipsorum hæresis superuenerit, alteri propter hoc non potest copulari. 28. quæst. 2. cap. vlt. §. vlt.

Quod separatus ob fornicationem viuente reliquo non potest cum altera copulari. 32. q. 7. c. 1. & octo c. seq & c. hi vero.

Quod nemo cogendus est ad matrimonium, & coactus separatur 31. q. 2. si verum. & cap. seq. 32. q. 2. c. vlt.

Quod presbyter vxorem ducens, ab ordine debet deponi. 28. dist. presbyter.

Quod nec Latini nec Græci in sacris ordinibus possunt contrahere, sed volentes Græci vxores habere, in minoribus constituti contrahunt, & sic in matrimonio vlterius promouentur. 31. dist. Nicæna.

Quod ducens in vxorem quam prius habuit concubinam etiam virginem, non videtur posse promoueri 32. dist. maritum. & 34. distin. præcipimus. & 30. q 3. qualis.

Quod vxor promoti ad sacros ordines ipso consentiente non potest etiam ipso mortuo matrimonium contrahere. 28. dist quia sunt.

Quod error fortunæ vt cum putatur diues qui pauper est, non impedit matrimonium. 29. quæst. 1. §. 2.

Item nec error qualitatis, vt cum putatur quis bonus qui malus est. 29. q. 1 §. 1.

Quod post pœnitentiam cum illa potest contrahere quam prius polluit per adulterium, nisi in mortem viri machinatio, vel fides adulteræ data fuit cum effectu. 31. q. 1. c. 1. & c. denique. & quatuor c. seq.

Quod fidelis dimissus ab infideli non baptizato non impeditur contrahere cum alio. 28. quæst. 2. c. vlt.

Quod cum filia matris spiritualis potest contrahi matrimonium: & pater cum filia carnali filij spiritualis, sed filius cum filia patris sui non potest, quia cognatio spiritualis descendit a patre in filium, non ascendit a filio in patrem. 30. q. 3. cap. vlt.

Quod filij possunt contrahere cum filiabus compatrum, excepta illa mediante qua contrahitur cognatio spiritualis. 30. quæstio. 3. super quibus.

Quod propter incestum efficitur, quis indignus ad matrimonium contrahendum, sed post pœnitentiam potest cum talibus dispensari. 32. q. 7. quædam. & quinque c. seq. 33. q. 2. si quis cum duabus & c. seq.

Quod vxoricida sine dispensatione non potest contrahere. 33. q. 2. interfectores. c. admonere. & c. si quid. & c. seq.

Quod dispensatur in matrimonio circa gradus a canone prohibitos. 35. q. 3. quædam lex. & cap. seq. & q. 8. de gradibus.

Quod de consanguinitate gradus distinguuntur. 35. q. 5. per totum.

Quod gradus affinitatis exprimuntur. 35. quæst. 3. porro.

De statu coniugum in matrimonio.

Quod prima nocte coniuges debent abstinere propter reuerentiam sacerdotalis benedictionis. 23. dist. sponsus. 30. q. 5. sponsus.

Quod non debent se coniuges libidinose diligere. 32. q. 4. origo.

Quod cum commiscetur quis in matrimonio causa prolis procreandæ, non est peccatum. 25. dist vnum. §. aliàs, ante si.

Item causa reddendi debitum non est peccatum. 27. q. 2. si tu.

Item causa fornicationis vitandæ, & est veniale peccatum. 32. q. 2. quidquid. 33. q. 4. in adolescentia. & q. 4. vir cum propria.

Item cum causa libidinis explendæ tamquam cum adultera vel cum meretrice est peccatum mortale. 32. q. 4. origo. & ca. liberorum. Alleuiatur tamen pœnitentia propter bonum matrimonij. 32. q. 7. adulterij.

Quod abstinentia imputatur ad peccatum si propter hoc alter coniugum in peccatum labitur. 27. q 2. si tu.

Quod vxor marito leproso vel quocumque modo debilitato vel deformato reddere debitum tenetur. 32. q 5. horrendus & c seq.

Quod vnus sine alterius voluntate continentiam vouere non potest. 33. q 5. c. 1. & 5. c. seq.

Quod nec potest religionem ingredi nisi propter fornicationem vnus ab altero per sententiam episcopi sit separatus. 27. q. 2. sunt qui. & septem c. seq.

Quod consentiens voventi & non vouens non potest cum altera contrahere nisi post mortem voventis. 27. q. 2. si quis coniugatus. 33. q. 5. quod Deo. & c. seq.

Quod ante copulam carnalem vtrique coniugum licet intrare religionem altero inuito. 27. q. 2. scripsit nobis. §. ecce & c. seq.

Quod an dormiens cum sorore vxoris suæ potest reddere debitum. 27. q. 2. qui dormierit.

Quod vxorati non debent in ecclesia, & præcipue circa altare deseruire. 27. q. 2. multorum.

Quod in veteri lege vxore sterili permanente licita ex ancilla liberos procreabant. 32 q. 4. §. 1. & tribus c. seq.

Quod neuter coniugum potest alteri crimen obijcere quando vtrumque crimen constringit. 34. q. 2. in lectum.

De diuortio.

Quod diuortium matrimonij sine consensu episcopi non debet fieri. 17. q. 1. si vir.

Quod ante causæ cognitionem spoliatus vel spoliata primo debet restitui. 33. q. 2. historia. & duobus c. seq.

Quod matrimonium inter fratres spirituales vel adoptiuos dirimitur. 30. q. 3. c. 1. & quatuor cap. seq.

Item cum matre vel spirituali filia simile. 30. q. 1. de eo.

Quod diuortium factum propter maleficium si cessat, restituitur. 33. q. 1. si per sortiarias.

Quod affinitas remanet licet ille moriatur per quem contracta est. 35. q. 10. §. 1 c. 1.

Quod ante diuortium consanguinei vel propinqui debent citari & testificari de matrimonio, vel senes & antiqui, quibus nota potest esse consanguinitas. 35. q. 1. c. 1 & duobus c. seq.

Quod forma iuramenti testificantium ponitur. 35. q. 6. de parentela, & 3. c. seq.

Item forma iuramenti separationis propter consanguinitatem vel affinitatem. 35. quæst. 6. ab isto.

Item forma iuramenti illius qui recipit dimissam. 33. q. 6. c. vlt.

Quod matrimonium non dirimitur per votum simplex antecedens. 27. distinct. c. 1. & duobus cap. seq.

Item nec propter compaternitatem vel propter commaternitatem superuenientem. 30. q. 1. nosse. & quatuor c. seq.

Item nec propter seruitutem dominis debitam. 29. q. vlt. c. vlt.

Quod qui scienter contraxit cum persona seruilis conditionis, ab ipsa diuortiari non potest. 29. q. 2. si quis liber.

Quod cum vterque coniugum seruilis conditionis matrimonium contrahit, non separantur. 29. q. vlt. c. vlt.

Quod non separatur ab vxore qui ignoranter cognouit vxoris sororem. 32. q 7. qui dormierit.

Quod extraordinaria pollutio quamuis sit criminosa non separat matrimonium. 35. q. 3. extraordinaria.

Quod siue propter adulterium siue propter aliud inter coniuges fiat diuortium, non propter hoc rumpitur matrimonium. 32. q. 7. interuenientе & sex c. seq. 33. q. 5. quod Deo.

De hac materia habes vbi agitur de Diuortio.

Quod matrimonium spirituale est coniunctio Christi & ecclesiæ. 27 q 1 cum societas.

Quod matrimonium per carnalem copulam non perfectum, non est sacramentum Christi & ecclesiæ. 27. q. 1. cum societas.

Item spirituale matrimonium contrahitur inter prælatum ecclesiæ & eius ecclesiam. 7. quæst. 1. sicut vir.

Item spirituale matrimonium est inter Christum & spiritualem animam. 27. q. 1. quæ Christo & c. nuptiarum.

Mœchia.

Quod mœchia est duplex, videlicet spiritualis & carnalis. 28. q 1. non solum.

Quod mœchia spiritualis est idola facere vel idolis sacrificare. 28. q. 1. non solum.

Quod mœchatio est omnis illicitus concubitus, atq. illorum membrorum non legitimus vsus. 32. q 4. meretrices. in fi.

Quod stricte sumi mœchiam non nisi pro adulterio ponitur 32. q 4 meretrices.

Item pro consensu peccati: quia qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo 32. q. 7. non solum.

Quod mœchus dicitur qui dimissa vxore ob causam fornicationis, aliam duxit 31. q. 7. quemadmodum.

Medicina.

Quod medicina est duplex spiritualis, & corporalis. 29. distinct. necesse.

Quod medicorum consilia diuinæ conditioni sunt contraria, quia nec ieiunare nec flere nec consimilia sinunt. de conse. dist. 5. contraria.

Quod medico corporali salarium non est negandum. 14. q 5 non sane.

Quod nec clerici nec religiosi pro medicina munera debent accipere. 23. dist. his igitur.

Quod medicina spiritualis est pœnitentia. 50. distin. vt constitueretur. 33. q. 1. si per sortiarias.

Item medicina spiritualis est omnia ecclesiastica sacramenta de pœnit. dist. 1 in actione. de consec. dist. 2. si quotiescunque. 23. dist his igitur.

Item medicina spiritualis est misericordiæ opera. de pœn. dist. 1. medicina.

Quod Christus est spiritualis medicus, qui paratus est centies curare, si toties homo per peccatum infirmatus eum requirit. de pœnit. dist. 3. Naum prophetam.

Item prælati sunt spirituales medici, qui dant subditis correctionis medicinam. 86. dist. inferiorum. & c. seq. 5. q 5. non vos. 45. distin. recedite. 23. q. 4. quid faciet.

Quod magis prælatus occidit quàm curat, qui nec pro peccatis suis pœnitentiam agit, nec alios de peccatis reprehendit. 50. dist. absit.

Quod sicut medicus peritus non vno collyrio omnium oculos curat, sic prælatus vel prædicator diuersorum hominum vulneribus diuersis doctrinis medetur. 29. dist. necesse.

Memoria.

Quod memoria visionis diuinæ præteritæ in peccatores terrorem futurum incutere debet, ne consimilia attentent. 7. q. 1. denique.

Quod quibusdam in memoriam excessus signa relinquuntur. 19. q. 3. mandamus. de conse. distin. 2. & diaec.

Quod ideo quibusdam occasio peccati præteriti vel per loci mutationem vel aliter est subtrahenda, ne culpa ad memoriam replicata incalescat. 15. q. 1. mulier. 81. dist. valet.

Quod

Quod nullum inuenitur delictorum tale remedium, sicut eorum continua memoria. de pœn. dist. 3. In hac parte.

Mendacium. Quod mendacium est falsæ vocis significatio cum voluntate fallendi. 22. q. 2. beatus § ille.

Quod octo sunt genera mendaciorum quorum quia primum grauius est, tanto minus quisque mentiendo peccat quanto à primo recedit. 22. q. 2. primum.

Quod primum genus mendacij est in doctrina fidei cum intentione subuertendi.

Secundum est quod prodest nulli, & obest alicui, vt est mendacium detractionis, & falsi testis in causa criminali.

Tertium est quod prodest vni, & obest alteri, vt est mendacium in causa pecuniaria.

Quartum est quod solum mentiendi fallendique libidine fit.

Quintum est quod fit placendi cupiditate de suaui colloquio, quod est adulterorum.

Sextum est quod nulli obest, & prodest alicui, vt cum quis se nescire mentiatur pecuniam esse alterius, quam scit iniuste tollendam.

Septimum est quod nulli prodest, & obest alicui, vt cum quis vult hominem prodere ad mortem.

Octauum est quod nulli obest, & prodest ad hoc vt castitas conseruetur.

Quod primum genus dicitur perniciosum, ad quod nulla conditione debet quis adduci.

Quod quolibet aliorum est vel perniciosum, vel officiosum, vel iocosum mendacium, quæ post primum minorem secundum maius & minus culpam habens. 22. q. 2. ne quis. & c. quod autem ait. & cap. si quælibet 9. distinctione, si ad scripturas.

Quod mendacium est graue peccatum: quia os quod mentitur, occidit animam. 22. q. 2. nec artificioso.

Quod omne mendacium cauendum est, maxime perfectis. 22. q. 2. ne quis, cap. omne. cap. si quis per vetus testamentum, & 22. quæst. 5. cauete fratres.

Quod perfectus pro nullius vita seruanda debet mentiri. 22. q. 2. ne quis.

Quod nullus ducendus est ad salutem mendacio opitulante. 22. q. 2. primum, in fin.

Quod Abraham dicendo vxorem sororem suam esse, & Iacob dicendo se primogenitum, excusantur de mendacio. 22. q. 2. quæritur. & §. proximo.

Quod mendacium est episcopum vel sacerdotem vel religiosum se profiteri, & contraria suo ordini operari. 22. q. 5. cauete fratres.

Quod nemo causa humilitatis debet mentiri; quia si non erat peccator, ex hoc incurrit quod vitabat. 22. q. 2. non ita.

Quod ille mentitur qui putans falsum dicit verum, vel econuerso. 22. quæstione. 2. homines. & ca. sequen.

Quod non omnis falsum dicens mentitur. 22. q. 2. is autem. & cap. beatus. & cap. si quælibet. §. Abraham.

Quod facere contra promissum, non semper est mentiri. 22. q. 2. beatus Paulus. & cap. ne quis. in fin.

Quod aliquod iocosum mendacium non videtur esse graue peccatum. Exemplum de Ioseph. 22. q. 2. quod autem ait.

Quod mendacium præcipue in mercatoribus est, quia mercator sine mendacio & periurio esse non potest. dist. 88. eijciens. & c. seq.

Quod qui veritatem celant, & mendacium dicunt, æqualiter peccant: quia ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat. 11. q. 3. quisquis.

Quod mendacium etiam in pœnitentibus inuenitur grauiter punitum. 1. q. 1. dilectissimis. post medium. Exemplum ibidem de Anania & Sapphira.

Quod mendax debet carere impetratis; & quibus scripta diriguntur, sunt puniendi si precum mendacia non arguunt. 25. q. vlt. dicenti.

Quod circa impetrationem rescriptorum contingit mentiri tripliciter. 25. quæst. vlt. §. & si legibus.

De hac materia habes vbi agitur de Iuramento.

Mendicitas. Quod mendicitas clericorum est ignominia episcoporum 93. dist. diaconi.

Quod in tantum excreuit auaritia quorundam episcoporum, vt omnia occupantes cogant clericos egentes mendicare.

Quod illi qui aliter habere possunt, grauiter peccant si mendicant, quia vnde pauper victurus erat, accipiunt. 1. q. 2. pastor.

Quod eleemosyna panis egentium est; & qui defraudat eum, homo sanguinis est. 14. q. 5. cap. immolans.

Mensa. Quod mensa clericorum non debet abundare fabularum relatione, sed sacræ scripturæ locutione. 44. distin. pro reuerentia.

De hac materia habes vbi agitur de Cibo.

Menstruum. Quod menstrua mulierum sunt ex naturali superfluitate sanguinis, & ideo culpa carent. 5. dist. ad eius.

Quod menstrua patienti non debet ecclesiæ introitus denegari. 5. dist. ad eius.

Quod sicut mulier menstrua patiens, Christi vestimentum laudabiliter tetigit, ita ecclesiam menstruata laudabiliter intrare poterit.

Quod ad mulierem menstruatam quisque accedere prohibetur, quia ex hoc partus deformatur. 5. dist. ad eius.

Mensura. Quod mensura misericordiæ Dei non potest æstimari. de pœn. dist. 1. serpens. ante §.

Quod apud Deum non valet tantum in pœnitentia mensura temporis quantum doloris. de pœ. dist. 1. mensuram. & cap. præcedenti. & cap. in actionem.

Mercatio. Quod mercatio potest esse honesta & turpis. de pœn. dist. 5. qualitas.

Quod quælibet mercatio est periculosa, quia difficile est inter vendentis & ementis commercium non interuenire peccatum.

Quod mercator sine peccato & periurio esse non potest. 88. dist. eijciens & cap. seq.

Quod clericis omnino prohibetur mercatio, quia vilius emit vt carius vendat. 14. q. 4. canonum. 16. q. 7. & hoc diximus

Quod qui propter cupiditatem ante tempus granum vilius emit vt carius vendat, turpe lucrum committit. 14. q. 4. quicumque.

Quod in sacro loco vbi est orationibus vacandum, mercationes exercere non debent. 16. q. 7. & hoc diximus.

De hac materia habes vbi agitur de Lucro & Negatione.

Mercenarius. Quod mercenarius etiam si ab iniusto detentore recipit mercedem suam, nó committit iniuriam. 14. q. 5. non sane.

Quod qui defraudat mercenarium, mercede reus est, ac si ipsius sanguinem funderet. 14. q. 6. immolans.

Quod prælatus non diligens propter Deum, sed propter temporale lucrum, mercenarius est. 8. q. 1. sunt in ecclesia.

Quod ille rector non pastor, sed mercenarij vice deseruit, qui gratiam humanam amittere formidans loqui recta pertimescit. 43. distinct. sit rector.

Quod mercenarius est prælatus, qui plus diligens proprium commodum quàm ouium, videns lupum oues relinquit. 7. q. 1. aduersitas.

Meretrix. Quod meretrix est quæ multorum libidini patet. 34. dist. vidua.

Quod meretrices esse, & ad meretrices accedere est diuinitus prohibitum. 32. quæstione 4. meretrices.

Quod fornicator in eo est magis criminosus, quia tollit membra Christi, & facit ea membra meretricis. 32. q. 4. in eo.

Quod indebitus modus luxuriæ execrabiliter fit in meretrice, sed execrabilius in vxore 32. q. 7. adulterij.

Quod contrahens cum meretrice, ad sacros ordines non potest promoueri. 34. distinctio. si quis viduam.

Metropolitanus. Quod metropolitanus à mensura ciuitatum quibus præest, dictus est. 21. dist. cleros. post pr.

Quod metropolitanus debet decem vel vndecim ciuitates & totidem episcopos sub se habere. 6. q. 3. scitote.

Quod absque metropolitani licentia nullus episcopus curiam Imperatoris debet adire. 23. q. vlt. si quis episcopus.

De hac materia habes vbi agitur de Archiepiscopo.

Michael. Quod Michael qui noluit maledicere diabolo, ponitur in exemplum vt à maledicto parcamus. 24. q. 3. si igitur Michael.

Militia. Quod militia est duplex, videlicet sæcularis & spiritualis. 59. dist. si officia. 23. q. 8. reprehensibile.

Quod militia sæcularis non culpatur, sed abusus. 23. q. 1. per totum.

Quod militia instituta est propter duo, videlicet ad iniuriam propulsandam, & vindictam inferendam. 23. q. 1. c. 1. in fi.

Quod ius militare in multis consistit. 1. dist. ius militare.

Quod in militia sæculari reprehenditur libido dominandi, crudelitas vlciscendi, & cupiditas nocendi. 23. q. 1. quid culpatur in bello.

Quod in hac intentione militia debet exerceri, vt mali coerceantur, & boni subleuentur. 31. q. 8. apud. & c. seq.

Quod plerique sancti patres sæcularem militiam laudabiliter exercuerunt. 23. quæst. 1. noli existimare.

Quod summa laus est militiæ, communi vtilitati intendere. 23. q. 1. summa.

Quod boni milites vltra stipendia sua nil debent vsurpare. 23. q. 1. militare.

Quod miles non est reus homicidij, qui legitima auctoritate superioris hominem occidit. 23. q. 5. miles.

Quod miles sæcularis grauius peccat simoniam committendo quàm clericus. 1. q. 3. Saluator. circa med.

Quod miles sæcularis propter periculosum statum quem habet, absque dispensatione Papæ ad sacros ordines non debet promoueri. 50. distin. si quis post.

Quod si in militia sæculari gradatim quis promouetur ad honores, multo fortius in militia spirituali. 59. dist. si officia. & c. seq.

Quod non debet esse ligatus alijs qui spirituali militiæ est aggregandus. 54. dist. nullus.

Quod Christus ad seruiendum voluntarium militem habere vult. 15. q. 1. non est.

Quod nil beatius quàm vt quomodo Imperator noster Christus iussit militetur. 40. distin. ante omnia.

Quod militum Christi arma sunt lachrymæ & orationes. 23. q. 8. reprehensibile. & c. conuenior. circa med.

Minister. Quod minister dicitur qui quod superior mandat, exercet. 23. q. 1. dominus noster. 23. q. 5. nó solum. & q. vlt. quicumque percutit.

Quod minister iudicis etiam damnatum, si ex libidine occidit, homicida est. 23. quæst. 5. cum minister.

Quod minister Christi non debet esse superbus, quia talis diabolo comparatur. 2. q. 1. si iustus fuerit.

Quod Christus ministros suos docuit alijs ministrare, non temporalibus lucris intendere. 16. q. 1. nulli.

Quod in ministeris ecclesiæ sicut est in sacerdote ministratio, sic & in diacono sacramenti dispensatio. 93. dist. diaconi.

Quod vbi paterfamilias largus est, minister non debet

debere T: tenax. 26.q.7. alligant.in fin.

De ministris ecclesiæ habes vbi agitur de Clericis, & vbi agitur de Ecclesia materiali, & vbi agitur de Ordinibus.

Miraculum. Quod miraculũ est opus arduum & insolitum supra spem & facultatem consistens admirantis, sicut fuit maris rubri & Iordanis fluuij diuisio, & alia plura quæ ponuntur de conse.dist. 2 iteratur, circa me.

Quod miracula facere est speciale donum spiritussancti, de pœn.distin. 2.si quis semel.§. quorundam.

Quod quantumcumque sunt aliqui sancti, miracula facere non possunt quando volunt, nisi quando speciali dono spiritussancti perfunditur. de pœn.distin.2. si quis semel. §.quęrendum.

Quod miracula sanctorum sunt admiranda, non in exemplum nostrę actionis trahenda. 2.q 7. nos si post medium.

Quod quidam habent prophetiæ spiritum, qui nõ habent vitę meritum. 1.q. 1.prophetauit. exemplum ibi de Saul.

Quod multi faciunt miracula extra charitatem constituti, qui in charitate positi facere nõ possunt. 1.q.1.teneamus.

Quod magi & dæmones non faciunt miracula, sed mira, quia non sunt supra naturã, sed sunt hominibus insolita. 26.q.4. sciendum.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinationibus, & vbi agitur de Incantationibus, & vbi agitur de Magis.

Missa. Quod Missa proprie dicitur eucharistiæ consecratio & confectio & reliqua omnia quæ sacerdos vel chorus canit gratiarum actiones sunt, vel certæ obsecrationes. de conse.dist.2.verum.

Quod Iacobus apostolus frater domini & Basilius Cæsariensis tradiderunt modum Missam celebrandi. de conse.dist. 1. Iacobus.

Qui tamen modus nec alius in decreto per ordinem habetur sed tamen ego plura quæ in Missæ officio exercentur, propriis capitulis assignaui, vt infra patebit.

Quod Missa sine sacratis vestibus non debet cantari. de conse.dist. 1.vestimenta.

Quod nullus debet Missam sine stola & manipulo cantare. 23. dist. ecclesiastica.

Quod in solenni Missa ministri & præcipue diaconus & subdiaconus debent haberi. de conse. dist. 1. episcopus Deo. & duobus c. seq.

Quod in primitiua ecclesia in principio Missæ psalmi legebãtur, sed post psalmi in cantũ sunt conuersi, vnde introitus Missæ, & gradualia, & offertoria, & communio quę cãtantur, pro e tam nta de psalmis sunt sumpta 92. dist. cantantes. §.ab officio. & c.in sancta. in fi.

Quod ille versiculus, Gloria patri, quem Damasus Papa ad preces Hieronymi instituit post psalmos repetendum, qui cantatur post introitum, ponitur de conse.dist. 1 de hymnis.

Quod kyrie eleyson, & Pater noster, ponitur 1 1. q.3.cum aliquis.

Quod Gloria in excelsis, & Alleluia, qui duo hymni ab angelis sunt cantati, & à nobis in solennitatibus sunt decantandi, ponuntur de consec. dist. 1.de hymnis. & c.hi duo.

Quod hi duo hymni à septuagesima quando lapsus primi hominis recitatur, intermittuntur vsque ad pascha quando Christus resurgens ex mortuis tristitiam in gaudium vertens, Alleluia nobis reddidit. de conse. dist. 1. hi duo.

Quod episcopus in Missa ante collectam, vt ostendat se vicarium Christi, sicut Christus apostolos, sic salutat populum dicens, Pax vobis. 1.q. 7.non omnes.

Item vt ostendat se de numero aliorum sacerdotũ dicit. Dominus vobiscum, quod ponitur de cõse.dist. 1.hoc quoque.

De orationibus siue collectis dicendis habes de conse.dist. 1.de hymnis.in fi.

Quod post orationes respondendum est Amen, habes 18.dist.sedulo.

Quod epistola & Euangelia legenda sunt in Missa, habes de conse. dist.1. omnes fideles.

De offertorio quod debet fieri in Missa, habes de conse dist. 1 omnis Christianus.

Quod post offertur in calice vinum & aqua à sacerdote. de conse. dist.2. in sacramento.

De qua materia habes vbi agitur de Eucharistia.

Quod ante præfationem Sursum corda dicere monemur, & tunc precipue mentem ad dominum dirigere debemus. de consec. distin. 1. quando autem.

De præfatione, quę postea primo sequitur, habes, de conse. dist. 1 inuenimus.

Quod pax debet dari ante communionem, habes de conse.dist. 2.pacem.

Quod post Missam si non est episcopus sacerdos qui cantauit debet dare benedictionem. de conse.dis. 1.Missas.

Quod in Missa siue viui, siue mortui populo possunt recommendari, sed in canone missæ vbi soli Deo loquimur, qui omnium nomina nouit tacitis nominibus, sub generali cõmendatione orare debemus. de conse.dist. 1. visum. & cap. de nominibus.

Quod non nisi in sacris locis, vel vbi episcopus permiserit, Missa debet celebrari. de conse.dist. 1.Missarum.

Quod sub diuo super tabula consecrata lapidea potest Missa cantari. de consec. distinct. 1.concedimus.

Quod episcopus ne monachos in officio impediat non debet in monasterio suo solenniter celebrare. 18.q.2. luminosa.

Quod non solum episcopus, sed etiam populus diebus dominicis & solennibus ab ecclesia sua non debet se subtrahere de conse.dist.3.episcopus. & c.seq.

Quod super altari in quo episcopus cantauit, eo die non debet presbyter celebrare. de consec. dist.1.c.vlt.

Quod in natiuitate Domini quando tres Missæ sunt celebrandæ, prima Missa in profunda nocte solenniter est celebranda. de consec. dist. 1. nocte.

Quod in quadragesima non debet quis manducare nisi audita prius Missa, & vespertinis officijs. de consec.dist. 1.solent.

Quod propter populi deuotionem Missa potest in aurora cantari. de consec. distin. 1. solent plures.§. 1.

Quod post clericorum ordinationes in ieiunijs quatuor temporum post meridiẽ Missa debet cantari, & precipue in sabbato sancto, quia circa mediam noctem debet cantari. de conse. dist. 1.solent.§ in ieiunijs.

Quod nemo pransus Missam cantare debet. 7. q. 1.nihil.

Quod qui pro pecunijs vel hominum complacentijs vnam vel plures Missas celebrat, æternam sibi damnationem comparat. de consec.dist. 1. sufficit.

Quod excepta natiuitate Christi vnam Missam cantare sufficit sacerdoti.

Quod valde felix est qui vnam Missam digne potest celebrare.

Quod dominicis & festiuis diebus laici Missam vsque ad finem debent audire. de conse. dist. 1. Missas, & c.seq & c.& hoc.

Quod episcopus solenniter celebrãdo semper debet habere testes. de cons.di. 1. episcopus Deo. & c.iubemus.

Quod presbyter nisi duobus ad minus præsentibus Missam non debet celebrare, vt competat sibi dicere, Dominus vobiscum, & Orate pro me. de conse. dist. 1.quoque.

Quod sacerdos propter euentus varios sine adiutore qui possit eum sustentare, non possit Missam cantare. 7.q.1.illud.

Quod presbyter qui Missam incepit: nisi infirmitas impediat, debet eam finire. de conse. dist. 1. nullus episcopus.

Quod si presbyter propter casualem infirmitatem Missam inceptam finire non poterit, alter vbi dimisit perficiat. 7.q.1.nihil.

Quod laborans morbo caduco vel consimili Missam non debet cantare. 7.q.1.in litteris.

Quod presbyter numquam Missam cantet nisi communicet de conse.dist. 2.relatum. & c.seq.

Quod presbyter in Missa de mortali peccato habens conscientiam, cum contritione & proposito confitendi potest communicare. de consec. dist. 2.quotidie.

Quod Missam mali sacerdotis vel infamati non est respuenda. nisi sit per sententiam condemnatus. 15.q.8.c.vlt. dist.32.c.nullus. & c.seq.

De hac materia habes vbi agitur de Celebratione, & de Sacerdote.

Misericordia. Quod misericordia est plenitudo & perfecta forma virtutum. 86.dist. in singulis.

Quod duplex est misericordia, videlicet diuina & humana.

Quod multiplex est misericordia Dei, quæ lapsis hominibus subuenit. de pœn. distinctione 1. serpens.

Quod misericordiæ Dei nec mensuras ponere possumus: nec tempora diffinire: apud quẽ nullas patitur moras veniæ conuersio. de pœn. dist. 1. serpens, ante fi.

Quod Deus ex misericordia expectat peccatores vt conuertantur, 93. distinctione diaconi sunt. ante fi.

Quod assidue peccare violentium non miseretur Deus. 93. dist. diaconi sunt. in fin. de pœn. dist. 1. Deus. §. potest etiam. & distinctione 7. circa fin.

Quod misericordia ad proximum est duplex. videlicet corporalis, & spiritualis. 45.dist. tria.

Quod spiritualis est triplex, videlicet offensas vel iniurias dimittere. 45. dist. tria. & 50. dist. considerandum.

Item delinquentes corrigere. 45. dist. tria.

Item bona docere, & iusta consulere. 45. distin. disciplina.

Quod corporalis misericordia consistit in septem operibus misericordiæ, quæ in hoc versu continentur.

Visito, poto, cibo, redimo, tego, colligo, cõdo. quorum plura ex his ponuntur. 86. distinctione non satis.

De modo habendi vel exhibendi prædicta officia misericordiæ.

Quod misericordia spiritualis ad proximum debet esse iusta in corrigendo, vt scilicet non desit vinum austeritatis, nec oleum pietatis. 45. dist. disciplina.

Item discreta in docendo vel consulendo. ne erudiendi in errorem deducantur. 43. dist. n. sit rector.

Item debet esse prompta offensas relaxando: maxime quando pœnitent offendentes. 23.q.4. non potest § proximo.

Quod misericordia corporalis debet esse iusta in exhibendo: quia debet esse de proprio, non de alieno. 1.q.1.non est. 14.q.5. per totum.

Quod debet esse discreta in subueniendo: quia vni omnia non sunt danda. 86. dist. non satis. & c. domino.

Item ordinata in distribuendo: quia primo dandum est propinquis, & post alijs. 86. distin. est probanda. & c. in singulis. in fi. excepta necessitate. tunc potius dandum est iustis quam peccatoribus. 86. distinct. fratrem nostrum. § in ipsa.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesia.

Quod misericordiæ officia omnibus sunt præcepta. 86. dist. in singulis.

Quod qui negant misericordiam faciendam: ipsum Christum qui est misericordia negant. 1. q. 1.omnis.

Quod misericordia maior est omnibus holo-

consuetudinibus dist. 50. ponderet in fine.

Quod melius est in causis prætendere misericordiam quàm inclementiam. 86. dist. non satis. 26. q. vlt. alligant.

Quod sententia quæ misericordiam vetat, est effugienda. 50. distinct. ponderet. in fine. 1. q. 7. exigunt.

Quod capto hosti debetur misericordia, nisi maior turbatio timeatur. 23. q. 1. noli.

Quod crudelis est misericordia parcere vni in discrimen multorum. 45. dist. sed illud.

Quod non est misericors qui parcit vitijs vt non contristet delinquentes. 23. q. 5. qui vitijs.

Mysterium. Quod mysterium ex illo dicitur quòd secretam & reconditam habet dispensationem. 1. q. 1. multi. circa med.

Quod ecclesiastica siue diuina sacramenta propter dicuntur mysteria. 1. q. 1. multi. ante med.

Quod indignis & non intelligentibus secreta mysteria non sunt communicanda. 43. dist. §. vlt. & c. in mandatis.

Moyses. Quod Moyses qui congregauit omnem synagogam, repræsentat quòd in fideli animæ omnis multitudo sensuum & cogitationum ad meditandum de Deo intra sacrarium cordis debet conuenire. 8. q. 1. licet.

Quod in hoc quòd non fuit Moysi permissum a Deo de successore ordinare, datur intelligi quòd ad Deum non ad homines spectat electio prælati. 8. q. 1. si ergo.

Quod Moyses negauit se filium filiæ Pharaonis, & quòd Ægyptium sabulo obruit, & quòd Ægyptū dereliquit, & quòd filios Israel de Ægypto eduxit, habes de pæ. dist. 3. ut cognouerunt. §. opponitur.

Quod Moyses ponitur in exemplum quòd prælati nō armis sed orationibus contra aduersarios debēt pugnare, quomodo ipse pugnauit contra Amalech. 36. dist. si quis vult.

Quod sicut inter Moysen & Aaron fuit quædam maioritatis discretio, sic fuit inter apostolos. 22 dist. sacrosanctæ. & 21. dist. §. 1.

Quod Moyses cum pro peccato populi orauit, nō fletu in veniam impetrauit. 50. dist. si quis præpostere. in fine.

Quod Moyses potius voluit de libro vitæ deleri, quam noxam populo non dimitti. 23. q. 4. quid crudele.

Quod quia Moyses Æthiopissam duxit in vxorē, Maria murmurans lepra percussa fuit. 2. q. 7. plerumque. c. item obijcitur.

Quod Moyses propter reuerentiā loci calceamentum pedis soluit. de pæ. distin. 1. sunt qui arbitrantur.

Quod Moyses quandoq. Christum significat. de pæn. dist. 2. inter hæc itarum.

Monachus. Quod monachus dicitur a monos Græce, quod Latine dicitur solus: & achos quod Latine dicitur tristis: quasi solitarius & tristis. 16. q. 1. placuit.

Quod monachus ideo singularis dicitur: quia debet vitare hominum multitudinem. 16. quæst. 1. si cupis.

Quod sicut piscis sine aqua, sic monachus sine monasterio vel cella caret vita 16. q. 1. placuit communi.

Quod monachus ad hoc debet intendere vt status eius concordet cum nomine. 16. quæst. 1. placuit.

Quod omnis monachus vel religiosus debet esse vel de regula Sancti Benedicti, uel de regula Basilij, vel de regula Augustini. 18. quæstio. 2. perniciosam.

Quod etiam dicuntur monachi qui regulam Augustini sunt professi. 18. q. 2. perniciosam.

Quod nullus seruus debet esse monachus nisi a domino suo licentiatus. 16. q. 1. quis uero.

Quod monachi & monachæ semper & vbique debent deferre vestes professionis suæ. 33. dist. sanctimonialis. 20. q. 2. vidua.

Item excepta infirmitate nunquam debent carnes comedere. de conse. dist. 5. carnem.

Item debent abbatibus suis obedire: ac res laboribus suis acquisitas vel qualescumque sine licentia abbatis non debent retinere. 18. quæst. 2. abbates.

Quod nullus debet monachus fieri abbas præ promissa fieri. 16. quæst. 7. per laicos. 18. quæst. 2. peruenit.

Quod vltra tempus in monasterio stantes & nolentes profiteri debent expelli. 16. q. 1. peruenit ad nos.

Quod testamentum facere non possunt. 19. q. 3. quia. & c. seq.

Quod sine licentia abbatis vouere non possunt. 20. q. 4. monacho.

Quod ad arctiorem vitam petita licentia transire possunt 20. q. 4. c. 1. & c. monachum.

Quod compulsus siue a parentibus, siue ab alijs fieri monachum: nisi prius consentiat, non tenetur. 20. q. 3. præsens.

Quod monachi de licentia abbatis ex causa legitima possunt ad solitarias cellas transire. 18. q. c. nullus monachus. 20. q. vlt. c. vlt.

Quod non debent causas vel negotia sæcularia agere nisi ex licentia abbatis pro monasterio. 16. q. 1. adijcimus in fi. & c. de præsentium. & c. sunt nonnulli. & c. monachi.

Quod frequenter loquens de pecunia, potius dicendus est institor quàm monachus. 16. q. 1. si cupis.

Quod monachi nunquam debēt vacare, sed semper vel orationibus, vel lectionibus, vel exercitio operis debent intendere. de consecra. dist. 5. nunquam.

Quod debent ab omni familiaritate monialium & aliarum feminarum se alienare. 18. q. 2. peruenit ad nos & 3 c. seq.

Quod nec in vno, nec in vicino monasterio cum monialibus debent habitare. 18. q. 2. diffinimus. & duobus c. seq.

Quod nec sudariolos, nec zonas, nec alia munuscula a mulieribus debent accipere. 27. quæst. 1. monacho.

Quod monachi quamuis recipiendo ordinem recipiant officij potestatem, non tamen exercitium eius: nisi occasione populi de licentia episcopi. 16. q. 1. monachi & c. seq. & c. sic viue. & c. si clericatus. & c. seq.

Quod nec pœnitentiam alijs dare, nec prædicare nisi in claustro suo debent. 16. q. 1. placuit omnibus. & c. monachus. & cap. iuxta. & cap. adijcimus.

Quod nec baptizare debent, nec fieri compatres. 18. q. 2. peruenit ad nos. de conse. dist. 4. non licet abbati & c seq.

Quod præter confratrem in claustro, & præter eū qui elegerit, nullum debent sepelire. 16. q. 1. c. 1. c. Agapitus. & c. placuit.

Quod monachi debent subesse episcopis inquantum per Papam non sunt exempti. 16. q. 2. peruenit 18. q c. Abbat. & quattuor c. seq.

Quod visitandi sunt per episcopos & corrigendi. 18 q. 2. visitandi.

Quod iura episcopalia debent episcopis persoluere. 18. q. c. Eleutherius & c. seq.

Quod non debent decimas vel ecclesias a laicis sine consensu episcopi accipere. 16. quæst. 7. decimas.

Quod episcopos ex charitate possunt accusare. 2. q 7. nullus. §. proximo.

Quod monachi bonorum operum in clericos & episcopos promoueri possunt. 16. q. 1. si clericatus. & 7. c. seq. & tribus c. præcedentibus.

Quod non debent sine abbatum licentia episcopatus accipere 18. quæst. 2. quàm sit. §. nullus. 16. quæst. 1. si quis monachus. & cap. legi. §. sequen.

Quod facti episcopi absoluuntur a iugo professionis. 18 q. 1. c. 1.

Quod facti episcopi non debent mutare habitum nec ordinis sui statum quo ad substantialia. 16. q. 1. de monachis, & §. seq.

Quod facti episcopi succedunt in bonis paternis. & ecclesiæ suæ relinquunt. 18. q. 1. c. 1.

Monasterium. Quod monasterium duplex pro monachis & monialibus in vno loco fieri prohibetur. 18. q. 2. diffinimus.

Quod monasteria construenda sunt in solitudine: ne populari accessu deuotio religionis impediatur. 18. q. 2. luminoso.

Quod monachorum monasteria subsunt episcopo in cuius territorio sunt 18. quæst. 2. monasteria.

Quod monasterium exemptum est a lege diœcesane in pluribus videlicet quantum ad cathedratici præsentationem vel præstationem, 10. q. 3. inter cetera.

Item quantum ad quartæ partis dimissionem. 16. q. 1. cum pro vtilitate.

Item quantum ad grauem exactionem. 17. q. 2. quàm sit.

Item quantum ad publicæ missæ celebrationem: quia sine consensu abbatis episcopus non debet facere. 18. q. 2. abbas. & c. luminoso.

Quod monasteria non debent fieri sine licentia episcoporum. 18. q. 2. quidam. & 4. c. seq.

Quod mulieres monasteria religiosorum intrare non debent. 18. q. 2. peruenit ad nos.

Quod monasteria religiosorum non debent conuerti in habitacula sæcularium clericorum: nec debent regi per sæcularem. 18. q. 2. peruenit ad nos & c. dudum. 19. quæst. 3. quæ semel. & cap. sequen.

Quod in parochialibus ecclesiæ monasteriorum de consensu episcopi debent presbyteri institui vel remoueri. 16. q. 2. visis. & c. seq.

Quod abbas sine episcopo, & episcopus per se res monasterij alienare non possunt. 17. q. 4. in ūditionibus. 18 q 2. quàm sit.

De hac materia habes vbi agitur de Monachis, & vbi agitur de Religione.

Monialis. Quod monialis est quæ professa est se velle viuere secundum regulam Benedicti, uel secundum regulam Basilij, vel secundum regulam Sancti Augustini. 18. q. 2. perniciosam.

Quod moniales non debent habere singularia domicilia. 18. q. 2. perniciosam.

Quod puella duodecim annos habens si voluntarie monialis effecta est etiam ante consecrationem recedere non poterit. 20. q. 1. puellæ.

Quod moniales subsunt ordinationi & correctioni episcopi. 18 q. c. cognouimus.

Quod præponendus monialibus primum est per episcopum examinandus. 18. quæstio. 2. qui religiosis.

Quod conuenientius reguntur per viros spirituales quàm sæculares 18. q. 2. in decima.

Quod monasteria monialium non debent esse vicina monasterijs monachorum. 18. q. 2. diffinimus & 4 c. seq.

Quod monialis nunquam debet loqui cum monacho vel alio viro sine bono testimonio. 18. q. 2. diffinimus. & c. in decimu.

Quod moniales in vno choro cum monachis uel alijs clericis cantare non debent. 18. quæst. 2. perniciosam.

Quod non debent vasa sacra & pallas & corporalia contingere. 23. dist. sanctimoniales. §. vasa. c. sacratas.

Quod non possunt matrimonia contrahere: & contrahentes sunt per episcopum compellendæ ad votum redire. 27. q. 1. de viduis & puellis. atque ad fi.

Quod moniales in vitium carnis pro lapsæ grauiter puniuntur. 27. q. 1. impudicas. & fere per totum.

Quod peccantes cum ipsis ipso facto videntur excommunicati. 27. q. 1. si qua uirgo. & c. non.

De consecratione monialium habes supra vbi agitur de Consecratione.

Mors. Quod mors est triplex videlicet corporalis, spiritualis, & ghennalis. de pæ. dist. vlt.

Quod mors corporalis omnibus est communis. 13. q 2 in ecclesiastico.

Quod in memoria ab omnibus est semper habenda. ibidem.

Quod non videntur esse perfecti qui cum a Domino vocantur, non moriuntur voluntarie, sed inuiti. 13. q. vl. quàm præposterum.

Quod sacramenta morientibus concedi debent. 26 q. 1. Aurelius. & c. seq.

Quod si volentem confiteri mors antequàm ad sacer-

sacerdotem perueniat præoccupauerit, non debet sibi denegari ecclesiastica sepultura. 26. q. 6. si aliquis.

Quod qui fame morientem nõ pascit occidit. 86. dist. pasce.

Quod mortem languentibus probatur infligere qui hanc cum possit non excludit. 13. dist. c. 1.

Quod qui mortui sunt, in Dei iudicio non ab hominibus sunt iudicandi 24. dist. quorumdam.

Quod post hominum mortem animę locantur secundum quod meruerunt. 13. q. 2. tempus.

Quod mortui iuuandi sunt oblationibus, eleemosynis, & orationibus, etiam si dubitatur de eorum salute. 13. q. 2. non æstimemus. & pluribus cap. seq.

Item quod fit pro omnibus mortuis tantum valet cuilibet, ac si pro vno solo fieret. de conse. dist. 5. non mediocriter.

Quod indignus est in morte accipere solatium, qui se non cogitauit moriturum. de pæn. dist. 7. § vlt.

Quod morientibus in peccatis mortalibus, nec oblationes nec orationes viuorum nec mortuorum, nec sepulturę sacrorum locorum prosunt. 13. q. 2. quibus. & septem c. seq.

Quod nemo debet contristari de morte suorum charorum, cum ipsos non amittamus, sed pręmittamus. 13. q. vlt. quàm pręposterum. & tribus c. seq.

Quod illi qui nimis tristantur de morte suorum, videntur desperare de felicitate futurorum bonorum. 13. q. vlt. habent.

Quod in hoc quòd Dominus fleuit Lazarum nõ fleuit mortuum, sed ad huius vitæ miserias resuscitandum, insinuatur quòd pro mortuis plus est gaudendum quàm tristandum. 13. q. vlt. qui diuina.

Quod mortui huius mũdi facta possunt scire vel per decedentium relationem, vel per angelorũ reuelationem, vel per specialem concessionem, quia ipsis quandoque conceditur vt post mortem viuis appareant. 13. q. 2. fatendum.

Quod quandoque mortui ex diabolica illusione phantasticè creduntur apparere. 26. q. 5. nec mirum, ante med.

Quod ecclesia nec ligare nec soluere potest mortuos de peccatis, quia non sunt de foro eius. 24. q. 2. ligatur.

Quod iniuste excommunicatus etiam post mortẽ potest absolui. 24. q. 2. sane quod.

Quod hęretici post mortem possunt excommunicari propter facti detestationem. 24. q. 2. sane profertur.

Quod fideles non debent communicare mortuis quibus non communicauerant viuis. 24. q. 2. de communione.

Quod mors spiritualis est duplex, bona & mala, bona est quando quis siue per baptismum, siue per pœnitentiã moritur peccato, vt viuat Christo. de conse. dist. 4. vt ostenderet. & c. seq.

Quod species diuersæ huius mortis designantur per tres mortuos, quos Christus suscitauit. de pęn. dist. 1. quem pœnitet.

Quod mors spiritualis mala est quando quis moritur per peccatum mortale, sicut per peccatum infidelitatis. 26. q. 2. qui sine. 11. q. 3. non solũ. § idem timendo.

Item per hypocrisim, quia hypocrita viuens mortuus est. 11. q. 1. nolo. ante si.

Item per auaritiam. 14. q. 4. si quis vsuram.

Item per quodlibet aliud mortale peccatũ. de pęn. dist. 4. § dicens. c. inter mittentes sermonem.

Quod mors gehennalis mors dicitur ęternalis: quia ibi nunquam mors moritur. 26. q. 2. qui sine. de pæn. dist. vlt. in si.

De hac materia habes vbi agitur de Sepulturis.

Mores. Quod mos longa consuetudo est de moribus tracta. 1. dist. mos.

Quod legem mores faciunt, & commune ius legibus & moribus constat. 1. dist. omnes.

Quod plus facit famosum morũ nobilitas, quàm generis dignitas. 40. dist. nos. & c. seq.

Quod illud quod non est contra fidem & bonos mores, indifferenter habendum est. 12. dist. illa.

Quod multum distant damna morũ à damnis rerum temporalium. 6. q. 1. sunt plurimi. § verum. & c. deteriores.

De hac materia habes vbi agitur de Consuetudine.

Mulier. De muliere habes supra vbi agitur de femina.

Multitudo. Quod multitudo inutilium personarum maxime clericorum est vitanda. 23. dist. tales.

Quod pompa multitudinis popularis reprehenditur maxime in prælatis & clericis. 39. distin. si officia.

Quod non potest esse salubris à multis correctio, nisi cum ille corripitur qui non habet sociam multitudinem. 23. q. 4. non potest.

Quod in correctione multitudinis caute est incedendum. 44. dist. comessationes.

Quod cum contagium peccandi multitudinẽ inuaserit: diuinæ disciplinæ seuera misericordia necessaria est. 23. q. 4. non potest.

Quod paucitas est aspere corrigenda, sed multitudo lenissimis admonitionibus est frangenda. 44. dist. comessationes.

Quod propter peccantium multitudinem detrahendum est seueritati. 44. dist. comessationes. 50. dist. vt constitueretur. 9. quæst. 1. ordinationes.

Quod non debet deferri multitudini in mali prælati electione vel approbatione. 18. quæst. 2. si quis.

Quod multas medicinas inuenire cogunt multæ experientiæ morborum. 50. distinct. vt constitueretur.

Quod non minus ardet qui cum pluribus ardet. 2. q. 1. multi. in si.

Quod tempore apostolorum multitudinis credentium erat cor vnum & anima vna in Deo. 12. q. 1. dilectissimis. 8. dist. § 1.

Quod aliquando multitudo propter vnius delictum punitur. 45. distin. sed illud. 24. q. 1. non turbatur.

Munditia. Quod munditia est duplex, scilicet corporalis, & spiritualis. 31. dist. lex.

Quod munditia carnalis est quæ inficitur per luxuriam: & ideo clericis in sacris prohibetur, vt competentius valeant diuinis vacare obsequijs & orationibus. 31. dist. c. 1. § causa.

Quod spiritualiter mundatur qui à sorde peccatorum per pœnitentiam purgatur. 50. dist. & purgabit.

De hac materia habes vbi agitur de Castitate, vbi agitur de Luxuria, & vbi agitur de Macula.

Munus. Quod munus est triplex, videlicet ab obsequijs, quod est seruitus indebite impensa.

Item munus à manu, quod est pecunia.

Item munus à lingua, quod est fauor. 1. q. 1. sunt nonnulli.

Quod munera dantem & accipientem faciunt deuiare à iustitia. 11. quęst. 3. pauper. & cap. qui recte.

Quod ille manus ab omni munere excutit, qui non solum pecuniam vel obsequium, sed nec etiam humanum fauorem inquirit. 1. q. 1. sunt nonnulli. 11. q. 3. qui recte.

Quod non timetur culpa, vbi redemptio speratur per munera. 11. q. 3. pauper.

Quod meritorie trahitur quis ad fidem vel ad meliorem statum per munera. 23. q. 4. c. vlt.

Quod clericus ecclesiam suscipiens vel spiritualia dans per munera destruitur. 7. q. 1. sancitum. 15. quęst. 1. obseruandum. 12. quęstio. 2. questa.

Murmuratio. Quod murmuratio dissuadetur, quia murmurans opus quod facit perdit. 90. di. alienus.

Quod murmurans & contentiosus pari pœna puniuntur. 90. di. si quis monachus.

Quod filij Israel murmurantes à serpentibus perierunt. 90. dist. alienus.

Quod Maria propter murmur contra Moysen lepram incurrit. 2. quæst. 7. plerumque. § item obijcitur.

Mutatio. Quod mutatio non debet in his fieri quę rationabiliter & vtiliter sunt à patribus diffinita. 25. q. 2. cum pie. & c. ecclesiasticę.

Quod Deus mutabilitatem nescit, omnis autem creatura vitiosa est: quia mutabilis est. de pæn. dist. 2. circa si.

Quod licet Deus sit incommutabilis, tamen sæpe mutat promissa: cum ex misericordia temperat sententiam. 22. q. 4. incommutabilis. & c. non semper.

Quod Deus nouit mutare sententiam quando de malo in melius homines mutantur. de pænit. dist. 1. si agamus. & §. seq. Exemplum de Niniue, & de Ezechia rege, cui quindecim annos addidit.

Quod Romana ecclesia statuta sua secundum tẽporis exigentiam quandoque mutat. 25. q. vlt. postea quam. §. his ita. & §. vlt. & c. ita nos.

Quod illa quæ non sunt contra Euangelia aut sanctorum decreta, pro necessitate temporũ quandoque mutantur. 44. dist. c. vlt. 25. q. vlt. priuilegia. & c. amputato.

Quod mutantur reges propter negligentiam regiminis. 15. q. 6. alius.

Item episcopi vel alij prælati de loco ad locum propter exigentiam temporis mutantur. 7 q. 1. mutationes.

Item sedes episcopales mutantur: vel duæ in vnã rediguntur causa hostilitatis vel paupertatis. 25. q. 2. §. hostilitatis. & c. ita nos.

Item priuilegia: quia pro necessitate corrigendorum vitiorum dantur, & quãdoque penitus immutantur. 25. q. 2. §. his. c. postea quam.

Item mutãtur incaute promissa. 22. q. 4. in malis. & c. seq.

Item mutantur in melius consilia & proposita. 22. q. 1. certe. vbi Augustinus mutauit consilium. 22. q. 2. beatus. vbi Paulus propositum eundi ad Hispaniam mutauit.

Item mutatur pœna in pœnam vel pænitentiam. 22. q. 4. innocens credit. ex his. vbi de Iosue & Gabaonitis. 23. quæstione 1. cap. 1. circa medium.

Quod non sufficit peccatori mores in melius cõmutare: sed etiam debet de pręteritis satisfacere. de pæn. dist. 1. §. Christus.

Quod Nabuchodonosor rex non corporaliter sed mentaliter in bestiam mutatus est: quia credẽs se bestiam, ab hominibus secedens cum bestijs morabatur. 23. q. 5. remittuntur.

Mutilatio. Quod mutilatio membrorũ latronum proficit eis: quia debilitata membra nequeunt exercere consueta. 23. q. 5. si quis fortitudinem.

Quod mutilatus vel abscisus per se vel per alium exclusa decenti causa non potest promoueri. 33. distinct. maritum. & 36. distinct. cap. illiteratos.

Quod qui sibiipsi virilia mutilauerit: non solum non promouetur: sed etiam suipsius homicida reputatur. 50. dist. si quis absciderit. & c. seq.

Quod qui volens partem digiti sui mutilauerit, ab ordinibus abstinebit. 45. dist. qui partem.

Quod mutilator alterius non debet promoueri. 55. dist. c. vlti.

Quod si qui per medicos castrati vel mutilati essent propter infirmitatem, aut à Barbaris propter infidelitatem, aut à dominis vt eunuchi fierent: si aliàs inueniuntur digni, possunt promoueri. 55. dist. si quis à medicis.

Mutus. Quod mutus per signa baptismũ & pœnitentiam & alia sacramenta petere potest. 26. q. 6. qui recedunt. & cap. sequen.

Quod prelatus qui non redarguit vitia subditorũ, canis mutus dicitur. 43. di. in rector.

NAbath. Quod Nabath, fuit pater Hieroboam: qui regnum appetens in populo Dei schisma fecit. 7. q. 1. denique.

Quod Nabath vineam suam in ortũ olerum commutare noluit. 23. quęst. 8. conuenior.

Nabuchodonosor. Quod Nabuchodonosor Danielem de lacu leonum & persecutionibus liberauit. 23. q. 5. si propter ea.
Quod Deus malos per Nabuchodonosor flagellauit: & post propter superbiam mutatus mente in bestiam, cum bestijs vixit. 23. q. 3. §. 8. circa medium. & quæst. 5. remittuntur. §. hinc. circa medium.
Quod Nabuchodonosor propter superbiam in bouem ex homine est mutatus. 17. quæstio. 4. mitor.
Quod quia Nabuchodonosor per flagella corrigitur, & Pharao per flagella induratur: innuitur quòd medicinæ salutis non operantur in singulis. 23. q. 4. Nabuchodonosor.

Natiuitas. Quod natiuitas triplex est: videlicet naturæ, gratiæ, & gloriæ.
Quod natiuitas naturæ prima est in vtero, iuxta illud; Quod enim in ea natum est. de qua natiuitate de conse. dist. 4. firmissime.
Item alia est naturæ ex vtero; scilicet quando puer innotescit iuxta illud. Natus est homo in mundum. de qua de conse. dist. 4. quisquis. c. qui in maternis.
Quod natiuitas gloriæ est quando deposita vetustate pœnę nascitur homo ad gloriam. de consecrat. distinct. 4. post Baptismum. Sic mors sanctorum natalis dicitur. 14. quæstio. 2. sane quòd.
Quod natiuitas gratię est quando quis nascitur per baptismum. iuxta illud: Oportet nasci denuo. de conse. dist. 4. qui in maternis.

Natura. Quod natura condidit omnibus nationibus ius commune, sicut est maris & feminæ coniunctio, puerorũ successio & educatio. 1. dist. ius naturale.
Quod contra naturam coitus semper fuit illicitus & damnabilis. 32. q. 7. vsus. 35. q. 3. nec eam. §. naturæ. & c. seq.
Quod violatur diuina societas cum natura cuius ipse auctor est, libidinis peruersitate polluitur. 32. q. 7. flagitia.
Quod naturali iure omnia sunt communia, & quòd consuetudo induxit meum & tuum. 8. distin. differt.
Quod præscientia vel prædestinatio diuina nullã naturę infert necessitatem, 23. q. 4. Nabuchodonosor.
Quod in culpam cadere naturale est; doluisse virtutis. de pæ. dist. 3. ille rex.
Quod natura dæmonum in pluribus subtilior & nobilior est quàm natura hominum. 26. q. 4. sciendum.
Quod sancti cum ex naturę fragilitate corruerint, acriores ad currendũ cursum salutis resurgunt, de pæ. dist. 3. ille rex.

Nauis. Quod nauis quæ propter Ionæ fugam immergebatur, significat quòd propter excessus maiorum contingit afflictio minorum. 1. q. 4. ecclesia. §. his ita. post medium.
Item in hoc quòd multa merita apostolorum nauigabant, & proditoris perfidia nauis procellis agitabatur; innuitur quòd propter vnius malitiam multi boni puniuntur. 24. quæst. 1. non turbatur.
Quod Paulo causa prædicationis in Italiam venientę nauis concutitur, innuitur quòd aduersitas bonis votis obijcitur. 7. q. 1. aduersitas.
Quod nauis cordis Pauli quæ in naufragio inconcussa stetit, constantiam prędicatoris in aduersitate innuit. 7. q. 1. aduersitas.
Quod periculum est prælato qui nauem ecclesiæ regit & remum tenere non nouit. 40. distinct. ante omnia, in fi.
Quod sicut nauigans multis periculis se exponit; sic qui vxorem ducit. 17. q. 2. nos.
Quod sicut nil interest vtrum nauis vno grandi fluctu, aut per rimas paolatim aqua intrante submergatur, sic parua peccata multiplicata tãtum opprimunt vt vnum grande. de pę. dist. 1. medicina. circa medium.

Necessitas. Quod necessitas est duplex, videlicet simplex, vt est necesse omnes homines mori. 23. q. 4. Nabuchodonosor.
Alia est conditionis, vt cum quis scit aliquem ambulare necesse est eum ambulare. Sicut nulla necessitas cogit incedere volentem, tamen necesse est eum incendere, sic quę ea nulla necessitate naturæ, sed ex libertate arbitrij proueniunt, Deus pręuidet & necesse est ea esse. 23. q. 4. Nabuchodonosor.
Quod necesse est prędestinata adimpleri. ibidem.
Quod non est culpabile quod necessitas infert. 30. q. 1. ad limina.
Quod necessitas non habet legem. 1. q. 1. remissionem.
Quod necessitas facit licitum quod aliàs non esset licitum, vt patet in translationibus episcoporum 7. q. 1. mutationes.
Quod translationes episcoporum vel communis vtilitas vel necessitas debet persuadere. 7. q. 1. scias. & 4. c. seq.
Quod opera necessitate vrgente facta non sunt laudabilia. 57. dist. si quis.
Quod adultus necessitate cogente baptizatus nõ est ordinandus. ibid.
Quod id quod ex necessitate conceditur, cessante necessitate debet solui. de consecra. distin. 5. quidquid.
Quod illud quod ex necessitate fit, non fit ex ordine legitimo, sed vsurpato: vnde cessante necessitate debet cessare & id quod pro necessitate statutum est. 1. q. 7 quod pro remedio. 9. q. 1. ordinationes. in fi.
Quod in necessitate extrema pœnitentibus sacramenta non sunt neganda, 26. q. 7. tempora pænitudinis
Quod in necessitate patri siue matri siue omnibus alijs baptizare permittitur. 30. quęst. 1. ad limina.
Quod necessitas facit aliena propria, quia tempore necessitatis omnia sunt communia. 47. dist. sicut. in fine.
Quod clericus raptor est qui vltra necessaria pauperibus non erogat. 16 q. 1. c. quoniam.
Quod tempore necessitatis prius subueniendum est propinquo quàm alieno. 86. dist. non satis.
Item alieno prius iusto quàm peccatori. 86. dist. fratrem. § in ipsa. & c. non satis.

De hac materia habes vbi agitur de Coactione.

Negatio. Quod negatio Christi non tantum fit in verbis, sed etiam in factis. 11. q. 3. existimant.
Quod ille negat Christum qui (cum sit) se negat esse Christianum 11. q. 3. non solum.
Quod quoties vitijs vincimur & peccamus, toties Deum negamus. 11 q. 3 existimant.
Quod qui veritatem pro pecunia negant; Deum qui veritas est vendunt. 11. q. 3. abijt.
Quod qui negant misericordiam faciendam patientibus, ipsum Christum qui misericordia est, negant. 7. q. 1. omnis.
Quod quanta vita est confiteri Christum, tanta mors est negare ipsum. 11. q. 3. nõ solum. § idẽ timendo.
Quod Petrus negauit Christum cum se negauit eius discipulum. 11. q. 3. non solum.
Quod illi errant qui Petrum de negatione Christi excusant. 11. q. 3. non solũ. §. idem timendo.
Quod de vno negatur, de pluribus conceditur. ibidem.
Quod negatiua probari non potest. 6. quæstio. 5. §. vlt.

Negligentia. Quod negligentia est eruditionis nouerca. 83. dist nihil.
Quod negligentia arguitur in excusatione boni operis. 84. dist. peruenit.
Item in subueniendo miseris. 12 q. 2. aurum. & c. seq. 86. dist. fratrem.
Itẽ in corripiendis peruersis. 83. dist. error. 2. q. 7. sicut inquit. c. negligere.
Item in eruditione prędicationis. 83. dist. nihil. 43. dist. sit rector.
Item in defensione pauperis. 84. dist §. 1. & c. peruenit. & c seq.
Quod negligentia prælatorum cedit in discrimen subditorum. 40. dist. si Papa.
Quod negligẽtia correctionis perdit disciplinam in subditis. 23. q. 3. iustum.
Quod negligentes rectores multas sæpe nationes pestilentias, dum dissimulant adhibere disciplinam. 86. distinct. inferiorum. 45. distinctio. sed illud.
Quod negligere & non perturbare peruersos nil aliud est quàm fouere. 83. dist. error.
Quod si negligenter quæ male vsurpantur corriguntur, excedendi vias alijs aperitur. 93. distin. peruenit ad nos.
Quod non sufficit clericis turbis negligentibus adæquari. 8. q. 1. c. vlt.
Quod desolatio debet esse prælato vbi clericos videt esse negligentiores in bono quàm laicos. 8. q. 1. quid autem. 25. q. 1. nulli.
Quod prælati de negligentia arguuntur & puniuntur. 22. q. 1. si quis. 27. q. 1. si custos.
Quod negligentia post admonitionem aggrauatur quantum ad culpam & quantum ad pœnã. 12. q. 2. indigne.
Quod prælati pœna de negligentia est depositio. 81. dist. dictum. 11. q. 3. placuit.
Quod negligentia inferiorum suppleri debet per superiores. 8. q. 3. Artaldus. 9. quæst. 3. cum simus.

Negotiatio. Quod negotiatio non est in se mala. 88. dist. quoniam non.
Quod duplex est negotiatio: videlicet licita & illicita. 88. dist. fornicari.
Quod negotiatio sine periculo minime exerceri potest de pę. dist. 5. qualitas.
Quod negotiatorem excusat vel arguit qualitas negotij. de pæ. dist. 5. qualitas.
Quod de substantia mali negotiatoris nouissime non remanet nisi solum peccatum. 88. distinct. eijciens.
Quod negotiatio inhonesta clericis est interdicta. 88. dist. consequẽs. Nam nemo militans Deo, implicat se secularibus negotijs.
Quod negotiatorem clericum, & ex inope diuitẽ, & ex ignobili gloriosum, quasi quandam pestẽ fuge. 88. dist. negotiatorem.
Quod negotiatio cupiditatis prohibetur clericis. 88. dist. decreuit. 14. q. 4. clerici. & c. canonum.
Quod negotiatio pietatis vt inde subueniatur viduis & pupillis, permittitur clericis. 78. distin. decreuit.

Negotium. Quod negotia circa maiora cautius & diligentius sunt discutienda. 42. dist. quiescamus.
Quod plerque sunt negotia quę sine peccato aut vix aut nunquam exerceri possunt. de pæ. dist. 5. negotium.
Quod perfectis non est peccatum repetere negotium quod ante sine peccato exercuerunt. de pæ dist. 5. negotium.

Neophytus. Quod neophytus dicitur qui nouiter est in fide vel religione plantatus. 47. dist. sicut.
Quod non debet in episcopum ordinari, ne in superbiam erigatur, quia talis nescit humilitatẽ obseruare. 48. dist. §. 1.
Quod simonia neophytorũ hæresis dicitur, quia aliquando dabant pecuniam vt citius promouerentur. 1. q. 1. quisquis.
Quod neophytis expedit plusquam alijs cibis delicatis & a vanitatibus abstinere. de cõse. dist. 5. neophyti.

Necromantia. Quod necromantia est quando per incantationes videntur resuscitari mortui, diuinare, & ad interrogata respondere. 26. quæst. 5. nec mirum.
Quod quando necromantia fit, cruor aquæ miscetur vt colore sanguinis dæmones inuocati facilius prouocentur. ibid.

De hac materia habes vbi agitur de Dæmonibus.

Nobilitas. Quod nobilitas morum plus ornat quàm genitorum

§. immolans.

Item in delinquentium non correctione: quia eũ pastor delinquentes non arguit, tacendo occidit. 43. dist. Ephesijs.

Oculus. Quod oculus impudicus impudici cordis est nuncius. 32. quæst. 5. nec solo.

Quod non tantum sufficit oculos castos custodire, sed etiam linguam. 6. q. 1. ex merito. in fi.

Quod præcipue clerici non debent incedere vagi oculis nec lingua effrœni. 23. distinct. his. circa medium.

Quod qui iniuriose iustos tangit, velut pupillam domini tangit. 2. q. 7. accusatio quoque.

Quod episcopi sunt oculi Dei. 6. q. 1. oues.

Quod diaconi, qui nunc dicuntur archidiaconi, sunt oculi episcopi: quia vice ipsius debent totam diœcesim perlustrare. 93. dist. diaconi ecclesiæ.

Quod priuatus oculo, qualicunque ex causa priuatur sacerdotij iure. 55. dist. si Euangelica.

Odium. Quod odium fraternum & homicidium pari culpa iudicantur. de pæn. dist. 1. homicidium.

Quod odio debent haberi peccata, non homines. 85. dist. odio. 23. q. 4. duo.

Quod clerici maxime debent odium & æmulationes fugere. 43. dist. his igitur.

Quod nemo potest veram pœnitentiam agere, nec gratiam baptismi recipere, nisi primum dimittat odium in corde. de pæn. dist. 5. falsas. de consec. dist. 4. quomodo. in fi.

Quod qui diurnum odium non dimittit admonitione præmissa per presbyteros, à cœtu fidelium est expellendus. dist. 90. placuit.

Quod probatur odisse vitia qui arguit delinquentes. 86. dist. inferiorum.

Officium. Quod officium aliud est sæculare, aliud diuinum siue ecclesiasticum. 59. dist. si officia.

Quod officium sæculare aliud est licitũ, quod scilicet caret peccato: aliud illicitũ, quod sine peccato exerceri non potest. de pœn. dist. 5. falsas.

Quod officium illicitum est deserendum: quia existendo in ipso pænitentia non potest agi. de pœ. dist. 5. falsas.

Quod occupantes se illicitis officijs, ab ecclesiæ officijs sunt expellendi. 88. distinct. consequens est.

Quod clericis artificio licet victum quærere absque diuini officij detrimento. 91. dist. clericus. & c. sequen.

Quod officium diuinum siue ecclesiasticum est diligenter exequendum. 12. dist. de ijs. 91. distin. presbyter.

Quod officium Metropolitanæ ecclesiæ obseruandum est per prouinciam. 12. dist. de ijs. de consec. dist. 2. institutio.

Quod diuinum officiũ, præcipue missa, securius cum pluribus exequitur. 7. q. 1. illud.

Quod ordinem officij in matutinis & in Missa, & in alijs horis conuenit omnibus clericis custodire. de conse. di. 5. conuenit. & duob. c. seq.

Quod post matutinas & post vesperas, semper Pater noster, est dicendum. de consec. dist. 5. id semper.

Quod seruitus est clericorum septem horarum officia qualibet die persoluere. 91. dist. presbyter.

Quod septem horæ ibidem enumerantur.

Quod clerici in sacris & beneficiati tenentur ad horas canonicas, & ad officia diuina. 92. distinc. cap. vlt.

Quod prælati officium diuinum aut per se aut per clericos debent explere. 91. dist. presbyter.

Quod clericus diuinum officium non explens debet deponi. 91. dist. c. vlt.

Quod officium diuinum plus corde quàm voce est exercendum & exequendum. 92. distinct. cantantes.

Quod publicus concubinarius Missam & alia diuina officia exequi non debet. 32. dist. præter hoc.

Quod officium simoniacorum & in fornicatione iacentium scienter non est audiendum. 32. dist. præter hoc. §. verum. in fi.

Ministros officia ecclesiæ exercentes, sicut lectores, acolythos, subdiaconos, sacerdotes, & archiepiscopos, & episcopos, & alios, habes quoslibet in hoc opere in suo loco cum suo officio declaratos.

Quod officia ecclesiastica singula singulis personis sunt distribuenda. 89. dist. c. 1.

Quod quantumcunque excercitatæ personæ duo officia vno tempore non sunt cõmittenda. 89. dist. singula.

Quod in ecclesiæ officijs vitanda est consanguinitatis successio: ne hæreditario iure credant se ea vendicare. 8. q. 1. apostolica.

Quod potius sunt danda extraneis bonis quàm propinquis malis. 8. q. 1. Moyses.

De officijs ecclesiæ habes vbi agitur de Beneficijs, & vbi agitur de Ecclesia.

De officio diuino habes vbi agitur de Cantu & celebratione, & vbi agitur de eucharistia, & vbi agitur de Missa & de Ordine.

Omißio. Quod omissio casu vel per errorem contingens cauté est supplẽda. 1. q. 1. spiritus. § proximo. 7. q. 1. nihil. 52. dist. solicitudo.

Quod quando substantiale omittitur, non valet quod agitur. de consec. dist. 4. in synodo. 12. q. 2. animaduertendum. de pæn. distinctione 5. fratres.

Quod quando aliquid propter maius bonũ omittitur: non contemptus, sed prouidentia iudicatur. 63. dist. Hadrianus.

Opera. Quod opera bona vigilanter sunt facienda. 86. dist. fratrem.

Quod quotiescunque bonum agimus, Deum cõfitemur: sicut econtra malum faciendo ipsum negamus. 12. q. 3. æstimant.

Quod Deus in operibus bonum plus respicit animum quàm actum. 15. q. 6. si quandoque à sacerdotibus. in fi.

Quod vbi Christus non est fundamentum, nullius boni operis potest esse ædificium. 1. q. 1. cũ Paulus

Quod Deus de malis actibus hominũ bona operari consueuit. 13. q. 5. relegentes.

Quod opera non sunt præcipitanda, sicut nec consilia. 50. dist. ponderet.

Quod non solum respicienda sunt opera, sed etiã circunstantiæ operum: videlicet tempus, causa, voluntas, personarum differentia. 23. q. 8. occidit. de pæn. dist. 2. vt cognouerunt. §. opponitur. in fin.

Quantum ad tempus respicienda sunt, quia multa permittebantur olim, quæ non modo, & modo, quæ non olim. 30. q. 4. quis ignoret. & ca. sequen. 35. q. 1. cap. 1. 34. dist. fraternitatis.

Quantum ad causam, sicut quia Phinees non occidit propter personæ odium, sed propter legis zelum. 23. q. 8. legi. & cap. sequen. & q. 6. cum homo.

Quantum ad voluntatem; quia qui præter voluntatem occidit, non sic culpatur sicut voluntatem habens. 50. dist. eum qui. & 4. c. seq. 15. q. 1. non est. & tribus c. seq.

Quantum ad personarum differentiam, videlicet vtrum sit persona nobilis vel ignobilis, vtrũ sit sapiens vel stultus. 40. distinct. homo Christianus.

Quod sanctorum filij non dicuntur qui tenent loca eorum, sed qui eorum exercent opera. 40. di. non est.

Quod bona opera prosunt ad dignitatis sublimitationem. 56. dist. quia.

Item ad irregularitatis dispensationem. 1. q. 7. tali.

Quod mediocre bonum opus maiori non est præferendum. de conse. dist. 5. non mediocriter.

Quod culpa pia operatione solet purgari. 22. q. 2. si quælibet. Exemplum ibi de obstetricibus.

Quod aliquando sunt facienda ad quæ non tenemur, & illa sunt gratiosiora. 28. q. 1. iam, post medium.

Exemplum ibi de Christo qui tributum soluit cũ non teneretur.

Quod bona opera mortificantur per peccatum mortale. de pœn. dist. 4. § finis. circa med.

Quod reuiuiscunt per pœnitentiam.

Quod per opera bona teguntur peccata. 45. distin. sed illud.

Quod opera facta extra fidem & charitatem non valent ad salutem. 24. q. 1. odi. & c. seq. de conse. dist. 5. nihil enim.

Quod licet malis bona opera non prosint ad salutem, non tamen sunt omittenda, quia prosunt ad alia. 14. q. 5. qui habens. & §. seq.

Quod licet quædam opera sint indifferentia, tamen in ipsis quis demereri potest & mereri. 23. q. 5. lea. & 4. c. seq.

Quod opus male inchoatum bonum finem habere non potest. 1. q. 1. principatus.

Quod sicut peccatum opus sine voluntate non facit ita & iustitia ea opere nõ consummatus nisi voluntas affuerit. 31. q. 5. sicut enim.

De hac materia habes vbi agitur de Eleemosyna.

Oppreßio. Quod oppressio dicitur quæ fit in pauperes contra iustitiam & veritatem. 11. q. 3. pauper.

Quod omnis oppressio & iniustitia iudicium sanguinis est. de pæn. dist. 1. omnis.

Quod oblatio oppressorum pauperum non est recipienda. 90. dist. oblationes. & c. eorum.

Oratio. Quod oratio est pij animi affectus omnia in Deum prætendens. de conse. di. 1. quando autem fluuius.

Quod non verbis tantum, sed corde orandum est domino. de conse. dist. 5. non mediocriter.

Quod in oratione nil aliud debet cogitare animus quàm id de quo deprecatur. de consec. dist. 1. quando.

Quod cum quolibet verbo orationis debet concors esse sensus cogitationis. de consec. dist. 4. numquam.

Quod orationis voces ad aures Dei non diriguntur nisi cum animi affectu. 38. dist. sedulo.

Quod melius est quinque psalmorum cantatio cũ deuotione, quàm totius psalterij modulatio cũ anxietate. de conse. dist. 5. non mediocriter.

Quod versus orientem est orandum, & per consequens oratoria sunt facienda. 11. dist. ecclesiasticarum.

Quod in signum resurrectionis Christi diebus dominicis & tempore paschali non est orandũ cũ prostratione. 30. di. si quis presbyter.

Quod oratio dominica scilicet Pater noster, post alias horas semper est dicenda. de conse. dist. 5. id semper.

Quod orandum est sine intermissione. de consec. dist. 5. numquam.

Quod prælati præcipue orationi debent esse intenti, quia non tantum pro se, sed etiam pro subditis tenentur orare. 36. dist. si quis vult.

Item clerici & religiosi. 12. q. 1. duo.

Quod prælatis non sufficit oratio nisi & assit eleemosynæ largitio. 86. dist. fratrem.

Quod oratio est peccatorum purgamentum. 1. q. 1. ipsi sacerdotes.

Quod ideo sacerdotes dicuntur peccata hominũ comedere, quia ea suis orationibus delent atque consumunt. 1. q. 1. ipsi.

Quod oratio est contra visibiles & inuisibiles hostes efficax iuuamentum. 36. dist. si quis vult.

Quod per orationem diuina secreta reuelantur. 8. q. 1. si ergo.

Quod homines siue mortui, siue viui orationibus adiuuantur. 13. q. 2. non æstimemus. & quattuor c. seq.

Quod quia à Papa salus dependet omniũ, ab omnibus pro ipso est orandum. 40. distin. si Papa.

Quod pro illis qui seipsos interficiunt, vel pro illis qui pro suis sceleribus interfecti sine contritione decedunt non est orandum. 23. q. 5. placuit.

Quod quando oratio à meliori porrigitur tanto citius exauditur. 1. q. 1. ipsi. 14. quæst. 5. sentium.

Quod Deum prouocans proprijs peccatis non bene

bene potest intercedere pro alienis. 1. q. 1. fertur. §. vel aetate. & q. 6. ego. in fin. 3. q. 7. in grauibus.

Quod cum is qui displicet ad intercedendum mittitur, irati animus ad deteriora prouocatur. 3. q. 7 in grauibus.

Quod orationis tempore ab opere coniugali est abstinendum. 33. q. 4 per totum.

Quod quia sacerdotibus semper est orandum, ideo ipsis à mulieribus semper est cauendum. 31. di. si laicus.

Quod plus alijs ad orandum obligantur qui aliorum eleemosynis vtuntur. 10. q. 1 quia.

De hac materia habes vbi agitur de Officio, & vbi agitur de Missa.

Ordo. Quod ordo est duplex, videlicet triumphantis ecclesiae, & militantis. 89. dist. c. ad hoc.

Quod nullius vniuersitatis generetur administratio, quae subsistere posset nisi eam magnus differentiae ordo seruaret. 89 dist. ad hoc.

Quod triumphantis ecclesiae nouem sunt ordines angelorum sub octo generibus lapidum designati. de pen. dist. 2 principium §. omnis lapis.

Quod in militanti ecclesia nil debet esse inordinatum. 61. dist miramur.

Quod ordo familiae Dei nutabit si quod requiritur in corpore, non inuenitur in capite. 61. dist. miramur.

Quod nouem ordinum gradus sunt in ecclesia militanti, videlicet psalmista, ostiarius, lector, exorcista, acolythus, subdiaconus, diaconus, presbyter, episcopus, quorum nominum deriuationes & officia ipsis consignificantia habes 21. distin cleros. et in hoc opere habes vnumquodque positum in loco suo secundum ordinem alphabeti.

Quod ordo episcoporum quadripertitus est, vt habes supra vbi agitur de episcopis.

Quod omnes praedicti ordines dicuntur sacri, praecipue tres, videlicet subdiaconatus, diaconatus, & presbyteratus. 32. dist. erubescant.

Quod antiquitus subdiaconatus non reputabatur sacer ordo: vnde in episcopum eligi non poterat nisi cum dispensatione. 40. dist. nullus in episcopatum. 2 dist §. 1. in fi. Vide quod ibi notat

Quod modo ordinandus in subdiaconum debet vouere castitatem. 27. dist. diaconus. & 28. nullum & cap. decernimus. & cap. de his.

Quod pueri nullatenus ad sacros ordines sunt promouendi. 2. q. 1. pueri.

Quod infantes videlicet septem annos habentes possunt tonsurari in clericos, & beneficia ecclesiastica per consequens habere. 28. dist. de his.

Quod ordinandus in lectorem vel exorcistam, xij. annorum debet esse. 28. dist. de his.

Item ordinandus in acolythum ad minus debet esse duodecim ann. 77. dist. in singulis.

Quod nemo nisi xviij. anno completo & castitate promissa debet in subdiaconum ordinari. 28. dist de his.

Quod in diaconum ordinandus xxv. annos debet habere. 28. dist. de his.

Quod excepta necessitate nec in presbyterum nec in episcopum quis debet ordinari nisi tricesimo anno completo. 77. dist. c. episcopus. & ca. seq. 78. dist per totum.

Quod à minoribus ordinibus incipiendo debet gradatim ascendere in presbyterum vel episcopum ordinandus 77. dist. c. 1. & c. seq.

Quod qui praetermissis aliquibus ordinibus episcopus efficitur, illos ordines quos non habet alijs dare non potest. 1. q. 1. gratia. de conse. di. 3. quando ab Hierosolymis.

De modo ordinandi episcopum habes 23. distin. episcopus.

De modo ordinandi presbyterum habes. 2. dist. presbyter & c. ecclesiastica.

Quod episcopus ordinando presbyterum dicit haec verba. Consecrentur & sanctificentur domine manus istae, vt quidquid consecrauerint, consecratum sit, & quaecumque benedixerint, benedicta sint. 16. quaestione 8. generaliter. in fin.

De modo ordinandi diaconum habes 23. dist. diaconus & c. seq.

De modo ordinandi subdiaconum habes 23. dist. subdiaconus.

De modo ordinandi acolythum habes 23. dist. acolythus.

De modo ordinandi exorcistam habes 23. distin. exorcista.

De modo ordinandi ostiarium habes 23. distin. ostiarius.

De modo ordinandi lectorem habes 23. dist. lector.

De modo ordinandi psalmistam habes 23. distin. psalmista.

Quod in ordinando solum diacono & presbytero ab episcopo manus imponuntur. 23. dist. quorumdam.

Quod si episcopus manum tantum super ordinandos ponat, & alter verba consecrationis proferat, nihil fit. 23. dist quorumdam.

Quod duos primos ordines minores in suo monasterio possunt conferre abbates. 69. distin. quoniam.

Quod ordinandi siue sint episcopi siue alij clerici, sunt prius diligenter examinandi. 24. distin. per totum. 76. dist si quis. & c. seq.

Quod ordinatius vel per se vel coram se per fida dignos tribus diebus ante ordinationem ordinandos debet in fide, moribus, & fama examinare. 24. dist quando episcopus. & c. seq. 77. distinct. monachus.

Quod ad ordinationem clerici sufficit testimonium episcopi proprij sine examinatione. 16. q 1. si quis.

Quod in examinatione monachi testimonium sufficit proprij abbatis sine examinatione ordinantis. 16. q. 1. monachi.

Quod sine examinatione ordinatus debet deponi. 24. dist. si quis presbyter. 50. dist. ex poenitentibus.

Quod tempus ordinationis sacerdotum & aliorum clericorum est sabbatum quatuor temporum, & sabbatum praecedens dominicam passionis, & sabbatum sanctum 63 dist litteras. 75. dist. quoniam. §. ceterum. vsque ad finem. 76. dist. per totum.

Quod mane dominici diei sequentis continuato ieiunio possunt fieri ordinationes. 75. dist. quod à patribus. & c. seq.

Quod episcopi die dominico, & alij clerici die sabbati propter dominicam debent ordinari sicut ab apostolis traditum, inuenitur. 75. distinct. quod die.

Quod episcopus faciens ordines sabbato, post nonam missam decantare debet, quia officium ad dominicam spectat. 75 dist. c. vlt.

Quod propter dignitatem diei dominicae statutum est ordines fieri illo die, quia Deus illam diem maximis operibus quae fecit, consecrauit. 75. dist quod die.

Quod ordinantes & ordinandi debent esse ieiuni. 75. dist. quod à patribus. & c. seq.

Quod ordinandi promissionem debent episcopo facere sub iuratoria cautione de obedientia & alijs honestis. 23. dist. quamquam.

Quod nullus sine certo titulo est ordinandus, & si ordinatur, vacua & irrita est quantum ad executionem eius ordinatio. 70. dist. neminem. & c. seq.

Quod monachus etiam si non professus fuit, vel quilibet alius religiosus sub titulo monasterij ordinatus, ad seruiendum ibidem perpetuo obligatur.

Quod nemo debet coactus ordinari: quia, vt videtur, talis non recipit characterem. 74. distin. per totum.

Quod nullus debet pretio vel fauore sed ex vitae merito ordinari. 1. q. 1. puers.

Quod ordinandus debet esse sobrius, non vinolentus. 35. dist. per totum.

Item debet esse hospitalis. 42. dist. §. 1.

Item debet esse prudens in sacra scientia. 36. dist. vsque ad 38. dist. per totum.

Item debet esse domui bene praepositus, vt pote qui familiam suam bene educauerit. 47. dist. sicut his. §. necesse, & c. seq.

Quod multi faciunt se ordinari non propter deuotionem; sed propter supplendam penuriam. 77. dist. monachus.

Quod beneficiati vt ordinentur per episcopum sunt compellendi. 60. dist. nonnullos.

Quod sicut inuitus qui ordinari renuit, sacris altaribus est admouendus, sic ambiens vltro se offerens est repellendus. 8. q. 6. sicut.

Quod nolentes ordinari ad illos ordines quos sua causa requirit per episcopum honore sunt priuandi. 60. dist. innouamus.

Quod non debet ordinari nisi diaconus in archidiaconum, & presbyter in archipresbyterum, & in decanum non nisi presbyter. 60. dist. §. 1. & tribus c. seq.

De multis generibus hominum non ordinandorum habes 34. dist. praecipimus. & quatuor c. seq. 50. dist. ex poenitentibus. 51. dist. per totum.

Item de bigamis non ordinandis habes 33. dist. per totum & habes supra vbi agitur de Bigamis.

Quod habens vxorem ante baptismum, & aliam post siue vxorem siue concubinam, non est ordinandus, nisi cum dispensatione. 33. distin. si quis. & cap. maritum. & cap. habuisse. & 34 di. c. fraternitatis.

Quod bigamus ad subdiaconatum, & supra ordinari non potest. 32. dist. seriatim.

Quod nemo coniugatus ordinari debet nisi vxore requisita, & castitate praestante episcopo promissa. 77. dist episcopus.

Quod in orientali ecclesia ordinandi etiam ad sacros ordines licite contrahunt, sed non in occidentali, vbi ad continentiam obligantur. 31. dist aliter.

Quod corrumpens virginem & post contrahens cum eadem, videtur quòd non possit ordinari. 34. dist curandum. & c. seq.

Quod an in ordine lapsus post peractam poenitentiam in suo ordine valeat remanere, aut ad vlteriores ordines conscendere. 50. distin per totum.

Quod vsurarij & cupidi, quia tales de facili à vero deuiant, ordinari prohibentur. 47. dist. per totum.

Quod homicidium siue pagani, siue Christiani, siue publicum, siue priuatum. etiam post peractam poenitentiam impedit ordinandum & ordinati officium exequendum. 50. dist. miror. & cap. seq.

Quod serui nisi libertati fuerint dati, non sunt ordinandi. 54. di per totum.

Quod mulier non debet ordinari. 32. distinct. mulieres.

Item illegitimi, nisi sint in religione absque dispensatione nõ debent ordinari, maxime ad curam animarum. 56. di per totum.

Quod ordinandus debet recipere litteras suae ordinationis. 1. q. 1. legum.

Quod non omnia, quae ordinandum impediunt, ordinatum deijciunt. 15. quaestione. 1. si quis.

Quod ordinatus in presbyterum praetermissis ordinibus de minoribus, non debet exequi officium. 59. dist. si officia. & duobus c. seq.

Quod ordinati ab haereticis suspensis & interdictis in forma ecclesiae, recipiunt characterem, sed irrita dicitur eorum ordinatio quantum ad executionem qua carent. 1. q. 1. si qui à simoniacis.

Quod ordinatus ab haeretico non est reordinandus. 19. dist. secundum.

Quod ordinati ab haereticis, si aliàs digni sunt, tolerantur, nisi se fecerint reordinari ab ipsis. 1. q. 7. saluberrimum. in fi.

Item nisi se simoniace à simoniaco fecerint ordinari. 9. q. 1. excommunicatos.

Item nisi se fecerint rebaptizari. de consecr. dist. 4. eos quos.

Item nisi in contemptum fidei & ecclesiae se fecerint ab haereticis baptizari. 1. q. 7. conuenientibus. Vnde versus.

Sinc bis ordo datur, seu baptismus repetatur.

Vel si praestetur, vt vtrumque Simon operetur,
Seu vt euertatur fidei status, ordo petatur,
Vt dispensetur, spes irrita prorsus habetur.

Quod qui coactus ab haeretico vel simoniaco ordinem receperit, consequitur executionem. 1. q. 1. constat.

Quod fictè ordinatus vel in mortali peccato, non est reordinandus. 68. dist. sicut.

Quod ordinati ad sacros vxor post mortem eius non potest contrahere. 28. distinct. quia sunt culpae.

Quod episcopus ordinans scienter indignum punitur. 54. dist. quando. in fi. & 50. dist. ex poenitentibus & 59. dist. qui ecclesiasticis.

Quod indignus dicitur ad ordines promoueri quia multipliciter, videlicet ratione conditionis: vt cum seruus alterius ordinatur & tunc ordinans condemnatur in duplum. 54. dist. si seruus.

Item ratione aetatis: & tunc ordinatus deponitur. 77. dist. subdiaconus.

Item ratione temporis, sicut quatuor tempora, & quae sunt legitime ordinata, & tunc ille ordinatus deponitur, & ordinator ordinandi potestate priuatur. 77. dist. subdiaconus.

Item ratione carentiae beneficij: & tunc ad iniur. episcopi deponitur 70. dist. neminem.

Item ratione bigamiae vel alterius irregularitatis, & tunc episcopus ordinandi potestate priuatur, & ordinatus ordine spoliatus. 50. distinct. ex poenitentibus.

Item ratione publici criminis, & tam ordinator quàm ordinatus deponitur. 51. dist. aliquantos.

Item ratione inscientiae, & tunc ordinator ordinandi potestate priuatur, & ordinatus ordine spoliatur. 36. distinct. qui ecclesiasticis.

Quod ordinatus a non episcopo debet reordinari. 26. dist. per totum.

Quod episcopus alterius dioecesis clericum sine dimissorijs ordinare non debet. 9 q. 2. per totum. 71. dist. clericos. 21. q. 2. quoniam.

Quod episcopus clericum suum ab alieno episcopo sine consensu suo ordinatum, ante executionem officij recipere potest, & secum dispensare, dummodo sententiam contra tales non tulerit. 9. q. 2. Lugdunen. §. seq.

Quod illi furtiue dicuntur ordinem recipere, qui absque conscientia episcopi & absque examinatione ordinantur. 64. dist. extra conscientiam. 24. distinct. quando.

Quod tales ipso iure sunt irregulares: & si prohibiti vel excommunicati sunt promoti, sunt deponendi. 24. dist. 2. vlt.

Quod exceptis minoribus ordinibus, vt est consuetudo, nulli licet plures ordines vno die accipere 77. dist. monachus.

Quod accipiens duos ordines simul, maxime post examinationem, est deponendus. 77. dist. subdiaconus.

Ornatus. Quod ornatus hominis est duplex, videlicet interior, & exterior. 41. dist. §. 1.

Quod ornatus Christianorum verus est non in splendentia vestimenti, sed morum boni. de consecr. distinct. 5. fucare.

Quod nihil in corona episcopi splendidius est quàm humilitas. 100. dist. contra morem. post medium.

Quod ornatus episcopi vel clerici exterior in multis consistit, videlicet vt comam non nutriat. 23. dist. clerici qui.

Item vt vestes religiosas habeat. 21. q. 4. omnis. 41. dist. §. 1.

Item vt sine operimento decenti non incedat. 21. q. 4. episcopi.

Item vt nunquam guttur vel fauces vel faciem vnguento liniat. 92. dist. cantantes.

Item vt in religionis habitu & cibo cum quibus viuit, conueniat. dist. 41. §. vlt.

Item vt incessu graui maturitatem mentis ostendat. 41. dist. clericus.

Item in cibo & potu temperantiam & sobrietatem praetendat. 41. dist. §. vlt.

Quod in ornamento summi pontificis rationale designat, quia in pectore pontificis debet esse cognitio veritatis. 36. distinct. qui ecclesiasticis §. ecce.

Quod clerici debent esse ornati exterius, videlicet incessu & habitu: vt non sordidis vel fulgidis vestibus se ornent. 40. dist. §. 1.

Quod tunc incessus sacerdotis est ordinatus quando grauitate incessus mentis maturitatem ostendit. 41. dist. parsimoniam.

Quod exterior ornatus tolerabilior est in feminis quàm in viris. de consec dist. 5. fucare.

Quod ornatus meretricius non est ad placendum hominibus, sed ad placendum daemonibus. de conse. dist. 5. fucare. in fine.

Quod praelati debent intendere vt templa Dei ornata resplendeant 86. distin. non satis. §. item perfecta.

Quod nullus ornatus ecclesiae sic debet esse carus quin pro necessitate pauperum & captiuorum sit expendendus. 86. dist. non satis. §. item perfecta. 12. q. 2. aurum. & c. gloria.

Osculum. Quod osculum pacis in missa ante communionem est dandum. de conse. dist. 2. pacem.

Quod osculum lasciuum libidinis est incitamentum. 27. q. 1. nec aliqua.

Quod quia monachi semper debent esse puri. feminas non debent osculari. de consec. distinct. 4. monachi.

Quod excommunicatis non est communicandum in osculo. 11. q. vlt.

Otto. Quod Otto Imperator primus iurauit Ioanni Papae fidelitatem, & omnia iura papalia defensare. 63. dist. tibi domino.

De hac materia habes vbi agitur de Imperatoribus.

Ouis. Quod oues Christi vocantur omnes Christiani 23. q. 4. displicet.

Quod is qui valet Christi oues & renuerit pascere ostendit se pastorem suum minime amare. 8. q. 1. in scriptura. 16 q. 1 vos.

Quod ouis perdita, scilicet genus humanum per Christum ad ouile caeleste est reportata. 12. q. 1. quia tua. ante fi. 16 q. 7. poenitentem.

Quod vulnerato pastore, idest, praelato, & oues infirmantur. 1. q. 1. fertur §. vulnerato.

Quod oues contra pastorem, nisi in fide erraverit insurgere non debent. 2. q. 7. oues. 6. quaest. 1. oues.

Quod scabiosa ouis ne pecora & etiam ne tota domus inficiatur, est repellenda. 24. q. 3. resecandae.

Quod sicut ab vna oue morbida vniuersus grex inficitur; sic ab vno peccante populus inficitur. 45. dist. sed illud. in fine.

De hac materia habes vbi agitur de Grege.

Pabulum. Quod pabulum a fure quandoque auertendis pecoribus spargitur, vt abigantur. 5. q. 5. non omnis. in fine.

Patientia. Quod patientia est suas & suorum iniurias aequanimiter tolerare. 23. q. 1. circa medium.

Quod non reddere mala pro bonis, sed reddere bona pro malis, signa sunt perfectae patientiae. 23. q. 3. sex differentiae.

Quod iniuria propriae personae cum patientia & gaudio est sustinenda: sed iniuria Dei vlciscenda. 23. q. 4. quòd Christus. §. proximo.

Quod vbi hostis non personam, sed sedem ecclesiae quaerit, si sibi non resistitur. non patientia sed negligentia iudicatur. 23. q. 3. Maximianus. & c. pen membris.

Quod laudabilior est fraudis passio quàm vindictae actio. 23. q. 1. nisi. circa med. & c. seq.

Quod praecepta patientiae non tam in ostentatione corporis quàm in praeparatione cordis sunt seruanda. 23. q. 1. nisi §. his.

Quod in aduersitate in secreto seruanda est in animo patientia, manifesta exhibenda sunt per secutorum saluti expedientia. 23. q. 1. paratus.

Quod praesumptum est pestifera patientia per quam nutriuntur in subditis vitia. 23. q. 3. iustum.

Quod vbi non timetur maius periculum multitudo delinquentium per patientiam ad poenitentiam est expectanda. 23. q 4. quid facies. post medium. & c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Tolerantia, & vbi agitur de Persecutione.

Pacta. Quod pacta contra bonos mores vel leges vel contra honestas consuetudines nullius sunt momenti. 8. distinct. quae contra.

Quod quae pacta licita sunt. 10. q. vlt. relatum.

Quod ardua pacta in scriptis sunt redigenda propter formam pacti & temporis. 10. q. 2. casellas. §. vltimo.

Quod generale pactum est societatis humanae, regibus suis obtemperare. 8. dist. quae contra.

Quod pacta cum daemonibus per magicarum artium molimina foederata sunt ab omni Christiano fugienda. 26. q. 3. igitur.

Quod mandatum Dei dicitur super omne pactum: nec contra ipsum potest fieri pactum. 8. distin. quae contra. 10. q. 1. puella in fio.

Quod in spiritualibus videtur posse fieri pactio sine peccato. 18. quaestio. 2. Eleutherius. & 10. quaestio. vlt. & cap. nec numerus. in fine. & cap. sequen.

Quod in spiritualibus nulla potest fieri pactio inhonesta, sed si postmodum aliqua subsidij gratia conferuntur, licite recipiuntur. 1. q. 2. quam pio. in fi. & 100. dist. in ea synodo.

Pallium. Quod pallium quod datur archiepiscopis repraesentat specialem dignitatem & honorem. 100. dist. prisca. & ca. contra. ante fin.

Quod petens pallium, antequam accipiat debet profiteri articulos fidei: & debet promittere se seruare statuta conciliorum, & pontificum Romanorum. 100. dist. nouit. §. causarum. & cap. optatum.

Quod confirmatus in archiepiscopum intra tres menses debet a sede apostolica pallium quaerere. 100. dist. quoniam.

Quod antequam habeat pallium, licet sit episcopus, non potest episcopos consecrare. 100. dist. quoniam.

Quod pro pallio nihil dari vel accipi debet. 100. dist. nuntiat.

Quod pallium non debet negari vbi est petentis meritorum exigentia. & feruens instantia. 100. dist. prisca.

Quod cum pallio semper conceditur aliquod speciale priuilegium, & renouatur antiquum. 100. dist. rationis.

Quod in pallio significatur quòd archiepiscopus cum augmento honoris debet excrescere in ornamentis actionis. 100. dist. rationis.

Quod archiepiscopus non debet vti pallio nisi intra suam prouinciam, & hoc non in processionibus sed tantum in missarum solemnijs. 100. dist. pallium tibi. & c. contra.

Quod quia pallium sigillatim traditur, innuitur quòd est personale, & ideo alteri commodari non potest, nec in morte relinqui, sed cum habente sepeliri. 100. dist. scriptorum.

Palma. Quod palma, quae in imo est strictior, & quanto plus ascendit est grossior, designat perfectionem bonorum, qui inferius sunt parui sed sursum se erigendo in caelestibus desiderijs sunt ampli. 47. dist. omnes.

Panis. Quod est panis eleemosynae. 86. dist. pasce. & 5. q. 5. non omnis.

Item Eucharistiae. de conse. dist. 2. fere per totum.

Item panis tribulationis siue poenitentiae. 23. q. 4. Guilisarius.

Item panis doctrinae. 8. q. 1. audacter. in fi.

Papa. Quod Papa aut sanctus eligitur, aut ex promotione clarus efficitur. 40. dist. non nos.

Quod in cultu Dei maiorem zelum debet habere quàm alij Christiani. 23. q. 1. officij.

Quod propensius est pro ipso orandum, quia ex ipso dependet salus omnium. 46. dist. si Papa.

Quod

quod aliorum causas Deus commisit hominibus terminandas, Papam vero suo iudicio reseruauit. 9. q. 3. aliorum.

Quod non necessitate sed propria voluntate de obiectis se criminibus purgat. 2. q. 4. mandastis. Exemplum ibide Sixto Papa. & c. auditum. Exemplum ibi de Leone Papa. q. 7. nos si in si. Exemplum ibi de Damaso Papa.

Quod Papa nisi à fide errauerit, à nemine est iudicandus. 40. dist. si Papa.

Quod quia Papa est vicarius Petri, non de facili debet de eo haberi præsumptio mali. 40 distin. non nos.

Quod non omnis Papa est sanctus, sed quandoque à Deo tamquam reprobatus punitur. 19. dist. Anastasius Vide quod ibi notatur.

Quod bonitas ipsius salus est omnium, & peruersitas eius cedit in damnationem innumerabilium personarum 40. dist. si Papa.

Quod Papa est iudex omnium etiam si non appellatur ad ipsum. 9 q. 3. conquestus.

Quod auctoritate eius conciliorum statuta roborantur. 17. dist concilia.

Quod Papa potest absoluere quos concilium male damnauit. 9. q. 3. cuncta. & quattuor cap. sequen.

Quod potest vbique iudices delegare. 2. q. 6. ideo.

Quod sententiæ ipsius ab omnibus debent seruari. 93. dist. si inimicus.

Quod sic debet reputari statutum Papæ, ac si de ore Dei vel beati Petri esset prolatum. 19. dist. sic omnes.

Quod non licet alicui de ipsius iudicio disputare. 17. q. 4. si quis suadente.

Quod adimplendum est eius mandatum, etiam si aderit vix ferendum. 19. dist. in memoriam.

Quod omnis noua religio per ipsum debet confirmari. 12 dist præceptis.

Quod sententia quæ per se non tenet, per confirmationē Papæ efficitur valida. 3 q 6. hæc quippe. ante finem.

Quod potest restituere famæ infamatum. 3. q. 3. Euphemium. §. proxi.

Quod Papa licet de iure non sit ligatus ad ea quæ statuit, tamen honestum est vt ea per cæteris seruet. 2. q. 7. confidimus & c ideo.

Quod ratio iustitiæ requirit vt Papa antecessorum statuta custodiat, quia sua à successoribus vult custodiri. 25. q. 1. iustitiæ. & q. 2. in Galliarū c. si ea. & c quod vero.

Quod non dat priuilegia ecclesiæ in damnum alterius. 25 q 2. de ecclesiasticis priuilegijs.

Quod olim de sacerdotibus in matrimonio nati licite promouebantur in Papatum. 56. dist. Cenomanen. § cum ergo.

De ecclesia habes vbi agitur de ecclesia Romana, & vbi agitur de Electione Papæ, & vbi agitur de Sede apostolica.

Parens. Quod primos parentes princeps vitiorum gratuitis expoliauit. de pœn. dist. 2. § Romanos.

Quod parentes carnales sunt ex debito honorandi. 30 distin. si qui filij 86. distinct. in singulis. in fin.

Quod si à Christo auertunt, sunt omnino dimittendi. 28. q. 1. si infideles.

Quod tempore necessitatis magis succurrendum est parentibus quàm alijs. 86. dist. in singulis. in fin.

Quod despiciens parentes necessitatis tempore meretur mortem temporalem & æternam.

Quod potius debet quis parentibus egenis maxime fidelibus prouidere, quàm religionem intrare. 30. dist. si qui filij.

Quod nec parentes debent deserere filios egentes 30. dist. si quis reliquerit.

Quod illi qui aduersus parentes armantur, vbique notam infamiæ incurrunt. 6. q. 1. infames.

Quod ex malis parentibus vt plurimum mala proles generatur. 56. dist. si gens.

Quod de meretrice natus, si propria decoratur virtute, non debet parentum de decorari opprobrijs. 58. dist. numquam. & c. seq.

Quod non parentum, sed propria culpa quemq. condemnat. 56. dist. vndecumque. & 3. c. seq.

Quod frequenter leguntur filij pro peccatis parentum puniti, etiam in quartam generationem. 24. q 3. §. 1.

Quod parentes suos pueros ante ætatem legitimā religionem intrantes possunt reuocare. 20. q. 2. puella.

Quod si a parentibus coacti religionis habitum susceperint, nisi consenserint, eum deserere possunt. 20. q. 1. puellæ.

De hac materia habes vbi agitur de Filijs, & vbi agitur de Patre & Filijs.

Parentela. De hac materia habes vbi agitur de filijs.

Pascha. Quod pascha die dominico semper debet celebrari. de conse. distinct. 3. nosse. & c. seq.

Quod quo mense & quota luna debet celebrari. habes de conse. dist. 3 celebritatem.

Quod in hoc quòd quadraginta dies ante pascha cum labore peragimus, & post pascha quinquaginta dies cum lætitia præsens labor, & futura lætitia designatur. de conse dist 5. ieiunium.

Quod pascha intra 14. lunam. & 21. diem mensis Aprilis inclusiue est celebrandum. de consecra. dist. 3. celebritatem.

Passio. Quod passio Christi fuit multiplex & grauis. 7. q. 1. suggestum.

Quod Christi passio fuit præfigurata & prænūtiata in veteri testamento. de cōs. dist. 2. in calice.

Quod ipsius passionis fuit multa efficacia. 7. q. 1. suggestum. de conse. dist. 4. proprie. in fine.

Pastor. Quod pastor dicitur Christus. 7. q. 8. in scripturis. 2. q. 7. testes §. Christus.

Quod pastor dicitur cuiuslibet ecclesiæ prælatus 8. q. 1. sciscitaris.

Quod pastor ecclesiæ nisi diligenter pascat oues, Christum pastorem eorum non videtur amare. 8. q. 1. in scripturis.

Quod pastor debet oues pascere instructionis verbo. 43. dist. Ephesus. 8. q. 1. audacter. in fi.

Item conuersationis exemplo. 11. q. 3. præcipue.

Item eucharistiæ sacramento. de conse. dist. 2. nō prohibeat.

Item temporali subsidio 16. quæst. 1. nulli episcoporum.

Quod exemplo Christi opportuno tempore debet animam suam pro ouibus exponere. 7. q. 1. suggestum. & c. sciscitaris. & c. aduersitas.

Quod languente pastore grex insidiatoris dentibus laniandus exponitur. 7 q. 1. quamuis.

Quod pastoris sententia gregi semper est timenda. 11. q. 3. non solum. & c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Grege.

Pater. Quod pater dicitur Deus creatione. 12. q. 2. qui abstulerit. 24. quæst. 1. omnibus.

Item dicitur diabolus pater criminis imitatione. 1. q. 1. cum ordinaretur.

Item dicitur pater auctoritate, sicut episcopi & prælati patres sunt. 17. dist. synodum. & quattuor c. seq.

Item dicitur pater temporis antiquitate: sicut veteris testamenti dicuntur patres. 23. q. 4. cum in lege.

Item dicitur pater spiritualis sacramenti collatione, sicut baptismi, vel confirmationis, vel pœnitentiæ. 30. q. 1. de his. & c. omnes.

Item dicitur pater carnalis generis propagatione. 47. dist. sicut hi. §. necesse.

Quod filius carnalis a patre non est semper osculandus, sed quandoque castigandus. 8. q. 5. non osculatur.

Quod illi dicuntur filij abominationum, ad quos carnalium patrum flagitia descendunt. 56. dist. Cenomanensem. §. cum ergo.

Quod plus videtur peccare patrem spiritualem cōtemnens quàm carnalem. 2. q. 7. qualis.

Patriarcha. Quod patriarcha Græca lingua summus patrum interpretatus. 21. dist. cleros.

Quod patriarcha est post papam primus in dignitate & auctoritate. 80. dist. vrbes. & c. seq.

Quod patriarchæ & primates licet sint diuersa nomina, idem tamen sunt quantum ad officium. 99. dist. prouinciæ.

Quod patriarchæ primo ab apostolis præcipue beato Petro vbi Gentiles conuersi ad fidem Protoflamines habuerant, sunt instituti. 80. dist. vrbes. & c. seq.

Quod post papam quattuor sunt patriarchæ principales, videlicet Cōstantinopolitanus, Alexandrinus, Hierosolymitanus, & Antiochenus. 22. dist. renouantes. §. proxi. & c. seq.

Quod patriarchis subsunt archiepiscopi, & causas ab ipsis ad eos per appellationem deuolutas possunt diffinire. 9. q. 3. conquestus.

Quod archiepiscopus inconsulto patriarcha non debet aliquem in episcopū ordinare, & propter necessitatem ordinatum debet ipsum post consecrationem patriarchæ præsentare. 65. dist. placet. & c. quoniam. & §. seq.

De patriarchis habes vbi agitur de Sedibus.

Patrocinium. Quod patrocinium viduis & orphanis episcopi in necessitate non debent negarē. 87. dist. §. 1. & duobus c. seq.

Quod qui in malo patrocinium dat malis, socius est criminis. 14. q. 1. circa medium.

Patronatus. Quod patronatus ius acquiritur per fundationē & ædificationem vel possessionem ecclesiæ. 16. q. 7. piæ mentis. & cap. seq. & 18. quæst. 2. abbatem.

Item in rebus ecclesiæ conferendis, & manumittendis. 16. q. 7 filijs. & quattuor c. seq.

Item in personis quæ præesse debent ecclesiis episcopo offerendis. 16. q. 7. decernimus. & duobus c. seq. & q. 5. si quis episcoporum.

Item tempore necessitatis à sua ecclesia in subsidijs recipiendis. 16. q. 7. quicumque.

Item patroni habent ius in monasterijs suis in electione abbatis. 18. q. 2. abbatem.

Item in monasterijs habent ius aduocationis. 17. q. 4. Gonsaldus.

quod patroni ecclesias vel monasteria sine consensu episcopi de loco ad locum mutare non possunt. 16. q. vlt. considerandum.

Item ab eis ecclesiæ (nisi de consensu episcopi) nō sunt recipiendæ. 16. q. 7. si plures. & duobus c. sequen.

Item patroni ecclesias nec auferre nec cōferre possunt sine cōsensu episcopi. 16. q. 7. inuentum.

Item renuntiatio beneficii ecclesiastici in manu patroni non tenet sine consensu episcopi. 17. q. 4. Gonsaldus.

Quod nō patronus, sed episcopus debet dotem ecclesiæ ordinare. 10. q. 1. nouerint.

Quod quem patronus præsentat, sufficit si nō probetur malus: & tenetur eum episcopus recipere. 16. q. 7. monasterium.

Quod spreto patrono episcopus nullum debet ad ecclesiam ordinare. 16. quæstione 7. decernimus.

Quod vbi plures patroni super conferendo contenderint, vt in vnum consentiant, sunt per episcopum compellendi. 16. q. vlt. si plures.

Paulus. Quod Paulus apostolus non ideo fefellit, quia melioribus negotiis occupatus ad Hispaniam quo ire promiserat non iuit. 22. q. 2. beatus.

Quod Magum prædicationem suam impedientem cæcitate percussit, & Corinthium satanæ tradidit. 23. quæst. 4. cap. quod Christus. §. potest.

Quod propter incentiua vitiorum corpus suum vigilijs, orationibus, & flagellis castigando in seruitutem redegit. 32. q. 5. si Paulus.

Quod aurum & argentum non concupiuit. 16. q. 1. prædicator.

Quod quia flagellis fidem recipit, plus omnibus vocatis verbo laborauit. 23. quæstione 4. quis

nos

nos potest. & quæst. 6. cap. 1.

Quod Paulus homicida nõ fuisset si armati quos ipse impetrauerat, aliquos in ipsos insilientes occidissent. 23. q. 5. de occidendis.

Quod in hoc quòd cum Christianos persequi, vellet prostratus fuit, innuitur quòd mala voluntas non est permittenda suæ libertati. 23. q. 4. displicet. circa medium.

Quod cum ecclesiam Dei persequeretur, in itinere excæcatus ad Deum conuerti coactus est. 23. q. 6. §. 1.

Quod se abortiuo similem testatus est dicens, nouissime autem omnium tamquam abortiuo visus est & mihi.

Quod sicut primo fuit horrendus vastator ecclesiæ, ita postea magnus ędificator extitit. 23. q. 4. quis nos.

Quod ad manus impositionem Ananiæ eiquam squamę ab oculis eius (quibus clausi erant) ceciderunt.

Quod postea Paulus vocatus est, qui primo Saulus dicebatur. 23. q. 4. nimium.

Quod Paulus prostratus est, vt excæcaretur, excæcatus vt mutaretur, mutatus vt mitteretur, missus vt qualia fecerat in errore, talia pro veritate pateretur. 23. q. 4. displicet.

Quod Paulus dicitur vas electionis. 21. dist. quamuis. 22. dist. sacrosancta. 45. dist. in dispensatio. 35. quæstio. 5. si Paulus & de pœn. distinct. 2. si enim inquit.

Quod prædicaturus ad Italiam veniens naufragiũ pertulit. 7. q. 1. aduersitas.

Quod arte & manibus victum quærebat. 10. q. 3. cauendum. de cons. dist. 5. numquam.

Quod à sumptibus abstinebat ne aliquod offendiculum Christi euangelio præstaret. 23. q. 3. §. 1. ante finem.

Paupertas. Quod paupertas non est contemnenda, quia eã Christus dedicauit. 12. q. 1. gloria episcopi.

Quod dominus loculis quos habebat, necessitates pauperum subleuabat. 23. quæst. 4. duo. ante finem.

Quod verus pauper nil quærit habere extra Christum. 12. q. 1. clericus.

Quod pauper dicitur, qui se amore paupertatis in numero pauperum constituit, vt ibi tamquam pauper voluntarius viuat. 1. q. 2. sacerdos.

Quod paupertas rerum non est mala reputanda: 15. q. 1. illa.

Quod nimia paupertas religionis infringit quandoque robur conuersationis. 12. q. 1. c. vlt.

Quod Deus paupertatem esse voluit, vt sustinentes per patientiam coronarentur, & diuites in ipsis mererentur. 47. dist. sicut hi.

Quod perfectius est omnia propter Christum relinquere, quàm pauperibus distribuenda seruare. 12. q. 1. expedit. & q. 2. §. Crates

Quod oneratus pódere auri Christum pauperem non potest sequi. 12. q. 2. §. Crates.

Quod episcopus pauper debet esse victu, diues meritis. 51. dist. episcopus.

Quod prædicantes pauperes esse debent, & alij tenentur ipsis necessaria ministrare. 1. q. 2. sacerdos. 10. q. vlt. cauendum.

Quod gloria episcopi est pauperum opibus prouidere, sed fraudare quod est pauperum, sacrilegium est committere. 12. quæst. 2. gloria episcopi.

Quod religiosus qui professus est paupertatem, si episcopus efficitur, non frangit votum: quia fit rerum ecclesiæ dispensator, non vsurpator. 12. q. 1. expedit.

Quod bona ecclesiarum sunt bona pauperũ. 12. q. 2. indigne. in fi. 16. q. 1. c. vlt. 23. q. 7. quod autem, post medium.

Quod præcipue pauperibus qui laborare non possunt, est subueniendum. 82. dist. episcopus.

Item nobilibus & diuitibus depauperatis qui mẽdicare erubescunt. 86. dist. non satis. & cap. considerandum.

Quod in pauperibus magis attendẽda est religio quàm paupertas. 16. q. 1. c. vlt.

Quod non minus crudelis est qui à paupere vsuras exigit, quàm qui diuiti subtrahit. 14. q. 4. quid dicam.

Quod pauper si non habet dare, non solum contemnitur, sed etiam contra veritatem opprimitur. 11. q. 3. pauper.

Quod nemo pauperi in mala causa debet esse misericors. 14. q. 6. si res.

Quod qui ea quę pauperibus debentur accipiunt, grauiter delinquunt. 1. q. 2. pastor.

Pax. Quod pax humana si tam dulcis est pro temporali salute, quanto dulcior pax diuina pro æterna salute. 23. q. 1. noli existimare.

Quod Christus veniens docuit pacem, dedit pacẽ, reliquit pacem. 23. q. 1. nisi bella.

Quod pax non quæritur vt bellum geratur, sed bellum geritur, vt pax acquiratur. 23. quæst. 1. noli.

Quod bonorum bella non crudelitate & cupiditate, sed pacis studio geruntur. 23. quæstione 1. apud.

Quod qui prædicat pacem, debet eam habere secum. 3. q. 6. hæc quippe. in fi.

Quod pax inter discordantes per episcopos debet reformari. 90. distinct. studendum. & cap. præcipimus.

Quod mala quandoque sunt toleranda pro pace seruanda. 23. q. 4. c. 1. & c. ecce inquiunt.

Quod pacificus dicitur qui corrigit quod potest, & quod saluo pacis vinculo corrigere non potest, equanimiter supportat. 23. quæst. 4. quisquis

Quod diuersis pœnis sunt puniendi pacem ecclesiæ perturbantes. 24. q. 1. qui contra.

Quod non omnis qui dicit pax vobis, est quasi columba audiendus. 2. q. 7. non omnis.

Quod qui dicit, pax vobis, plerumque quasi non columba, sed coruus reputatur. 2. q. 7. secuti. §. quia ergo.

Quod ante communionem pax debet dari in missa. de conse. dist. 2. pacem.

Peccatum. Quod peccatum est duplex, videlicet originale peccatũ, & actuale. de pœn. dist. 4. fere. per totum.

Quod originale peccatum dicitur infirmitas carnis, languor naturæ, & concupiscentia carnis. 15. q. 1. illud relatum. §. itaque.

Quod omnis homo per concubitum conceptus nascitur cum originali peccato. de conse. dist. 4. firmissime.

Quod in veteri lege contra originale valebat circumcisio, sed baptismus in nouo testamento. de conse. dist. 4. ex quo.

Quod licet baptismus deleat peccatum originale, & omne aliud peccatum, tamen reatus siue fomes non tollitur. de conse. dist. 4. ex quo.

Quod cum originali peccato patris polluitur filius & non actuali, quia in originali vnum cum patre fuit, sed in actuali alter effectus non polluitur si non consentit. 1. q. 4. iam itaque. 24. q. 3. §. 1. ante finem.

Quod actuale est duplex, videlicet mortale, & ueniale. de pœn. dist. 1. medicina. § tres sunt.

Quod peccatum mortale est uoluntas retinẽdi vel consequendi quod iustitia uetat. 15. q. 1. §. 1. ante finem.

Quod nemo peccatum mortale committere appetit propter ipsum peccatum, sed propter illud quod ex eo consequitur. 15. q. 1. merito.

Quod inter duo peccata ubi utrumque uitari non potest, minimum est eligendum. 13. dist. duo.

Quod mortalia peccata dicuntur criminalia & capitalia, & quę sunt illa habes. 25. dist. unum orarium. §. aliàs.

De Criminali peccato habes vbi agitur de Crimine.

Quod tribus modis impletur omne peccatum mortale. uidelicet suggestione, delectatione, & consensu. 6. dist. testamentum. post medium.

Quod aggrauatur ex circumstantijs. 40. dist. homo. 50. dist. quia tua. de pœnit. dist. 5. §. 1. in princip.

Quod quandoque alleuiatur ex circumstantijs. 15. quæst. 1. inebriauerunt. Exemplum ibi de Loth.

Quod habet gradus inæqualitatis, quia adulterium uincit fornicationem, incestus adulterium, uitium contra naturam incestum, & sic de similibus. 32. quæst. 7. quemadmodum. & quattuor cap. seq.

Quod quantitas ipsius pensatur secundum qualitatem peccantium. 24. q. 1. qui contra. 16. q. 5. contra idolorum.

Item considerata qualitate pœnę. 24. q. 1. non afferamus ubi dicitur sceleratius commissum quod grauius est punitum.

Item cõsiderato exemplo quod inde sumitur. 11. q. 3. pręcipue. ubi dicitur quòd prælati grauius peccant, quia subditos prauo exemplo occidunt.

Item considerata qualitate peccati. 32. q. 7. quemadmodum. ubi dicitur, quòd grauius peccat adulter quàm fornicator, & adulter uincitur ab incestu.

Item considerata diuturnitate & frequenti iteratione. de pœn. dist. 5. §. 1. vbi multa aggrauantia ponuntur.

Item in eodem genere peccati grauius peccat Christianus quàm paganus. 35. q. 4. in eo.

Item aggrauatur ratione personæ uel rei in qua peccatur. 12. q. 2. gloria. 22. q. 1. mouet. 27. q. 1. nuptiarum.

Item ex temporis diuturnitate augetur. 24. q. 1. schisma. de pœn. dist. 5. §. 1.

Item uoluntarium grauius est inuoluntario quod procedit ex infirmitate vel ignorantia, vel coactione 15. quæst. 1. §. 1. & c. seq. vsque ad cap. mulier.

Quod si non est uoluntarium, non est peccatum. 20. q. 1. §. 1. 32. q. 5 sicut enim.

Quod peccata scientium peccatis ignorantiũ præponuntur. 6. q. 1. quæro.

Quod quæ ex ignorantia vel infirmitate committuntur facile dimittuntur. 25 dist. vnum orarium §. criminis.

Quod aliena peccata nemini præiudicant. 13. q. 4. si quis.

An minus malum committendum sit ne alter grauius peccet 14. dist. quod ait. Exemplum ibi de Loth.

Quod peccata suos auctores tenere debent. 24. quæstione 1. non turbatur, de pœn. dist. 1. qui puero.

Quod indecens videtur crimen suum alienis criminibus impendere. 46. dist. sicut non.

Item videtur quòd nec uenialiter quis debet peccare, vt alter vitet mortale. 23 q. 5. cum homo. in fi. 22. q. 2. faciat.

Quod peccatum unius frequenter multi luunt. 24. q. 1. non turbatur. 45. dist. sed illud.

Quod alterius peccatum non imputatur illi qui fecit quod debet 47. dist. quod ad nos. 7. q. 1. aduersitas. post medium.

Quòd nullus debet gaudere de multa societate peccantium, quia non minus ardebit qui cũ multis ardebit. 2. q. 1. multi. in fi.

Quod occulta peccata non sunt publice condemnanda. 2. q. 1. si peccauerit. 13. q. 4. si quis potestatem. exemplum ibi de Christo, & de Iuda. 15. q. 5. c. vlt.

Quod occultum peccatum dicitur quod nec confessione, nec probatione publicatur. 15. quæst. 5. c. vlt.

Quod publicum peccatum coram omnibus puniendum est. 2. q. 1. si peccauerit.

Quod prælatorum peccatum vel religiosorum propter maius scandalum est celandum. 95. dist. in scripturis.

Quod peccata incorrigibilium licet non possint probari, sunt prælatis denuntianda. 5. q. 5. non vos. 22. q. 5. hoc uidetur.

Quod peccatum in spiritum sanctum committit qui sca proposita bonum deserit, & malum vsque ad mortem facit. de pœn. dist. 1. §. Deus qui similis. & dist. 3. inter hæc.

De Peccato in spiritum sanctum habes vbi agitur de Spiritu sancto.

Quod in peccatis perseuerantes nec à Deo, nec ab homine absoluuntur. 24. q. 2. legatur. & c. damnationis. de pœn. dist. 5. falsas.

Quod qui numquam peccare desinunt dum uiuunt, ostendunt quia in peccato semper viuere cupiunt

cauitur. de pœn. dist. 1. voluissent. §. siue autem.
Quod à fine peccantium non miseretur Deus. 93. dist. diaconi sunt in fi.
Quod qui in vno peccato mortali offendit, sic vita æterna priuatur, ac si omnium esset reus. de pœn. dist. 5. fratres.
Quod pluribus modis peccata remittuntur. 23. q. 5. remittuntur. de consec. dist. 4. ecclesiæ charitas. de pœn. dist. 1. medicina. § tres sunt.
Quod sine pœna non dimittuntur. quia aut Deus punit, aut homo de pœn. dist. 1. medicina. §. proxi.
Quod dimissum vltra non punitur. de pœn. dist. 3. sunt plures. §. auctoritas. 23. quæstio. 5. quid ergo.
Quod dimissa quandoque redire dicuntur. de pœn. dist. 4 fere per totum.
Quod dimissa non sunt recogitanda ad delectationem, sed ad pœnitentiæ amaritudinē. de pœn. dist. 3. Iudas pœnituit.
Quod in pluribus peccatis manens, de vno peccato pœnitentiam veram agere non potest, quia Deus partem condemnare non nouit. de pœn. distinct. 3. sceleratior § in auctoritatibus. Vnde versus.

Summa Dei pietas veniam non dimidiabit,
Aut totum, aut nihil pro certo propitiabit.

Quod peccatoribus tamen consulendum est, vt in statu peccati bonum facere non omittant. de pœn. dist. 5. falsas. in fi. Nam propter hoc Deus aut cor ipsorum ad pœnitentiam illustrat de pœn. distinct. 5. falsas aut ipsos temporaliter in præsenti remunerat. de pœn. dist. 3. pium est credere. §. ex hoc sensu. Aut ipsis æternum supplicium tolerabilius fiet. de pœn. dist. 3. quid ergo. §. potest etiam referri. Vnde versus.

Quæ cū mortali bona fiunt, dant bona terra,
Cor faciunt habile, minuūt tormēta gehēnæ.

Quod Deus non obliuiscetur paucorum bonorum factorum in multitudinem peccatorū. de pœn. dist. 3. pium est credere. §. ex hoc sensu.

De mortali peccato habes vbi agitur de Culpa.

Venialia peccata quæ sint, habetur 25. dist. vnum orarium. §. alias.
Quod nemo mundus est à peccato veniali de pœn. distinct. 2. vt cognouerunt. §. opponitur. circa medium.
Quod venialia peccata non sunt contemptibiliter committenda, quia non refert siue naues per fluctus, siue per guttas paulatim subintrantes submergantur. de pœn. distin. 1. medicina. post medium.
Quod an nullū peccatū est adeo veniale quod non fiat mortale dum placet. 25. dist. vnum oratiū. §. criminis. & vide quod ibi notatur.
Quod quia venialia ex fragilitate humana committuntur, nullus homo ea vitare potest. de pœn. dist. 1. medicina. §. tres sunt, & dist. 3. in casum. §. sed verba.
Quod, excepto Deo omnes peccare possunt. de pœn. dist. 2. sic enim inquit. in fi.
Quod posse peccare non est posse. de pœn. dist. 2. ante fi. 45. dist. sed illud.
Quod venialia delentur per dominicam orationē, per eleemosynæ largitionem, & pectoris tunsionem, & per ieiunij castigationem. de pœn. dist. 1. medicina. §. proxi.
Item delentur per aquæ benedictæ aspersionem. de consec. dist. 3. aquam sale.
Item per eucharistiæ dignā sumptionem. de pœn. dist. 2. ante fi. & c. panem de altari.
Item per episcopi vel presbyteri benedictionem. 28. dist. presbyterum.

Pecunia. quod pecunia dicitur à pecoribus, quia antiqui hoc quod habebant, ex pecoribus habebant. 1. q. 3. per totum.
Quod largo nomine quidquid homines in terra possident, pecunia vocatur. 1. q. 3. per totum.
Quod amor pecuniæ contrariatur iustitiæ. 11. q. 3. qui recte. & c. pauper.
Quod simonia non debet committi pro pecunia. 1. q. 3. per totum.

De hac materia habes vbi agitur de Diuitijs.

Pedagium. Quod pedagium nouum imponentes sunt excommunicandi 24. q. 3. si quis romipetas.
Quod maxime à peregrinis & à fidelibus mercatoribus non sunt pedagia accipienda. 24 q. 4. si quis romipetas.

Pœna. Quod pœna est duplex, videlicet temporalis, & æterna. de pœn. dist. 3. sunt plures. §. auctoritas.
Quod pœna temporalis est duplex, una in hac vita, alia post hanc vitam. 25. dist. qui in aliud.
Item in hac vita temporalis aut infligitur à Deo, aut ab homine. 45. dist. sed illud.
Quod pœna in hac uita temporaliter à Deo inflicta pro peccato, sicut ægritudo, paupertas, mors, non est mala dicenda. 15. q. 1. illa.
Quod pœna Aegyptiorum fuit à Deo in correctionem eorum. 15. q. 1 nec is qui.
Quod Deus temporaliter punit quandoque vt in æternum nō crucietur. 23. q. 5. quid ergo. de pœn. dist. 3. sunt plures. § auctoritas.
Quod Deus quandoque in præsenti grauiter & subito punit propter criminis detestationem. 19. dist. Anastasius. Vide quod ibi notatur.
Quod quandoque pœna temporalis transfertur in posteros de pœn. dist. 3. illud vero. §. ecce. Exemplum ibi de Achab.
Quod puniuntur quandoque multi propter vnū. 45. dist. sed illud. 46. dist. si gent. 23. q. 4. si ea. 24. q. 1. non turbatur.
Quod nemo debet mirari de afflictione bonorū, & de prosperitate malorum in præsenti: quia afflictio est bonis in iudicium saluos, & prosperitas malis in iudicium reprobationis. de pœn. dist. 3. si quando.
Quod frequenter qui non meruerunt, sunt à Deo propter alios puniti. 42. di. §. 1.
Quod punitur quis pro alio à Deo temporaliter, æternaliter nullus. Anima enim quæ peccauerit, ipsa morietur. 24. q. 2. §. 1. post medium.
Item punitur quis à Deo pro alio temporaliter, iustus pro iniusto, vt Petrus pro Iuda. 14. q. 1. non turbatur.
Item punitur à Deo iniustus propter iustitia, sicut Maria murmurās pro Moyse lepra percussa est. 2. q. 7. plerumque. §. hos etiam.
Quod punitur quis ab homine pro alio corporaliter, vt in crimine læsæ maiestatis vel hæresis. 6. q. 1. quæro ergo. §. verum. & § seq.
Item punitur quis spiritualiter pro alio, vt in excommunicatione. 17. q. 4. miror.
Quod punitur quis pro alio spiritualiter, ut in priuatione diuinorum officiorum familia propter dominum priuatur. 11. q. 3. si quis episcopus damnatus. & c. seq.
Quod illi non puniuntur à Deo bis in idipsum, qui in flagellis pœnitentiam egerunt. de pœn. dist. 3. sunt plures. §. auctoritas.
Quod pluribus de causis Deus flagellat homines temporaliter. de pœn. distinct. 1. sunt plures. §. auctoritas.
Quod qui in pœnis duriores efficiuntur, temporale supplicium fit eis ad æternæ damnationis supplicium. de pœnit. distinct. 3. sunt plures. §. auctoritas.
Quod Deus quandoque punit paucos, ut ex hoc multitudo ad pœnitentiam prouocetur. 23. q. 4. Guilisarius.
Quod pœna temporalis meritorie infligitur ab homine: quia nisi sic fieret, multiplicarentur malefactores. 23. q. 4. est iniusta.
Quod pœna criminis ex tempore legis est, quæ crimen inhibuit. 32. q. 4. dixit Sara.
Quod culpa est non punire culpam. 28. dist. quia sunt.
Quod ad innocentis spectat officium non solum culpam cauere, sed etiam punire peccatum. 33. q. 5. non est innocentiæ.
Quod maxime prælatus grauiter offendit qui culpam impunitam dimittit. 23. q. 4. si is qui.
Quod in eo quo quis peccat, est puniendus. 94. dist. si quis.
Quod pœna quandoque par debet esse in uno peccatum delinquentium sicut in simonia, ubi accipiens & dans æqualiter punitur. 1. q. 7. per illicitam §. sancimus in fi.
Quod par pœna agentes & consentientes debet comprehendere. 17. q. 4. omnes.
Quod quandoque in eodem peccato uarietas personarum consequitur uarietatem pœnarum. 12. q. 2. fraternitas 24. q. 6. c. 1. in fine.
Quod pœnæ non sunt exasperandæ. de pœn. dist. 2. hæc autem uerba. § pœnæ.
Quod pœna non est vlterius protrahenda quam delictum fuit in excedente repertum.
Quod pœnæ aggrauantur secundum qualitatem delicti. 24. q. 1. non afferamus.
Quod quandoque aggrauantur, vt ceteris metus incutiatur. 17. q. 4. frater. in fi. 17. q. 2. quapropter.
Quod ex causa variatur pœna. 49. dist. necesse.
Quod aliquis punitur sine culpa, sed non sine causa. si quis contrahens cum corrupta quam credit esse virginem, & bigamus efficitur. 51. dist. qui in aliquo.
De tribus generibus hominum, quorū pœnæ sunt dissimulandæ, & diuino iudicio reseruandæ. 24. q. 4. cum in lege. § his ita.
Quod stultus in culpa, sapiens fit in pœna. 38. distinctio. qui ea 27. quæst. 1. si custos. circa finem.
Quod puniuntur animalia cum quibus homines peccauerunt, ne refricetur facti memoria. 15. q. 1. mulier.
Quod rigor pœnarum canonicarum temperatur propter necessitatem temporis & utilitatem. 1. q. 7. requiritis.
Quod una pœna est maior altera diuersimode, videlicet ratione effectus, vt excōmunicatio quæ maior est omnibus. 24. q. 3. corripiantur. occidit enim animam. 24 q. 3. si habes. 11. q. 3. nemo episcoporum.
Item ratione durationis, vt degradatio quæ maior est propter durationem quàm excommunicatio. 50. dist. si episcopus aut presbyter.
Item ratione asperitatis, vt pœna corporalis, quæ maior dicitur, quia actualiter sentitur. 24. q. 3. si habes.
Item ratione opprobriositatis, vt pœna suspensionis in patibulis, verberationis per ciuitatem. 23. q. 5. c. 1.
Quod in inferenda pœna multa sunt consideranda, videlicet dignitas, quia talis punitur per dignitatis subtractionem. 50. dist. contumaces. 2. q. 8. quisquis.
Item diuitiæ siue nobilitas, quia talis plus punitur pœna pecuniaria quàm corporali. 24. q. 1. qui contra.
Item paupertas, quia talis plus punitur pœna corporali quàm pecuniaria. 24. quæstio. 1. qui contra.
Item ordo, quia in ordine constituti sunt moderate flagellandi: aliàs excommunicatio incurritur. 45. dist. cum beatus.
Item religio, quia regulares aliter sunt puniendi, quàm alij. 18. q. 2. quidam monachorum.
Item mentis insania, quia talium excessus non imputatur ad pœnam. 15. quæst. 1. si quis insaniens.
Quod pœna ecclesiastica est dignitatibus priuare. 16. q. 6. si episcopum.
Item in monasterijs pro pœnitentia recludere. 16. q. 6. de lapsis. & c. episcopo.
Item carceri vel exilio deputare. 17. q. 4. attendendum.
Item in pecunia & etiam in alijs rebus condemnare. 17. q. 4. si quis contumax. & c. si quis deinceps. 21. q. 5. si quis cuiuslibet.
Item corporaliter flagellare. 23. q. 5. c. 1. post medium. 52. q. 1. de benedicto.
Item excommunicare. 17. q. 4. nullus. c. si quis deinceps. & c. seq. & c diffinimus.
Item contumacibus pœnam augere. 74. distinct. honoratus. in fi. 23. quæst. 5. de Ligurribus. 31. distinct. quoniam. in fi. 34. distinctio. quorundam.
Quod pœna purgatorij & si non sit æterna, tamen grauis est, excedens omnem pœnam præsentis vitæ. 25. dist. qui in aliud.

De officijs Ecclesiæ, habes vbi agitur de Purgatorio.

Quod pœna æterna datur in peccato perseuerantibus & fidei transgressoribus. 24. q. 1. scimus.
Quod iuste punit Deus malos æternaliter, vt qui in hac vita numquam voluerunt peccato carere, numquam careant supplicio de pæn. dist. 1. si sacerdos. §. potest etiam.
Quod grauius ibi puniuntur Christiani quàm pagani. 11. q. 3. scimus.
Quod in pœna æterna non minus ardebit qui cũ pluribus ardebit. 4. q. c. multi in fi.
Quod quidquid est contra conscientiam, scilicet præcepti vel prohibitionis, ędificat ad gehennam. 28. q. 1. omnes. § ex his.

Pænitentia. Quod pænitẽtia est duplex, videlicet Dei, & hominis. 22. q. 4. incommutabilis.
Quod pænitentia Dei est à seipso ordinata cum voluerit immutare. 22. quæst. 4. incommutabilis.
Quod pænitentia hominis est quædam dolentis vindicta, semper puniens in se quod dolet admisisse. de pæn. dist. 3. quamuis caute. §. hac auctoritate.
Quod pænitentia est perpetrata mala plangere, & plangenda non perpetrare. de pęn. dist. 3. §. 1. circa prin.
Quod pænitere est quasi semper pœnam tenere. de pæn. dist. 3. circa prin.
Quod pænitentia est secunda tabula post naufragium. de pæn. distin. 1. § secunda. ante cap. medicina.
Quod pænitentia alia est priuata, alia solennis siue publica. 50. dist. si quis post. §. seq.
Quod priuata diuersas habet species. de pæn. dist. 1 medicina.
Quod alia est incipientium, alia proficientium, alia perfectorum. de pæn. dist. 3. quamuis caute. § hac auctoritate.
Quod ante ipsam peccatori non datur à Deo misericordia. 50. dist. quia sanctitas.
Quod pænitentia alia vera, alia falsa. de pęn. dist. 3. in tantum. §. siue.
Quod sicut vera pænitentia veniam promeretur, ita falsa Deum irritat. de pæn. distinct. 3. cap. in tantum § siue in fine. cap. inter hęc. 2. circa finem.
Quod falsa pœnitentia est cui numquam venia promittitur. de pęn. dist. 3. in tantum. §. siue.
Item falsa pęnitentia est cum res aliena per quam contractum est peccatum, non restituitur. 14. q. 6. si res.
Item falsa pænitentia est, quando de pænitentia agitur pęnitentia. 17. q. 4. sunt qui.
Item falsa dicitur quæ non secundum auctoritatem patrum iuxta qualitatem criminum imponitur. de pæn. dist. 5. falsas.
Item falsa est cum spretis alijs peccatis, de vno solo pænitentia agitur. de pęn. distin. 5. fratres. & dist. 3. sceleratior. §. his auctoritatibus.
Nam de vno pænitentiam & non de alijs agere, est quasi crudum laterem lauare. de pęn. dist. 3. ille pęnitentiam.
Quod vera pęnitentia est cui numquam venia denegatur. de pæn. dist. 3. in tantum. §. siue. 3. dist. §. 1. in fi.
Quod per ipsam omne peccatum deletur. de pæn. dist. 3. §. siue. c. inter hæc. 2.
Item opera per peccatum sordidata facit Deo accepta. 50. dist. & purgabit, in fi.
Item facit surgere ad opera fortiora. 50. dist. quid est, in fi & tribus c. seq.
Item restituit dignitatis officia. 50. dist. quia sanctitas tua. in fi. Exemplum ibi de Petro apostolo. 2. q. 3. quanto.
Quod Deus peccatores ad pænitentiam expectat, 93. dist. diaconi sunt.
Quod Deus numquam sperolt pęnitentiam, etiã si ad summum quis malorum peruenat. de pæ. dist 3. illud. §. ecce.
Quod quantumcumque paruam pænitentiam, & quantocumque paruo tempore factam Deus non respuit. de pæn. dist. 3. illud. §. ecce.
Item sæpius iteratã Deus non contemnit. de pę. dist. 3. §. hac. & § quod autem. & c. septies.
Quod pænitentia in vltimo momento vitæ potest esse vtilis ad salutem. 26. q. 6. si presbyter. & c. seq. Exemplum ibi de latrone.
Quod dubia est pænitentia ad vltimam necessitatem delata. de pæn dist. 7. §. 1. dist. 3. §. siue.
Quod facilius est inuenire qui recte seruauerit innocentiam, quàm qui congrue egerit pęnitentiam. de pæn dist. 3. reperiuntur. §. at ego.
Quod qui sunt digni fructus pænitentiæ. 50. dist. quia tua de pæn. dist. 5. §. 1. in fi.
Quod vere pænitens semper dolet, & de dolore gaudet. de pęn. distinct. 3. circa prin. cap. si apostolus.
Quod qui pænitet, non est dicendus peccator. 32. q. 1. quod autem.
Quod discretum debet quærere confessorem. de pæn. dist. 6. quem pænitet.
Quod pænitens debet considerare multa de quibus debet pænitere, & quę aggrauant peccata. de pęnit. dist. 5. §. 1. quę in his versibus continentur.

Aggrauat ordo, locus, peccata, scientia, tempus:
Aetas, conditio, mora, motus, copia, status.

Quod pęnitens debet promittere vlterius se talia nõ facturum. 12. q. 2. de viro. 23. q. vlt. pessimam.
Quod vere pęnitens omnia quæ ei imponuntur sustinere debet libenter. de pænit. distin. 2. circa prin.
Quod pænitenti prosunt orationes, eleemosynæ, & alia bona ecclesię. de pęn. dist 6. §. 1.
Quod pænitentia Nabuchodonosor dicitur fructuosa. 23. q. 4. Nabuchodonosor.
Quod nullus debet pęnitentiam alteri imponere vel absolutionẽ facere sine episcopali licentia, nisi sit priuilegiatus auctoritate apostolica. 16. q. 1. peruenit.
Quod confessor cum gaudio & pio affectu debet suscipere pænitentes exemplo Christi. 26. q. 7. pęnitentem.
Quod per pęnitentiam contrahitur filiatio spiritualis sicut per baptismum. 30. quęstio. 1. omnes.
Quod nulli pęnitenti venia debet denegari. 1. q. 5 quanto.
Quod pænitentia ne homines desperent quandoque est mitiganda, quia melius est reddere rationem de misericordia quàm de crudelitate. 26. q. 7. de his. & c. alligant.
Quod indiscrete imposita nocet, quia ex hoc præcedens contemnitur, & futura fugitur. 26. q. 7. alligant.
Quod in extremis nulli est deneganda. 26. q. 6. si quis de corpore. & septem c. seq.
Quod in articulo mortis si pænitens loqui non valens per signa petit pænitentiam, debet absolui. 26 q. 6. qui recedunt. & tribus cap. seq.
Quod clericis petentibus pęnitentiam non est neganda. 26. q. 6. qui recedunt.
Quod clerici quidã peius agunt pænitentiã quàm laici. de pęn. dist. 1. mensuram.
Quod clerici quidã prompti sunt alijs pondus pęnitentiæ imponere, sed suo digito non curant tangere. 26. q. 7. alligant.
Quod imponenda est pænitentia secundum qualitatem delicti. 15. q. 1. si quis. 23. q. 3. circa finem.
Item secundum qualitatem delinquentis. 26. q. 7. tempora pęnitudinis. & quinque cap. seq. de consecra. dist. 4. de pænitentibus. de pęn. dist. 1. in actionem.
Quod imponitur pęnitentia ad cautelam. 15. q. 1. si quis insaniens. 23. questio. 5. excommunicatorum.
Quod criminosi sunt compellendi ad pænitentiã agendam. 23. q 4. displicet.
Quod pęnitẽtia est arbitraria iuxta discretionem imponentis. 26. q. 7. hoc sit. de pęn. distinct. 1. mensuram.
Item est arbitraria secundum exigentiam ętatis, ægritudinis, & necessitatis. 26. q. 7. tempora pænitudinis. & c. hoc sit.
Quod licet pęnitentia sit arbitraria, pro quibusdam tamen culpis modi pænitentię a canone sunt impositi de pæn. dist. 1. mensuram.
Quod episcopo siue presbytero fornicanti cum filia spirituali est quindecim annorum pęnitẽtia imponenda. 30. q. 1. si quis sacerdos.
Quod decennis pro matricidio. 33. quæst. 2. latorem.
Item pro fornicatione religiosi vel religiosæ. 27. q. 1. deuotam.
Quod septennis imponitur pro ecclesiæ inuasione. 12. q. 2. de viro.
Item pro incestu. 30. q. 4. si pater.
Item pro vxoricidio. 33. q. 2. admonere.
Item pro homicidio, adulterio, & periurio, sed differenter. 22. q. 1. prędicandum.
Quod quandoque periurantis pęnitentia sunt septem anni, quandoque tres, quandoque vnus, quandoque minus, secundum iuramenti differentiam. 22. q. 5. qui compulsus. & tribus cap. sequen.
Quod ecclesia consueuit pro quolibet peccato mortali septennem pęnitentiam iniungere, sed magis & minus aggrauare. 33. q. 2. hoc ipsum.
Quod ab hæreticis sacramenta recipientes diuersi mode puniuntur. 34 q. 1. si quis dederit.
Quod pænitentia rebaptizatorum diuersificatur. de conse. dist. 4. qui bis. & c. eos quos.
Quod pænitentia incendiariorum est quòd post damni restitutionem in terra sancta per vnum annum demorentur. 23. q vlt. pessimam.
Quod qualiter pænitentia solemnis & publica est imponenda & assumenda. 50. distinct. pęnitentes. & c. seq.
Quod imponitur pro magnis criminibus. de pæn. dist. 1. in actione.
Quod iuuenibus non est facile imponenda. 50. distinct. pænitentes.
Item nec clericis nisi prius a suis ordinibus degradatis. 50. distinct. confirmandum, & duobus cap. seq.
Quod non debet iterari. 50. dist. si quis post remissionem. §. proxi.
Quod facientes eam non debent interim communicare, nisi in articulo mortis. 26. q. 6 si quis. & tribus c. seq.
Quod non debent malitiam sæcularem vel pompam exercere. de pę. dist. 5. contrarium. 50. dist. cap. vlt.
Quod tales non possunt ad sacros ordines promoueri. 50 dist. ex pænitentibus. & quattuor cap. seq. & c. illud. & c. placuit.
Quod quamdiu sunt in pęnitentia actu non possunt in curia sæculari aliquem accusare. 15. q. 3. aliud.
Quod post pęnitentiam matrimonio possunt vti, & de licentia contrahere. 33. q. 2. audiuimus. vsque ad finem quæstionis.

De Pænitentia habes vbi agitur de Contritione, & vbi agitur de Confessione, & vbi agitur de Satisfactione.

Pentecoste. Quod Pentecoste in eadem lętitia & reuerentia est sicut festum Paschę. 76. dist. nosse.
Quod in vigilia Pentecostes diaconi propter aduentum spiritus sancti dalmaticis debent vti, & flectamus genua, non debet dici. 76. distin. de ieiunio.
Quod a Pascha vsque ad Pentecosten si qui ieiunare voluerint, non sunt prohibendi. 76. distin. post Pascha.

Percussio. Quod percussio est duplex, videlicet spiritualis & corporalis. Spiritualis quę fit verbo, Corporalis quę fit facto. 45. dist. cum beatus.
Quod spiritualis percussio fit quando doctor inutili sermone conscientiam percutit infirmorum. 45. dist. c. vlt.
Quod corporalis percussio fit aut a Deo, aut ab homine. 7. q. 1. cum percussio.
Quod percutitur quis corporaliter diuino iudicio. 19. distinct. Anastasius. 15. q. 1. nec his. & cap. seq.
Quod diuinę percussioni percussio hominum nõ debet super addi. 7. q. 1. cum percussio.

Quod

Quod percussio corporalis ab homine qui præest ad correctionem est meritoria. 45. dist. cum beatus. §. Salomon. & c. seq.

Nam qui emendat verbere in quem ei potestas datur, misericordiam facit. 45. di. & qui emendat.

Quod beatus Benedictus percutiendo corporaliter quemdam monachum sanauit spiritualiter. 45. dist. cum beatus §. Salomon.

Quod percussio ex odio vel ira, mala est. 45. dist. quod autem.

Quod prelati debent esse pastores non percussores gregis. 46. dist c. 1.

Quod prælati qui percussione non vita corrigunt, sed timeri quærunt, culpantur. 45. di. duæ §. proxi.

Quod episcopus nullum suis manibus, sed per alium debet percutere. 86. dist. non liceat, & 5. q. 5. illi qui.

Quod episcopus vel presbyter percussos debet deponi. 5. q. 7. b quis omnem. in fin. 45. dist. duæ. §. ex his.

Quod minores clerici ab his qui prosunt, pro ipsorum excessibus possunt percuti. 45 dist. cum beatus. §. Salomon.

Quod illud, qui te percusserit in dexteram maxillam, præbe ei & alteram, non ad litteram intelligitur, quia nec Christus, nec Paulus apostolus hæc ad litteram impleuerunt 23. q. 1. paratus.

De hac materia habes vbi agitur de Disciplina, & vbi agitur de Correctione, & vbi agitur de Flagellatione.

Peregrinatio. Quod peregrinatio ad loca sanctorum non est contemnenda, quia à sanctis patribus est approbata. 30. dist. si quis per superbiam.

Quod nulli religioso vel clerico licet vouere peregrinationem, vel assumere sine licentia sui prælati. 20. q. 4. c. vlt. & § seq. de consecr. dist. 5. non oportet.

Quod peregrini sanctorum & præcipue apostolorum vbicumque sine pedagijs & sine alijs nocumentis debent transire. 23. q. 4. si quis tompestas. & c illi qui.

Quod non est laudabile peregrinum fuisse Hierosolymis, sed ibi bene vixisse. 12. q. 2. §. Crates.

Quod peregrini clerici absque formata in alia diœcesi non debent recipi. 71. dist c vlt.

Quod transmarini vel alij clerici peregrini non debent nisi cum quinque sigillis episcoporum ad ordines recipi 98 dist. per totum.

Quod peregrini episcopi vel presbyteri in via peregrinationum possunt occulte celebrare. 7. q. 1. episcopi vel presbyteri. 9. quæstione 2. per totum.

Quod possunt tabernas ingredi. 44. dist. clerici.

Item licet eis mutare habitum. 21. q 4. episcopi.

Item licet eis excommunicatis in cibis communicare. 11. q 3. quoniam.

Perfectio. Quod perfectio non admittit personalem rerum repetitionem. 13. quæst. 1. per totum. 11. quæstio. 1. et quidem.

Quod omnes episcopi debent esse in statu perfectorum. 14. q. 1. episcopus. & §. sequen. 12. q. 1. expedit.

Quod perfecti debent temporalia contemnere. 12. q. 1. clericus.

Item nil debent extra Christum quærere. 12. q. 1. cui portio Deus est.

Item totaliter contemplationi intendere. 12. q. 1. duo sunt.

Item iniurias patienter tolerare. 14. q. 1. quod debetur.

Quod perfectis nec mentiri, nec dicere falsum est permissum. 22. q. 2. ne quis.

Quod illi perfecti dicuntur in charitate qui pro fratribus parati sunt mortem subire. de pæn. di. 2. §. hæc quæ. in fi.

Quod perfecta non videntur quę perfectionis ordine non complentur. 7. q. 1. nihil. Exemplum ibi de Missa per alium complenda.

Periurium. Quod periurium est nequiter decipere credentem. 22. q. 2. c. 1.

Item periurium est falsa iuratio ignoranter facta hoc non est peccatum vbi non temere iuratur. 22. q. 2. beatus.

Item periurium est falsa iuratio scienter facta, id est, actus firmandi mendacium iuramento. hoc semper est mortale. 22. q. 2. homines.

Item periurium est indiscretum iuramentum, licet non sit mortale. 22 q. 4. qui sacramento. 25. dist. vnum orarium. §. aliàs.

Item periurium est transgressio iuramenti: hoc quandoque est peccatum, quandoque nullum. 22. q. 4 inter cetera. & cap. seq.

Quod vbi tres comites, videlicet veritas, iustitia & iudicium desunt, non est iuramentum, sed periurium. 22. q. 2. animaduertendum.

Quod etiam si non iuretur super sacra, & iuratur in communi locutione, incurritur periurium. 22. q. 1. habemus.

Quod minus malum est incurrere periuriū quàm noxia promissa adimplere. 13. dist. duo. 22. q. 4. vnusquisque.

Quod periurium sine deliberatione vel iocose, reputatur veniale peccatum. 25. dist. vnum orarium. § quæ autem.

Quod pœna periurij est sicut homicidæ. 22 q 4. inter cætera. circa medium.

Quod periurus est infamis, nec admittitur ad ordines sacros. 6. q. 1. infames.

Item non admittitur ad testimonium ferendum. 6. quæst. 1. quicumque. 22. q. 5. si quis conuictus.

De Periurio habes vbi agitur de Iuramento, & de pœna periurij vbi agitur de Pœna.

Permißio. Quod est permissio prouidæ concessionis, vt matrimonij contractus excusat vitā[illegible] fornicationis. 13. dist. nerui. & hæc ex toto facta excusat

Item est permissio indifferentis actionis, quæ non præcipitur, nec prohibetur, vt dum vir fortis petit præmium 3. dist. omnia.

Item est permissio rationis, vt cum permittitur minus malum & illicitum ne committatur grauius. 13. dist. nerui.

Item est permissio obligationis, vt cum vir permisit vxorē aliquo voto se adstringere quod post de necessitate est implendum. 33. q. 5. manifestum.

Permutatio. Quod permutatio ecclesiarum vel monasteriorum potest fieri, sed non per sæculares. 16. q. 7. nemini.

Quod talis permutatio non debet fieri causa leuitatis, sed causa meliorandi. 16. q. 7 si quis vult.

Quod permutatio ecclesiarum non debet fieri sine consensu episcopi. 16. q. 7. si quis vult.

De hac materia habes vbi agitur de Mutatione.

Persecutio. Quod persecutio est duplex, videlicet carnalis, qua malus persequitur bonum: & spiritualis, qua bonus malum propter bonum persequitur. 23. q. 4. qui secundum. 6. q. 1. quiescite.

Quod semper mali bonos persequuntur. 3. q. 1. nulli dubium.

Quod persecutio fit inuidia cordis, detractione oris, & inflictione operis. 6 q. 1. sunt plurimi. §. verum. & 3. q. 4. detractores.

Quod Deus permittit persequi bonos, vt excessus eorum ex hoc suffocentur. 6. quæst. 1. sunt plurimi.

Quod diabolus præcipue prelatis persecutionem a subditis procurat, ut capite languescente facilius membra ruant. 6. q. 1. sunt plurimi. §. uerum.

Quod persequi prælatum est persequi Christum, quia vicarius suus est. 7. q. 1. omnis.

Quod prælati exemplo Christi debent persecutores patienter tolerare. 7. q. 1. suggestum. & duobus c. seq.

Quod prælatorum est duplex persecutio, una exterior, quæ respicit passionem, alia interior quæ respicit compassionem. 7. q. 1. aduersitas. ante med.

Quod exterior persecutio cum prælato infertur ratione personæ, est exemplo Christi fugienda sed cum ratione gregis vel fidei est constanter subeunda. 7. q. 1. aduersitas.

Quod prælatos iniuste persequentes sunt infames, & exilio relegantur. 3. q. 4. clericus & cap. sequen.

Quod malos persequi propter correctiones eorū non est malum. 23. q. 4. ille porro. vsque ad c. si non. §. breuiter.

Quod boni laudabiliter persequuntur malos, & mali damnabiliter bonos. 23. quęst. 4. si non. §. breuiter.

Quod Christus non est iniuste persecutus flagellando quos expulit de templo. 23. quæst. 4. ille. §. porro.

Quod non est iniquitas, sed potius pietas, criminis esse persecutorem. 23. q. 5. non est iniquitatis. & c. si propterea. & c non vos.

Quod hereticos & alios infideles persequi non ratione zeli sed ratione vindictæ vel rapinæ, non est sine crimine. 23. q. 4. remittuntur. & q. 7. quicumque.

De hac materia habes vbi agitur de Aduersitate, & vbi agitur de Patientia.

Perseuerantia. Quod perseuerantia bona est ex virtute patientiæ. 7 q. 1. suggestum.

Quod perseuerantia habenda est in bono proposito conseruando. 16. q. 1. vos autem.

Item mala præterita ne redeant solicite cauendo. de pæ. dist. 2. c. quærendum. post med.

Item tribulationem vsque ad finem sustinendo. 7. q. 1. suggestum.

Quod qui perseuerauerit vsque in finem, hic saluus erit. 7. q. 1. suggestum. de pę. dist. 2 non reuertebantur.

Quod illud quod voluntate fit perseuerat: quod necessitate, cito soluitur. de consecra. distinct. 5. quidquid.

Quod retro post aratrum respicit qui in incepto bono non perseuerat. de pœ. distin. 2. pennata animalia.

Quod perseuerantia in bono est donum Dei. de pæ. dist 3. si quis. circa finem.

Quod multis Deus dat dilectionem sui, quibus non dat perseuerantiam. de pæ. dist. 2. c. quęrendum, in fi & § non autem. ante fi.

Quod incassum bonum agitur si ante vitæ terminum deseratur, quia & frustra velociter currit qui prius quàm veniat ad metas, deficit. de pæ. dist. 3. §. 1. in fi. c. incassum.

Persona. Quod persona vna tantum est in Christo licet diuersę naturę. 15. dist. canones ante medium.

Quod Arius damnatus est quia ponebat inæqualitatem in diuinis personis. 15. distin canones. ante medium.

Quod personarum acceptio non est apud Deum. 32. q. 4. sicut. de conse dist. 4. nec quemquam.

Item nec debet esse apud homines, videlicet in prælatorum electione. 63 dist. sacrorum.

Quod personarum trinitas semper est exprimenda in baptismo. de consec. dist. 4. de trina. & 5. cap. sequen.

Item in sententiæ executione. 2. q. 1. si quis presbiter. 11. q. 3. summopere.

Item in pœnitentię impositione. 26. quęst. 7. sacerdos.

De hac materia habes vbi ponitur Acceptio.

Quod verum plures personatus vnus possit tenere. 21 q. 1. & 2. per totum.

Petitio. Quod petitio est duplex, videlicet iusta, & iniusta. 23. q. 3. sex differentię ante finem.

Quod iuste petitur a Deo & ab homine auxilium vt tribulatio remoueatur, sed iniuste petitur vt voluptuosus status conseruetur, iladem.

Quod Paulus vt conseruaretur, non ad voluptatem sed ad aliorum vtilitatem iuste petiuit auxilium armatorum.

De

De hac materia habes infra vbi ponitur Plus petitio.

Petrus. Quod Petrus à petra Christo nomen accepit. 18. dist. § decretis. in ante.

Item dictus est cephas, id est, caput: quia principatum tenebat apostolatus. 22. dist. sacrosancta. 21. dist. § decretis.

Quod à Domino princeps apostolorum constituitur, vt ab ipso velut à capite in membra, velut à fonte in riuos omnis vigor Spiritualis descenderet. 19. dist. ita Dominus. 21. distin. in nouo. 80. dist. in illis. 24. q. 1. loquitur. c. manet ergo. & tribus c. seq.

Quod super ipsum Dominus velut supra firmam petram totam ecclesiam omnino inseparabiliter collocauit. 19. dist. ita Dominus. 22. dist. omnes. 24. q. 1. non turbatur.

Quod in eo quòd aurem Malchi præscidit, innuitur, quòd sua professione fidei, auditum infidelitatis amputauit. 24. q. 1. si Petrus.

Quod ipsum Dominus cadere permisit, vt & fortior post casum resurgeret, & ex culpa sua disceret qualiter cadentibus misereri deberet. 30. dist. considerandum. & c. seq.

Quod ter negauit, & ter confessus est se amare, innuitur quòd satisfactio debet fieri iuxta quantitatem delicti. 6. q. 1. imitare.

Quod in hoc quòd dictum est Petro, Conuerte gladium tuum in vaginam, prælatis & clericis vltio inhibetur. 23. q. 8. § 1.

Quod Tabitham suscitauit, & Ananiam cū Saphira morti tradidit. 25. q. 8. Petrus.

Quod in hoc non repulit reprehensionem subditorum, exemplum dedit prælatis idem faciendi. 2. q. 7. Petrus. & c. seq.

Quod in hoc quòd Dominus Petrum post trinam negationem non statim iudicauit, exemplum dat, quòd prælati non statim sunt iudicandi, sed potius corrigendi. 45. distinctio. licet plerumque.

Quod Christus respiciens Petrum fecit eum suū deflere peccatum. 13. q. 4. sicut non est.

Quod Petrus Linum & Cletum in administrationem exteriorem assumpsit. Ipse vero Petrus orationi & prædicationi vacauit. 8. quæst. 1. si Petrus.

Quod Petrus & Paulus fuerunt pares quo ad meritum non quo ad dignitatem, in qua præcessit Petrus. 2. q. 7. Paulus Petrum.

Quod ambo simul in vno die in vrbe Romana sunt occisi à Nerone. 22. dist. quamuis. 21. dist. sacrosancta. 2. q. 7. beati.

Philosophia. Quod philosophia liberalium artium non reprobat, salubrior tamen est sacra scriptura. 37. dist. si quis artem.

Quod scientia Philosophica sicut Astrologia & huiusmodi non ducit ad salutem, sed mittit in errorem. 37. dist. legimus. §. sed & contra.

Quod non in Dialectica placuit Deo saluare populum suum, quia regnū Dei in simplicitate fidei est. 37. dist. omnem.

Quod garrulitas Philosophica garrulitati ranarum comparatur. 37. distinctio. legimus. §. hinc etiam.

Quod in illis præcipue Philosophia vituperatur, quia ipsa vtuntur ad delectationem, non ad fidei vtilitatem. 37. distinctione turbat. §. cum ergo.

Quod sancti quandoque vsi sunt Philosophia 37. dist. turbat. & cap. qui de mensa. & 1. q. 1. Dominus declarauit.

Quod dicta Sibyllæ & aliorum Philosophorum valent ad conuincendum paganorum vanitatem. 37. dist. si quid.

Quod sacra scriptura nec sub venustate, nec sub Philosophicis terminis est proferenda. 38. dist. ecclesiastica.

Pietas. Quod pietas est mater boni operis. 22. q. 2. si quelibet.

Quod culpa purgatur pietate. 22. quæst. 2. si quelibet.

Item meretur temporaliter & æternaliter remunerari.

Quod scientia est pietatis veteris & noui testamēti intelligentia. 37. dist. si quis artem.

Quod non est mentiendum in doctrina pietatis. 22 q. 1. primum.

Quod sub specie pietatis peccatum mortale non est committendum. 22 q. 1. ne quis.

Quod crimina punire non est crudelitas, sed pietas. 23. q. 8. legi.

De hac materia habes vbi agitur de Eleemosyna, & vbi agitur de Misericordia.

Pisces. Quod pisces ad manducandum à carne abstinentibus conceduntur. 4. dist. denique.

Quod pœnitentes non piscibus sed pisciculis vti debent. 82. dist. presbyter.

Quod cum à carnibus abstinetur, à carioribus cibus piscium est abstinendum. 4. distinct. denique.

Quod propter pisces malos retia prædicationis nō rumpuntur. 23. q. 7. c. 1. in fi.

Placentia. Quod placentia malorum à prælatis non est appetenda. 83. dist. nihil.

Quod placendi causa hominibus veritas non est annuntianda. 22. q. 2. primum.

Quod pastor quærens lupis placere, pernicies est ouium. 83. dist. nihil.

Quod sicut Abraham placuit in cōiugio, sic nūc placent virgines in castitate. de pæn. distin. 2. si enim inquit. vltra med.

Quod secundum carnem viuentes Deo placere non possunt. 82. distinct. proposuisti. circa finem.

Planctus. Quod planctus conuenit pœnitentibus, qui debent mala perpetrata plangere, de pæn. dist. 3. § 1. ...

Item conuenit bene monachis, quia monachus non habet doctoris officium, sed plangentis. 16. q. 1. monachus.

Item conuenit compatientibus, sed discrete: sicut quando mortui plangun tur. 13. q. 2. quam præposterum. & c. seq. §. hoc autem.

De hac materia habes vbi agitur de Fletu, & de Lachrymis.

Plus Petitio. Quod plus petitur multipliciter, videlicet re, vt quando pro decem viginti petuntur. 14. q. 1. quod debetur.

Item plus petitur tempore quando ante tempus petitur. 78. dist. c. 1. 2. & 3.

Item loco plus petitur quādo non vbi soluere conuenit petitur, sed alibi. 33. q. 2. siue. 7. q. 1. si quis episcopus.

Item causa, vt vbi duo promittuntur sub alternatione, & alterum petitur quod fieri non potest, vel non debet. 13. distinct. nerui. 22. q. 4. vnusquisque. Exemplum ibi de Herode & saltatrice.

Pollutio. Quod pollutio carnalis lasciuiæ plus inquinat homines inter septem peccata mortalia. 32. quæstione 7. non solum.

Quod dupliciter contingit pollutio carnalis, videlicet dormiendo, & vigilando. 6. distinct. testamentum.

Quod dormienti quattuor de causis contingit, aut ex crapula: aut ex naturæ superfluitate, aut ex infirmitate, aut ex cogitatione. 6. distinct. testamentum.

Quod pollutio contingens ex crapula vel cogitatione mala, peccatum generat, sed differenter. 6. dist. testamentum.

Quod an taliter pollutus debeat celebrare vel communicare. habes vbi agitur de eucharistia.

Quod vigilando cōtingit pollutio ordinarie sicut cum vxore propria, propter quam olim aqua lauabantur, nunc autem per aquam benedictam mundantur. 33. q. 4. vir cum propria.

Item extraordinarie, & hoc multipliciter, videlicet per concubinatum. 36. quæst. 1. lex illa. §. cum ergo.

Item per adulterium. 32. q. 5. puto.

Item per incestum. 33. quæst. 2. & 3. de incestis. & duobus cap. sequen.

Quod extraordinaria dicitur pollutio quando fit extra vas debitum mulieris, quæ tamen non impedit matrimonium. 35. quæstio. 3. extraordinaria.

Item extraordinaria pollutio dicitur quando peccatur in eadem specie contra naturam. 32. q. 7. flagitia & c. vsus.

Item extraordinaria est quando peccatur contra naturam in alia specie: sicut cum brutis. 15. q. 1. mulier.

Quod caro quandoque polluitur sine mentis pollutione, sicut contingit in oppressione. 32. q. 5. ille.

Quod mens quandoque polluitur sine corporis inquinatione. 32. q. 5. nec solo.

Populus. Quod decem faciunt populum. 10. q. 3. vnio. in fi.

Quod propter peccatum populi quandoque Deus dat malum prælatum. 8. q. 1. audacter.

Possessio. Quod possessio rerum multiplex reperitur: quia vel est de iure diuino, vel de iure humano. 23. q. 7. c. 1.

Quod possessio terrena non lege diuina, quę vult omnia esse communia, distincta est, sed lege humana, quæ statuit meum & tuum. 7. dist. quo iure.

Quod hæretici & infideles nec iure diuino, nec iure humano res possident. 23. q. 7. c. 1.

Quod laici licite possident temporalia, dummodo licite vtantur 12. q. 1. duo. in fi.

Quod labores suos bene possidet, qui non dominandi cupiditate, sed bene vtendi pietate possidet. 23. q. 7. quemadmodum.

Quod iniuste possidentur male acquisita, & male detenta. 14. q. 4. quid dicam.

Quod qui conquisitis vti nesciunt, aliena possidere conuincuntur. 24. q. 4 quid dicam.

Quod bonę fidei possessor dicitur quamdiu quis ignoranter possidet alienum, 34. quæstio. 2 si virgo.

Quod bona fides non ad tractum medij temporis, sed ad initium possessionis refertur. 16. q. 3. placuit. §. potest.

Quod possessor deficiente actore titulum suę possessionis probare non cogitur. 1. q. 3. §. 2.

Quod non possident aliena fideles qui bona hæreticorum & infidelium exceptis Iudæis tenent. 23. q. 7. si de rebus. & duobus c. seq.

De possessione perfectorum.

Quod perfectorum non est possessio aurum & huiusmodi, sed ipse Deus. 12. q. 1. clericus. & duobus c. seq.

Quod in communi possidere non est contra statū perfectionis. 12. q. 1. expedit. & cap. videntes. & c. habebat. Exemplum ibi de Christo, qui loculos habuit.

Quod cum Iuda cadit damnabiliter à statu perfectionis qui vsurpat possessionem proprietatis. 12. q. 1. exemplum. & cap. certe. & cap. si priuatum.

Quod res in communi possessa fideliter sunt dispensandæ. 12. q. 2. res. & duobus c. seq.

Quod possessio ecclesię communi præscriptione non potest alienari. 16. q. 4. possessiones. & §. seq. & c. seq.

Quod ecclesię non est danda sterilis possessio. 10. q. 2. casellas. §. hoc ius.

Posse. Quod posse peccare non est posse. de pæn. dist. 2. ante fi.

Quod excepto Deo omnes peccare possunt. de pæ. dist. 2. si enim inquit. distinct. 3. sine. cap. inter hæc 1.

Quod Deus vocatur omnipotens, quia omnia potest quæ posse est aliquid posse. de pæn. distin. 2. circa finem.

Quod lex non statuit aliquid contra posse humanum. 4. dist. erit. 14. q. 6. si res.

Quod est posse iuris quādo illud possumus quod de iure possumus. 2. q. 1. nos in quemquam. 50. dist. si quis præpostera.

Item dicitur posse naturæ, vltra quod natura non potest. de consec. dist. 4. numquam.

Item dicitur posse facultatis, vbi illa deest, repetitio non competit. 14. q. 6. c. 1.

Item dicitur posse officij, vbi quantum committitur tantum potest. 1. q. 6. decrem

Item est posse pietatis, quod pro salute aliorum impenditur. 22. q. 2. faciat.

Item est posse diuinę voluntatis, quod sanctorum patrum & omnium hominum statuta transcendit 25. q. 1. contra. Vnde versus.

Posse quidem rebus dant ius, natura, facultas,
Officium, pietas, sextum diuina voluntas.

De hac materia habes vbi agitur de Potestate.

Postulatio. Quod postulatio dupliciter accipitur, vel pro aduocatione, vel pro petitione. 3. q. 7. infames 61. dist. Osius §. sed alius.

Quod postulatio primo modo est desiderium sui vel amici sui in iure apud eum qui iurisdictioni preest, exponere 3. q. 7. infames.

Quod quidam prohibentur omnino postulare: vel propter ætatem, vt minores. 17. annis. vel propter causam, vt surdus. vel propter sexum, vt feminæ vel propter notam turpitudinis, vt hermaphroditi, vel cęci qui sunt vtroque lumine priuati. 3. q. 7. infames.

Item nulli criminosi & infames nisi prius restituti non possunt postulare.

Quod in alieno negotio numquam postulare siue aduocare debet episcopus. 14. q. 1. c. 1.

Quod episcopus pro penę remissione miserorum postulare potest. 14. q. 6. hi qui in furtis. & 23. q. 5. c. 1.

Item pro se & ecclesia sua & miserabilibus personis postulare potest, & hoc non sepe, ne vilescat dignitas. 88. dist. peruatum.

Quod alij clerici in causa criminali forensi postulare non debent nisi intercedendo pro reis. 23. q. 5. c. 1.

Quod in causa ciuili seculari diaconus & superiores postulantes repelluntur. 11. quest. 1. te quidem.

Quod in ciuili ecclesiastica diaconus & superiores admittuntur, sed salarium nequeunt petere. 15. q. 2. obseruandum. 11. q. 1. experientiæ. & c. seq.

Quod monachi vel claustrales non nisi pro domo sua, & hoc de licentia abbatis sui possunt postulare. 16. q. 1. monachi à monastrio. &. cap. placuit communi.

De hoc habes vbi ponitur Aduocatus.

Quod postulatio siue petitio fit de laico vel alterius ecclesię clerico propter probitatem personæ. 61. dist. Osius. & §. seq. & c. nullus inuitus. 71. dist. primatus.

Quod aliud est postulari, aliud eligi. 61. distinct. Osius.

Quod postulatur laicus vel alterius diœcesis clericus, sed eligitur clericus nullum habens impedimentum. 61. dist. Osius §. sed aliud est.

Quod postulatio fit simpliciter petitione vel electione cum solennitate decreti omnium subscriptione roborati. 61. dist. Osius. §. sed aliud est. & c. seq.

Quod laicus primo est postulandus, demum eligendus: sed clericus primo eligendus, demum postulandus. 61. dist. Osius. §. sed aliud est.

Quod in postulatione omnium eligentium requiritur consensus. 61. dist. episcopus dum. 63. di. litteras. 76. dist. dilectionis.

Quod postulatus per suum prælatum debet concedi. 76. distinct. dilectionis. 7. quest. 1. episcopus de loco.

Quod vacante ecclesia capitulum non potest concedere postulatum. 71. dist. fraternitatem. 24. dist. c. 2. 3. & 4.

Quod episcopus non potest compelli ad dandum clericum postulatum. 85. dist. archidiaconum Florentinum. in fin. 76. distin. dilectionis. 63. dist. litteras.

Quod episcopus videtur posse compelli ad dandũ clericum postulatum per superiorem. 21. q. 2. omnis. in 6.

Quod postulatio non iuri sed gratiæ innititur. 63. dist. litteras.

Quod postulatio vitiatur si postulantes diffidunt de iure suo, nisi sit iam superiori pręsentata. 18. dist. de Syracusanæ.

Potestas. Quod potestas Dei præcedit omnium hominum potestatem. 8. dist. quæ contra.

Quod potestas non est nisi à Deo siue iubente siue sinente 23. q. 1. quid culpatur in bello.

Quod potestati Dei resistit qui ordinationi Dei resistit 11. q. 3. qui resistit.

Quod illud quis potest quod de iure potest. 2. q. 1. nos in quemquam. 22. q. 2. faciat.

Quod aliud est iniusta potestate iuste vti, & aliud iusta iniuste vti. 14. q. 5 neque, in fine.

Quod meretur potestatem amittere qui sibi concessa abutitur potestate. 11. q. 3. priuilegium.

Quod potestas est duplex, videlicet pontificalis & regalis. 96. dist. duo. 23 q. 5. principes.

Quod Christus actibus suis officia potestatis tam pontificum quàm Imperatorum discreuit. 96. dist. cum ad verum.

Quod vtraque potestas se debet iuuare mutuo. 23. q. 5. principes & quattuor c. seq.

Quod sicut antecedunt diuina humana, & cælestia terrena, & spiritus carnem, sic antecedit pontificalis potestas regalem. 10 dist. suscipitis.

Quod Imperator debet subesse potestati Papæ. 96. distinct. si imperator, & cap. sicut. vsque ad finem.

Quod potestas Papę in concilijs excipitur, & statuta conciliorum sua potestate confirmantur. 17. dist. per totum.

Quod potestas Imperialis siue regia non est vituperanda. 14. q. 5. neque.

Quod personæ ecclesiasticæ ratione prædiorum tenentur potestatibus secularibus obedire. 23. q. 8 conuenior. & cap. tributum. Exemplum ibi de Christo.

Quod potestas secularis non habet ius in spiritualibus. 23. q. 8 tributum.

Quod cum pręcipitur quod non licet, ibi potestas est contemnenda. 11. q. 3. qui resistit.

Quod alia est potestas officij: alia executionis. 24. q. 1. miramur. §. proximo.

Quod suspensi habent potestatem, sed non executionem potestatis 1. q. 1. quod quidã. §. ex his. circa princ. 24. q. 1. miramur. §. proximo.

De Potestate Imperatoris habes vbi agitur de Imperatoribus & regibus & principibus: & de Potestate episcopi, vbi agitur de Episcopis, & sic de alijs vbi agitur de singulis.

Præbenda. Quod præbendæ in duabus ecclesijs vni non sunt dãdæ. 70. dist. sanctorum. 89. dist singula.

De hac materia habes vbi agitur de Beneficijs, & vbi agitur de Officijs.

Precariæ. Quod precarię dicuntur quædam precationes vsusfructus in recompensatione proprietatis, 10. q. 2. precariæ. 12. q. 2. precariæ.

Quod precariam vtendam conceditur quamdiu patitur qui concessit. 12. q. 2. sæpe.

Quod precariæ cum fiunt, sunt in scriptis redigendæ: ne per retentionem diuturnam præiudicium generetur, 12. q. 2. sæpe.

Quod precariæ de quinquennio in quinquenniũ debent renouari. 10. q. 2. precariæ.

Quod precariæ irrationabiliter factę præcipue ecclesiarum successori non præiudicant. 10. q. 2. de precarijs.

Quod precarię possidentes pręscribere non possunt. 16. q. 3. clerici. & c. seq.

Præcauere. Quod pręcauendum est futuris periculis. 23. dist. in nomine. circa prin. 51. dist. designata. 18. dist. de Syracusanæ. 82. dist. proposuisti. circa med.

De hac materia habes vbi agitur de Cautela.

Præceptum. Quod præceptum Dei omnibus præceptis ante fertur. 8. distinct. quę contra. 11. q. 3. si is qui. & cap. sequen.

Quod decem generalia sunt præcepta Dei, quæ decalogus dicuntur. 32. q. 4. meretrices.

Vnde versus.

Idola sperne, Dei tibi non sit nomen inane:
Sabbata sanctifices, habeas in honore parentes.
Nõ occisor eris, fur, mœchus, testis iniquus.
Non alij nuptam, nec rem cupias alienam.

Quod præceptum Dei facit licitum vbi aliàs esset illicitum. 14. q. 5. dixit.

Quod an Deus non vult vt semper fiat id quod præcipit. 22. q. 1. non est.

Quod præcepta patientię non tam exhibitione corporis quàm præparatione cordis sunt retinẽda. 23. q. 1. nisi. §. his ita. & c. paratus.

Item quod pręcipitur imperatur: & quod imperatur, necesse est fieri. 14. q. 2. c. ult.

Quod pręceptum Papæ propter obedientiam beati Petri cuius successor est, diligenter est obseruandum. 19. dist. in memoriam.

Quod iniustum præceptum superiorum non est implendum. 11. q. 3. si episcopus forte, & cap. sequen.

Quod præcepta etiam sanctorum prælatorum antequam impleantur sunt discutienda, videlicet si sunt iusta & licita, si non sunt contra Deum. 50. dist. si quis prępostera.

Quod nec Papa vult impleatur quod per surreptionem pręcipit. 16. q. 1 licet.

Quod qui iustis præceptis non obtemperat, debitor est pœnæ. 14. q. 1. quisquis. 50. dist. si quis prępostera.

Preces. Quod preces hominum Deus non semper exaudit. 50. distin. si quis prępostera.

De hac materia habes vbi agitur de Oratione.

Quod preces canonicæ disciplinę contrarię non sunt exaudiendæ. 50. distinct. miror. 14. quæst. 6. cap. 1.

Quod rescripta expressam debent habere conditionem hanc, si preces veritate nitantur. 25. q. 2. rescripta.

Quod iudices sunt puniendi qui precum mendacia non arguunt. 25. q. 2. rescripta. vsque ad c. vniuersa.

Quod vtrum per preces suas vel aliorum possit quis sine simonia promoueri, habes vbi agitur de simonia.

De hac materia habes vbi agitur de Petitione.

Præcipitatio. Quod præcipitatio qualiter & in quibus non sit bona, habes supra vbi ponitur Acceleratio.

Præcisus. Quod pręcisus de Christi corpore etiam si figuram membri teneat, vitę spiritum non habet. 23. q. 7. quemadmodum.

Quod de pręcisis an sacramenta conferre possint, habes. 1. q. 1. per totum.

De hac materia habes vbi agitur de Hæreticis & de Schismaticis.

Præda. Quod pręda secundum militarem disciplinam regibus est seruanda, 23. q. 5. dicat.

Quod propter prædam militare est peccatum. 23. q. 1. militare.

Quod omnis illicita præda furti nomine in decalogo est prohibita cum dicitur non furaberis, 32. q. 4. meretrices.

Quod prędones peregrinorum & pauperum sunt excommunicandi. 24. q. 3. si quis Romipetas, & duobus c. seq.

Prædestinatio. Quod prędestinatio Dei semper in bono est. 23. quęstio. 4. Nabuchodonosor. ante medium.

Quod prædestinatio ita est à Deo disposita, vt electi meritis & precibus ad ipsam perueniant. ibidem.

Quod

Quod nequaquam obtineri possunt quæ prædestinata non fuerunt. 23. q. 4. obtinen.

Quod prædestinatio propriis meritis & sanctorum precibus adimpletur. 23. quæstio. 4. obtinerit.

Quod prædestinatus in quantum prædestinatus non potest damnari. de pæn. dist. 4. peccatum §. verum. post medium.

Quod licet nemo possit saluari nisi prędestinatus, omni tamen delinquenti adhibenda est correctio, sicut medicina adhibetur omni languenti, licet sciatur neminem vltra terminum à Deo præfixum victurum. 23. q. 4. Nabuchodonosor.

Quod prædestinatio multis est causa standi, sed nemini est causa labendi. 23. q. 4. Nabuchodonosor. §. item qui.

Quod non inducit necessitatem correctionis vel obdurationis, cum boni per gratiam corrigantur, mali libero arbitrio pereant. 23. q. 4. Nabuchodonosor. §. non ergo.

Quod licet prædestinatio Dei vel præscientia falli non potest, non ideo omnia prędestinata necessario eueniunt: sed quia bona absque eius gratia, & mala præter eius scientiam euenire nõ possunt.

Quod multi videntur prędestinati merito præsentis iustitiæ, non autem prædestinatione claritatis æternæ. de pæn. dist. 4. §. hoc ergo.

Prædicatio. Quod prædicatio verbi Dei non est contemnenda. 1. q. 1. interrogo.

Quod non minus est reus qui prędicationem negligenter audierit, quàm qui corpus Christi in terram cadere permiserit.

Quod ad prædicationem siue sit fidelis siue infidelis etiam est in ecclesia admittendus. de consec. dist. 1. episcopus nullum.

Quod contemptoribus ne margaritæ spargantur ante porcos est subtrahenda. 43. distinct. in mandatis.

Quod prædicationi præponenda est aliquãdo contemplatio, & aliquando postponenda 8. q. 1. in scripturis. Exemplum ibi de Hieremia.

Quod sicut vtilius est habere prudentiores, quàm formosiores amicos, sic vtilior est sermo verior quàm disertior. 38. dist. sedulo.

Quod prædicatio suscitat spiritualiter mortuos. 8. q. 1. olim.

Quod prędicator debet esse in vita & scientia irreprehensibilis. 8. q. 1. oportet. 16. dist. §. 1. & §. ecce. 38. dist. c. 1.

Quod prædicator purus debet esse à peccato. 50. dist. quod est hoc. & cap. cum exaudiero. & 35. q. 6. in fine.

Quod fructum Christi non suum debet intendere. 8. q. 1. olim. & c. in scripturis.

Quod secũdum capacitatem audientium sermonem debet formare. 8. q. 1. oportet.

Quod nec propter Christi cultum ampliandum, nec propter aliud vlla debet mẽtiri ratione. 22. q. 2. primum.

Quod prædicator debet esse actiuus & contemplatiuus, & non de suo sensu, sed illa docere quæ didicit in contemplatione. 36. dist. si quis vult.

Quod nec propter æmulationem vel detractionẽ aliorum à recta prædicationis intentione debet recedere. 44. dist. scimus.

Quod prædicator ad vtilitatem populi prędicans consequitur à Deo vberiorem gratiam. 18. q. 1. reuertimini.

Quod nullus laicus vel religiosus absque papæ vel episcopi licentia, nec mulier quantumcumque docta & sancta sit, debent prędicare. 16. q. 1. adijcimus. 23. dist. mulier.

Quod qui prædicatorem veritatis contristat, in Christum peccat. 11. q. 4. quicumque contristauerit.

Quod vitiosi sermo non est contemnendus: quia sicut lixiuium per cinerem humidum fluens lauat & non lauatur, sic bona doctrina per malum sacerdotem credentes à peccatis lauat. 83. dist. §. vlt.

Quod infelix est prædicator qui alios illuminando ipse tenebrosus & reprobus efficitur. de pæn. dist. 2. §. opponitur.

Quod prædicator bene docendo & male viuendo Deum instruit qualiter eum debeat condemnare. 40. dist. multi.

Quod prædicatores qui ab auditoribus non intelliguntur non audientium vtilitatem, sed suam ostentationem quęrunt. 43. dist. dispensatio.

Quod inconuenienter prædicat qui pauperem Christum pingui ventre & rubentibus buccis annuntiat. 35. dist. ecclesiæ.

Item qui arroganter & tam fastu annuntiat. 46. dist. hoc habet.

Item qui fabulas immiscet: quia in vno ore cum Iouis laudibus se Christi laudes non cõpatiuntur. 86. dist. cum multa.

Præfatio. Quod præfatio beatæ Virginis nouem antiquioribus præfationibus per concilium addita est. 70. dist. sanctorum. in fi.

Quod excepta præfatione beatæ Mariæ nouẽ sunt quæ per circulum anni decantantur. de consec. dist. 1. inuenitaus.

Quod ante præfationem ideo Sursum corda dicitur, vt tunc præcipue ad Deum mentem erigere plebs moneatur. de consecra. dist. 1. quando autem.

Præiudicium. Quod præiudicium cõmittitur quando lite pendente pro altero sententiatur. 11. quęst. 1. quia res.

Item præiudicium committitur quando vna parte absente altera auditur. 3. q. 9. c. vlt.

Item præiudicium committitur quando quis contra iustitiam condemnatur. 2. q. 1. in primis.

Item præiudicium generatur quando quid furtiue vsurpatur. 93. dist. illud.

Item præiudicium dicitur quodlibet factum iniuriosum. 11. q. 1. quia res.

Prælatio. Quod prælatio non est instituta contra bonos, sed ad coercendum malos. 22. distinct. de Constantinopolitana.

Quod prælatio ecclesiastica quia est à Deo, non est contemnenda. 11. q. 3. nemo contemnat.

Item nec auide suscipienda, nec propter desidiam respuẽda. 16. q. 1. vos autem. 8. q. 1. olim. & tribus c. seq. 40 dist. multi.

Quod ambitiosus ad prælationẽ (etiam si sanctus sit) reprobatur. 1. q. 1. principatus.

Quod fugientes eam magis sunt assumendi quàm se ingerentes. 1. quęstio 6. sicut. 8. q. 1. in scripturis.

Quod non consanguinitas, sed iuris & scientiæ congruitas est attendenda in ipsa. 8. q. 1. licet. & c. seq.

Quod non prælatio, sed bona conuersatio nos iungit Deo 40. dist. non loca.

Quod omnis sanctitas præsumẽda est de prælato. 40. dist. non nos.

Quod ille prælatus dicitur maior, qui vita est sanctior. 2. q. 7. Paulus Petrum. & duobus c. seq. 40. dist. multi. in fi.

Quod absurdum est prælatum peiorem esse populo. 1. q. 1. vilissimus.

Quod prælati debent esse literati. 36. dist. qui ecclesiasticis. & duobus c. seq. & c. si quis vult.

Quod vita pastoris debet esse exemplar subditis. 2. q. 7. cum pastoris.

Quod prælati debent esse duces gregis & pastores. 7. q. 1. sciscitaris.

Quod integritas prælatorum salus est subditorum, & ordo nutabit si quod inuenitur in corpore, non inueniatur in capite. 41. dist. miramur.

Quod prælatus debet in conuersatione & sermone pręire. 8. q. 1. qualis. 40. dist. non nos. & tribus c. seq.

Quod minorum exempla ad imitandum, & doctiorum ad discendum spernere non debet. 22. dist. de Constantinopolitana. 24. q. 3. si habes.

Quod debet etiam erga subditos solitam curam gerere. 8. q. 1. in scripturis.

Item nunc actioni nunc contemplationi vacare. 88. distinctio. decreuit. & cap. episcopus nullam. 2. quæst. 7. episcopi. 8. quæstio. 1. in scripturis.

Item erga infirmos compatiens debet esse. 45. dist. recedite.

Item discordantes concordare. 90. dist. cap. 1. & c. studendum.

Item de subditis non facile debet credere. 86. dist. si quid vero.

Item non debet ex vindicta corrigere. 86. dist. si quid. & c. seq.

Item nec inuita velle debet subditum punire. 45. dist. cum beatus Paulus. 11. q. 3. ipse.

Item promptior debere esse ad miserendum quàm ad puniendum. 45. dist. licet quia tutius redditur ratio de misericordia, quàm de crudelitate. 23. q. 7. alligant.

Item tenerus debet esse contumacibus, sed benignus pœnitentibus. 2. q. 5. quanto.

Quod si in corrigendo excesserit, à subditis veniã petere non tenetur. 86. dist. quando.

Quod contra prælatum nõ de facili est præsumendum. 11. q. 3. absit.

Quod prælati plus alijs aduersitatibus sunt expositi. 3. q. 1. nulli. 7. q. 1. suggestum. & duobus cap. sequen.

Quod peccata subditorum eis imputantur. 2. q. 1. quidquid. 9. q. 3. episcopo.

Quod superbia & auaritia in ipsis præ cæteris reprobantur. 93. distinct. diaconi sunt. circa medium.

Quod prælatus sine temporalibus non proficit, sicut anima sine corpore non viuit. 1. q. 3. si quis obiecerit.

Quod nihil in hac vita laboriosius & apud Deũ gratius, quàm esse bonum prælatum. 40. distin. ante omnia. 96. dist. duo.

Quod bonorum prælatorum Deus facilius orationes exaudit. 1. q. 1. ipsi sacerdotes.

Quod malus prælatus quandoque datur propter peccata populi. 8. q. 1. ex merito. 8. q. 1. audacter. Exemplum ibi de Saule.

Quod toleratus quamdiu per sententiã non deijcitur. 15. q. 8. c. vlt. 23. q. 4. ita.

Quod incongrue sanctorum locum tenet, si facta bonorum non sectatur. 40. distinct. non est. & 2 seq.

Item honor adeptus vel ei exhibitus cedit ei ad culpam & ad pœnam. 40. dist. multi. 2. q. 7. secuti. in fi.

Quod suo exemplo multos trahit ad infernum. 40. dist. si papa.

Quod apud Deum nihil miserabilius quàm prælatus malus. 40. dist. ante omnia.

Quod mali prælati tot mortibus digni sunt, quot ad subditos suos perditionis exempla transmittunt. 11. q. 3. præcipue.

Quod in eodem genere peccati grauius cadũt prælati quàm subditi. 40. dist. homo.

Quod non sunt ipsorum opera, sed doctrina attendenda. 1. q. 1. non quales.

Quod licet prælati sint mali, tamen à subditis non sunt contemnendi. 1. q. 1. multi. & duobus c. seq. 6. q. 1. sacerdotes. & c. oues.

Quod Christus malis deferendo prælatis cum alapa daretur, Exemplum subditis humilitatis & patientiæ erga prælatos reliquit. 93. distin. dominus.

Quod illi prælati sunt mercenarij, qui honores & temporalia quęrunt, non ea quæ sunt Iesu Christi. 8. q. 1. sunt in ecclesia.

De hac materia habes vbi agitur de episcopis, & de Abbatibus, & de Possessione, & de Electione.

Presbyter. Quod presbyter Gręce, Latine senior interpretatur. 21. dist. cleros.

Quod presbyteri seniores non propter ætatem, sed propter honorem & dignitatem nominantur.

Quod presbyteri ijdem sunt qui & sacerdotes.

Quod olim episcopi dicebantur presbyteri. 93. distinctio. legimus. & 95. distinct. olim. & cap. sequen.

Quod præsente episcopo presbyter non debet signare infantes. 95. dist. presbyter.

De differentia episcopi & presbyteri, habes 95. dist. per totum.

principum colla debent submitti genibus sacerdotum. 63. dist. Valentinianus. 96. di. duo. in fin.

Item de bono statu ecclesiæ debet prouidere. 96. dist. boni. 23. quæstione 5. principes. & cap. incestuosi.

Item debet intendere ad tuitionem viduarum: & pupillorum protectionem. & raptorum refrenationem. 23. q. 5. administratores.

Quod leges principum non possunt infringere statuta pontificum. 10. dist. per totum.

Item iudicantur & excommunicantur ab episcopis. 96. dist. duo. & duobus c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Imperatoribus, & de Potestate, & de Regibus.

Principium. Quod principium malum difficiliter bonum finem consequitur: quia difficile est vt bono peragantur exitu, quæ malo inchoata sunt principio. 1. q. 1. principatus. & duobus c. seq.

De hac materia habes vbi agitur de Exitu.

Priuilegium. Quod priuilegium dictum est eo quòd in priuato feratur. 3. dist. priuilegia.

Quod priuilegia sunt leges priuatorum.

Quod priuilegium speciale derogat generali. 25. q. 1. c. vlt. circa finem.

Quod priuilegium quandoque cõceditur vni prouinciæ. 55. q. 3. quædam lex. §. quod scripsi.

Item conceditur vni ecclesiæ. 16. q. 1. hinc est.

Item quandoque vni personæ. 7. q. 1. petisti.

Quod personale priuilegium ad alium non extenditur. 7. q. 1. petisti. post med.

Quod priuilegium sigillatim cõcessum omnibus non conuenit. 16 q. 1. hinc est.

Quod priuilegia paucorum non faciunt legẽ communem. 25. q. 1. c. vlt. post med.

Quod semper cum pallio conceditur priuilegium speciale. 100. dist. rationis.

Quod priuilegia concessa per superiores, per inferiores non possunt nec debent infringi. 9. q. 3. conquestus. 18. q. 2. vulteranæ. 25. q. 2. priuilegia.

Quod ecclesia Romana aliarum ecclesiarum priuilegia debet conseruare. 25. q. 2. per totum.

Quod an posteriora priuilegia derogent prioribus. 25. quæstione vlt. priuilegia. & 6. capit. sequen.

Quod Romana ecclesia potest alijs concessa vel mutare vel penitus reuocare. 25. q. vlt. postea quàm. §. his ita.

Vtrum priuilegium valeat contra statuta patrum, & dicta sanctorum. 25. q. 1. per totum. & q. 2. postea. § his ita.

Quod qui allegat priuilegium, debet monstrare quod allegat. 100 dist. contra morem.

Quod priuilegium meretur amittere qui concessa abutitur potestate. 11. q. 3. priuilegium. 25 q vlt. postea quam. §. his ita.

Quod priuatur quis priuilegio propter scandalũ. 3. q 6. hæc quippe.

Item propter fauorem alterius loci vel personæ. 22. dist. renouantes.

Item propter atrocitatem criminis. 11. q. 3. ita. 9. q. 3. conquestus.

Item propter renunciationem expressam. 7. q. 1. quàm periculosum.

Quod abutitur quis priuilegij potestate multiplicitèr, videlicet quando quis superior inferiorẽ totaliter inuitum compellit ad dignitatem. 74. dist. vbi.

Item qui eam exercent non ad subditorum vtilitatem, sed ad suam voluntatem. 11. quæst. 3. priuilegium.

Item qui eam non habet, sed assumit propria temeritate. 25. q. 2. postea. §. his ita. in fi. & c. seq.

Probatio. Quod probatio est duplex, videlicet diuina & humana. 16. q. 5. nec mirum ante medium & post.

Quod Deus permittit mala vt boni qui vident probentur verum vere ipsum diligant. 26. q. 3. nec mirum ante finem. & in fi.

Quod aduersitas, quæ bonis viris obijcitur, probatio virtutis est, non indicium reprobationis. 7. q. 1. aduersitas.

Quod mortem probatur infligere qui hanc cum possit non excludit. 83. dist. §. 1.

Quod in humanis iudicijs onus probationis reo non incumbit. 6. q. 5. quod autem.

Quod si reus laborat infamia: & si non potest probari propter scandalum tenetur se purgare. 6. q. 5. §. vlt.

Quod accusatus non negationem sed exceptionẽ probare debet. 6. q. 5. quod autem §. item accusatus.

Quod probatur crimen siue aliud factum multipliciter, videlicet per confessionem. 15. q. 5. presbyter.

Item per rei euidentiam: vt cum quis in crimine deprehenditur & comprobatur, vt 50. distin. si quis diaconus. 81. dist. si quis clericus. & cap. presbyter.

Item cum quid ita notorium est vt nulla possit tergiuersatione celari. 2. q. 1. de manifesta. & duobus c. seq.

Item per famam. 4. q. 3. placuit. §. item in criminali.

Item per præscriptionem. 18. dist. peruenit. & 44. dist. multis.

Item per iuramentum. 16. q. 3. dilectio.

Item per instrumentum. 16. q. 3. placuit. §. potest.

Quod per vnum testem nil probatur nisi cum miraculo. 4. q. 3. in fi. §. sed obijcitur. Exemplum ibi de sancto Bricio.

Quod proponens calumniam & non probans punitur. 5. q. 6. quia iuata. & c. seq.

Quod probationis tempus & religionis habes vbi agitur de professione, & vbi agitur de monachis.

De hac materia habes vbi agitur de Testibus.

Procuratio. Quod procuratio episcopi vel archidiaconi tempore visitationis non debet esse grauis, sed modesta 10. q. 3. cauendum. & duobus c. seq.

Quod procuratio non debet fieri nisi vno die, & hoc cum modesata societate. 10. q. vlt inter.

Quod si episcopus vel archidiaconus non visitat, nomine procurationis nil debet exigere. 10. q. 1. relata.

Procurator. Quod procurator dicitur defensor ecclesiæ. 1. q. 3. Saluator. circa medium.

Quod infamis non possit esse procurator. 3. q. 7. infames.

Quod in capitali siue in criminali causa non per procuratorem sed per se agendum est. 2. quæst. 6. cap. si quis in quacumque. §. cum autem. & c. si quando.

De hac materia habes vbi agitur de Aduocatis.

Proditio. Quod proditio ad mortem maius peccatum est homicidio. de pæn. dist. 1. periculose.

Quod qui veritatem nõ defendit vel pronunciat, proditor est veritatis. 11. q 3. nolite timere.

Quod qui nulli cognitum peccatum publicat nõ correptor, sed proditor est. 2. quæst. 1. si peccauerit.

Quod qui hominem prodit, ipsum interficit. de pæn. dist. 1. periculose.

Quod clericus proditionibus vacans degradatur. 46. dist. clericus.

Professio. Quod professio religionis facta infra annos discretionis non tenet. 20. q. 1. c. 1. & §. seq.

Quod professio regularis fit per scripturã vel per aliquod signum subscriptum. 20. q. 1. c. vlt. 27. q. 1. omnes.

Quod nemo debet recipi ante annum probationis ad professionem. 17. q. 2. Gonsaldus. 19. q. 3. monasterijs.

Quod laicus incognitus ante professionem probari debet per triennium, ne forte sit seruus, vel rationibus obligatus. 17. q. 2. si quis incognitus. 53. dist. legem.

Quod clericus incognitus probari debet per biennium. 19. q. 1. monasterijs.

Quod non est tempus probationis annus, vt 17. q. 2 Gonsaldus. & 20. q. 2. puella.

Quod regularis semper & vbique professionis vestibus debet vti. 20. q. 1. cap. vlt. 27. quæst. 1. omnes.

Quod religiosus si ordinatur sub titulo monasterij: etiam si aliter non est professus, hoc facto tanquam professus illi monasterio perpetuo obligatur. 70. dist. sanctorum.

Prohibitio. Quod prohibitio Dei est diligentius seruanda quàm hominum. 10. dist. lege.

Quod prohibitio prælati si propter necessitatem rumpitur, non culpatur. 11. q. 3. antecessor. & cap. seq.

Quod illud quod non est prohibitum, videtur esse concessum. 30. q. 3. post vxoris.

Quod non omne quod non prohibetur conceditur. 32. q. 4. quod autem.

Quod illud officium non est prohibitum pro quo licet accipere salarium. 23. q. 1. militare.

Quod prohibetur simpliciter bonum propter multa, videlicet propter lapsus cautelam. 27. q. 2. sunt qui. Nota ibi de matrimonio, & de religione.

Item propter vitandam iactantiam. 21. dist. denique. vbi prohibetur sacerdos benedicere episcopo præsente.

Item propter mali occasionem, sicut frequenter iurare, quia talis peccat. 22. q. 1. non est. & cap. ita ergo.

Item propter scandalum. 27. quæstione 2. si quis sponsam.

Quod prohibentur Christiani ne figmenta poetarum legant, quia prouocant ad luxuriam. 37. dist. ideo.

Promißio. Quod promissio est impia quæ scelere adimpletur. vnde in malis promissis fides est rescindenda. 22. q. 4. in malis.

Quod inhonestum non est promittendum. 22. q. 4. vnusquisque.

Quod peius est implere illicitũ promissum, quàm periurare. 22. q 4. vnusquisque.

Exemplum ibi de Herode & saltatrice. 13. distin. duo.

Quod non est mendacium venire contra promissum. 22. q. 2. beatus Paulus.

Quod cum vota promissa complemus, Dei iussa contemnimus. 13. dist. duo.

Quod non est transgressor promissi qui vt ne impleat necessitate prohibentur. 11. q. 3. antecessor. & c. seq.

Quod in promissis plus est sub intelligendum quàm quod exprimatur. 22. q. 2 beatus Paulus. & 11. q. 2. antecessor.

Quod à Deo non statim conceditur quòd à sanctis impetrandum promittitur. 30. dist. si quis præpostera. Exemplum ibi de Moyse, qui orans pro populo non impetrauit.

Promotio. Quod promotio est de minoribus ad maius. 93. distio. legimus. in fi. & 39. distinct. si officia. & cap. ordinatos.

Quod in spirituali promotione quandoque possunt interueniente pacta honesta. 18. q. 2. Eleutherius 10. q. vlt. c. vlt.

Quod in promotione inhonesta pacta prohibentur. 1. q. 1. quàm pio. in fi.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesiis, & Ordinibus, & de Simonia.

Propheta. Quod propheta largo nomine dicitur prædicator & doctor. 43. dist. sit rector.

Quod propheta dicitur qui futura denunciat. 22. q. 2. si quælibet. §. Abraham,

Quod propheta de futuris quandoque pronunciat quod ignorat. 22. quæst. 2. si quælibet. §. Abraham.

Quod quantumcumque sit verus propheta: si annunciat aliquid quod est contra Deum, non

Quadragesima. Quod quadragesima est decima dierum totius anni. nam qui vnum diem vel plures frangit, decimam dierum non exsoluit. de conse. dist. 5. quadragesima.
Quod excepta causa necessitatis est ab omnibus seruanda. de consec. di. 5. non liceat. & duobus cap. seq.
Quod quadragesimam abstinentiæ bene celebramus cum bene viuimus. de consecr. dist. 5. ieiunium.
Quod in quadragesima sicut à cibis ita & ab alijs nociuis animę est abstinendum. 4. distinct. denique.
Quod clerici in obseruatione eius laicos debent præcedere. 4 dist. statuimus.
Quod non solum à carnibus, sed etiam à caseo & ouis est in ea abstinendum. 4. di. denique.
Quod sumptuosiora cibaria quàm carnium in quadragesima non sunt præparanda. 4. dist. denique. in fi.
Quod in quadragesima nisi dictis vesperis non est comedendum de conse dist. 1. solent.
Quod nuptiæ & conuiuia non sunt in ea exercenda. 33. q. 4. nec vxorem. & tribus cap. præcedentibus.
Quod in capite quadragesimę pænitentes debent se episcopo præsentare. 50. dist. in capite.
Quod quatuor tempora quomodo olim seruabātur, & quomodo nunc, habes vbi agitur de ieiunio & de Missa.

Quæstio. Quod quæstio criminalis præiudicat ciuili. 3. q. 9 non est credendum.
Item criminalis quæstio aliquando præiudicat ciuili & etiam criminali.
Item vbi est perplexa quęstio de sacra scriptura ad sanctiorum scripta vel ad plurium seniorum responsum recurrendum est. 20 dist de quibus.
Quod facilius inuenitur quod à pluribus senioribus quęritur.

Quæstus. Quod quæstus est duplex, videlicet honestus & turpis. de pæn. dist. 5. qualitas.
Quod prælati quęstum pietatem putant, qui pro structuris ecclesiarum lucris illicitis vacant. 16. q. 7. & hoc dicimus.
Quod promotio ad ordines principaliter non debet intendi propter quæstum. 74. distinct. consuluit.
Quod illi sunt sua quęrentes, qui non Deum propter Deum, sed propter temporalia quærunt. 8 q. 1. sunt in ecclesia.

Quies. Quod quies, oratio, & labor manuū debet esse in monasterio. 16. q. 1. de præsentium.
Quod prælatis quies contemplationis corde est appetenda, & tamen pro lucro animarum quandoque postponenda. 8. q. 1 in scripturis.

Quinquagesima. Quod quinquagesima pars census ecclesiæ potest dari episcopo pro monasterij cōstructione & centesima pro ecclesia. 12. quęst. 2. bos 5.
Quod sacerdotes & clerici ante quadragesimam à quinquagesima ieiunium debent inchoare 4. dist. denique.
Quod à quinquagesima vsque ad octauas paschę causę non sunt audiendæ. 15. q. 4. placita.

Ratio. Quod ratio sana exemplis est anteponenda, 9. dist. sana.
Quod rationem prælati tutius reddent de misericordia quàm de crudelitate. 26. q. vlt. alligant.
Quod illud quod caret ratione, necesse est extirpare 63. di. chorepiscopi.
Item quod ratione constat, lex est. 1. dist. consuetudo.
Quod ea quę carent ratione de factis suis, nō reddent rationem. 15. q. 1. firmissime. §. ex eo.
Quod homo qui rationalis est, de factis suis reddet Deo rationem.
Item de omni verbo otioso. 22. quęstio. vlti. quęties,
Item de negligenter commissis. 23. quæstione 4. quando.
Quod à principibus secularibus & prælatis ecclesiasticis grauis à Deo exigetur ratio. 23. q. 5. principes.
Quod inferiores superioribus de cura commissa tenentur reddere rationem. 16. q. 2 sane.

Radix. Quod radix arboris sicut vigorem dat multis ramis sic ecclesia in beato Petro fundata ceteris apostolis & alijs prælatis virtutem administrat spiritualem. 24. q. 1. loquitur. & 23. quæst. 5. ipsa pietas. post medium.
Quod radix omnium malorum est auaritia. 47. dist bonorum.
Quod sicut radix omnium malorum est cupiditas: sic radix omnium bonorum est charitas: & simul ambę esse non possunt, de pæn. dist. 2. §. ex præmissis.
Quod nisi vna radix euulsa fuerit, alia plantari nō potest: quia frustra ramus inciditur, si radix non euellatur.

Rapina. Quod rapina dupliciter dicitur fieri, vel quando res rapitur, vel quando vsus rei violenter eripitur. 36. q. 1. c. vl. circa fi. § ex hac.
Quod rapinam non permisit qui furtum prohibuit 14 q. 5 pænale.
Quod rapina prohibetur. 14. q. 5. pænale.
Quod raptor proprie dicitur qui violenter & publice tulit aliena.
Quod raptor est vsurarum fænerator. 14. q. 4. si quis vsuram.
Item raptor dicitur inuentarum rerum detentor. 14. q. 5 si quid & c seq.
Item raptor est prælatus rerum ecclesiasticarum dilapidator. 10. q. 2. si quis episcopus.
Quod raptor dicitur qui vltra sibi necessaria retinere probatur. 42. dist. hospitalem. 47. distinct. sicut hi.
Item raptor dicitur famæ alterius deprauator. 6. q. 1. deteriora.
Quod raptor magis delinquit quàm fur. 14. q. 5. pęnale.
Quod raptores sunt infames. 3. q. 4. consanguineorum & q. 5. constituimus.

Raptus. Quod raptus dicitur vbi puella de cuius nuptijs nil ante constiterat, violenter abducitur 27. q vlt lex illa.
Item raptus est illicitus coitus a capiendo, idest, corrumpendo dictus. 27. q. vlt. raptus. & 36. q. 1 cap. 1.
Item raptum committit qui florem virginitatis puellæ violenter eripit. 36. q. 1. de raptoribus. §. seq. in fi.
Quod an raptum committat qui feminam promissionibus abducit. 36. q. 1. per totum.
Quod an raptor raptam potest ducere vxorem. 36. q. 2. eos qui.
Quod si raptor cum rapta ad ecclesiam confugerit, ab ipsa debet tueri. 36. q. 1. lex.
Quod raptor publica pænitentia punitur. 27. q. 2. raptor.
Quod si rapta non redditur, excommunicatur. 27. quęstione. 2. Agathosa. 36. quęstione 2. per totum.

Raritas. Quod raritas facit pretiositatem 39. dist. si officia. in fin. 93. dist. legimus.
Quod rarum dicitur omne quod magnum est. 2. q. 7. in sancta.
Quod omne quod est rarum plus appetitur. 93. distinct. legimus. post medium. exemplum ibi de pulegio, quod apud Indos carius est pipere.

Ratihabitio. Quod ratihabitio confirmat male possessa. 16. q. 2. quoniam quidquid. 16. q. 3. placuit. §. potest etiam. 3. q. 6. hæc quippe.

Recessus. Quod recessus bonorum à malis mente semper debet esse, licet quandoque non fiat corpore. 23. q. 4. tolerandi. & octo c seq.
Quod quando prælatus debet recedere à malis subditis & quando non, habes 7. q. 1. aduersitas.

De hac materia habes vbi agitur de Exitu.

Recidiuatio. Quod recidiuatio est de bono redire ad malum. de pæn. distinct. 2. per totum. & distinct. 3. per totum.
Quod post bonum castitatis vel religionis recidiuare est sacrilegium committere. 28. distinct. de his.
Quod recidiuare post votum castitatis est incestū committere. 27. dist. virgines.
Quod recidiuans comparatur illi qui manum mittit ad aratrum & retro aspicit. de pæ. di. 2. quærendum.
Quod an aliquis vere pænituit & recidiuauit, de pæn. dist. 1. & 3. per totum.
Quod an recidiuanti post pænitentiam iterato sit pænitentia iniungenda. de pęni. dist. 3. sceleratior. § his auctoritatibus.

Reconciliatio. Quod reconciliatio est ad primum statum restitutio. 2. q. 1. notum sit.
Quod reconciliatio solēnis in scriptis fieri debet. 2. q. 1. legum. 1. q 7 si qui voluerint.
Quod episcopi officium est reconciliare pęnitentes. 26. q. 6. cap. 1. & cap. qui recedunt. & cap. sequen.
Quod excepta vltima necessitate presbyter non debet reconciliare solenniter pænitentes, sed episcopus. 26. q. 6. c. vlt.
Quod quem episcopus excommunicat, presbyter sine consensu episcopi reconciliare non potest. 26. q 6. ministrare. §. prout & omnibus cap. seq. vsque ad fi.
De forma solenniter excommunicati habes 11. q. vlt. debent & duobus c. seq.
Quod perseuerans in malitia reconciliari non debet. 24. q. 2. legatur. & c. damnationis.
Quod in extrema necessitate nulli pænitenti reconciliatio est deneganda. 26. quæst. 6. his. & c. sequen.
Quod ecclesiæ per sanguinem vel fornicationem pollutę sunt reconciliandæ. de conse. dist 1. si motum. & c. seq.

De forma reconciliationis coniugum habes 35. q. 6. cap. vlt.

Reconuentio. Quod reconuentio inhibetur accusato in pari crimine priusquam se de crimine quo accusatus est, exuerit. 3. q. 11. neganda & c seq.
Quod secundum canones condemnatus de crimine, amodo non potest conuenire nec suum nec extraneum 6. q. 1. qui crimen.
Quod maiori crimine potest accusatus reconuenire, puta accusatus de fornicatione potest de homicidio vel simonia reconuenire 3. q. 11. nō est. §. hoc autem, vbi ponitur modus reconuentionis inter ciuilem & criminalem quæstionem.

Redemptio. Quod Christi passio fuit redemptio viuorum & mortuorum. de conse. dist. 2. semel.
Quod pro opera misericordię peccata propria redimuntur. 86 dist est probanda.
Quod multa sunt alia bona, quibus possunt homines peccata redimere. de pæn. distin. 1. medicina. in prin.
Quod captiuos & oppressos tenemur redimere. 86 dist. non satis. in fin.
Quod etiam ornatus ecclesiarum redemptio est captiuorum. 12. q. 2. aurum.
Quod vasa ecclesiæ & res proprie spectant ad redemptionem captiuorum. 12. q. 2. apostolicos. 86. dist pulchra.

Reddere. Quod reddenda non sunt mala pro bonis. 23. q. 3. sex differentiæ.
Quod debemus reddere pro malis bona. 23. q. 3. sex differentię.
Quod reddenda est Deo ratio. 13. q. 1 firmissime. §. ex eo.
Quod serui sine consensu domini clerici vel monachi facti, reddendi sunt. 54. dist. generalis.

Quod mali religiosi quia nomen sanctitatis habent, peruerse agendo amplius nocent in ecclesia quam alij, 83. distin. nemo. 19. q. 3. monasterijs.

Quod deficientes in religione sunt pessimi: & proficientes optimi. 47. dist. quantumlibet.

Quod quandoque mutatio loci prodest religiosis: quia plerumque dum mutatur locus, mutatur & mentis affectus, 11. dist. valet.

Quod excessus religiosorum propter maius scandalum sunt occultandi. 96. dist. in scripturis.

Quod religiosi vere per alijs sunt honorandi. 16. q. 1. qui vere.

Quod facilius dispensatur cum religiosa persona, quàm cum alia. 66. dist. monachus.

Quod in fauorem religionis potest quis sine interstitio ad ordines promoueri. ibidem.

Quod an aliàs ad ordinẽ indigni, propter religionem admittantur. 56. dist. presbyterorum, 77. dist. c. vlt.

Quod religiosi nisi per Papam fuerint exempti, tenentur episcopo subesse. 16. q. 1. qui vere.

Quod locus religiosorum sine consensu episcopi non debet mutari. 16. q. 7. si quis vult.

Quod episcopi & alij prælati religiosos consilio & auxilio debent fouere. 12. q. 2. religiosam.

De hac materia habes vbi agitur de Monachis & de Monasterio.

Remissio.

Quod remissio peccatis fit non tantum in præsenti, sed etiam in futuro. 25. dist. qualis hinc. & c. seq.

Quod remissio peccati fit per auctoritatem: & sic fit a solo Deo. 1. q. 1. ita fit. & c. vt euidenter. de pæ. dist. 1. § opponitur.

Item fit per officium, sic fit ab omni prælato tam bono quàm malo. 23. q. 5. remittuntur.

Item fit per ministri meritum, sic fit tantum per bonum. 1. q. 1. remissionem. de conse. distinct. 4. quomodo.

De remissione iniuriarum habes vbi agitur de Iniuria.

Remotio.

Quod episcopus vel superior prælatus non remouetur de episcopatu nisi per solum Papam. 7. quæst. 1. mutationes.

Item remouetur propter crimen. 50. dist. si episcopus. & c. seq. 7. q. 1. remoto.

Item remouetur propter vtilitatem. 7. q. 1. mutationes.

Item propter senectutem. 7. q. 1. petisti

Item propter necessitatem. 7. q. 1. pastoralis.

Item propter simplicitatem. 74. distinct. episcoporum.

Quod remouet se quis de loco ad locum propter leuitatem, 7. quæst. 1. non oportet & pluribus c. sequen.

Item propter ambitionem. 7. q. 1. si quis de. & pluribus c. seq.

Remuneratio.

Quod quilibet remuneratur a Deo secũdum merita. 15. q. 1. firmissime. §. ex eo. in fin. 23. q. 4. displicet. ante finem.

Quod Deus temporaliter & æternaliter remunerat. 23. q. 2. si quælibet.

Quod nemo debet quærere pro bono quod agit, temporalem remunerationem. de pæ. distin. 4. § quamquam.

Quod qui pro bono quod agit temporaliter remunerari non quærit: illius Deus merces erit. 31. q. 4. dicat. Exemplum ibi de Abraham. de conse. dist. 5. ieiunium.

Quod indignus æterna remuneratione pro bono quod agit, temporaliter remuneratur. de pænit. dist. 3. § ex hoc. & §. seq.

Quod mali qui pro paucis bonis quæ faciunt, in præsenti remunerantur: in futuro plenius puniuntur. de pæ. dist. 3. §. quamquam.

Renunciatio.

quod quilibet potest suo iuri renunciare. 7. q. 1. quàm periculosum.

Quod furiosus nisi habeat lucida interualla, renũciare non potest. 7. q. 1. quamuis sit triste.

Quod non tenet renunciatio nisi illi fiat cuius est institutio. 17. q. 2. Gonsaldus.

Quod prælati non possunt renunciare nisi de licentia superioris. 7. q. 1. si quis presbyter.

Quod renunciatio episcopatuũ tantum debet fieri domino Papæ. 7. q. 1. quam periculosum. & c. qualiter.

Quod renunciatio prælaturæ non debet admitti de facili. 7. quæst. 1. quam periculosum. & cap. quamuis.

Quod quando renunciatio admittitur, debet fieri pro magna vtilitate vel infirmitate. 7. q. 1. qualiter. & c. seq.

Quod renunciatio prælationis fienda est in scriptis. 7. q. 1. sicut. §. ecce.

Quod renuncians vlterius non potest repetere illud quod renũciauit. 7. q. 1. quàm periculosum. & c. hoc nequaquam 31. q. 2. si quis.

Quod renuncians videtur posse repetere. 12. q. 4. magnæ.

Quod ecclesia uel superior potest repetere renunciantem. 7. q. 1. non oportet. & c. si qui vero. & c. sequen.

Repetitio.

Quod debitum benigne remissum non inique repetitur. 14. q. 1. quod debetur.

Quod cum dominus dixit, si quis abstulerit tibi tunicam, non repetas: non præcipiendo sed exhortando dixit. 14. quæst. 1. episcopus. §. ista, in fine.

Quod episcopus uel alius prælatus res transitorias tumultuose & litigiose non debet repetere, 14. q. 1 cap. 1. & cap. sequen. 88. distinctio. iudicale.

Quod prælati quantumcumque perfecti tenentur res ablatas modeste repetere, quia res pauperũ sunt quas possident, & episcopi tantum sunt dispensatores. 14. q. 1. episcopus. § his ita.

Quod vbi non potest esse redditio, supersedenda est repetitio, 14. q. 6. c. 1.

Quod pro iudicio vel pro alio quod venale esse non debet pecunia iniuste repetitur. 14. quæst. 5. non sane.

Quod res ecclesiæ pro captiuis & pauperibus erogatæ non debent ab erogatore repeti. 12. quæst. 2. sacrorum.

Reprehensio.

Quod reprehẽsio tunc est iusta quando primo fit in se, & postea exercetur in alium. 3. q. 7. qui sine. & c. iudicet. & c. postulatus.

Quod est reprehensio auctoritatis, quæ solum maioribus conuenit: & hæc debet fieri cum beneuolentia. 45. dist. licet. 86. dist quando.

Item est reprehensio zeli, quæ minoribus conceditur in maiores: & hæc debet fieri cum reuerentia. 81. dist. nolite. 2. q. 7. si quis super his. §. proximo.

Item est reprehensio temeraria, quæ vergit ad infamiam, & hæc nec prælato ad subditum, nec subdito ad prælatum conceditur. 81. dist. nolite. 2. q. 7. plerumque & c. quæritur.

De hac materia habes vbi agitur de Accusatione & Correptione.

Repulsio.

An repellere vim sit peccatum. 23. q. 1. §. 1.

Quod perfectus debet patienter iniuriam sustinere ab his quos optat bonos esse. 23. q. 1. paratus. 11. q. 3. ita sæpe.

Quod perfectis licet iniuriam verbis & non verberibus repellere. 23. q. 1. paratus. Exemplum ibi de Christo.

Quod qualiter cuilibet licet iniuriam repellere, & qualiter nõ, habes 23. q. 3. sex differentiæ. § sed.

De hac materia habes vbi agitur de Patientia, & de Tolerantia, & de Iniuria.

Rescriptum.

Quod rescriptũ principis quãuis præcipiat reprehẽsibile, dummodo non fiat contra fidẽ est recipiendũ. 100. dist. contra morẽ. 19. dist. in memoriã.

Quod rescriptum apostolicum contra euangeliũ & contra Apostolos non admittitur. 25. q. 1. sunt quidam. & c. seq.

Quod rescriptum cõtra ius commune factum, ab omnibus est refutandum. 25. q. 2. rescripta.

Quod rescriptum posterius arctat eos quibus dirigitur. 19. dist. in memoriam.

Quod in iudicijs non scripta, sed ipsa originalia manu principis subscripta debent monstrari. 25. q. 2. §. sancimus.

Quod rescripta personalia sine die & consule facta carent auctoritate 25. q. 2. §. si qua.

Quod rescriptum cassatur si a curia non emanauit. 19. dist. in memoriam.

Item cassatur si tacita veritate sit impetratum. 25. q. 2. dicentes.

Item cassatur si non fuerit honestum, iustum, possibile, tempori & loco conueniens. 4. dist. erit autem lex.

Item cassatur si non habet subscriptionem petitionis. 81. dist. Maximianus.

Item si expresse non continet in se, si preces veritate nitantur. 25. q. 2. §. vniuersa.

Item si non expresse cõtinet nomen eius qui vult conuenire. 2. q. 8. quisquis. & §. vlt.

Item si obscurum fuerit, ita vt plene intelligi non possit 4. dist. erit autem.

De hac materia habes vbi agitur de Scriptura.

Residentia.

Quod episcopi qui curam gregis debent gerere, præcipue debent residere. 7. q. 1. pontifices.

Quod non licet beneficiato vltra tres hebdomadas abesse. 7. q. 1. si quis in clero.

Quod propter negotia ecclesiæ vel propter ægritudinem de residentia quilibet excusatur. 7. q. 1. præsentium.

Quod in ecclesia sine legitima causa non residenti, iuste alter substituitur. 7. q. 1 præsentium.

Resistentia.

Quod posse resistere peruersis & non facere, est ipsis consentire. 23 q. 3. qui potest.

Quod rusticitas sancta quantum ex vitæ merito ecclesiam Dei ædificat, tantum nocet si destruentibus non resistit. 2. q. 7. sancta quippe.

Quod resistere malis manu armata maxime perfectis sit peccatum. 23. q. 3 per totum.

Quod de prælatorum prouisione principes seculi persecutoribus pauperum debent resistere. 23. q. 3 ab Imperatoribus. & c. Maximianus.

Quod cum dicitur resistere malo: non mali coerctio, sed propriæ vindictæ executio prohibetur. 23. q. 5. de occidendis.

De hac materia habes vbi agitur de Patientia, & vbi agitur de Iniuria, & vbi agitur de Tolerantia.

Respondere.

Quod bonum est quandocumque respondere auditoribus, ne æstiment nos responsionis penuria declinare certamen. 43. dist. in mandatis. & tribus c. seq.

Quod propter hoc nemo debet respondere, vt plus videatur scire quàm sciat, quia esset iactantia. 44. dist. dispensatio. §. pariter.

Quod garrulos & procuratores prudentia est responsionibus eludere. 43. dist. in mandatis.

Restitutio.

Quod restitutio in integrũ est quando quis honoribus & ordinibus & ceteris restituitur. 2. q. 3. c. ult. in fi.

Item cum princeps in integrum restituit, infamiam tollit. 2. q. 3. c. vlt. in fi.

Quod ante litis ingressum spoliatus est in integrũ restituendus. 2. q. 2. per totum.

Quod etiam prædo est ante iudicium restituendus. 3. q. 1. Deus.

Quod antequam in causa iudicij procedatur, mulier est primo restituẽda 33. q. 2. siue de cõiugij.

Quod sex mensium datur induciæ restitutis antequam respondeant. 3. q. 2. erectis.

Quod restitutio rerum quãdoque fit in simplum. 14. q. 5. non sane.

Item quandoque in duplum. 89. distin. decenter. 12. q. 2. in legibus.

Item quandoque in quadruplum. 12. q. 2. cum deuotissimam.

Item quandoque in nouem partibus. 17. q. 4. quisquis.

Item quandoq. in decuplum. 12. q. 2. in legibus.

Quod non dimittitur peccatum, nisi restituatur ablatum. 14. q. 6. si res.

Quod non vere penitet qui ablatum non restituit cũ potest, 14 q. 6. si res. 25. q. 8. pessimam.

Quod

Quod non est super restitutione mobilandus, cui non est vnde soluat. 14.q. 6. si res.

Quod qui rem alienam Deo consecrat, non rem sed iniustitiam restituat. 14.q.vlt. compertum.

Quod de restitutione lapsorum habes 50. dist. fere per totum. Et in hoc opere vbi agitur de Lapsis.

Quod in restitutione lapsorum considerandu est quantitas criminis vtrum sit enorme, vel mediocre: quia quanto minus tanto facilius restituitur. 50 dist. quia sanctitas.

Item qualitas criminis, vtrum scilicet sit publicum, vel occultum: nam publicatio multis impedit restitutionem. 50. distinct. sacerdos si. & cap. sequen.

Item modus reducendi, scilicet vtrum sit conuictus, vel sponte confessus: nam mitius agitur cum sponte confessis. 50 dist. si quis praepostera.

Item modus satisfactionis, an scilicet sit verus vel fictus, nam vere contritos facilius parcitur. 50. dist. bene.

Quod restituitur quis vt possit ad omnia promoueri. 50. dist. considerandum. vbi agitur quomodo Petrus apostolus post negationem restitutus fuit.

Item restituitur quis vt maneat tantum in susceptis, vt reuertentes ab haereticorum errore. 1.q. 7. saluberrimum.

Item restituitur quis vt tantum ministret in minoribus, vt scienter simoniaci. 1.q. 5 c. 1.

Item restituitur quis vt laicam tantum habeat communionem, vt doctor & auctor haereticorum. 1.q. 7. c. 1.

Resurrectio. Quod ecclesia vt gaudium resurrectionis insinuet à pascha vsque ad pentecosten non ieiunat. 30. distinct. si quis presbyter. 76. distinctione, leiae debet.

Quod olim baptismus ideo tempore resurrectionis fiebat, vt sicut Christus resurrexit à mortuis: sic nos in nouitate vitae ambulemus. de conse dist. 4. proprie.

Reuerentia. Quod reuerentia alicui exhibetur ratione dignitatis vel superioris potestatis. 16.q 1. visis.

Quod mundi praelato quamdiu sustinetur reuerentia est exhibenda. 16.q 6. si fortassis.

Quod subditi debent praelatos reuereri cum affectu dilectionis. 97. dist. esto. 2.q. 5. habet.

Item ipsis obediendo. 93. dist §. 1. & c. seq. 2.q. 7. sacerdotes.

Item ipsis subsequendo. 95. dist. non oportet.

Item eorum officium temerarie non vsurpando, 95. dist. presbyter.

Item eorum statuta seruando. 3.q. 1. quia.

Item eos temerarie non arguendo vel iudicando. 21. dist. nolite.

Item defectus eorum non reuelando: sed potius cooperiendo. 96. dist. in scripturis.

Reuelatio. Quod reuelatio diuina instruit in agendis. 1. quaest. 1. si ergo.

Item reuelatio diuina dirigit in scripturis. 9. dist. noli.

Quod confessio peccati occulti nulli penitus est reuelanda. 2.q. 1. si peccauerit.

Quod fraudulentus est qui reuelat arcana. 5.q. 5. qui ambulat.

De Reuelatione diuina habes. vbi agitur de Inspiratione.

Rigor. Quod ex consideratione temporum & statum rigor canonum quandoque temperatur. 14. dist. sicut quaedam.

Item vbi strages multorum timetur, detrahendum est rigori. 50. dist vt constitueretur. 1.q. 7. quoties à populis.

Quod multi canones constituti sunt in rigorem disciplinae. 50. dist. vt constitueretur.

Rogatio. Quod rogationum tres dies ieiunandi sunt & feriandi. de conse. dist. 3. pronunciandum. & c. rogationes.

Quod tribus diebus rogationum serui & ancillae ab opere seruili debent esse liberi. de conse. dist. 3. rogationes.

Quod in triduo rogationum, quadragesimali cibo est vtendum.

Roma. Quod Roma caput & principatum obtinet nationum. 2. quaestione 7. beati.

Quod iura Romanorum alijs gentibus non conueniunt 1. dist. ius Quiritium.

Quod in quibus iura Romanorum consistunt habes. 1. dist. ius Quiritum.

Quod qui Romanam ecclesiam annihilat, ipse se haereticum insinuat 22. dist. omnes.

Quod Romana ecclesia est principium omnium ecclesiarum. 21. dist quamuis.

De Ecclesia Romana habes vbi agitur de Papa, & vbi agitur de Sedibus.

Sabbatum. Quod die sabbati non est festiuandum, ne Iudaizare videamur. de conse dist. 3. peruenit.

Quod antichristus ideo faciet sabbatum & diem dominicum obseruari, vt propter obseruationem sabbati Iudaeos: & propter obseruationem dominicae Christianos sibi attrahat. de conse dist. 3 peruenit.

Quod sabbatum nō vbique, sed secundum aliqua loca ieiunatur. 12. dist. illa. Exemplum ibi de matre Augustini.

Quod die sabbati nisi propter festiuitatem aut propter infirmitatem à carnibus est abstinendum. de conse. di. 5. quia.

Sacerdos. Quod sacerdos nomen habet compositum ex Graeco & Latino, quasi sacrum dans. 21. di. cleros. ante medium.

Quod sacerdotalis ordo incepit à sancto Petro. 21. dist. in nouo.

Quod maiores sacerdotes in apostolis, minores in septuaginta duobus discipulis sunt designati. 21. di §. 1. post med.

Quod sacerdotes angeli & dij nuncupantur. 12.q. 1. sacerdotibus.

Quod ordo sacerdotalis praeeminet dignitati regali. 96. di. duo, in principio. & in fin.

Quod ipse Christus eis reuerentiam exhibens dum ad eos leprosos remisit. 2.q 1. nonne.

Quod etiam exempla gentilium inducunt Christianos ad reuerentiam sacerdotum. 11.q. 1. sacerdotibus.

Quod ministerio sacerdotis & non alterius Christi corpus consecratur 95. di. ecce ego. circa medium.

Item benedictio populis & gratia diuina datur. 1.q. 1. dictum est 6.q. 1. sacerdotes.

Item peccata delentur. 1.q. 1. ipsi sacerdotes.

Item merito officij eorum futura reuelantur. 1.q. 1. dictum est à Domino. Exemplum ibi de Caipha.

Item sacerdotes sunt lumen mundi. 95. distin. sacerdotes.

Item sunt omnium patres & magistri. 86. di. quis dubitet.

Quod debent esse corpore & mente mundi: quia diuino officio & sacrificio debent esse intenti. 1.q. 1. necesse. 5.q. 7. in grauibus. & duobus ca. sequen.

Item sobrij. 35. di. vinolentum.

Item discreti & docti. 37. di. per totum. 38. dist. in pluribus capitulis.

Item debent esse in officio suo cauti. 14.q. 6. cap. 1. in fin.

Item in vestibus & gestu debent esse maturi. 41. dist. clericus.

Quod sacerdotes instituuntur ad laudandum Deum, & ad exemplum bonae actionis. 5. q. 5. quia episcopus.

Quod sacerdotes ratione oblationum tenentur orare pro populo. 1.q. 1. sacerdotes.

Quod sacerdotes dicuntur comedere peccata populi pluribus modis, videlicet precibus & orationibus peccata consumendo. 1.q. 1. ipsi sacerdotes.

Item oblatis pro peccatis vtendo. 1.q. 2. pastor.

Item aliena peccata per consensum incorporando in se.

Quod sacerdotes horas canonicas hospitalitatem & visitationes infirmorum solicite exercere debent. 91. di. presbyter.

Quod non de facili est suspicandum malum de sacerdotibus ex quo corpus Christi conficiunt. 11.q. 3. absit.

Quod ordo sacerdotalis non datur propter ordinatum tantum, sed etiam propter alios quorum minister esse debet: & ideo mundius est suscipiendus quàm alij ordines. 1.q. 1. si qui episcopi talem. §. proximo.

Quod sacerdos membrorum deformitatem notabilem habere non debet. 49. di. §. 1.

Quod sacerdotes propter multitudinem sunt contemptibiles 93. di. legimus. in fi.

Quod multi sunt sacerdotes nomine pauci opere. 40. di. multi.

Quod non cathedra facit sacerdotem, sed sacerdos cathedram.

Quod nemo in ecclesia Dei nocet plus quàm qui peruerse agens nomen sacerdotis habet 83. di. nemo.

Quod malus sacerdos de ordine suo crimen & iudicium acquirit.

Quod multi sacerdotes nomen Dei inquantum in eis est, despiciunt & panem pollutum offerunt 49. di. sacerdotes.

Quod magnum inconueniens est sacerdotem corpus Christi conficientem immundum esse. 1. q 1. sacrosancta. & c. seq.

Quod ignominiosus est sacerdos qui studet diuitijs. 12.q. 2. gloria.

Quod sacerdos qui aliorum debet audire confessiones debet esse in scientia discretus, & in vita bonus de poen. di. 6 §. 1.

Quod malus sacerdos comparatur simiae. 1. q. 1. si quis inquit.

Quod mali sacerdotes sunt audiendi, non imitandi. 1.q. 1. significasti. & c. seq.

Quod an promotus in sacerdotem in mortali peccato possit exequi officium suum. 15.q. vlt per totum.

Quod peccatum est detrahere sacerdotibus. 6. q. 1. sacerdotes.

Quod graue peccatum est inuidere sacerdotibus. 6.q. 1. sunt plurimi. §. proximo.

Quod nemo debet audire Missam à sacerdote, quem scit indubitanter habere concubinam. 32. dist. nullus. vbi exponit glossa Ioan. quod hoc est indubitanter scire, quod scitur scientia iuris, & non facti: & ad hoc expresse faciunt multa iura, vt 15.q. 8. sciscitantibus. 83. di. nihil §. quamquam. 1. quaest. 1. multi. 30. q. 5. cap. nec illud. & is ita. & cap. nullum. Nam ante scientiam à nullo est recedendum, 8. quaest. 4. nonne.

Quod autem sacramenta à malis sacerdotibus tradita quamdiu tolerantur non sunt contemnenda, plura docent capitula: quia ipsi non suis sed Christi verbis sacramenta conficiunt de conse. dist. 2. panis est. 1.q. 1. significasti. & ca. Christus & c. seq.

Quod sacramenta à Iuda proditore tradita non fuerunt reprobata. 1.q. 1. dedit.

Quod sibi iudicium tantū manducant & bibunt. 1.q. 1. per Esaiam.

Quia sacramenta sicut nec sol à locis immundis per quae transit, ab ipsis non inquinantur. 19. distin. secundum ecclesiae.

Quia ipsi sicut fax accensa alijs lucent, quamuis sibi noceant. 15.q. vlt. c. vlt.

Quia ipsi velut lixiuium lauant, & non lauantur. 83 dist. nihil §. seq.

Quod sacerdos licite potest operas suas alijs locare. 10.q. 2. precariae. 1.

Quod sacerdos non debet alijs irrogare supplicium, 23.q 5. hoc videtur.

Quod promotus in sacerdotem tenetur vxori necessaria prouidere: non tamen tenetur debitū reddere. 31. dist. omnino.

De Sacerdotibus habes vbi agitur de Clericis, & vbi agitur de Ordine.

Sacramentum. Quod sacramentum inuisibilis gratiae est visibilis forma de conse dist. 2. sacrificium.

Quod sacramenta dicuntur quia sub tegumento corporalium rerum diuina virtus secretiùs salutem

cramentorum salutem operatur: vnde a secretis virtutibus vel sacris sacramenta dicuntur. 1. q. 1. multi. circa med.

Quod inter septem sacramenta ecclesiæ quædam dicuntur necessitatis, vt baptismus. de conse. distin. 4. nulla præter.

Item confirmatio. de consecra. distin. 4. nullus ministrorum.

Item Eucharistia. de conse. distin. 2. omnis Christianus.

Item extrema vnctio. 26. q. 7. c. 1.

Item pœnitentia. de pæ. dist. 1. non potest.

Quod alia duo sacramenta sunt voluntatis, videlicet ordo. 74. dist. vbi ista.

Item matrimonium. 30. q. 2. vbi non est.

Quod baptismus est sacramentum intrantium. de conse. dist. 4. nulla præter. §. porro. ante fi.

Quod confirmatio est sacramentum, pugnantiū. de conse. dist. 5. spiritus sanctus.

Quod Eucharistia est sacramentum progredientium propter quod & viaticum dicitur. 26. q. 6. qui recedunt. & c. de his.

Quod pœnitentia est sacramentum redeuntium. 26. q. 7. his qui. de pæ. dist. 3. c. 2.

Quod extrema vnctio est sacramentum exeuntium. 26. q. 7. c. ab infirmis.

Item subiectio, vt Eucharistia. 93. dist. ecce.

Item significatione, vt matrimonium. 27. q. 2. cū societas.

Item ministri dignitate, vt confirmatio. de conse. dist. 5. de his. & duobus c. seq. 68. distin. quamuis. Vnde versus.

Maior in effectu baptismus, corpus inesse,
Coniugium signo, maiori chrisma ministro.

Quod sacramenta a suis parochianis sunt recipiēda. 26. q. 2. interdicimus.

Quod per presbyterum non per minorem clericū debent sacramenta exhiberi. de conse. distin. 4. presbyteri qui.

Quod spiritus sanctus dat sacramentis efficaciam per quoscunque ministrentur. 1. q. 1. multiq. & c. ita fit. & quattuor c. seq. & c. non nocet.

Quod sacramenta ab immundis ministris coinquinari non possunt. 1. q. 1. remissionem.

Quod hominum malitia sacramenta non profanat. 1. q. 1. nonne.

Quod sacramenta a malis ministris sunt accipienda quamdiu tolerantur. 1. q. 1. neque. & cap. omnis. & c. multi. & cap. per Esaiam. 15. q. vlt. cap. vlt.

Quod sacramenta ab hæreticis scienter non sunt recipienda. 23. q. 8. c. vlt.

Quod ab ipsis in forma ecclesiæ data sacramenta virtutem habent. 19. dist. secundum. 1. q. 1. si autem & tribus c seq. & c. sicut. & c. quod pro.

Quod sacramenta ab ipsis in forma ecclesię non data virtute carent. 1. q. 1. hi qui. §. sed notandum.

Quod virtutem amittunt si per malum ministrū in forma ecclesiæ exhibentur. 32. distin. præter hoc §. verum.

Quod sacramenta collata in forma ecclesiæ ab hæreticis & schismaticis, simoniacis, & depositis, interdictis, excommunicatis, rata sunt quoad characterem, sed non quo ad executionem 32. dist. c. præter hoc. §. porro. 1. q. 1. si qui a simoniacis.

Quod sacramentum datum ab hæreticis non est iterandum, sed virtus sacramenti dabitur per manus impositionem. 32. dist. §. ad hoc vero. & §. porro. 24. quęst. 1. miramur. §. his auctoritatibus.

Quod Deus in administratione sacramentorum non pensat merita administrantium. 1. q. 1. cū scriptum.

Quod sacramenta affectum suscipientium, & mentis deuotionem exigunt. 8. q. 1. licet post medium.

Quod sacramenta contra interdictum prælatorū suorum accepta, damnosa sunt. 32. dist. ad hoc vero. §. porro.

Quod non sunt danda in pœnitentibus. 26. q. 7. fere per totum.

Item non sunt danda a grauibus peccatis subito resurgentibus. de pæ. dist. 1. in actionem.

Item non sunt danda illis qui non subsunt alicui. 18. q. 2. abbatibus.

Quod non est vera conuersio ad Deum vbi sacramenta ecclesiæ contemnuntur. de conse. dist. 4. baptismi vicem.

Quod sacramentum quod in se bonum est, cedit malo in malum. 1. q. 1. quod quidam §. opponitur. ante medium. vbi exemplum de Iuda.

Quod sacramenta Christi pretiosum extrinsecū ornatum non requirunt. 12. q. 2. aurum. ante medium.

De sacramentis habes supra vbi agitur de Sacerdotibus, & de quolibet Sacramento habes specialiter positum secundum ordinem alphabeti.

Sacrificium. Quod sacrificium altaris orationum, & eleemosynarum est. 13. q. 2. non æstimemus.

Item est sacrificium cordis contribulati. de pę. distin. 1. in actionem. post med.

Quod magnum Deo sacrificium offertur cum mali, qui in sua & aliorum pernicie dilatantur, compescuntur. 23. q. 5. quali.

Quod omnia sacrificia præcellit corpus & sanguis Christi. de conse. dist. 2. nihil.

Quod non sacrificiorum magnitudinem, sed merita offerentium Deus diiudicat. 24. q. 1. odit.

Quod illud sacrificium solum Deus acceptat quod intra ecclesiam catholicam sibi offertur. 24. q. 1. quia ex sola.

Quod mortui multiplici sacrificio iuuari possunt, videlicet altaris, orationum, & eleemosynarum. 13. q. 2. non æstimemus. & c. pro obeuntibus. & c. animæ.

De hac materia habes vbi ponitur Oblatio.

Sacrilegium. Quod sacrilegium committitur auferendo sacrum de sacro, vel non sacrum de sacro, vel sacrum de non sacro. 17. q. 4. quisquis.

Quod sacrilegium est inuadere aut auferre res ecclesiæ. 12. q. 2. prędia. & cap. indigne. & c. hæc 13. q. 2. qui oblationes. 16. q. 1. in canonibus. 17. q. 4. qui rapit. & c. quisquis.

Quod sacrilegium committit qui in clericum manus violentas mittit. 17. q. 4. si quis contumax.

Quod sacrilegium est si quis quod venerabilibus locis datur, sibi studuit retinere. 17. q. 4. sacrilegium.

Sacrilegus. Quod sacrilegus dicitur qui res ecclesiæ indebite vendit. 50 dist. si quis presbyter.

Item qui habens sufficiens patrimonium res ecclesiæ ad superfluitatem recipit. 16. q. 1. quoniam. in fine.

Item sacrilegus dicitur qui personam ecclesiasticam lædit. 17. q. 4. sicut. & c. quisquis.

Item qui fugientem violenter de ecclesia trahit. 17. q. 4. nullus. & c. si quis contumax.

Item qui constitutiones sanctorum patrum infringit. 17. q. 4. si quis suadente. §. qui autem.

Item qui arti magicæ intendit. 26. quæst. 2. illud. in fine.

Item qui alios temerarie rebaptizat. 23. quæst. 5. si vos.

Item qui infringit ecclesiam. 16. quæstio. 4. quisquis.

Quod vendere & comparare spiritualia sacrilegiū est. 1. q. 3. audiuimus.

Quod dubitare de illo quem princeps elegit an dignus sit, sacrilegium est. 17. q. 4. si quis suadente §. proximo.

Quod sacrilegium Christiani committunt cum Iudæorum cibis vtuntur. 28. q. 1. omnes.

Quod sacrilegium committit qui Iudæis publica officia committit. 17. q. 4. constituit.

Quod sacerdos sacrilegium cōmittit qui pro matrimonio adulterium benedicit. 27. q. vlt. de cōiugali.

Quod qui cum ea quę castitatem vouit contrahit, vel coitum facit, sacrilegium incurrit. 27. q. 1. impudicas.

Quod sacrilegus in rebus ecclesiæ Iudæ proditori comparatur. 23. q. 4. quid ergo.

Quod sacrilegi pœna est infamia. 6. q. 1. infames.

Item excommunicatio minor. 17 q. 4. quisquis.

Item anathematizatio. 12. q. 2. indigne.

Item depositio. 17. q. 4. si quis deinceps. 12. q. 2. indigne.

Item publica pęnitentia. 17. quęst. 4. si quis contumax.

Quod imponitur sacrilego pœna legalis, scilicet decapitatio. 17 q. 4. si quis. § qui autem.

Quod aliquando imponitur sacrilego pœna legalis & canonica, scilicet pœna pecuniaria & infamia. 17. q. 4 attendendum. & c. si quis.

Sacrista. Quod sacrista idem est quod thesaurarius. cuius officium exprimitur. 25. dist. perlectis.

Sal. Quod Christus dicens, Salem habete in vobis, sapientiam verbi designauit. 43. dist. sit rector. post med.

Quod prælati & sacerdotes dicuntur sal terrę. 93. dist. sacerdotes.

Quod malus prælatus dicitur sal infatuatum. 3. q. 7. sacerdos. §. item in euangelio. 1. quęst. 7. non omne.

Quod sal infatuatum a porcis conculcatur. 2. q. 7. secuti. §. qnia.

Quod sal sapientię in cunctis nostris sacrificijs offerri debet. de conse. dist. 4. sal.

Quod aqua sale aspersa, & per sacerdotem consecrata sanctificat populum. de conse. distinct. 3. aqualem.

Salomon. Quod Salomon Rex templum domino construxit, & illud consecrando magnum festum fecit. de consec. dist 1. §. 1.

Quod Salomon non diuitias, non longa tempora vitæ, sed sapientiam a Deo petijt. 36. distin. qui. §. ecce.

Quod regina venit a finibus terræ audire sapientiam Salomonis. 8 q. 1. vereor.

Quod Salomon ad expellendum dæmones de corporibus, quosdam exorcismos inuenit. 21. distinct. §. 1.

Quod Salomon amore mulierum Deos gentiliū coluit, & idolis templa construxit. 3. q. 7. §. ult. 32. q 4. Salomon.

Samuel. Quod Samuel qui sancte vixit, & sanctus de hac vita exiuit non sic potuit esse sub diaboli potestate vt arte diabolica per pythonissam suscitaretur. 26. q. 5. nec mirum. post med.

Sanctitas. Quod est sanctitas innocentiæ quę tantum bonis conuenit: & sanctitas sacramentalis quæ quandoque malis conuenit. 1 q. 1. dominus. post med. Exemplum ibi de Saul.

Quod non ex generis nobilitate vel dignitate sanctitas innotescit, sed ex fidei puritate, & morū honestate. 40. dist. nos qui.

Quod vbi Christus per boni operationem infunditur, & abominatio peccati aboletur sanctitas consecratur. 11. q. 1. nec is qui.

Quod sanctum illum credere qui non est sanctus, periculosum est. 11. q. 3. si quis hominē.

Quod sanctus non debet dubitari quem apex papalis dignitatis attollit. 40. dist. non nos.

Quod omnis sanctificatio est in spiritu sancto. 75. dist. ordinationes.

Sanitas. Quod sanitatem corporis efficit moderata refectio. de consecr. dist. 5. nihil.

Quod excessus ciborum putrescere faciunt corpus ibid.

Quod impossibile est illos sanos esse & diu viuere qui carnium adipibus continue inuoluuntur. de conse. dist. 5. ne tales.

Quod abstinentia sanat morbos quos superfluitas ciborum contraxit. de consecra. distinct. 5. legimus.

Sapientia. Quod si sine vera sapientia quis ęstimat se prudentem posse fieri, non prudens sed stultus est. 3. q. 7. qui sine.

Quod sapientia cum sobrietate est habenda: quia non oportet plus sapere quàm sapere ad sobrietatem. 43. distinct. sit rector. post medium.

Quod

Item

Item in ciuili conuentione. 3. q. 5. §. asseratur.
Item in appellatione. 2. q. 6. post appellationem.
Item in extraneorum clericorum susceptione. 98. dist. nullus. & cap. transmarinos.
Item in rerum ecclesiasticarum venditione. 12. q. 2. sine exceptione. 10. q. 2. casellas.
Item in baptizandorum susceptione, vbi nomen in scriptis dari debet. 2. q. 1. legum. de consec. dist. 4. baptizandi.
Item in regularis voti professione. 27. q. 1. omnes feminæ. 20. q. 1. vidua.
Item in expositorum puerorum collectione. 87. dist. si expositus.
Item in pœnitentię datione. 30. quæst. 5. qualis. in fine.
Item in prælatorum ad synodum non venientium excusatione. 18. dist. placuit.
Item in aliorum qui impetuntur citatione. 5. q. 2. §. 1. & c. 1.
Item in prælaturę renuntiatione. 7. q. 1. sicut vir. §. ecce.
Item in seruorum ordinatione 54 dist. nulli.
Item in reconciliatione. 2. q. 1. legum.
Item in ordinatione quia ordinari debent scriptuam quę formata dicitur, ab ordinatore accipere. 73. dist. per totum.
Item in constitutionis promulgatione. 35. quæst. 9. quod quis. 96. distinctio. bene quidem. circa medium.
Item in seruorum ab episcopo manumissione, 12. q. 2. episcopus qui mancipium.

De scriptura habes vbi agitur de Sententia, & de Subscriptione.

Scrutinium. De scrutinio habes vbi agitur de examinatione.

Securitas. Quod vbi est perfecta dilectio, ibi est securitas. 14. q. 1. non turbatur.
Quod securitas conscientiæ in tribulationibus requirat. 24. q. 1. non turbatur.
Quod in vltimo fine pœnitentibus de consecutione æternæ felicitatis securitatem dare non possumus. de pœn. dist. 7. circa prin.

Sedes. Quod sedes apostolica est prima auctoritate & dignitate, licet Antiochena sit prior tempore 21. distinct. nunc autem. 24. q. 1. rogamus 9. quæst 3. nemo. & cap. seq.
Quod ipsa est maior in iudicijs auctoritate. 9. q. 3. patet. & c. ipsi sunt.
Quod constitutiones huius sedis ab omnibus sunt seruandæ. 11. dist. consequens.
Quod nulli permittitur de eius iudicio iudicare. 17. q. 4. nemini. 21. dist. nunc autem.
Quod Christianus peccatum infidelitatis incurrit, qui sedi apostolicæ obedire contemnit. 81. dist. si qui, in fine. 93. dist. qui cathedram.
Quod in dubijs & arduis ad sedem apostolicam est recurrendum 17. distinct. nec licuit. & duobus. cap. seq. 16. q. 1. frater, post med. 24 q 1. rogamus.
Quod in libris & opusculis quidquid approbauit sedes apostolica, est tenendum. 19 dist. si Romanorum. vsque ad e ita.
Quod sine auctoritate sedis ipsius generale non celebratur concilium. 17. distinctione per totum.
Quod immediate sedi apostolicæ subiecti (maxime qui propinqui sunt) annuæ se debent præsentare. 93. distinctione, iuxta. & §. præcedenti.
Quod sine sedis huiusmodi iudicio episcopi non possunt condemnari. 3. q. 6. accusatus. & c. seq. 9. q. 3. antiqua.
Quod male damnati per ipsam restituuntur. 9. q. 3. sunt. & c. frates.
Quod sine sedis apostolicæ auctoritate nullus episcopus sedem suam audet mutare. 7. q. 1. mutationes.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesia Romana, de Papa, & Apostolica sede.

Item hæc sunt quę reseruantur ecclesiæ Romanæ, & Apostolicę sedi.
Iudicium episcoporum. 3. q. 6. dudum.
Item restitutio depositorum. 2. quæstione 6. ideo huic.
Item congregatio conciliorum. 3. quæstio. 6. dudum.
Item restitutio clericorum. 1. quæst. 7. conuenientibus.
Item exemptio episcoporum. 16. q. 1. frater. 18. q. 2. luminoso.
Item quæstio fidei. 24. q. 1. quoties.
Item abrenunciatio episcopatus. 6. quæst. 3. denique.
Item mutatio episcoporum. 7. quæstio. 1. mutationes.
Item episcopatuum diuisio & vnio. 16. q. 1. & temporis.
Item pallij datio. 100 dist. quoniam.
Item absolutio excommunicationis factę ex sede. 21. dist. inferior. 16. q. 1. frater.
Item antiquorum canonum & scripturarum interpretatio. 17. dist. nec licuit.
Item famę restitutio. 2. q. 3. Paulum. §. hinc autē colligitur.
Item cum simoniacis dispensatio. 1. quæst. 3. Paulum.
Item maiorum & difficilium quæstionum discussio. 17. dist. multis.

De hac materia habes vbi agitur de Ecclesia Roma. 22, & de Papa, & de Dispensatione.

Quod sedes quatuor patriarchalium ecclesiarum sunt istæ, Constantinopolitana, Alexandrina, Antiochena, & Hierosolymitana. 22. dist. renouantes.
Quod Constantinopolitana sedes licet vltima fuerit tempore, tamen propter dignitatem translati imperij ex statuto concilij post Romanam sedem primum obtinet locum, 22. distinct. sacrosanctam. §. hac. & cap. seq. §. hinc. & §. diffinimus.
Quod Alexandrina sedes, quam beatus Marcus euangelista ad honorem sancti Petri instituit, olim post Romanam prior fuit, & post illam secunda fuit Antiochena, in qua resederat beatus Petrus antequam Romam venisset. 22. distin. sacrosancta.
Quod sedes episcopales non in villis vel castellis, sed in maioribus locis debent constitui. 80. di. per totum.
Quod beatus Petrus apostolus vbi pagani habebant archiflamines, fecit institui archiepiscopos. 80 dist. in illis.
Quod sedes episcoporum non longo interuallo debent distare, vt ad consecrationem archiepiscopi eius possint venire. 16. dist non debere. §. sedes. & c. seq.
Quod vbi non fuit sedes episcopalis de nouo non debet institui, nisi fidelium excreuerit multitudo. 16. q. 1. præcipimus. & c. felix.
Item nisi gens noua ad fidem conuersa fuerit. 99. dist. nulli.
Quod episcopales sedes ex causa auctoritate apostolica mutantur de loco ad locum, videlicet propter Barbaricam incursionem. 7. quæst. 1. temporis.
Item ex causa vniuntur, videlicet propter alterius loci desolationem. 16. q. 1. & temporis. & cap. seq.
Item ex culpa auferuntur, videlicet propter episcopi occisionem. 21. q. 2. c. vlt.

Senes. Quod senes in scriptura sacra dicuntur sapientes. 84. dist. porro.
Quod primitus Abraham dictus est presbyter, id est, senior.
Quod non propter senectutē vel decrepitam ætatem, sed propter sapientiam presbyteri dicūtur senes.
Quod gloria senum est canities: & canities sapientia designat.
Quod quadruplex est senium, videlicet naturę, & hoc tendit ad defectum. 86. dist. tanta. 13. q. 2. illud.
Item senium gratię. 84. dist. porro. vbi dicitur, quòd canities senum prudentia est. & hoc senium ad perfectum ducit. 20. distin. de quibus. 32. q. 2. ancillam.
Item est senium culpæ, & hoc ducit ad interitum. 2. q. 7. Paulus dicit.
Item est senium æternę glorię, & hoc ducit ad æternum pręmium: de quo dicitur, Cogitaui dies antiquos, & annos æternos in mente habui.
Quod senes quanto morti viciniores, tanto debēt esse puriores. 86. dist. tanta nequitia.
Quod mali senes à suis prelatis sūt durius arguendi 86 dist. tanta.
Quod præsumēdum est de sene bono bonum. 18. q. 2. diffinimus.
Quod senectus aufert incōtinentię suspicionem. 34. dist. fraternitatis.
Quod senectus decrepita reddit ad episcopatum inhabilem. 85. distin. archidiaconum Florentinum.

De Senio & Senectute habes vbi agitur de Antiquitate.

Sententia. Quod sententiā Papa cum magna deliberatione debet proferre. 15. q. 9. apostolicæ.
Quod sententia aut pro consideratione temporum, vel ætatum, vel propter subreptionem, vel grauem necessitatem potest in melius commutari. 35. q. 9. sententiam. & c. veniam.
Item Papa sententiam suorum prędecessorum potest in melius commutare. 35. q. 9. loci. §. his ita. in fi.
Quod sententia quę in se non valet, confirmata per superiorem valet. 16. q. 6. si episcopum.
Quod sententia debet dari in scriptis. 2. q. 1. in primis, in fine. & c. legum.
Quod ad sententiam dandam pro modicis causis non requiritur scriptura. 11. q. 1. si quis cum.
Quod non secundum propriam voluntatem, sed secundum leges est proferenda. 11. q. 3. summopere.
Quod etiam præsentibus partibus ante plenam negotij discussionem non est sententia ferēda. 30. q. vlt. iudicantem.
Quod in re dubia non debet dari certa sententia. 11. q. 3. graue.
Quod non est danda sententia nisi post plenam inuestigationem veritatis. 11. q. 3. summopere. & c. graue. & quattuor cap. seq.
Quod sententia rite data ab omnibus est tenenda. 6. q. 4. si Metropolitanus. §. sed. & c. si quis episcopus. 35. q. 9. c. 1. 11. q. 3. nemo contemnat.
Quod iudex debet eam ferre cum mentis tranquillitate, non in furore. 11. q. 3. illa. & tribus cap. sequen.
Quod sententia sub conditione non est proferenda 2. q. 6. biduum.
Quod sententia diffinitiua obtinet auctoritatem rei iudicatæ. 2. quæst 6. biduum. ante finem.
Quod sententia plurium debet præualere. 79. dist. si transitus.
Quod sententia quandoque est iniusta ex animo proferentis, sed iusta est ordine & causa: & aliquando iusta est ex animo, sed non ordine vel causa: & aliquando est iusta ex animo & ordine, sed non ex causa. 11. q. 3. episcopus presbyter. §. seq.
Quod sententia lata quandoque non tenet, videlicet quando per appellationem intra certum tempus releuatur. 35. q. 9. loci §. seq.
Item quando in arduis causis in scriptis non datur. 2. q. 1. in primis. in fi.
Item quando à non suo iudice fertur. 3. q. 8. accusatores. 9. q. 2. cap. 1. & cap. episcopum. 11. q. 1. in clericorum.
Item quando ab vno solo iudicum, cum duo fuerunt delegati, fertur 2. quæst. 6. si quando. §. diffinitiua.
Item si contra ius scriptum fertur.
Item si iudices fines statuti vel mandati excedunt.
Item si contra prius iudicata lata fuerit.
Item si iudex pretio corruptus eam tulerit.
Item si parte non contumaciter absente lata fuerit. 3. q. 9. per totum.
Quod non debet sustinere pœnam canonicam in quem nō est prolata canonica sententia. 11. q. 3. non de-

3. non debet.

Quod iniqua sententia est reuocanda. 24. q. 1. sane profertur.

Item si per falsas probationes & per surreptionem lata est, est retrahenda. 35 q. 9. veniam, & tribus c. seq.

Quod sententia excommunicationis siue iusta siue iniusta timenda est. 11. q. 3. quibus. & c. episcopus. & § si ergo.

Quod iniusta nocet potius ferenti quàm patienti. 11. q. 3 illud. 24. q. vlt. si quis non. & quatuor c. seq.

Quod non est ferenda sententia quando multitudo est in causa. 23. q. 4. cap. si quis potestatem. §. si mulier.

Quod est sententia suspensionis quantum ad officium & beneficium. 7. q. 1. si quis in.

De qua materia habes vbi agitur de Suspensione.

Quod differtur sententia & executio per triginta dies cum princeps vel aliquis alter aliquem ad mortem condemnant. 11. q. 3 cum apud

Item differtur per decem dies quoties appellatio admittitur. 2. q. 6. anteriorum.

Item quousque grauida ad mortem condemnata pariat, quia aliter committeretur homicidium. 2. q. 4. cõsuluisti in fi. 32. q. 2. quòd vero nõ formatum.

Item quousque princeps assignauerit insulam illi qui in exilium debet relegari. 2. q. 6. biduum. post med.

Item quousque condemnatus seruus reddat Domino suo de peculio rationem. 54. distinct generalis.

Quod Deus nouit mutare sententiam. 11. q. 4. vnusquisque.

Quod Deus non mutat sententiam in homines, sed in opera, quia hominibus non irascitur, sed vitijs. de pœn. dist. 1. si agamus.

De hac sententia habes vbi agitur de Excommunicatione, & de Iudicio.

Separatio. Quod hæretici & schismatici ab ecclesia sunt separati, & ideo non habent spiritum sanctum. 24. q. 3. de illa.

Quod mali Christiani corporaliter sunt in ecclesia, sed per pessimam vitam separantur.

Quod tunc peccatores à Christi corpore separantur cum per excommunicationem traduntur Satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus fiat. 11. q. 3. audi.

Item aliqui separantur ab ecclesia per sententiam, qui sunt extra. 24. q. vlt. cum aliquis.

Quod nil sic debent formidare Christiani quàm separari à corpore Christi, quia hoc non est membrum eius. 11. q. 3. nihil,

Quod separati à corpore Christi sicut membrum præcisum virtutem spiritualem non habent. 1. q. 1. corporalia. Nisi hoc obstinati in malitia.

Quod nos debemus separari à malis præcepto Domini, qui dicit. Sit tibi sicut ethnicus & publicanus. 2. q. 1. si peccauerit.

Item mandato apostoli qui dixit, hæreticum post primam & secundam correctionem deuita. 24. q. 3. dixit.

Item consilio Moysi qui dixit: Separamini à tabernaculis impiorũ, ne pereant. 1. q. 1. si quis inquit, ante si.

Item statuto concilij quod separat Iudæos à Christianis. 28. q. 1. Iudæi.

Item exemplo Cypriani, qui separatus fuit à Lucifero hæretico. 24. q. 1. aduocauit.

Item exemplo Polycarpi martyris, qui à Cherintho & Marchione separatus fuit. 24. q. 1. omnis qui.

De hac materia habes vbi agitur de Excommunicatione.

Sepultura. Quod nomine sepulturæ aliquando significatur terra pro ampliatione cœmeterij & sepulturæ, & licet pro ea accipere. 12. q. 2. aurum. 24. q. 8. secundum canonicam.

Item nomine sepulturæ quandoque significatur officium sepeliendi, & non licet aliquid accipere. 13. q. 2. præcipiendum.

Item nomine sepulturæ quandoque significatur terra cœmeterij, & pro illo non licet aliquid accipere. 13 q. 2. questa. & tribus cap. seq. 1. q. 2. dictum est solere in quibusdam.

Quod ius sepulturæ est ius competens ecclesiæ ad sepeliendum in cœmiterio suo, & prouenit ex episcopi assignatione. 11. q 1. ecclesias.

Item hoc spectat parochialibus ecclesijs, vel quibus iure vel priuilegio est concessum. 13. q. 1. ecclesias.

Quod vbicumque sepeliatur, domini est terra & plenitudo eius. 13. q vlt. vbicumque.

Quod officium deuotæ sepulturæ, bonæ fidei est testimonium. 13. quæstio. 2. non æstimemus. ante fin.

Quod in sepulturis Christianorum requies est defunctorum. 13. q. 2. ante finem.

Quod prodest mortuis habere signa sepulturæ suæ quæ inspicientes amici pro eis preces effundãt domino. 13. q. 2. cum grauia.

Quod intra ecclesiam & maxime iuxta altare vbi corpus Christi conficitur, nullus est sepeliendus. 13. q 2. præcipiendum.

Quod possunt in ecclesia episcopi sepeliri, vel abbates, vel eminentis vitæ presbyteri vel laici. 13. q. 2. nullus.

Quod ꝓdest homini inter bonos & iustos defunctos sepeliri. 13. q. 2. cum grauia. & cap. animæ, & cap. non æstimemus. in fine.

Quod peccatoribus plus obest sepeliri in sacris locis quàm prodest. 13. q. 2. quibus. & cap. cum grauia.

Quod quocumque modo seipsos occidentes non solum carent ecclesiastica sepultura, sed etiam nec in psalmis nec in alijs debet eis aliqua solennitas exhiberi. 13. q. 2. placuit.

Item similiter debet pro illis fieri qui sine pœnitentia pro suis sceleribus occiduntur. cap. fatendum.

Item vsurarius excõmunicatus etiam minori excommunicatione, si absolutionem viuens non petijt. 24 q. 2. sane.

Item prædones manifesti etiam si pœnitentes moriantur, si habent vnde satisfacere possunt, nec ipsi nec heredes satisfacere pro eis volunt. 24. q. 2. sane.

Quod quilibet in peccato mortali moriens, in cœmeterio non est sepeliendus. 13. quæst. 2. quibus.

Quod in patibulo mortis, si pœnituerint, non est neganda sepultura 13. q vlt. c. vlt.

Quod sepultura potest eligi. 12. q. 2. bonæ.

Quod ad eligendam sepulturam locus debet inducere solennior, sicut est episcopatus, vel religiosorum monasterium. 13. q. 2. vbicumque temporum.

Quod episcopus etiam in minori & minus religiosa ecclesia potest eligere sepulturam. 12. q. 2. bonæ.

Quod nullus debet sepulturam parentum superbia vel odio deserere. 13. q. 2. placuit.

Quod filij emancipati à patribus libere eligunt sepulturam. 13. q. 2. §. econtra.

Quod an ecclesia in qua parentes sepulti sunt, possent vẽdicare corpora filiorum. 13. q. 2. Ebron. & cap. seq.

Quod coniugati (vt videtur) in vno sepulchro debent sepeliri. 13. quæst. 2. cap. 1. §. nunc. & cap. Ebron.

Quod vxor mortua si non elegerit sepulturam, cum marito debet sepeliri. 13. quæst. 2. cap. 1. §. nũc autem quæritur. & cap. Ebron. & cap. vtraque.

Quod mulier si plures viros habuit, & sepulturam non elegerit, videtur quòd cum vltimo viro debeat sepeliri. 13. q. 2. vnaquæque.

Quod extraneus quilibet vbi elegerit, ibi sepelietur. 13. q. 2. vbicumque. §. quia.

Quod extraneus si non elegerit, in episcopatu vel vel parochia sepelietur. 13. q. 2. vbicumque.

Quod indigena si elegit locum magis religiosum, ibi sepelietur. 13. q. 2. illud. §. quia. & cap. vbicumque.

Item si elegit minus religiosum, quia videtur hoc facere ex odio vel superbia, non habebit. 13. q 2. placuit.

Quod indigena si de corpore non disposuit, sepelietur cum propinquis, vel vbi decimas persoluebat. 13. q. 2. Ebron, & c. vbicumque.

Quod violans sepulturam, infamis efficitur. 6. q. 1. infames.

Quod qui sepelit corpus alienum, non solum sepultum, sed omnia quæ consequenter habuit, tenetur restituere. 2. q. 2. omnes.

Quod ecclesia parochialis vbi sacramenta participauit de mortuo alibi sepulto debet ius suum habere, idest canonicam portionem. 13. q. 1. ecclesias, per totum.

Quod canonica portio est danda secundum consuetudinem terrarum, ut uitetur scandalum. arg. 12. dist. illa. 76. dist. vtinam.

Sequestratio. Quod lite pendente fructus sequestrantur. 2. q. 2. quoties post. 12. q. 2. quia res.

Quod sequestrantur res cum appellatur ab executione. 2. q. 6. quoties post.

Item cum aduersarius fructus dilapidat. 3. q. 2. quia ea.

Item legitime appellanti. 2. q. 6. biduum.

Item de adulterio accusatori. 4. q. 4. §. aliquando.

Seruitus. Quod duplex est seruitus, videlicet corporalis & spiritualis. 12. q. 2. cum redemptor.

Quod seruitus inducta est ex iure gentium. & 1. dist. ius gentium.

Item de iure diuino. 35. dist. vinolentum.

Item iure constitutionis 7. dist. §. 1. vbi de seruo empto agitur de quo statutum fuit quòd sex annis seruire debuit, & in septimo anno liber exire.

Item iure canonico est approbata. 17. q. 4. id constituimus.

Quod ante diluuium inconcussa fuit libertas, nec obsequia seruitutis a consortibus exigebantur. 35. dist. 6. post med.

Quod seruitus non esset si ebrietas non fuisset. ibidem.

Quod clericus episcopo suo insidias vel iniurias inferens, in seruitutem perpetuam curiæ est tradendus. 11. q. 1. statuimus. 3 quæstio. 4. clericus.

Quod concubina diaconi vel sacerdotis a principe in seruitutem est redigenda. 32. distinct. eos qui.

Quod meritorium est libertatem dare seruis. 12. q. 2. cum redemptor.

Quod serui ecclesiæ angarijs secularium iudicum molestari non debent. 12. quæst. 2. ecclesiarum.

Quod ecclesiæ serui etiam benemeriti sine compensatione non debent dari libertati. 12. q. 2. si quis. & c. episcopus qui.

Quod serui ministris eiusdem ecclesiæ gratis possunt dari. 12. q. 2. ecclesiasticis.

Quod libertati dati si non fuerint grati, in seruitutem redigantur. 12. quæstio. 2. episcopus qui.

Quod frequentius fugitiui possunt vendi. 12. q. 2. fugitiui.

Quod si seruus promouetur sciente domino & non contradicente, remanebit in ordine promotus, sed episcopus vel qui eum præsentauit, duplum restituet. 54. distinctio. si seruus absente.

Item si præsens est Dominus & consentit, eo ipso seruus liber efficitur. 54. distinct. si seruus sciente.

Item si Dominus est absens siue præsens, & scit & tacet, videtur consentire. ibid.

Quod si Dominus nescit promotionem serui intra annum potest reclamare & reuocare. ibidem.

Quod seruus indebite ꝓmotus si infra diaconatum fuerit degradatus, ad pristinum statum reducitur. 54. dist. nullus. & c. seq. & c. si quis obligatus. & c. de rebus. §. ceterum.

Quod seruus monachus factus inscio Domino, intra trienniũ non debet profiteri. Intra quod tempus si non requiritur, libere monachus remanebit. 54. dist. si seruus sciente.

De hac materia habes vbi agitur de Ordine, & de Clericis.

De Seruitute habes vbi agitur de Libertate, & de Libertis, & de Manumissione.

Quod spiritualis seruitus peccati relaxata est per incarnationem Christi. 12. quæstio. 2. cum redemptor.

Quod clericus qui altari seruit, de altari viuere debet. 1. q. 1. clericus qui. & c. seq.

Quod principes & prælati Deo seruiunt bene viuendo, & fideliter subditos regendo. 23. q. 4. si ecclesia in fi.

Seueritas.

Quod seueritas non animo sæuiendi est exercenda, sed animo medendi. 86. dist. odio. & c. seq.

Quod in delinquentes seueritas cum benignitate est temperanda. 45. dist. disciplina. & c. sunt. & cap. seq. 23. q. 4. quid faciet. & cap. quod Christus.

Quod sicut contumacibus seueritas est ostendenda, sic humilibus & pænitentibus locus veniæ non debet denegari. 2. quæst. 5. quanto. in fine.

Quod melius est cum seueritate diligere, quàm cum lenitate decipere. 5. q. 5. non omnis.

Quod prælatus officium seueritatis diligentissime implet, qui non ex odio, sed ex dilectione subditum corrigit. 23. q. 4. ita plane.

Quod propter multitudinem & plurimam stragẽ detrahendum est seueritati. 50. distin. vt constitueretur. 23. q. 4. cum quisque. & cap. ipsa pietas. ante fi.

Quod vbi schisma non timetur, non debet dormire seueritas disciplinæ. 23. q. 4. cum quisque. & c. quidam, in fi.

Quod vbi fidei subuersio & ruina fratrum timetur, nerui seueritatis non debent dissolui. 50. dist. abtit.

Quod dignum est, vt seueritatem ecclesiasticæ disciplinę sentiat qui sanctorum patrum instituta seruare contemnit. 55. dist. nullus. in fin.

Quod qui Dei & sanctorum patrum contemnit mandata, iustum est, vt seuerioribus corrigatur vindictis, vt ceteri sumant seueritatis & honestatis exemplum. 23. q. 3. iustum.

Quod prælati quandoque verentes peccantium linguas, seueritatis in corrigendo efficiuntur immemores. 45. dist. sed illud.

Quod quanto maius est peccatum, tanto maiori seueritate est corrigendum. 1. q. 3. ex multis. circa med.

De hac materia habes vbi agitur de Austeritate, & de Corectione.

Sigillum.

Quod quælibet ecclesia cathedralis vel collegiata debet habere sigillum, & hoc dicitur sigillum capituli 73. dist. in nomine, in fi. 19. q. 3. statuimus.

Signum.

Quod per facta & verba notificatur alicui dispositio cordis. de pęn. dist. 2. quęrendum.

Quod quamuis sint vera quędam, non tamen sint credenda iudici, nisi certis signis demonstrentur. 11. q. 3. quamuis.

Quod speciale signum filij Dei fuit, quòd spiritus sanctus descendens mansit super eum. de pæn. dist. 2. quęrendum.

Quod tunc signum est spiritum sanctum ad tempus in sanctos venisse, cum signa miraculorum per ipsos facta patefacta sunt.

Quod aliqui dęmonem videntur signa facere, & nõ sunt. 26. q. 5. nec mirum. circa med.

De hac materia habes vbi agitur de Dæmonibus.

Silentium.

Quod cultus iustitiæ est silentium. 5. q. 4. in loco.

Quod indiscretum silentium prælati est dum eos qui erudiri poterât, timore derelinquit. 43. dist. sit rector.

Quod simplex conuersatio absque sermone quantum exemplo prodest, tantum silentio nocet. 43. dist. §. 1.

De hac materia habes vbi agitur de Taciturnitate.

Similitudo.

Quod homo ad similitudinem Dei creatus est, Angelo vero plus homine attribuitur, quia non dicitur ad similitudinem Dei conditus, sed signaculum similitudinis. de pęn. dist. 2. quod vero in probi post medium.

Quod similes fuerunt Petrus & Paulus deuotione & merito. 2. q. 7 beati.

Simon.

Quod Simon magus fuit ex Iudea natus. 24. q. 4. recurrat. circa med.

Quod Simoni baptismum simulatione acceptum non profuit, quia post non pænituit. 27. distin. quod interrogasti.

Simonia.

Quod simonia est studiosa voluntas emendi vel vendendi aliquid spirituale. 50. dist studeat.

Quod simonia committitur prece vel pretio vel obsequio. 1. q. 1. ordinationes. & cap. sunt nõnulli.

Quod nullum vitium sic respicit iniuriam Dei, & ideo inter alia illud grauiꝰ corripuit. 1. q. 1. quibusdam.

Quod simoniaca hęresis ante omnes alias hęresis pullulauit. 1. q. 1. cum liqueat.

Quod Giezi in veteri testamento, & Simon magus in nouo principium fuerunt simonię. 1. q. 1. qui studet.

Quod in commissione simoniæ quantitas est attendenda. 1. q. 1. indices. post med.

Quod paruæ res, sicut esculenta, non videntur inducere simoniam.

Quod vt omnis suspicio simoniæ vitetur, non pastillum pro aliquo spirituali detur. 1. q. 3. si quis obiecerit.

Quod sine pacto datum munus potest accipi. 1. q. 1. quidquid.

Quod tam dans quàm accipiens aliquid pro spirituali, committit simoniam. 1. quæst. 1. quos cõstiterit.

Quod per carnales preces committitur simonia. 1. q. 1. sunt nonnulli. & tribus cap. sequen. 1. q. 2. cap. 1.

Quod pro digno preces fundere non est simoniã committere. 1. q. 1. latorem.

Quod ille prælatus simoniam committit, qui non nummo pretij, sed nummo fauoris ordinem vel beneficium tribuit. 1. q. 1. sunt nonnulli.

Quod ille simoniam fugit qui manus suas ab omni munere excutit. 1. quæst. 1. sunt nonnulli. & cap. seq.

Quod simonia licet sit execrabile vitium, tamen heu nimis est vsitatum. 1. q. 1. reperiuntur.

Quod simoniacus sicut nõ habet spirituale quod pro temporali emit, sic nec temporale potest retinere quod pro spirituali dedit vel accepit. 1. q. 1. qui studet.

Quod simoniaci si non renunciant & pęnitent, in æternum peribunt. 1. q. 1. si quis neque.

Item adeptis priuantur. 1. q. 1. presbyter si.

Item excommunicantur. 1. q. 1. quicumque sacros. & c. qui studet.

Item deponuntur 1. q. 1. si quis episcopus. & quinque c. seq. & q. 3. ea quæ. & cap. ex multis. & q. 7. si quis omnem.

Item hęretici reputantur. 1. q. 1. quicũque. & duobus c. seq.

Item à quibuscumque personis tamquam hęretici accusantur. 6. q. 1. quęro ergo. & §. porro. & §. sed cum omnes.

Quod simoniacus ipso iure videtur excommunicatus, & à participatione sacramentorum segregandus. 1. q. 1. reperiuntur.

Item quandoque corporaliter puniuntur. 1. q. 1. qui studet. Exemplum ibi de Giezi qui lepra percussus fuit.

Item officium suum non iuste exequitur. 1. q. 1. quicumque sacros. & c. qui perfectionem.

Item sacramenta indigne largitur. 1. q. 1. quicumque sacros.

Item sacerdos non merito, sed nomine tantum dicitur. 1. q. 1. c. 2.

Quod aliquod munus dare pro præbenda vel dignitate, est graue peccatum. 1. q. 6. per totum.

Quod emens vel vendens prælaturam, prælaturam incurrit simoniacam, & æternam damnationẽ. 1. q. 1. presbyter si.

Item tam ea quàm ordine suo priuatur. & cap. reperiuntur & cap. sanctorum.

Item præbenda simoniaca cum salute animæ nõ potest retineri. 13. dist. nerui. §. alius.

Quod prælatura per simoniam vel multam ambitionem adepta, etiam si moribus non offendat, malo exitu terminatur, quia difficile est, vt bonum peragantur exitum, quæ malo sunt inchoata principio. 1. q. 1. principatus.

Quod vbi prælatus per simoniam vel ambitionem intrat, ibi populi plus timenda est calamitas quàm salus. 1. q. 1. fertur §. vulneristo.

Quod simoniace scienter beneficium habens, de rigore iuris priuandus est eo 1. q. 1. presbyter si. & q. 4. ea quæ. & cap. ea multis in principio & in fine & cap. si quis episcopus præbendas. & c. si quis dator. 1. q. 3.

Quod pro omni spirituali dare temporale simoniacum est. 1. q. 1. quidquid in prin.

Quod pro habendo regimine quarumcumque domorum religiosarum vel hospitalium dare aliquid simonia est. 1. q. 3. si quis prębendas.

Item pro œconomato vel vicaria dare vel recipere. 1. q. 1. si quis episcopus.

Item pro quocumque officio ecclesię, vel pro administratione rerum ecclesiasticarũ. 1. q. 3. Saluator. post med.

Item pro iure percipiendi oblationes vel decimas. 1. q. 3. quæsitum. & cap. seq. & c. si quis obiecerit. & c. Saluator. post med.

Item pro ecclesijs dedicandis. 1. q. 3. si quis præbendas. & q. 4. ecclesia.

Item pro ecclesiarum primorum lapidum fundatione. 1. q. 1. nullus episcopus.

Item pro baptismo & consignatione. 1. quæst. 1. baptizandis. & cap. quidquid. & cap. seq.

Item pro chrismate vel confirmatione. 1. q. 1. placuit. vt nullus. & c dictum est. & c seq.

Item pro eucharistię datione. 1. q. 1. dictum est.

Item pro sepulturæ exhibitione.

Item pro quibuscumque ecclesię sacramentis collatione. 1. q. 1. quidquid.

Itẽ pro interdicti officij restitutione. 1. q. 1. nullus episcopus.

Item pro debiti officij executione. 1. q. 3. non solum.

Item pro scriptura vel auxilio in alicuius ordinatione. 1. q. 1. sicut.

Item pro sententiæ iustę (maxime à prælato) prolatione. 1. q. 3. vendentes.

Quod simonia etiam committitur cum prælati accusatio ex pacto suspenditur. 2. quæst. 3. Euphemium.

Quod collocator beneficij simoniace ab officio suspenditur. 1. q. 3. si quis præbendas.

Item conferens prælaturam simoniace, si non pęniteat pergit ad gehennam. 1. q. 1. eum.

Item à dignitate deponitur. 1. q. 1. reperiuntur. & q. 3. si quis præbendas.

Item sacrilegus est excommunicatus. 1. q. 3. audiuimus.

Quod simoniaci in ordine acrius quàm alij simoniaci damnantur. 1. q. 1. quisquis. & cap. quos constiterit. 1. q. 3. vendentes.

Quod quandoque simoniaci simoniace ordinantur, & cum illis non dispensatur, seu potius à proprio gradu cadunt 1. q. 1. statuimus.

Item quandoque simoniaci simoniace à nõ simoniacis ordinantur, & hi etiam cadunt ab ordine. 1. q. 1. statuimus.

Item quandoque simoniaci non simoniace à simoniacis ordinantur, & hi misericorditer in ordinibus tolerantur. 1. q. 1. statuimus. & c. seq.

Quod in ordine simoniaci, hæretici reputantur. 1. q. 1. presbyter.

Item excommunicantur. 1. quæst. 1. quicumque sacros.

Item deponuntur. 1. q. 1. si quis episcopus per pecuniam. & quattuor c. seq.

Item executionem officij non recipiunt neque habent. 1. q. 1. quicumque sacros. & c. gratia. & c. ordinationes. & c. quibusdam.

Item si celebrant pollutum sacrificium offerunt. 49 dist.

De hac materia habes vbi agitur de Diuinatione, & de Incantatione.

Spectaculum. Quod die solenni ecclesiam contemnentes, & spectacula custodientes sunt excommunicandi. de consec. dist. 1. qui die.

Quod præcipue clerici otiosis spectaculis non debent interesse. de conse. dist. 5. non oportet. 23. dist. his igitur.

Quod clerici spectacula saltantium debent vitare. 34. dist. presbyteri.

Quod pœnitens si perfecte vult pœnitere, debet se à spectaculis sæculi cohibere. de pœn. dist. 5. §. 1. ante finem. ver. cohibere.

Spiritus sanctus. Quod spiritus sanctus æqualis est patri & filio. de consecratio. distinctio. 5. de spiritu sancto.

Quod à patre & filio procedit. de consecra. dist. 5. saluator.

Quod spiritui sancto attribuitur potentia miraculorum. de conse. dist. 5. de spiritu.

Quod spiritus sanctus extra ecclesiam nihil operatur. 24. q. 1. audiuimus.

Quod non scissuras sed vnitatem amantes spiritum sanctum accipiunt.

Quod peccata tenere vel dimittere, vel excommunicare, opus est spiritus sancti. ibidem.

Quod in domino semper mansit spiritus sanctus, in alijs vero sanctis quandoque manet, quandoque recedit. de pœn. dist. 2. quærendum.

Quod nemo potest dicere, Dominus Iesus, nisi in spiritu sancto. ibidem. post medium.

Quod nemo accipit spiritum sanctum nisi intra ecclesiam. 24. q. 1. audiuimus.

Quod blasphemare spiritum sanctum, est contra sacros canones proterue agere. 25. quæst. 1. violatores.

Quod Apostolus absens corpore præsens spiritu Corinthium tradidit Satanæ. 24. q. 1. audiuimus. circa medium.

Quod simoniaci non habent spiritum sanctum veritatis, sed spiritum mendacij, & illum alijs dant. 1. q. 1. gratiam.

Quod septem modis in spiritum sanctum quis peccat, videlicet cum quis male sentit de persona spiritus sancti. de consecratione distinct. 4. hi vero.

Item cum quis obstinatus, & dicit omnia mala impunita, & bona non remuneranda. de pœn. dist. 3. adhuc. in fi.

Item qui penitus desperat, vt Cain qui dixit: Maior est iniquitas mea quam vt veniam merear. de pœn. dist. 1. voluissent. §. ex his.

Item cum quis veritatem cognitam impugnat, sicut illi qui Christum dixerunt in beelzebub dæmonia ejicere. 1. q. 1. eos qui.

Item cum quis quocumque modo mortaliter peccat, nam ex hoc spiritum sanctum à se fugat. de pœn. dist. 3. inter hæc hircum. 2.

Item cum quis scienter in quocumque mortali peccato perseuerat. de peniten. distinctio. 3. ante finem.

Item cum quis existens in peccato habet propositum numquam pœnitere. de pœnit. distin. 1. potest fieri.

Spoliatio. Quod cum spoliatus quis rebus vel beneficio ab aduersario, tunc ante litis ingressum restituitur. 5. q. 6. per totum. 3. q. 1. episcopi. 5. q. 2. si primates. 33. q. 2. historia.

Quod si objiciatur spoliato exceptio rei iudicatæ à qua non fuit appellatum, tunc non restituetur. 2. q. 6. ei qui appellat §. diffinitiua.

Quod cum spoliatur quis à iudice non suo hic statim restituitur, nisi propter graue scandalum dissimuletur. 3. q. 6. hæc quippe.

Quod si spoliatur quis à iudice suo qui propter iustam causam absens inuenitur, hic statim restituitur. 7. q. 1. præsentium. sed absens ex contumacia si intra annum purgare voluerit innocentiam, est audiendus. 1. q. 3. cursus.

Quod si spoliatur quis præsens à suo iudice post appellationem, nihil agitur & spoliatus ad omnia restituitur. 2. q. 6. c. vlt. §. appellatore.

Quod si spoliatur quis à iudice suo ante appellationem ordine iudiciario, non restituitur. 2. q. 6. cap. vlt. §. quandoque vero.

Quod si à iudice suo ante appellationem ordine iuris prætermisso quis spoliatus, statim restituitur. 2. q. 1. nullum fit.

Quod spoliatus etiam absens per procuratorem potest restitui. 3. quæst. 1. episcopi. §. sed notandum.

Sponsa. Quod sponsæ promissæ non statim debent dari, ne vilescant. 27. q. 2. institutum.

Quod uno viuente, alteri alter non debet coniungi. 27. q. 2. desponsatam.

Quod vterque ipsorum altero inuito potest religionem approbatam intrare. 27. quæst. 2. desponsatam.

Quod dos sponsæ scripto debet confirmari. 30. q. 5. nostrates.

Quod propter publicam honestatem neuter alterius consanguineam nec in vita nec post mortem potest accipere. 27. q. 2. si quis desponsauerit. & c. si quis vxorem. & cap. seq.

Quod fornicatio voluntaria videtur tollere desponsationis vinculum de futuro. 27. quæstio. 2. tapror.

Quod sponsa iubetur lugere mortem sponsi sui, quasi viri sui. 27. q. 2. omne. in fine.

Quod opprimens sponsam alterius morte punitur. 27. q. 2. omne.

Quod sponsa quandoque dicitur vxor, & sponsi quandoque viri. 27. q. 2. quapropter. & pluribus cap. seq.

Quod sponsus cum sponsa ob reuerentiam benedictionis prima nocte debent in virginitate permanere. 23. dist. c. sponsus.

Sponsalia. Quod sponsalia sunt futurarum nuptiarum fœdera. 30. q. 5. nostrates.

Quod ante septennium nequeunt contrahere sponsalia. 30. q. 2. § 1. & c. seq.

Quod sponsalia in cunabulis per parentes contracta non tenent, nisi pueri postquam ad annos discretionis peruenerint, consentiant. 30. q. 2. cap. vbi.

Quod sponsalia quandoque contrahuntur per verba de præsenti, & hæc quia faciunt matrimonium, non soluuntur nisi per religionis ingressum. 27. q. 2. scripsit.

Item per frigiditatis perpetuum maleficium. 2. q. 4. consuluisti. §. hoc autem.

Item verba de futuro hæc impediunt cum alio contrahendum, sed non dirimunt iam contractum. 27. q. vlt. & § seq.

Quod parentibus non licet puerorum sponsalia frangere, quæ vtrorumque consensu contrahunt. 31. q. 3. c. si qui parentes.

Quod euidens signum sponsalium, est annuli subarrhatio. 30. q. 5. nostrates.

De hoc habes vbi agitur de Annulo.

Quod sponsalia per parentes tantum tractari debent: non est enim virginalis pudoris eligere maritum. 32. q. 2. non omnis. §. seq.

Quod viuente auo pater puellæ de sponsalibus tractandis non debet se intromittere, sed auus: quia ipse pater est in potestate aui. 35. quæst. 3. cap. 1.

De desponsatione Mariæ cum Ioseph, habes 27. q. 2. §. 1.

De hac materia, & de Conditionibus turpibus & honestis, quæ fiunt in sponsalibus, habes vbi agitur de Matrimonio.

Stabilitas. Quod stabilitas prælatis & clericis in suis ecclesijs & locis præcipitur, & contrarium inhibetur. 7. q. 1. non oportet. & per omnia ca. vsque ad cap. sanctum.

De stabilitate habes vbi agitur de Constantia.

Statera. Quod statera dolosa quæ grauius pro se, leuius pro alio ponderat, est vitanda. 24. q. 1. non afferamus.

Quod omnis iudex Stateram gestare debet, vt in vtroque penso iustitiam & misericordiam habeat. 45. dist. omnis.

Quod quilibet quasi in Statera sermones suos debet ponderare. 90. dist. ponderet.

Statuta. Quod Statuta sanctorum patrum inuiolabiliter sunt seruanda. 11. dist. nolite.

Quod ecclesiastica Statuta quædam apostolica traditione, quædam auctoritate scripturæ, quædam consuetudine confirmantur. 11. distinct. ecclesiasticarum.

Quod apostolica Statuta non debent negligi, nec variari, nec per concertationem disturbari. 25. q. 2. amputato.

Quod fit statutum propter honestatem tenendam. 35. q. 3. porro.

De hac materia habes vbi agitur de Publica honestate.

Item fit propter inhonestatem delendam. de conse. dist. 4. nec quemquam. vbi agitur de immunditijs corporalibus.

Item fit propter vtilitatem habendam. 1. q. 7. tali. vbi constituitur propter ecclesiæ vtilitatem, vt cum illegitime natis dispensetur.

Item fit propter inutilitatem euitandam. 12. q. 2. tertulas. vbi Statuitur quòd inutiles res ecclesiæ alienari possunt.

Item fit Statutum causa diligentiæ habendæ. 18. dist. peruenit. vbi Statuitur quòd synodi certis temporibus habeantur.

Item fit causa negligentiæ remouendæ. 89. distin. volumus. vbi Statuitur quòd episcopus vicarium habeat.

Item fit causa necessitatis, qua cessante debet Statutum cessare. 1. q. 1. quod pro necessitate.

Item fit causa facilitatis. 80. distin. fraternitatem. vbi Statuitur quòd episcopales sedes debent esse propinquæ, vt facilius ad electionem archiepiscopi conueniant.

Item fit causa maioris mali vitandi. 13. dist. c. 1. & cap. 2.

Item fit causa maioris boni adipiscendi. 19. q. 2. duæ. ubi dicitur, quòd clericus contradicente episcopo religionem potest intrare.

Item fit causa oppressionis vitandæ. 16. q. 1. prædicator. ubi dicitur quòd maior minorem opprimere non debet.

Item fit causa subiectionis seruandæ. 95. dist. esto. vbi dicitur qualiter episcopi ad presbyteros, & presbyteri ad episcopos se debent habere.

Quod legitime Statutum potest dissolui propter peccantis abusum. 63. dist. quia sancta. §. proximo.

Item propter auctoris detestationem. 16. dist. canones. ubi dicitur, quòd licet bona sint quæ statuerunt hæretici, tamen sunt detestanda.

Item propter securiorem prouisionem. de conse. dist. 1. vasa. ubi dicitur, quòd pro ministerio diuino meliora sunt vasa aurea & argentea quàm vitrea & lignea.

Item propter Statuti nimium rigorem. 34. destin. fraternitatis.

Item ne præbeat malignandi occasionem. 12. dist. nos consuetudinem. ubi contra primum statutum de hæreticis statuitur de Donatistis non promouendis.

Item propter maiorem honestatem. 31. dist. aliter. ubi statuitur de Græcorum sacerdotum vxoribus, quod apud Latinos dissoluitur.

Item propter exempli perniciem. 96. distinct. bene. ubi statutum Basilij, licet fuerit pro ecclesia, cassatur.

Quod statutum antecessoris cassatur si oppressionem infert. 31. dist. ante triennium.

Item si iniustitiam continet. 19. distinct. secundum. & 12. quæst. 2. de precarijs. 100. distinct. nouit.

Item si casus inopinatus emergit. 12. quæstio. 1. certe.

Item si exemplum mali inducit. 63. dist. quia sancta. §. uerum.

Item si melius alteri fuerit reuelatum. 9. distinct. noli.

Item

Quodn

Quod est suspicio temeraria, & hæc est repellenda, quia non vult Deus hominem ab humano iudicari arbitrio. 2. q. 1. multi. post medium.
Item suspicio probabilis, & hæc recipit probationem in contrarium. 7. q. 1. præsentium.
Quod suspicio surgit ex præsumptione iuris, vel ex testium productione. 2. quæstio. 7. accusatio quoque.
Item est suspicio violenta, & hæc sufficit ad sententiam, vt si vxor cum adultero in vno lecto inuenitur. 32. q. 1. dixit.
Item ex signis verisimilibus, & ex infamia, & hæc inducit purgationem. 2. q. 1. Deus. & quæst. 5. presbyter.
Item surgit ex aduersariorum confictione, & hæc est contemnenda. 11. q. 3. in cunctis.

De hac materia habes vbi agitur de Præsumptione.

T*Abellio*. Quod quælibet ciuitas debet habere tabellionem. 16. q. 3. placuit. §. his autem.
Quod vbi tabellio ad instrumentum scribendum non habetur, sufficit trium testium subscriptio.

***Taberna*.** Quod tabernas clerici pro aliis non debent tenere. 44. dist. nulli.
Item nisi in necessitate peregrinationis tabernas ad comedendum vel bibendum non debent intrare. 44. dist. clerici.
Quod clericus tabernam frequentans, si admonitus non cessat, debet deponi. 44. dist. nulli.

***Taciturnitas*.** Quod est taciturnitas bona & mala. 43. dist. sit rector per totum.
Quod in concilio vel in capitulo bona est taciturnitas, & mala tumultuosa verbositas. 5. q. 4. in loco.
Quod tacenda sunt coram indignis fidei sacramenta. 43. dist. in mandatis.
Quod qui in obligatione tacet, ipsa taciturnitas sibi præiudicat. 28. dist. diaconi.
Quod taciturnitas mala est in peccati confessione. de pœn. dist. 1. §. item taciturnitas.
Item in veritatis defensione. 11. q. 3. quisquis & c. nolite timere.
Item in subditorum correctione: propter quod prælatus canis mutus dicitur. 43. dist. sit rector.
Quod taciturnitas siue bona siue mala quandoque trahitur ad consensum, videlicet propter fauorem ordinis. 54. dist. si seruus sciente. vbi dicitur quod si scit seruum ordinari & tacet, videtur consentire.
Item propter fauorem religionis. 20. q. 2. & cap. 3. & 2. vbi dicitur, quod qui anno & die vno in religione steterit, etiam si voce professus non sit, videtur ex taciturnitate in professionem consensisse.
Item propter fauorem matrimonij. 29. quæst. 2. si quis ingenuus. vbi dicitur, quod ducens ancillam in vxorem sciens, non potest eam dimittere, quia tacendo videtur in eam consensisse.
Item propter fauorem castitatis. 27. distinct. diaconi. vbi dicitur, quod sacrum ordinem recipiens etiam tacendo de tenenda castitate, in eam consentit.

De hac materia habes vbi agitur de Silentio.

***Tangere*.** Quod qui iustos tangit, velut pupillam oculi Domini tangit. 2. q. 7. accusatio quoque.
Quod tangere immundum est peccatis aliorum consentire. dist. 45. recedite.
Quod cui peccatum displicet, & illud redarguit, immundum non tangit. ibidem. & cap. tolerandi.
Quod etiam sine coitu lasciuus tactus grauis est peccati. 27. quæstio. 1. nec aliqua. 32. q. 5. nec solo.

***Temeritas*.** Quod temeritas est maiorum statuta ausu proprio contemnere. 2. q. 1. notum. 7. quæst. 1. nihil. 10. q. 1. hanc consuetudinem. in fine. 21. q. 4. episcopi.
Quod temeritas incurritur cum à subditis vita & facta superiorum diiudicantur vel reprehenduntur. 11. distinct. nulli. 13. q. 1. placuit. & cap. seq.
Quod temeritas facilitatis veniam continet, & inconsultius motor calumniæ vitio caret. 2. q. 3. si quem. §. notandum.
Quod temeritas accusatorum tribus modis detegitur: aut enim calumniantur, aut præuaricantur, aut tergiuersantur. 2. q. 3. si quem. §. proximo.

De Temerario iudicio & de Suspicione habes in suis locis.

***Temperantia*.** Quod Temperantia cibi est cum non plus quàm necesse est seruitur corpori, sed sola eius infirmitas reficitur, vt ad vsus exercendæ virtutis aptum habeatur. 44. dist. conuiuia. de consec. dist. 5. non dico.
Quod temperantia prodest animæ & corpori, quia nihil sic homini prodest sicut moderata refectio. de cons. dist. 5. nihil enim sic.
Quod nec in manducando nec in abstinendo consistit iustitia, sed in vtrisque secundum animæ capacitatem temperantia. 41. dist. quod dicit. & tribus c. præcedentibus.
Quod tempore ieiuniorum maxime est seruanda. de cons. dist. 5. sint tibi.
Quod temperantia attenditur in moribus. 23. dist. qui episcopus.
Item est habenda in dandis eleemosynis. 86. dist. non satis. §. item perfecta.
Item in infligendis pœnis. 45. dist. disciplina. vbi dicitur, quod de lenitate & de seueritate debet fieri quoddam temperamentum.

***Temporalis*.** Quod Deus largitur temporalia propter eleemosynæ largitionem. 16. q. 1. reuertimini.
Item propter pietatē factam. 22. q. 2. si quælibet. Exemplum ibi de obstetricibus.
Item propter decimarum solutionem. 16. q. 1. decimæ.
Quod subtrahuntur temporalia cum ex ipsis non fiunt eleemosynæ. 16. quæstione. 1. reuertimini.
Item cum non soluuntur decimæ. 16. quæst. 1. decimæ.
Quod contemplatiui ab omni strepitu temporalium quiescere debent. 11. q. 1. duo.
Quod temporalia debent possideri, sed non nisi ad vsum. ibidem. post medium.
Quod de omnibus tēporalibus Deo ab hominibus reddēda est ratio. 15. q. 1. firmissime. §. ex eo.

De hac materia habes vbi agitur de Diuitiis.

***Tempus*.** Quod tempora propter diuinationem non sunt seruanda. 26. q. vlt. non licet.
Quod tempus merendi non est nisi in præsenti. 13. q. 2. in præsenti.
Quod temporis qualitate res mutantur. 10. q. 3. priscis & c. seq. 35. dist. ab exordio.
Quod Christus veniēs in fine temporum traxit finem ad principium. 35. dist. ab exordio.

De quattuor Temporibus habes vbi agitur de Ieiunio.

Quod temporibus nostris non solum corpora, sed etiam merita in hominibus defecerunt. 34. dist. fraternitatis.
Quod mala tolerantur propter temporum necessitatem vel vtilitatem vel scandalum. 1. q. 6. requiritis. & c. seq. 24. q. 1. pudenda. in fi.

De Tēporibus habes vbi agitur de Præscriptione, & in multis locis vbi agitur cum temporis adiunctione.

***Tentatio*.** Quod tentatio est multiplex, videlicet Dei, hominis & diaboli. de pœn. dist. 2. §. opponitur. & §. econtrario.
Quod tentat Deus ad instruendum. 1. q. 1. prophetauit. § quoque.
Item ad pugnandum. 6. q. 1. sunt plurimi. de pœn. distin. 2. §. opponitur. post med. vbi agitur de Tentatione tribulationis.
Quod tentatio est vita hominis super terram. de pœn. dist. 2. § opponitur.
Quod humana tentatio est cum in animo de illicitis tentamur etiam nolentes: sed diabolica, cum quod caro suggerit, animus consentit. de pœn. dist. 2. §. econtrario.
Quod sunt quidam qui non expectant tentationem, sed præueniunt voluntate. de pœn. dist. 5. §. 1. circa prin.
Quod cum tentatio in corde non reprimitur etiam in actione dominatur. 49. distinct. hinc etenim.
Quod nemo debet tentare Deum dum habet quod consilio rationabili faciat. 22. q. 2. quæritur.
Quod iudicium per duellum & per ferrum calidum siue per aliquam aliam probationem prohibetur, quia Deus tentari videtur. 2. q. 4. monomachiam. & c. consuluisti.
Quod Deum tentat qui habet quod faciat vnde suam & aliorum salutem præcauere queat, & non procurat. 23. q. 8. si nulla.
Quod tentat hominem diabolus. de pœn. dist. 2. §. opponitur, ante finem.
Item tentat bonos vt laceret & deuoret. 3. q. 1. nulli.
Item tentat dormientes. 6. dist. testamentum.
Quod mille modos habet tentandi. 6. q. 2. cap. 1.
Item tentat sub specie boni mala suggerendo. 14. q. 5. forte.
Quod præcipue sancti à peccato mundi sustinent tentationes diaboli. de pœn. distinct. 2. §. opponitur.
Quod maxime illos tentat qui Deo sunt familiariores & in eius seruitio feruentiores. 3. quæst. 1. nulli.

***Tergiuersatio*.** Quod tergiuersatio est verborum cauta prolatione peccata sua leuigare. de pœn. dist. 2. §. econtra 2. in fine.
Quod tergiuersari est ab accusatione desistere. 2. q. 3. si quem. §. notandum.

***Testamentum*.** Quod testamentum vetus differt à nouo in pluribus: quia in veteri pœna, & in nouo venia peccati promittitur. 23. q. 4. c. hæc autem. §. proximo.
Quod illud terrorem, istud mansuetudinem inducit. ibidem.
Item in veteri pro culpa morte moriebantur, in nouo pœnitenti misericordia promittitur. ibid.
Item differt in matrimonij coniunctione. 35. q. 1. § 1.
Item in plurium vxorum & concubinarum permissione. 32. q. 4. recurrat. §. his ita.
Item differt in multorum ceremonialium obseruatione. 5. dist. §. 1. 6. dist. non est peccatum. §. his ita.
Item differt, quia vetus requirit opera, nouū autē nō tantū opera, sed animū. 15. q. 1. si quis nō.
Item testamentum vetus virginitatem non approbat, quam nouum commendat. 32. q. 4. recurrat. §. his ita.
Quod concordat nouum testamentum cum veteri in moralium obseruatione, quia obseruat decalogum. 32. q. 4. meretrices.
Quod in testamentis decedentium vltima voluntas testatoris est seruāda. 13. q. 2. vltima. 16. q. 1. admonere. & c. consideratio.
Quod eremitæ qui proprium habēt, possunt testari. 19. q. 3. prælatum. §. proximo.
Quod religiosis proprium non habentibus non licet testari. 19. quæstio. 3. quia. & capitu. sequen.
Itē seruus (quia omnia sunt Domini) testamentum condere non potest. 13. q. 2. illud.
Quod verum liceat episcopis & clericis condere testamentum, habes 12. q. 5. episcopi.
Quod non liceat eis de rebus ecclesiæ sicut agris & frugi.

sum hominis hebetant. 3. q. 5. accusatores uel testes. 11. q. 4. quattuor.

Item ibi ua est ubi timoratus periit à terra. 16. q. 7. & hoc diximus. post med.

Titulus. Quod titulus dicitur principium possessionis, sine quo nemo vere possidet. 16. q. 3. dilectio. §. potest, ante med. & 17. q. 4. quasi.

Item dicitur titulus vexillum uel signum pro re uendicanda positum. 16. q. 6. consuetudo. 12. q. 2. non habenti.

Item dicitur titulus breuis adnotatio sequentis operis. 15. distinct. sancta. & cap. in primis, ante med.

Item titulus dicitur beneficium ecclesiæ, sub quo quis ordinatur, & ubi tenetur seruire quamdiu uiuit. 70. dist. sanctorum.

Quod nemo sine titulo ordinari debet. ibid.

Tolerantia. Quod tolerantur à bonis infirmi ipsis consuetu nō denegando. 4. dist. denique.

Item debilitati quantum ad labores condescendendo. 47. dist. omnes in fi.

Item ipsorum defectus ad infamiam non detegendo. 95. dist. in scripturis.

Item commissa eorum propter spem correctionis patienter supportando. 45. dist. licet.

Exemplum ibi de Petro quem dominus post negationem non damnauit. & c. recedite. & 50. dist. considerandum. vbi dicitur quòd ideo dominus Petrum tolerauit, vt postea alium de fectus tolerarer.

Item tolerantur à bonis mali ipsorum detractiones & falsa iudicia æquanimiter tolerando. 6. quæstio. 1. detractores. & cap. seq. & cap. ex merito.

Item tolerantur à bonis ipsorum uerba, & aliæ persecutiones patienter sustinendo. 6. quest. 1. quiescite.

Item tolerantur de omnibus ipsorum iniurijs se non vlciscendo. 23. q. 3. tres differentiæ. & q. 4. conuenior.

Quod qui malos non tolerat ipse sibi per hoc testis est, quia bonus non est. 23. quest. 4. hæc autem.

Quod mali à bonis quandoque tolerantur, quia corrigi non possunt. 23. q. 7. c. 1. in fi.

De Tolerantia malorum habes vbi agitur de Malis.

Tonsura. Quod tonsura clericalis in circuitu & in summitate capitis in modum sphæræ debet radi. 23. distinct. prohibete.

Quod hæc tōsura designat in clericis contemptū temporalium 12. q. 1. duo.

Quod hæc tonsura prius debet fieri per episcopum, nisi sint regulares, quibus per abbatem suum, si est presbyter, potest dari. 69. dist. quoniam.

Quod prima tonsura facit clericum. 23. dist. clerici. & est ordo, qui dicitur psalmistatus. 23. dist. psalmista.

Quod non habentes tonsuram clericalem lectiones in ecclesia publice in pulpito non debent legere. 69. dist. quoniam.

Quod tonsura clericalis sic debet tonderi vt sit super aures. 23. dist. non liceat cuilibet.

Quod ad eam deferendam clerici per archidiaconum sunt compellendi. 23. dist. si quis.

Quod etiam vxorati clerici contrahentes cum virgine debent tonsurā portare, si clericali priuilegio uolunt gaudere. 84. dist. quisquis.

Quod clericus contrahens cum corrupta, quia videtur renunciare priuilegio clericali, communionem cum laicis tonsuram deportabit. ibid.

Tormentum. Quod tormentum quandoque damnis quandoque uerberibus infertur. 12. questio. 2. fraternitas.

Quod quilibet iudex etiam ecclesiasticus potest torquere suspectos, vt ueritatem facti possit exquirere. 2. q. 5. illi qui.

Quod quilibet superior malefactorem sibi subditum, secundum magis & minus excedentem potest tormentare. 23. q. 5. c. 1. in fine.

Quod prælatus non debet per se, sed per alios delinquentem tormentare. 86. dist. non liceat.

Transactio. Quod transactio est cum aliquo dato vel retento vel promisso ab actiōe litigij recedere. 54. dist. generalis, circa finem.

Quod transactio debet fieri de scire iudicis uel superior. 2. 23. q. 4. si illic.

Quod proprie loquendo transactio nō potest fieri in spiritualibus. 1. q. 1. quam pio. 14. q. 5. denique. 16. q. 7. decimas. 13. quest. 2. in ecclesiastico.

Quod quando seruus diaconus effectus aliam personam pro se restituat, in tali transactione non committitur simonia: quia non pro ordine sed pro seruitio fit restitutio. 54. dist. ex antiquis in fi. & c. generalis.

Transitus. Quod in successores res transit cum onere suo. 11. q. 1. Siluester.

Quod spiritualis transitus est de peccato ad vitam, de culpa ad gratiam, de terrenis ad cælestia. de conse. dist. 4. per aquam.

De Transitu religiosorum ad aliam religionem habes ubi agitur de Religione.

Translatio. Quod transferri possunt prælati de ecclesia ad ecclesiam propter necessitatem uel utilitatem. 7. q. 1. mutationes. & tribus c. seq.

Quod sicut uir ducens alteram præter suam uxorem, dicitur adulter: sic prælatus qui propria temeritate se transfert ad aliam ecclesiam. 7. q. 1. sicut.

Quod translatio fit de minori ecclesia ad maiorem, & non econuerso. 93. dist. legimus. circa med. 7. q. 1. mutationes.

Quod Petrus de Antiochia Romam tamquam ad maiorem ecclesiam est translatus. 7. q. 1. mutationes.

Quod ambitio præsumitur vbi de minori ecclesia ad maiorem sua temeritate quis transfertur. 7. q. 1. si quis episcopus. & c. seq.

Quod translatio utilitati plurimorum, unius utilitati præferenda est. 8. q. 1. sciat.

Quod translatus nihil iuris in priori ecclesia retinet. 21. q. 2. si quis.

Quod translatus non priuatur prima ecclesia nisi possessionem habeat in secunda. 92. distin. si quis episcopus. & cap. si qui episcopi.

Quod translatus causa necessitatis, cessante necessitate debet ad primum locum redire. 7. q. 1. pastoralis. 1. q. 1. quod pro necessitate.

Quod solius Papæ est transferre episcopos. 7. q. 1. mutationes. & c. sicut alterius. in fi.

Quod presbyteri siue inferiores prælati de ecclesiis ad ecclesiam non debent transferri nisi auctoritate episcopi 7. q. 1. episcopus de loco.

Quod ad aliam ecclesiam sua temeritate se transferentes frustrantur habita & non habita. 7. q. 1. si quis episcopus. & c. seq.

Quod in translatione clericorum uel rerum ecclesiasticarum episcopus debet requirere consiliū capituli: quia fit quædam alienatio. 12. q. 2. sine exceptione.

De Translatione habes ubi agitur de Mutatione & de Permutatione.

Treuga. Quod treuga est securitas præstita rebus & personis discordia non dum finita. 24. q. vlt. alli.

Quod archiepiscopi & alii prælati ad faciendum treugam debent intendere. 24. q. vlt. alli. 90. dist. per totum.

Quod frangentes treugas sunt excommunicandi. 24. q. vlt.

Tributum. Quod licite datur tributum etiam ab ecclesia, videlicet intuitu pacis. 23. q. 1. quid.

Item datur intuitu subiectionis. 11. q. 1. magnū. Nota exemplum de Christo, qui dedit tributum.

Item intuitu solius quod quis possidet. 23. q. 8. tributum. & c. seq.

Item datur intuitu impensi officij uel impendendi. 18. q. 2. Eleutherius.

Item datur intuitu cathedratici. 10. q. 3. per totum.

Item datur ratione longæ consuetudinis. 1. q. 3. quæsitum. ante finem.

Quod nulla ecclesia construenda est sub tributaria conditione. de consecra. dist. 1. si quis basilicam.

Tribulatio. Quod tribulatio patienter est toleranda, quia per impatientiam meritum uertitur in culpam. 7. q. 1. cum percussio.

Quod Deus sæpe suis mordacissimum genus tribulationis immittit ad animæ medicamentū. 5. q. 5. non omnis. Exemplum ibi de stimulo carnis Pauli.

Item mittit ad uirtutis augmentum. 7. q. 1. aduersitas. Exemplum ibi de naufragio Petri. 11. q. 3. in cunctis.

Item mittit ad puniendum crimen commissum. 6. quæstio. 1. sunt plurimi. 7. q. 1. cum percussio.

Item mittit ad consequendum æternum præmiū. 7. q. 1. suggestum.

Quod facit mundi honorem contemnere. 23. q. 4. displicet. ante med.

Item facit ad bonum festinare. 23. q. 4. cap. vlt. in fi.

Item tribulatio facit peccata deserere. 23. q. 4. qui peccat. in fine.

Quod quādo non grex nec fides, sed pastor quæritur, tribulatio est declinanda. 7. q. 1. scisitatis.

De hac materia habes ubi agitur de Aduersitate.

Tristitia. Quod nullus pro sua nec suorum morte tristari debet. 13. q. 2. quàm præposterum.

Quod illi qui de morte contristantur, videntur de spe resurrectionis dubitare. 13. q. 2. vbicumque §. seq. & c. seq.

Tutor. Quod tutor proprie dicitur pupilli vel orphani uel à parentibus emancipati. 87. dist. defensionis.

Quod triplex est tutela, videlicet testamentaria, quæ ex testamento constituitur: & legitima, quæ propter propinquitatem assumitur, & datiua, quæ cuicumque confertur. 16. q. 1. generaliter.

Quod tutela pupillorum in duobus consistit, videlicet vt tuta à criminibus, & res ab iniuria impiorum seruetur. 12. q. 1. c. 1.

Quod ipse Deus iussit pupillis & egenis tuitionē impendi. 87. dist. defensionis.

Quod episcopus tamquam iudex tuitionem testamentariam non debet suscipere, & susceptam propter necessitatem, non per se, sed per archipresbyterum debet agere. 88. dist. episcopus. & duobus cap. seq.

Quod licet clerici & etiam monachi non teneantur ad tutelam testamentariam uel legitimam vel datiuam, ad cautelam tamen miserabilium personarum omnes tenentur. 86. distin. peruenit. 87. distinct. licet. 16. quæstio. 1. generaliter.

Quod clerici per episcopum possunt cogi ad egenorum tutelæ susceptionem. 88. distinct. decreuit.

VAcatio. Quod ecclesia cathedralis ultra tres menses non debet uacare pastore. 50. distinctio. postquam. 64. distinct. obeuntibus.

Quod propter gregis periculum post tres menses electionis alii tres menses dantur pro petenda cōsecratione. 50. dist. postquam.

Quod percipiendæ atque intuendæ ueritati uacandum est. 8. q. 1. qui episcopatum.

Quod clerici qui diuinis officiis debent esse obligati, non debent terrenis actibus uacare. 21. q. 3. molitis.

Quod uacatio contemplationis corde appetenda est, sed aliquando pro multorum salute postponenda est. 8. q. 1. in scripturis.

Quod

Quod diabolus per incuriam vacantes facilius opprimit, & in ima vitiorum prosternit. de pœn. dist. 4. quæcumque.

Vagari. Quod episcopus vagabundus nisi resipiscat, primo excommunicatur, postea in monasterium retruditur. 7. q. 1. peruenit. & cap. seq.

Quod clerici ab ecclesia non sunt habendi qui vagando sub nullius episcopi diligentia consistunt. 93. dist. nulla.

Quod monachi vagari prohibentur. 16. q. 1. iuxta. & c. seq.

Quod religiosi vagantes vt ad monasteria sua redeant, sunt compellendi. 16. q. 1. quidam. 18. q. 2. abbates.

Quod vaganti religioso sine sui superioris licentia non licet ordines recipere, nec diuina officia celebrare. 16. q. 1. monachi. & c. seq.

Quod si quid religiosus vagando acquisierit, totum monasterij vbi professus fuerit, erit. 18. q. 2. abbates.

Quod vagabundi religiosi post contemptam admonitionis, arbitrio episcopi sunt carceribus tradendi. 18. q. 2. abbates.

Vanitas. Quod nomen Dei non est in vanum assumendum. 22. q. 2. animaduertendum.

Quod vanitas gentilium, poetarum, vel philosophorum, ipsorum auctoritatibus redarguitur. 37. dist. si quid.

Quod in prædicatione postponere auctoritatem prophetarum, & adducere auctoritatem philosophorum, vanitas est & curiositas sacrilega. 37. dist. si quis artem & c. seq.

Quod omnia scientia quæ ad tropologiam, idest mores non conuertit, in vanitatem & in sensus obscuritatem deducit. 37. dist. nonne.

Vas. Quod in ecclesia ad baptizandum & ad corporalia & pallas lauandum specialia vasa debent haberi. de conse. dist. 4. omnis presbyter. & dist. 1. nemo per ignorantiam. & quatuor c. seq.

Quod vasa sacrata non debent moniales nec inferioris gradus clerici tractare. 23. dist. sacratas. & c. non oportet.

Quod vasa sacrata & ecclesiastica inueterata debent comburi: & cineres vbi conculcari non possint, reponi. de conse. dist. 1. altaris.

Quod vasa ecclesiæ pro liberatione captiuorum & egestate miserorum sunt exponenda: quia melius est vasa viuentium seruare, quàm metallorum. 12. q. 2. aurum.

Quod Paulus dicitur vas electionis. 22. quæst. 5. si Paulus.

Quod vasis iræ Deus numquam redderet interitum si non inueniretur homo spontaneum habere peccatum. 23. q. 4. Nabuchodonosor.

Vates. Quod vates à vi mentis appellatur: qui modo sacerdotem: modo prophetam: modo poetã significat. 21. di. cleros.

Quod illud quod vates gentilium de Christo prædixerunt, valet ad conuincendam paganorum vanitatem: sed non dat auctoritatem. 37. distin. si quid.

Velum. Quod est velum professionis, quod datur feminis anno duodecimo. 20. q. 2. puella.

Item est velum consecrationis, quod datur anno vicesimoquinto. 20. q. 1. placuit.

Item est velum prælationis, quod datur anno sexagesimo. 20. q. 1. iuuenculas.

Item est velum ordinationis, quod datur anno quadragesimo. 27. q. 1. diaconissam.

Item est velum continentiæ obseruationis: & hoc est viduarum. 27. q. 1. viduas.

Quod ad episcopos spectat virgines velare. 20. q. 1. deuotis.

Quod excepta ægritudine episcopus virgini velum non debet imponere, nisi in festo epiphaniæ, & per totas octauas Paschæ: & in festis apostolorum.

Quod nec abbatissæ nec alteri moniali aliquam velare licet. 20. q. 2. statuimus.

Quod viduam nullus presbyter velare debet. 20. q. 1. deuotis.

Quod vidua ab altari velamen continentiæ potest suscipere. 27. q. 1. viduas.

Quod velatæ vnio professionis, siue virgines siue viduæ matrimonium non possunt contrahere. & contractum dirimitur. 27. q. 1. si quis sacro. & c. hæc vero.

Venatio. Quod aliqua venatio prohibetur, & aliqua permittitur & aliqua conceditur.

Quod venatio arenaria qua quis pugnat cum bestia detenta in arena, prohibetur non solum facientibus, sed etiam aspicientibus. 86. dist. qui venatoribus. & c. seq.

Item hanc venationem exercens non solum infamis efficitur, sed etiam ab actione in iudicio repellitur. 3. q. 7. c. 1. §. tria. post princip.

Quod venatio saltuosa, quæ fit in saltibus, vel syluis: si fit tempore debito, non prohibetur: si fit propter vtilitatem non delectionem, laicis non clericis permittitur. 86. dist. quid prodest. 34. dist. quorumdam.

Quod maxime Germaniæ atque Galliæ prælati venationi saltuosæ implicantur ibid.

Quod venatio quæ, fit sine strepitu, sicut ponere rete vel laqueum, non solum laicis sed etiam clericis conceditur: quod similis est piscationi. 76. distinct. Esau. de consecr. dist. 5. numquam.

Quod venator inquantum venator non legitur sanctus. 34. distin. quorumdam. 86. distinct. Esau.

Quod qui videt venationem ad delectationem, videbit Christum ad contristandum. 86. distin. videns.

Quod parum prodest ieiunare in cibis, & delectari in venationibus 86. distinct. quid prodest.

Quod souere venatorem propter artem suam, est peccatum 86. dist. qui venatoribus.

Venditio. Quod emendi vilius & vendendi carius studium maxime clericis prohibetur. 14. quæstione 4. canonum.

Quod clericis permittitur vt pro nummatis ab ipsis denarijs res alias statuto tempore prout venduntur, recipiant. 14. quæstio. 4. si quis clericus.

Quod turpe lucrum sequitur qui ex cupiditate tempore messis vilius emit vt carius vendat. 14. q. 4. quicumque tempore.

Quod qui falsum iurando pro pecunia veritatem vendit, Christum, qui veritas est, sicut Iudas vendit. 11. q. 3. abijt.

Quod sicut iudex non debet vendere verum iudicium, sic nec testis verum testimonium. 14. q. 5. non sane. 11. q. 3. non licet.

Quod sicut iurisperitus potest vendere iustum consilium, sic aduocatus iustum patrocinium. ibidem.

Quod nullum diabolus tamquam seruum possidat, nisi qui se sibi peccatorum ære vendiderit. 15. q. 1. non est.

De venditione spiritualium habes vbi agitur de Simonia.

Quod Christus eiecit de templo vendentes & ementes. 16. q. 7. & hoc diximus.

Venia. Quod apud Deum nullas patitur moras veniæ conuersio. de pœ. dist. 1. serpens. in fi.

Quod Deus non dat veniam in errore durantibus, sed se corrigentibus. 24. q. 2. legatur.

Quod cum in confessione peccati erubescentiam vincit timor Dei, fit venia criminis. de pœn. di. 1. quem pœnitet.

Quod si eligitur venia ex desiderio sacerdotis, quem habere non valens socio confitetur turpitudinem criminis. de pœn. dist. 6. §. 1.

Quod facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi. 23. q. 4. est iniusta. in fin. & cap si ea. & cap. loquen. 36. q. 9. loci. 86. distinct. inferiorum.

Quod non oportet prælatum, si excidit in correctione à subdito veniam quærere. 86. distinct. quando.

Veniale. Quod venialia peccata dicuntur quotidiana, quæ quotidie subrepunt. de pœn. dist. 1. medicina. §. tres sunt actiones.

Quod fit veniale in confessione quod fuit criminale in operatione. de pœn. distinct. 1. quem pœnitet.

Quod quæ sunt venialia peccata habes 25. dist. vnum orarium. § aliàs autem.

Verbera. Quod fides verberibus non est exigenda. 45. dist. c. 1.

Quod ecclesia quosdam damnis, quosdam verberibus castigat. 12. q. 2. fraternitas.

Quod ad correctionem subditorum virgarum verbera meritorie infliguntur. 23. quæst. 5. cap. 1. in fine.

Quod siue monachi, siue alij clerici de suis excessibus possunt verberibus coerceri. 20. q. vlt. monachum.

Quod episcopus nullum suis manibus debet verberare. 86. dist. non liceat.

Quod miseri sunt prælati, qui verberibus tantum volunt timeri. 45. dist. c. 1.

De hac materia habes vbi agitur de Tormentis & de Correctione.

Verba. Quod omnium rerum creatio & hominũ recreatio fuit in verbo. 1. q. 1. intra catholicam.

Quod in verbis sacramenta Christi conficiuntur. ibid. & c. detrahe.

Quod accedit verbum ad elementum, & fit sacramentum. 1. q. 1. detrahe.

Quod non minus est reus qui negligenter verbum Dei audit, quàm qui corpus Christi in terram cadere permittit. 1. quæstione 1. interrogo.

Quod qui exit dum verbum Dei proponitur excommunicetur. de consecra. distinct. 1. sacerdotes.

Quod verba ideo sunt instituta vt homines cogitationes in notitiam aliorum proferant. 22. q. 2. his autem.

Quod verba non semper sunt accipienda sicut sonant. 23. q. 1. paratus. ante med.

Quod Deus verba secundum proferentium intentionem accipit. 22. q. 5. humanæ.

Verecundia. Quod est verecundia virginalis, quæ est naturaliter in virginibus. 30. q. 5. nec illud. Exemplum ibi de Rebecca.

Item est verecundia vidualis, quæ verecundiam promittunt antequam iterato nubant. 33. q. 2. non omnis.

Item est verecundia semiconfitentis dum quis erubescit aliqua peccata confiteri. de pœn. dist. 5. §. siue autem. ver. inter hæc 1.

Item est verecundia plene confitentis, & hæc est magna pars satisfactionis, quia de mortali facit veniale de pœn. dist. 1. quem pœnitet. & cap. quamuis.

Quod propter verecundiam bonum non est dimittendum. de pœn. dist. 1. in actione. in fi.

Veritas. Quod veritas est, cum illud asseritur quod est. 22. q. 2. cum humilitatis.

Quod tunc exit aliquis à veritate Dei, cum à fide & charitate exit. 24. q. 3. cum aliquis.

Quod veritas sacramentorum in sola ecclesia habetur catholica. 24. q. 1. quia.

Quod in quibus nil interest ad habendum regnũ Dei, verum vera putentur vel falsa, non interest. 22. q. 2. in quibus.

Quod veritas præfertur etiam consuetudini: quia Christus non dixit, Ego sum consuetudo, sed veritas. 58. dist. veritate & quatuor c. seq.

Quod ille non solum proditor est veritatis qui mẽdacium dicit, sed etiam qui veritatem libere nõ pronuntiat. 11. q. 3. nolite timere.

Quod veritatem pro pecunia negantes Deum negant. 11. q. 3. nouit.

Quod qui veritatem non defendit quam defendere conuenit, proditor est veritatis. 11.

q. 3.

q.3.nolite timere.

Quod veritas non est in homine cum quis dicit se peccatorem esse cum non est. 22, q. 2, cum humilitatis.& duobus cap.seq.

Quod non est sic uitanda arrogantia,vt veritas relinquatur.22.q.2.non ita.

Quod non potest veritas occultari. 22, quęst. 2. si quis,

Quod vbi de fide vel salute agitur, qui veritatem occultat, iram Dei super se prouocat. 11.q.3, quisquis.& c.nolite timere.

Quod melius est pro veritate pati supplicium,quàm pro adulatione consequi beneficium, 11. q. 3, nemo perituorum.

Quod veritas cum non defenditur, opprimitur, 83.dist.error.

Quod tria solēt impedire veritatem,uidelicet carnalis amor, omor atque auaritia. 3. questione 5. accusatores uel testes. 33, questio. 6. episcopus.

Quod à sacerdotibus & à prædicatoribus ueritas libere est prędicanda.11.q.3.nolite timere. circa med.

Quod ueritas bonæ vitæ propter nullum est dimittenda.32.q.5.ita ne.& c.seq.

Vestis. Quod vestes sunt multiplices, videlicet episcoporum,quę tam in veteri lege quàm in noua variæ sunt, & ex multis virtutibus debet resplendere vita pontificis.40. distinct.§.1.43.distinct, sit rector. post medium.

Item sunt vestes ministrorum ecclesiasticorum,& hæ sunt variæ, designantes varias virtutes quas debent habere.40.dist §.1.

Quod cultus vestium ministrorum ecclesiæ primo ornatus actionis debet conuenire.100 dist. rationis.

Item sunt vestes clericorum, quæ nec sordidæ nec fulgidæ debent esse. 41.distinct.§.1.& cap. par simoniam.& cap.clericus.& §.seq.21.q.4. per totum.

Quod clerici siue intra siue extra non laicalibus, sed clericalibus debent vti, & non seruantes grauiter debent puniri. 21.q.4. nullus eorum.& tribus cap. seq.

Item sunt uestes religiosorum, quę debent esse humiles & despectę,non diuersi & nobilis coloris. 20 q.1.cap.vlt.21.q.4.cap.1.

Quod religiosis uestem professionis suę numquam debent deponere.21.q.1.uidua.

Item nec existens in scholis uestem debet mutare religionis. 21. questione 4. nullus eorum.

Item sunt uestes laicorum, quę cum secundum consuetudinem terræ deferuntur, à superstitiosis non sunt iudicandæ. 30. distinct. si quis virorum.

Item sunt uestes penitentium,sicut cilicium,& similia.dist. 50.penitentes.

Item sunt vestes sacræ ecclesiarum, quæ debēt honeste seruari, & alteri vsui non sunt applicandæ.de conse.dist.1.vestimenta.

Quod uestibus sacris non debent alij homines vti quàm sacrati. ibidem.

Quod nullus prętextu pietatis inuoluat mortuum vestibus sacris.de conse.dist.1. nemo per ignorantiam.

Quod uetera uestimenta ecclesiæ debent comburi, & cineres in pariete vel aliàs vbi conculcari non possunt,debent poni.de consecrat. dist. 1. altaris.

Via. Quod via excellentior est charitas,quia sine ea ambulare non possunt homines,sed errare.de pœn. dist.2.c. si quis semel.§. hęc est charitas.

Quod uiam absque ductore non ingrediaris quā numquam ingressus es. 16. questio. 1. si cupis clericatus.

Quod Deus docet mansuetos uias suas. 86. q. 1. uos autem.

Viaticum. Quod uiaticum dicitur eucharistia. 50.distinct. de his uero.

Quod uiaticum nulli pœnitenti in morte est denegandum. 50. dist. pœnitentes.27. q.1. uirginibus.

De hac materia habes vbi agitur de Eucharistia.

Vicarius. Quod uicarius cuiuscumque prælati in loco capituli tamquam eius vices gerens debet honorari 94.dist, cap.vlt.

Quod subdiacono vices prælati possunt committi. 94.dist.c.1.

Quod non debet esse laicus vicarius:quia indecorum est laicos viros ecclesiasticos iudicare. 16. q.7 in nona.

Quod omnes episcopi sunt vicarij apostolorum. 63.dist quorum uices.

Quod qui contemnit vicarium,contemnit & illū qui posuit eum, 61.dist in nouo.

Vicedominus. Quod in quolibet episcopatu debet esse vicedominus,qui & hospitibus & casibus superuenientibus loco episcopi possit satisfacere.89, dist.volumus.

Quod episcopi interest vicedominum constituere. ibidem.

Quod officium vicedomini debet esse de episcopatu disponere. 89 dist.diaconum.

Vitium. Quod multiplex est vitium: videlicet morum, verborum, & corporum.

Quod vitia morum, quia obsunt animæ, sunt euitanda. 38.dist,quamuis errare. §. sed licet. & c. sedulo.

Quod vitia morum dependent à voluntate, 56. dist nasci,in fine.

Quod vitia sæpe se virtutes esse mentiuntur. 41. distin. sæpe.

Quod vitia verborum sunt toleranda, sicut in sanctis hominibus corruptio grammaticalis:quia non sunt voces ad aures Dei, sed animi affectus. 38. dist. sedulo.& c seq.

Quod vitia corporum sunt discutienda,nec debēt esse in sacerdote, & maxime in prælato. 49. di. hinc.

Quod quidam vitiati corpore non debent promoueri ad sacros. 55.dist.per totum.

Item vitiati corpore qui remouentur ab ordine, intelliguntur proprie abscissi, non casu sed propria voluntate. 55. distinctio. si quis absciderit.

Item vitiati corpore propria abscissione homicidę sui iudicantur, & suæ conditionis inimici. ibid.

Quod sepsos in corpore vitiantes, non promouentur,sed etiam promoti deiciuntur. 55.dist. si quis pro ægritudine. & cap. seq.

Quod carens quocumque casu oculo,quia est mēbrum notabile,non debet promoueri, 55.dist.si Euangelica.

Quod eunuchus per insidias factus, vel ita natus, potest promoueri vitio corporis non obstante. 55.dist.eunuchus.

Quod cum propter ęgritudinem, vel violentiam, vel casu, quis corpore vitiatus, dummodo non sit cum magna deformitate, non priuatur ordine habito vel habendo. 55. dist, qui partem. & c si quis pro ęgritudine & c.seq.

De hac materia habes vbi agitur de Mutilatione.

Victus. Quod vtiliter vincitur cui licentia peccandi tollitur. 23.q.1.paratus, in fine.

Quod victo debetur misericordia, dummodo nō timeatur turbatio futura. 23.q. 1, noli.

De hac materia habes vbi agitur de Bello, de Patientia,& de Hoste.

Vidua. Quod vidua est quę post solenne fœdus nuptiarum morte interueniente à viro suo diuisa fuerit. 34.distinct. presbyteri §. seq.

Quod debent viduæ assidue ecclesiam Dei bonis operibus & orationibus adiuuare. 81. distinct. cap.vlti.

Item debent stipendijs ecclesiæ sustentari. 81.dis. viduas.

Quod clericis & religiosis non debent esse multum familiares. 81.distin. clericus. & cap.seq.

Quod episcopi & aliarum ecclesiarū prælati. pręcipue viduarum sustentationi & protectioni debent intendere. 87.dist.per totum.

Item debent viduis imperatores & reges idem facere. 23.quęst 5.ab imperatoribus.& quæst. 5. regum.

De viduis habes vbi agitur de Bigamia, & in multis alijs locis.

Vigilia. Quod vespera sanctorum vigiliæ dicitur: quia olim pro reuerentia solennitatis in orationibus pernoctabant. 76.dist. nosse.

Quod in seruitio etiam diuino vigiliæ immoderatæ quæ sensus integritatem diminuunt, non laudantur.de conse.dist. 5.non mediocriter.

Quod vigilia natalis domini cum ieiunio quatuor temporum ante celebrari debet. 76.dist.de ieiunio,in fi.

Quod vigilia Pentecostes sicut vigilia Paschæ in ieiunio est obseruanda. 76.dist.nosse.

Vinculum. Quod est vinculum curæ pastoralis, quod non soluitur nisi per superiorem 7.q. 1.sicut alterius,ibid.

Item est vinculum status matrimonialis,quod nō soluitur nisi per mortem alterius.

Item est vinculum sententiæ excommunicationis, quod soluitur ab alligante. 11.q.3.nemo contemnat vincula. & pluribus c. seq.& cap. cœpisti.

Vindicta. Quod triplex est vindicta, videlicet spiritualis, vt est excommunicatio,degradatio,suspensio, depositio,in monasterium & in carcerem detrusio, & à publicis actibus repulsio:hæc locum habent in ecclesia.13.q.4.forte.

De hac vindicta habes vbi agitur de Pœna.

Item est vindicta pecuniariæ actionis : hæc etiam habet in ecclesia locum vbi bannum præcessit. 16 q.1.statuimus.vbi secūdum æstimationem iniuriæ pecunia recipitur. 17.q. 4. quisquis. & c.si quis contumax.

Item est corporalis vindicta punitionis: hęc conuenit iudicibus ecclesię & sęculi:sed non æqualiter. 23.q. 5.c.1, 5.q.5.illi.

Quod vindicta corporalis detruncationis & occisionis est tantum sæcularium. 23. q. 5. reos.& cap. seq. & quęst. 8. præterea. & duobus cap. seq.

Quod vindicta non est inferenda. 23.q.4.§.1.

Quod omnis militia, vel propter propulsandam iniuriam, vel propter vindictam inferendam, instituta est. 23.q. 1.§.1.

Quod vindicta aut fertur animo corrigendi, aut animo vlciscendi:si animo corrigēdi, licite infertur malis. nisi sociam habeant multitudinem:quia tunc non potest salubris esse vindicta. 23.q.4 non potest 50. dist. vt constitueretur.in fine.

Item si omeatur obstinatio. 7. q. 1. aduersitas. §. cum autem.

Item si timeatur schismaticum periculum. 23.q. 4 quisquis,vel quod.

Item si timeatur maius malum ex vindicta. 50. dist.vt constitueretur.

Item si reatus occultus non est manifestatus per iudicium. 23.q.4 forte.

Item si crimen soli iudici sit notum:quia tunc ex vindicta fit proditor. 2.q. 1.si peccauerit.

Quod vindicta animo vlciscendi omnibus prohibetur. 23.q.4.ita plane. 46. dist. seditionarios. 24.q.1.quod debetur.

Quod vindicta priuata Deo est seruanda, qui dicit, Mihi vindictam,& ego retribuam. 23. q. 1. §.1. post med.

Quod vindicta propria prohibetur,quæ est ad vltionem. 23.q.1.nisi.& cap.paratus, & q.4. hæc autem.§.ex his.

Quod illa quæ est ad correctionem, iudicibus exequenda præcipitur. 23.quęst.4. est iniusta. & cap

De Visitatione habes vbi agitur de Inquisitione.

Vita. Quod vita præsens quæ inter cælum & infernum sita est, vtrorumque ciues recipit. 13. quæst. 4. hec autem. 33. quæst. 4. recurrat.

Quod in hac vita non est retributio malitiæ vel virtutis: & si aliqua fit, non fit secundum condignum, sed est quidam gustus. de pœn. dist. 3. c. si quando. §. quamquam.

Item in hac vita boni (vt frequentius) affliguntur, & mali prosperantur. ibidem.

Quod sancti quando commoda vel auxilia temporalia quærunt, non transitoriæ vitæ, sed ecclesiæ eorum vtilitati intendunt, consulunt. 11. quæstio. 3. Maximianus. Exemplum ibi de Paulo.

Quod vita communis debet esse clericis (& maxime religiosis) qui vitam apostolorum imitari volunt. 12. q. 1. dilectissimis.

Quod vita apostolorum erat vna, quia erat multitudinis credentium cor vnum & anima vna in Deo.

Quod vita animæ est Deus, anima vero vita est corporis, quia sicut corpus sine anima viuere non potest, ita nec anima sine Deo. de pœnit. dist. 1. resuscitatur.

Quod corpus Christi vita est mundi. de consf. dist. 2. Christus. & c. in Christo.

Quod vita actiua & contemplatiua commendatur. 8. quæstione 1. olim. & capit. in scripturis.

Vnctio. Quod vnctio interior (videlicet inuisibilis, quæ est per Spiritum sanctum) nunquam arescit. de pœnitent. distinctione 2. quærendum. circa princ. versic. vnctam.

Quod est vnctio exterior multiplex, videlicet baptismalis. 11. dist. ecclesiasticarum.

Item est vnctio baptizandorum, quæ fit in pectore & in scapulis. 11. dist. ecclesiasticarum. ibi. de conse. dist 4. deinde à sacerdote.

Item est vnctio baptizatorum, quæ fit per sacerdotem cum chrismate in summitate capitis de consecra. distinct. 4. postquam ascendit. & cap. sequen.

Item est vnctio confirmationis, quæ fit in fronte, ministerio tantum pontificis. 95. distinct. presbyteros.

Item est vnctio extremæ vnctionis, quam potest episcopus & sacerdos cuilibet conferre per oleum infirmorum. ibid. & cap. illud superfluum.

Item est vnctio regalis, quæ fit in brachio. 2 q. 7. plerumque. §. item in libro.

Item est vnctio sacerdotalis cuius manus tantum oleo cum chrismate inunguntur. 23. distinct. præterea. 16. quæst. 1. generaliter. §. ecce. sufficienter.

Item est vnctio pontificalis super manus & caput. 23. dist. episcopus.

Quod episcopus & sacerdos semper in corde debet cogitare & aduertere quid sua vnctio repræsentet. 8. q. 1. licet, in fi.

Vnitas. Quod nihil contrarium infert diuersitas vbi est fidei vnitas. 7. q. 1. nihil.

Quod vnitas repræsentat in nobis Dei similitudinem, vt sicut à Deo vno omnes per creationē, sic ab homine vno per propagationē. 33. q. vlt. hæc imago.

Item repræsentat naturę nostræ imaginem & originem: quia omnes ab vno. ibidem.

Item repræsentat nascentis ecclesiæ institutionē; quia licet Christus omnibus apostolis dedit authoritatem, tamen vni Petro commisit ecclesiam, ad manifestandum ecclesię vnitatem. 24. q. 1. loquitur. circa princ.

Quod consistit vnitas ecclesię in sacramentorum Christi cōmunione. de conse. dist. 4. est vnitas. & dist. 2. quia passus.

Item consistit vnitas ecclesiæ in multorum filiorum suorum per dilectionem connexione. 24. q. 1. loquitur. pro quo dicitur ibi, vna columba, vnum corpus, &c.

Item consistit in membrorum ad caput coniunctione: quia non se vnitati capitis communicat qui se partem faciens, à capite se separat. 24. q. 1. schisma.

Quod extra vnitatem ecclesiæ non possumus habere gratiam Dei, quæ propriè donum est catholicæ vnitatis. 1. q. 1. multæ.

Item nec peccatorum remissionem. 1. q. 1. remissionem.

Item nec vitam spiritualem. 11. q. 3. nihil. 24. q. 1. loquitur.

Quod extra vnitatem ecclesiæ non valet spiritualis iurisdictio. 7. q. 1. factus. cap. Nouatianus. in fine.

Item non prodest sacramentorum perceptio. 7. q. 1. scire. 24. q. 1. pudenda.

Item nihil est miraculorum operatio. 1. q. 1. teneatmus.

Item inutilis est pro fide martyrij susceptio. 90. dist. neque ad Cain.

Item non est peccatorum remissio. 24. q. 1. quicumque.

Quod conuiuium est Christi vnitas fidelium in vinculo pacis. 23. q. 4. ipsa pietas.

Quod non possunt duo vel tres in nomine Christi in vnum colligi qui à Christo sunt separati. 24. q. 1. alienus. in fine.

Quod non multitudinem deprecantium, sed vnitatem audit Deus. 24. q. 1. alienus.

Quod profanus & hostis est qui ecclesiæ non tenet vnitatem. 7. q. 1. Nouatianus. 24. q. 1. alienus.

Quod Christiani scindentes vnitatem ecclesię, infideles reputantur. 7. q. 1. denique. 24 q. 1. quoniam vetus. vbi antichristus dicitur quisquis est talis.

Item temporaliter & æternaliter puniuntur. 24. q. 1. non afferamus.

Voluntas. Quod voluntas est animi motus ad aliquid, imitandum vel non imitandum vel adipiscendum. 15. quæst. 1. §. 1.

Quod voluntas hominis est causa vitij vel virtutis. 56. dist. nasci. 7. q. 1. sciendum. 15. q. 1. §. ex voluntate, in principio quæstionis.

Quod vsque adeo peccatum voluntarium malum est, quòd nullo modo sit peccatum nisi sit voluntarium. 15. q. 1. §. 3. ibidem. & c. merito. & c. illa.

Quod nemo tenetur ad culpam nisi propria voluntate deflexerit. 15. q. 1. non est.

Quod Deus non ea quæ offeruntur, sed voluntatem respicit offerentium. 24. quæst. 1. odio. in fine.

Quod sicut voluntariam seruitutē elegit sibi Christus: sic & diabolus. 15. q. 1. non est.

Quod voluntatem alteri subijcere propter Deū, præcipuum sacrificium est. 8. quæstio. 1. sciendum.

Quod bonum opus non valet nisi ex bona voluntate proficiscatur. 86 dist. non satis. 20. q. 1. per totum.

Quod lex humana opus non voluntatem requirit. 15. q. 1. si quis non.

Quod voluntas pro opere reputatur cum deest facultas. de pœn. dist. 1. §. si mulier.

Quod iustitia ex opere non consumatur, nisi affuerit & voluntas. 32. q. 5. sicut enim.

Quod mala voluntas pro facto reputatur. 22. q. 5. qui peierate. 27. q. 1. nuptiarum. 32. quæst. 5. si Paulus. vbi dicitur: Qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, iā mœchatus est in corde suo.

Quod quæ inferuntur reluctantibus, crimen non habent. 15. q. 1. non est.

Quod quando ea quæ propter bonum & licitum fiunt: si præter voluntatem in eis malum contigerit, non imputatur. 23. quæst. 5. de occidendis.

Quod licet voluntas sit liberi arbitrij, tamen mala voluntas non est libertas dimittenda. 23. q. 4. displicet.

Quod malorum voluntas meritorie impeditur. ibidem. ante medium.

Quod mala voluntas meritorie ad bonum cogitur, ibid. per totum. & q. 5. ad fidem.

Quod nemo damnatur nisi merito malæ voluntatis, nec liberatur nisi bonam habuerit voluntatem. 23. quæstione 4. displicet. ante medium.

Quod homo debet seipsum propria voluntate iudicare dum potest, ne cum iam non possit, præter voluntatem à domino iudicetur. de pœn. di. 1. in actione.

Votum. Quod duplex est votum, videlicet de malo, & illud est rescindendum. 22. q 4. in malis. 33. quæstio. 5. vna sola.

Item est votum de bono, & illud est generale sine quo non est salus, sicut illud quod vouemus in baptismo, scilicet renunciare diabolo. 17. q. 1. sunt quædam. de consecrat. distinctione 4. prima.

Item est votum speciale, sine quo habetur salus Dei, ad quod nullus tenetur nisi volendo se obligare sicut est votum de castitate, de abstinentia, de peregrinatione, & huiusmodi. 17. q. 1. sunt quædam.

Quod votum speciale per verba de præsenti emissum præcise obligat, nisi minor ętas impediat. 20. q. 2. puella. 22. q. 5. pueri. 34. quæstione 5. mulier.

Item nisi impediat publica vtilitas, sicut contingit in translationibus religiosorum per superiores ad ecclesias regendas. 7. q. 1. qualiter.

Item nisi impediat matrimonium: quia vnus sine altero castitatem vouere non potest. 27. q. 2. Agathosa.

Item nisi impediat maioris voti susceptio. 19 q 2. duæ.

Item nisi impediat seruilis conditio. 54. dist. generalis.

Item nisi impediat superioris contraria inhibitio. 33. quæst. 5. manifestum. vbi dicitur, Mulier sine consensu viri vouere non potest, nec monachus sine consensu abbatis. 20. q. 4. monacho.

Item nisi impediat feruens infirmitatis passio. 27. q. 2. Gonlaldus.

Quod votum licitum Deo promissum semper est implendum. 33. q 5. quod Deo.

Quod votum debet fieri cum deliberatione. 27. q. 1. de viduis.

Quod votum cum deliberatione factum, siue voce exprimatur siue non, apud Deum obligat. 17. q. 1. qui bona.

Quod incautum votum non est seruandum. 22. q. 4. per totum.

Quod quæ in facie ecclesiæ in manu episcopi castitatem vouerunt, & vestem decentem castitatis assumpserunt, si spontanea voluntate postea dimiserunt, damnationem perpetuam incurrunt. 27. q. 1. c. 1.

Quod videtur si in occulto fiat professio religionis vel castitatis in manu episcopi, quasi votum nō potest violari. 27. q. 1. viduitatis.

Quod vouentibus non solum nubere, sed etiam velle nubere damnabile est. 17. quæst. 1. nonnullis vouentibus.

Quod simplex votum impedit matrimonium cōtrahendum, sed non soluit iam contractum. 27. distin. quidam. & cap. si vir. ibidem. 17. q. 2. nos.

Quod feminæ propria voluntate castitatem vouentes si nupserint, sunt in matrimonio permittendę. 27. q. 1. de viduis.

Quod post solenne votum soluitur matrimonium contractum. 27. dist. vouentibus. & tribus cap. seq. 27. q. 1. viduas.

Quod votum religionis solennizatur quando persona ad votum apta per professionem se obligat. 27. q 1. vidua quidem.

Quod clericus sine consensu episcopi potest religionem vouere. 19 q. 2. duæ.

Quod simulatio siue fictio voti ex inhonesta causa sicut spes prelaturę vel consimile semper obligat ad religionem siue castitatem. 27. distinct. quod interrogasti. 27. quæst. 1. viduas à proposito.

Quod vtroque coniugum consentiente votum castitatis emissum est seruandum. 33. quæst. 5. quod Deo.

Quod

Quod coniuges castitatem vouere non debent, nec se separare sine conscientia episcopi. 27 q. 2 si vir.

Quod beata virgo vouerat se virginem perseuera turam nisi Deus ei aliter reuelaret. 37. dist. sed quæritur.

Quod melius est nubere quàm periculose vri. 32. q. 5. si Paulus.

Quod causa aliquem conuertendi non licet votum castitatis infringere. 32. quæstio. 8. non solum.

Quod votum castitatis impediens grauiter peccat & est excõmunicatus. 32. q. 2. hoc sanctit.

Quod melius est non vouere quàm votum non perficere. 12. q. 2. scimus.

Quod votum velle retractare damnabile est. 27. dist. vouentibus 17. q. 1. vouentibus. & ca. seq. vbi dicitur quòd Ananias post votum pecunias defraudauit.

Vsura. Quod vsura est vbi amplius requiritur quàm datur. 14. q. 3. vsura.

Quod non solum in pecunia, sed in acceptione cuiuslibet rei vltra sortem committitur vsura. 14 q. 3. putant.

Quod accipere aliquod emolumentum de mercibus mercatorum ratione mutui, vsura est. 14. q. 3. plerique.

Quod qui emit vilius vt vendat carius, maxime clericus, vsurarius est. 14. q. 3. canonum.

Quod mutuum siue in grano, siue in vino, vel in simili, cũ repetitur secundum cõmune forũ est, etiam si plus accipit, vsura non committitur. 14 q. 4. si quis clericus.

Quod videtur q̃ ab hoste quem licet impugnare, liceat vsuram accipere, sicut & licet animalia sua tollere. 14. q. 4. ab illo.

Quod clericus, nec suo, nec alieno nomine vsuras debet accipere. 46. dist. sicut non.

Quod publice conuictus de vsura, vlterius ad maiores non est promouendus. 33. dist. maritum. & 46. distinct. seditionarios. 47. distinct. per totum.

Quod clericus de vsura publice conuictus, est de ordine & dignitate deponendus. 47. dist. episcopus. & quattuor cap. seq.

Quod monasterium recipiens vsuras, tenetur ad vsuras persoluendas. 54. dist. generalis. 14. q. 4. quid dicam.

Quod nulli licet accipere vsuras. 14. q. 4. per totum.

Quod videtur quòd ad vsuram accipere sit peccatum 83. distinct. error. 24. quæstione 3. non inferenda.

Quod tempore necessitatis ad vsuram potest accipi. 14. q. 1. q. m

Quod de Vsura non potest fieri eleemosyna. 14. q. 5. immolans.

Quod felix est Vsura, vbi pro paruo denario pauperi dato, centuplum accipimus a domino. 46. dist. sicut non.

Quod Vsurarius non vere penitet, nisi vsuras restituat. 14. quæst. 4. quid dicam. & q. 6. si res.

Vsucapio. Quod vsucapio est acquisitio dominij per continuationem temporis. 16 q. 3. placuit. §. potest. in fine. & §. quas actiones.

Quod plura exiguntur in vsucapione, videlicet bona fides circa initium: iustus titulus qui varia nomina sortitur, sicut titulus emptionis, titulus donationis, titulus dotis, titulus pro legato, & consimilia.

Item exigitur cõtinua possessio, & quòd sit res mobilis. de quibus omnibus habes 16. q. 3. placuit. § potest per totum.

Vsus. Quod illud quod in communi vsu est, consuetudo vocatur. 1. dist. consuetudo.

Quod vsum paruum lex & ratio vincere debet. 11. dist c. 1.

Quod vsus auctoritati cedere debet. 11. distinct. vsus.

Quod male possidet, qui male vtitur. 14. q. 4. quid dicam. in si.

Quod vtendum est temporalibus secundũ vsum eorum cum quibus conuersamur. 41. dist. deliciæ & cap. 1. quod dicit.

De Vsu habes vbi agitur de Consuetudine.

Vsurpatio. Quod vsurpatio est ordo illegitimus. 1. q. 1. quod pro necessitate.

Quod vsurpatio est non concessa præsumere. 93. dist. illud.

Quod vsurpatiue dicuntur ordines recepisse vel dignitates, qui non iuxta sanctorum statuta suscipiunt. 63. dist. quia sancta.

Quod vsurpatio furtiua præiudicium non generat. 93. dist illud.

Utilitas. Quod plurimorum vtilitas præponenda est vtilitati paucorum, 7. q. 1. scias.

Quod mutationes prelatorum non debent fieri nisi causa vtilitatis, vel necessitatis, 7. q. 1. mutationes. vbi ponitur exemplum quomodo Petrus dimissa ecclesia Antiochena iuit ad Romanam propter maiorem vtilitatem.

Quod nec nobis, nec alijs vtiles esse debemus cũ damno alterius. 7. q. 1. mutationes. in fi. & quattuor c seq. 14. q. 5 denique.

Vxor. Quod vxor subdita esse debet viro. 30. q. 5 feminæ. 33. q. 5. est ordo. & cap. sequen.

Quod vxor non est dimittenda, nec propter sterilitatem, nec propter deformitatem, nec propter cęcitatem, nec propter lepram, nec propter aliquid simile, nisi excepta causa fornicationis. 32. q. 5. si vxorem.

Quod maritus debet habere vxorem suam in dilectione & debita disciplina. §. Salomon. 33. q. 5. cap. vlti.

Quod qualiter quisque vxorem suam vult inuenire, talis debet inueniri ab illa. 32. q. 6. si ductum estis.

Quod vbi melior vidit vxor quàm vir qui caput est, capite deorsum pendet domus, 33, quęst. 5. cap. vlt.

Quod vxorem solus maritus debet iudicare, idest, corrigere. 7. q. 1. sicut alterius.

Quod sunt tamquam vxores non habentes, vbi salus est charitas connubiorum, & cessant opera nuptiarum. 31. dist. lex continentię.

Quod vxoris & viri in matrimonialibus eadem cõditio censetur. 32. q. 5. precipit.

Quod eadem castimonia debetur à viro, quę ab vxore 32. q 4. nemo.

Quod vxori reddere debitum quando exigitur à viro, vel econuerso, est meritorium. 33. quæst. 5 cap. 1.

Quod vxorem cognoscere debito & moderato affectu, siue causa reddendi debitum, siue causa prolis, non est peccatum. 33. q. 5. cap. 1. 13. dist. cap. 2.

Quod cognoscere moderate causa vitandę fornicationis hoc secundam veniam concedit apostolus, & creditur esse veniale, 32. quęstione 2. quidquid.

Quod cognoscere immoderato affectu causa satiandę libidinis, est mortale peccatum. 32. q. 4. origo. & c. liberorum.

Quod cognoscere contra naturam, hoc grauius est quàm cum matre propria. 32. quęst. 7. adulterij.

Quod vxor non debet cognosci tempore menstrui, vel ante purificationem puerperæ, vel ante ablactationem primam pueri, quę est quando mater nimis abundat lacte. 5. distin. ad eius vero.

Quod iniquus est qui castam & bonam dimittit vxorem. 14. q. 1. c. 1.

Quod fatuus est qui in adulterio perseuerantem retinet vxorem.

Quod meritum est adulteram penitentem recipere vxorem. 32. q. 1. quod autem. & ca. non est. & c. apud.

Uxoricida. Quod verum in adulterio deprehensam liceat occidere vxorem, habes 33. q. 2. interfectores. §. seq. & c. inter hęc.

Quod vxoricida per sententiam debet compelli publicam agere pænitentiam. 33. q. 2. quicumque. & cap. seq.

Quod vxoricidis coniugium denegatur nisi propter periculum incontinentiæ cum adolescentibus dispensetur. 33. q. 2. interfectores. & c. in adolescentia.

Quod innocentem vxorem occidens, grauissima pœna exemplo Astulphi est puniendus. 33. q. 2. admonere.

X̄ps. Quod Iesus Christus Dei filius natus est de virgine Maria. de conse. dist. 3. c. vlti.

Quod Christus veniens in fine temporum retraxit ω, quę est Græcorum vltima littera, ad α, quæ est Latinorum prima; quia primum statum hominis quantum ad esca renouando extremitatem traxit ad principium 33. dist. ab exordio.

Quod Christus qui verus pontifex fuit, ideo de adulterinis commistionibus nasci voluit, vt sic natis daretur fiducia promotionis. 61. distinct domino.

Quod Christus dicitur pastor pastorum. 2. q. 7. testes. §. Christus.

Quod Christus bonus hospes dicitur. 24. q. 1. quę dignior.

Quod Christus venditur cum veritas venditur. 11. q. 3. abije.

Quod Christus est panis, de quo qui manducat viuet in æternum. de con sec. dist. 2. Christus. & tribus c. seq.

Quod Christus vna passione saluauit mundum. de conse. dist. 2. iteratur.

YConomus. Quod œconomus & vicedominus pro eo, accipit 89. di. volumus & duob. c. se.

Quod quælibet ecclesia cathedralis debet œconomum habere qui cum arbitrio episcopi debet res ecclesiæ gubernare. 89. dist. diaconum. & c. seq. 9. q. 3. cum simus. 12. q. 2. vobis.

Quod ecclesiarum œconomus clericus debet esse. 89. dist. indicatum. 16. q. 7. quoniam. & cap. in nrina.

Quod plures œconomos vna ecclesia potest habere. 12. q. 1. charitatem.

Quod œconomus episcopatus per episcopum debet institui. 89. distin. volumus. & c. indicatũ.

Quod œconomus episcopatus præcipue debet intendere qualiter episcopo mortuo vel amoto res ecclesiæ in scripturis pro futuro episcopo debet conseruare. 75. distinct. quoniam. in fi. 12. quęst. 2. charitatem. & cap. illud. & cap. non liceat.

Ymago. Quod imago Dei dicitur homo, quia sicut Deus principium est omnium per creationem, sic homo primus aliorum est principium per propagationem. 33. q. vlt. hęc imago.

Quod dicitur factus ad imaginem & similitudinem Dei, quia anima eius pudicitia & alijs virtutibus fuit picta. de pœn. dist. 2. §. Romanos. & c. illa anima.

Quod imago virtutum dedit & dat animæ pulchritudinem & preciositatem.

Quod tunc homo ab imagine cecidit quando virtutem amisit.

Quod imagines sanctorum non sunt contemnendæ, sed venerandæ. de consec. dist. 3. venerabiles.

Quod imagines & picturæ sanctorum sunt libri & scripturæ laicorum. de consec. distin. 3. perlatum.

Quod non imaginum pictura est adoranda vel veneranda, sed res per ipsam representatæ. de consecr. distinctione 3. perlatum. & cap. venerabiles.

Quod Christus sub imagine crucifixi cum imaginatur vel depingitur, gratia nobis præteriti beneficij representatur. de consec. distinct. 3. sacram.

Ymnus.

Ymnus. Quod Saluator & Apostoli nobis dederunt exemplum Hymnos decantandi. de conse. dist. 5. de Hymnis.

Quod Maria soror Aaron post transitum maris rubri Hymnum Deo cantauit. 2. q. 7. plerumque. §. item obijcitur.

Quod hi duo hymni Alleluia, & Gloria in excelsis Deo, ab angelis decantati sunt. de conse. dist. 1. hi duo.

Ypocrisis. Quod hypocrisis prouenit ex imperitia dum quis simulat habere quod non habet. 11. q. 3. si quis vero.

Quod religiosus qui cadit à proposito, & simulat propositum, est hypocrita, & peior apostata. 13. q. 1. certe.

Quod ad hypocrisim tendit qui pluribus cõfitendo peccata diuidit confessionem. de pœn. dist. 5. §. dolendum. ante fi.

Quod ypocrita licet viuat corporaliter: mortuus est tamen spiritualiter. 12. quæst. 1. nolo. ante finem.

Quod nemo amplius ecclesiæ nocet quàm qui peruerse agens nomen vel ordinem sanctitatis gerit. 83. dist. nemo.

Q͞d hypocritę in ecclesia bonis corporaliter sunt mixti, sed per pessimam vitam separantur. 24. q. 3. de illis.

Quod hypocrita dicitur qui festucã in oculo fratris videt, & trabem in suo non considerat. 32. q. 6. §. 1.

Quod vbi hypocrisis regnat, humilitas locum nõ habet. de pœn. dist. 1. item taciturnitas.

De hac materia habes vbi agitur de Simulatione.

Ysaac. Quod Isaac fuit filius liberæ & heres. 32. q. 2. non omnis.

Quod Isaac fuit vnus ex tribus quibus peperer͂it liberæ & ancillæ. 32. q. 4. recurrat.

Quod domus Isaac non fuit ex omni parte beata: quia domum Iacob dilexi, Esau autem odio habui. 47. dist. quantumlibet.

Quod Isaac benedixit filio suo Iacob. 24. q. 3. cũ ergo. §. si qui.

Quod Isaac cum Rebecca sepulti sunt in Ebron. 13. q. 2. Ebron.

ZAcharias. Quod Zacharias papa deposito rege Frãcorum, quia inutilis & vilis vitæ erat, Pipino patri Caroli regnum tradidit: & omnes nobiles à iuramento fidelitatis absoluit. 15. q. 6. alius.

Quod Zachariæ patri Ioannis angelus in templo apparuit, & super oratione exauditus fuit. 1. q. 1. nonne.

Zacchæus. Quod Zacchæus defraudata in quadruplum restituit. 12. q. 2. cum deuotissima.

Q͞d Zacchæus male acquisita plus reddẽda quàm donanda docuit. 14. q. 5. c. vlt. in fi.

Quod Zacchæus est exemplum, quòd de multis male acquisitis multa pauperibus dari debent, & plurima restitui. 26. q. 7. affectum.

Zelus. Quod Zelus propriè dicitur amor viri in vxorem. 2. q. 1. si peccauerit. in fine.

Item zelus quandoque ponitur pro inuidia. 90. dist. neque. exemplum ibi de Cain, qui fratri inuidit.

Item quandoque ponitur pro amore. 23. q. 4. quid crudele. exemplum ibi de Moyse, qui idololatras ex amore puniuit.

Item quandoque ponitur pro ira. 23. q. 8. legi exẽplum ibi de Simone chananæo qui serpentes in magos retorsit.

Item quandoque ponitur pro suspicione. 27. q. 1. nec aliqua. Exemplum ibi de sponsa quam zelat sponsus.

Item quandoque ponitur pro seueritate. 27. q. 1. hi ergo. Exemplum ibi de moniali apostatrice, & de pœna eius.

Quod zelus indiscretus reprobatur. 24. q. 3. non imperpetuum.

Quod zelo iustitiæ debet fieri vindicta, non amore vindictæ, nec ex odio. 23. q. 4. §. vlt.

Quod Deus est zelotes vindicans in tertiam & quartam generationem. 1. q. 4. homini qui similis §. econtra.

Quod zeli ardor erga rebelles ecclesiæ exhibitus commendatur. 23. q. 5. excommunicatorum. 45. dist. sed illud.

Quod zelo apostolicæ ultionis simonia in natu suo damnata est. 1. q. 1. fertur.

Quod zelo disciplinę iusti peccatoribus indignantur. 45. dist. vera iustitia.

Zizania. Quod zizania mista tritico & crescens cum ipso innuit quòd in hac vita bonis mali commisti sunt, nec congrue separari possunt. 11. q. 3. nolite recedere. Exemplum ibi de Iebusæo quem filij Israel euellere non potuerunt.

Quod cauendum est ne uitando zizaniam, dominica perdamus frumenta. 15. q. 2. ita nos. in fi.

Quod toleranda est zizania, id est, mali, si fides non impeditur & charitas nostra. 23. q. 4. quidam.

Quod in hac uita non posit plene discerni à frumento zizania. 23. q. 4. quantus.

Quod sinẽda sunt utraque crescere usque ad messem iudicij, & tunc angeli colligent zizaniam in fasciculos ad comburendum. 23. q. 1. §. 1. ante finem.

Mendas dextra viri lauit huius fida probrosas:
Hac non credenti lectio nota dabit,
Margarita stylo decreti pressa fideli,
Innumeros fructus absque labore feret.

F I N I S.

REPERTORIVM DICTIONVM

Quæ in Margarita Decreti continentur.

Gloria

quæ in Margarita Decreti continentur.

Deo gratias.

Regestum Decreti

a † † A * ¿ A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sf Tt Vu Xx Yy Zz

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sss Ttt Vuu Xxx Yyy Zzz

Aaaa Bbbb Cccc Dddd Eeee Ffff Gggg Hhhh Iiii Kkkk Llll Mmmm Nnnn Oooo Pppp Qqqq Rrrr Ssss Tttt Vuuu Xxxx.

Omnes sunt Quaterniones. V Quinternio. † Xxxx Terniones. ¿ Duernio. a Folium principij.



R O M AE, In ædibus Populi Romani
M. D. LXXXII.